



14835
14835

Oprawione w niewłaściwym porządku:

Wg. Estreichera powinno być:

14834

Mikołaj Jasinier
Juris provinciālis quod speculum
Saxonum vulgo nuncupatur, libri tres.
Samosci 1602 s. 520

Współoprawiono i współoprawiono:

Juris municipalis Magdeburgensis
liber vulgo Weichbild nuncupatus
Samosci 1602 s. 521-725

Współoprawiono:

14835

Promptuarium Juris provinciālis
Saxonici, quod speculum Saxonum
vocatur ---
Samosci 1601 str. 166 [wydr. mylnie
str. 150 zam. 166]

SERENISSMO AC INVICTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. SIGISMVNDO,

Dei gratia Poloniæ Regi, magno Lithuanię Duci, Russiæ, Prussiæque, &c. Domino & hæredi.

NICOLAVS IASKIERVS

Senatus Cracouiensis à secretis, longam sanitatem, fœlixque in tranquillitate imperium, ac seruitiorum suorum humillimam commendationem.

BIBLIOTEKA WYŻSZEJ SZKOŁY EKONOMICZNEJ WARSZAWA
14834

SAPIENTVM sententia est, Rex inuictissime, qui alijs gubernando prȩest, non potestate sola, non armorum fortitudine, aut diuitiarum abundantia, verùm dignitate, virtute, prudentia, iustitiaq; & pietate prȩesse debet, vt sic enim faciliùs subiecti parent, verentur, denique totius regni salus certius asseruatur, ac omnia rectiùs domi foriſq; administrantur. Multa siquidem regem vel imperatorem quemque decent, sed illud inprimis, vt saluti regni, commoditati, paci, iustitiæ, vt deniq; omni honestati & virtuti subditorum pro

uideat, bengnitate, placabilitateq; magis quã ſeueritate eiſdem dominetur: nihil etenm clementia in principe præclariùs, ſeueritate ipſa nihil turpiùs: illa namq; animos ſubditorũ ad quæuis obſequia (quo nil regno vtiliùs accidere poteſt) conciliat, paratosq; reddit: iſta verò conſpirationes & interitum affert: amicitiam inſuper apud omnes, non ſolùm apud ſuos, ſed etiam exteros ſibi accumulans, non tantùm fidens ſuæ potentiæ, quantum bonorum ſinceritati & amicitiæ. Non enim exercitum, non theſauros, præſidia eſſe regni, eloquentiſsimus teſtatur Saluſtius, verùm amicos, quos nec armis cogere, nec auro comparare queas, ſola fide & beneuolentia parantur. Non purpura certè, non diadema, non ſceptrum, non longus ordo ſtipatorum atque apparitorum, non ſplendor ephippiorum, non ſtrepitus formidabilis armorũ, non auri argentique immenſum pondus, verè imperatorem ac regem faciunt. At poteſtati vitæ integritas, animi ſinceritas, iugis honeſtorum vtiliorumq.

liorumque regni prouiſio virtuti copulata, vbi pietas in religione, benignitas in dominatione, modeſtia in potentia, temperantia in afluentía, liberalitas in erogatione reſplendet & clareſcit: hoc eſt verè regem eſſe, hoc laudabilem præſidem, hoc admirandũ principem, hoc potentem dominum, ſuis amabilem, hoſtibus terribilem: hæc eſt vera dignitas pręſidis, hæc optima mẽs cuiuſque regentis, hæc eſt ſolida virtus gubernãtis. Sed & præcipui ſapientũ, principi curę eſſe debere teſtantur: vt prudentia omnes ſuperet, iuſtitiaque præcellat, quòdq; ſacris ſuffultus legibus, cunctũ à Deo ſibi commiſſum populum gubernet et regat. Omnibus item prouinciarum præſidibus & pręfectis in mãdatis dando, vt proprijs reiectis opinionibus, ſacratiſsimas amplectantur leges ſanctionesque, vigore illarum omnia adminiſtrent officia iudiciaq;, nec quidem vnguem ab eis recedendo: fœlix regnum, quod optimis legibus & inſtitutis rationi conſentientibus, ab optimis & ſapientibus gu-

bernatur, his artibus Romanorum Reſpublica creuerat, & vſque ad vltimos fines terrarum imperium ſuum propagauerat, dignitatis maieſtatem obſeruando, iuſtitiamque colendo, à qua ne exorbitarent, à ſapientiſsimis Græcorũ leges petere nõ dubitauerunt. Neq; quod ſibi pręſtare minimè potuerunt, ab alijs turpe petere putarunt. Sed vt lex eſt res pulcherrima, ita niſi vires ſuas retineat, inanis & ieiuna: quid enim rectè inſtituta regũ ſeu principũ ſint, ſi non obſeruentur, ſi tranſgreſſores nõ puniantur: optimè ſiquidem Reſpubl. ſe habet, ſanctèque & tranquillè in eo regno viuitur, vbi leges obſeruantur, iura cuſtodiuntur, vbi iuſtitia inuiolatè colitur. Summa & præcipua profecto conſeruatio regnorum ſunt leges ipſæ ſanctæque conſtitutiones. Reipublicę enim ſalutem afferunt eãdemque aſſeruant. Quare maieſtatem imperantis prudens illa vetuſtas, non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus debere eſſe armatam dignè cenſuit, vt vtrumque tempus & bellorum & pacis

rectè posit gubernari, & princeps ipse non solum in hostilibus prelijs victor exiſtat, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, fiatque tam iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator magnificus. Apud priscos illos magno honore donabantur hi, qui Rempubl. armis defendebant vel adaugebant, oppressamúe ab hostibus liberabant, varia præmia illis constituebantur, census ampli, coronæ variæ, imagineſque & statuæ. Quantò autem maioribus honoribus digni sunt legumlatores prudentissimi: qui ciuitates, regna, Respubli. fundarunt, ac sanctis institutis sacrisq; legibus instituerunt ac stabiliuerunt: rectas viuendi normas præscribentes, bene firmatas, & opibus auctas paceq. posteris tradiderunt. Ad omne tempus leges sunt plurimum necessàriæ: ab armis enim quandoq; discedimus, iustitia verò & legibus semper indigemus. Hæc quoque quæ fortitudine & armis fiunt, vnius ætatis res sunt, quæ verò pro vtilitate Reipubl. per sacras statuuntur

untur ſanctiones, ęterna habentur. Nimiũ hac parte Rex Sereniſsime patria noſtra tuæ maieſtati debet: optimi enim nomẽ regis & imperatoris meritò tibi vindicaſti: qui potentia diuinitus concredita non abuſus, virtutem, ſanctamq; iuſtitiam, & ſacratiſsimas ſemper colis ac veneraris leges: vt virtutis ſpecimina in te refulgent, tantus iuſtitiæ cultus, tantus æquitatis amor, tantus factorum memorabiliũ cumulus, tot victoriarum illuſtrium monimenta, regno & toti orbi notiſsima in te conſpiciuntur. Fœlici æuo noſtro, fauſtóque maieſtatis tuæ imperio, clariſsimos partos triumphos cernimus, vexilla hoſtibus erepta conſpicimus: te regnante omnium viciorum fomentum exilium patitur, ſtudiorum vtiliorum, iuſtitiæ, ac omnium virtutum ianua pateſcit, & iucundiſsimus eorum carpitur fructus: vnde fit, vt maieſtatem tuam fœliciſsimam meritò dixerim, cui dominus ea tribuit aſſequi, quę cęteris ambitioſis & ſuperbis regibus, multis antehac ſæculis, attingere non

dedit,

dedit, & id affluentissimè vsq; adeò, vt maiestatem tuam non solùm suis ad ornamentum, sed ceteris quoque principibus ad exemplum, naturam genuisse admiramur. Si verò quis perrexerit Princeps inuictissime, egregias laudes tuas præconijs efferre, Demosthenem licet ageret, seu Ciceronẽ, certè non sufficeret tantę prouincię, nec tuas amplissimas virtutes lingua aut calamo explicare posset: hoc te semper honore dignamur, vt pater patriæ meritò & sis & dicaris, quã celebritate nominis tui, mentis celsitudine, virtutum omnium incremento, iustitia, in subditos pietate, liberalitate, prudentia, benignitate, fortitudine condecorasti, institutorumqúe & sacrarum legum obseruatione reformasti & cõmuniuisti. Ego itaq; animaduertens, Sacratissime Rex, legum iuriumq; peritiam, ex his quæ præmissa sunt, cuilibet Reipub. plurimum esse necessariam, & sine quibus diu stare minimè potest, cumqúe sæpè ac sæpiùs reuoluerem iura Saxonica prouincialia, tùm

& Municipalia Maydeburgen. quibus celebris hæc noſtra Reſpub. Cracouienſis, tùm & aliæ regni ciuitates innituntur, reperi loca mille adeò adumbratæ veritatis, quædam mutila, inuerſa quædam, ac tantum deprauata, vt peritiſſimo cuiquam non parum negocij prima fronte faceſſerent: collatis vetuſtiſſimis illius iuris codicibus, curaui, publicis licet occupatiſſimus negotijs, vt iura illa emendatiora intelligibiliora q́; , ad cõ munem totius regni vtilitatem patriæq́; ornamentum, prodirent in publicum, omnemq́; contuli operam, omne quoad fieri potuit ſtudium, quo ſingulæ gloſſarum annotationes, legumq; allegationes, multis refertę mendis, venerandis Cœſareis legibus ſacriſq́; correſpondeant canonibus: ita enim indubius cuiuſque articuli & genuinus, facilior fieri aut oſtendi poterit ſenſus, cùm ſacris legibus veluti parenti & fonti propriè adaptantur. Huiuſmodiq́; operis mei inſtauratum & caſtigatum laborem maieſtati tuæ Sereniſſ. Iuſtiſſimo Principi, po-

pi, potentiſsimo Regi, domino clementiſsimo, dicandum deuouendumq; putaui, quippe vt animi mei affectum, pro eius in omnes pietate & gratia, veluti mancipij fidelis, & ſubiecti eiuſdem maieſtatis tuæ, teſtarer & declararem: nomenque tàm potentiſsimi patroni auſibus temerarijs inuidorum opponerem. Nec anget profectò me, Sereniſſime Rex, iniquorum inuidia, optima quæque etiam optimo propoſito facta aut dicta calumniantium: modo hæc Sereniſſ. Maieſt. Tua gratioſa acceptet mente, quod & maximè opto, fidiſsimè id conſequi ſperans: ſi enim S. M. tuæ Optimo Principi ſtratagemata militum pro ſalute & Regni pace facta, amplitudoq; pugnantium, ſi armamenta bellica, ſi denique omne id, ſine quo vires bellandi non ſubſiſtunt gratæ apparent, in ſpem vocor maximam & hoſce labores meos pro commodo & vtilitate ſubditorũ Maieſtatis tuæ, ſtatuque ciuitatum, ac iuſtitiæ augmento præſtitos Maieſtati tuæ, qui & iuſtitiæ præcipuus cultor legumque & conſti-

tutionum omnium asseruator & custos vigilantissimus sit, acceptos fore quoque & gratos. Quod si S. R. M. tuæ gratia opus hoc frugiferum approbatum extiterit, faceſſet omnis liuor inuidi & obtrectantis, cunctique ſubditorum tantò gratiùs id pro ſua vtilitate & delicijs acceptabunt, frequentiùs reuoluent ac tractabũt, plurimumq; amplectentur, gratiaq; ſuffultus Maieſtatis tuæ, laboris & impenſarum me non pigebit, cui memet vti fidele mancipium deuotiſsimè recõmendo. Maieſtatem tuam dominus Deus fœlicem, incolumẽ, victorioſiſſimumque & ſemper auguſtum in longos conſeruet annos. Cracouiæ menſe Maijo. M. D. XXXV.

AD LECTOREM BENEVOLVM AVCTORIS OPERISQVE AMICVS.

In inuidi temerarium auſum.

NEmo inficias ibit, candide lector, omnibus à natura inditam eſſe hominibus, virtutis, cognitionis, ſcientiæque cupiditatem, in qua excellere pulchrum putant, oppoſitum illius turpe ducentes; quare totius vitæ ſuæ conatus, omnia ſtudia, omnem animi meditationem exercitationemq; eo deflectunt ac deuouent, quo ſibiipſis, amicis, cœteriſque, maximè verò patriæ (quod præcipuum virtutis eſt,) prodeſſe ornamentoque eſſe poſſint: non enim homines ſibiipſis duntaxat, ſed & amicis, multoque magis patriæ eſſe natos, Platonis ſententia eſt, diuerſoque operum tramite, multiiugo bonarum literarum ſtudio, vario rerum agendarum officio, quiſq; pro voto ſuo ad eandem, veluti ad ſcopum, omnem poſthabendo difficultatem, dirigitur ac tendit. Quidam (ſed rara auis) facilè voti compos fit, alter in ipſo medio citra vel vltra deficit, alter in limine heret, à cepto alter deterretur; verùm à propoſito deterreri, in operandoq; deficere, virtus non eſt. At honeſtum ceptum conſtanter perfeciſſe, honori ſemper fuit, eſtque; multa ſiquidem ad virtutis arcem nitēti continuò obſtant, quod priſcis illis celeberrimis viris non fuit incognitum. Quapropter iter virtutis tetrum, ſpinoſum, viamque ipſius arduam & difficilem, qua tenditur in altum, nobis teſtati ſunt: vis tamen eius omnes ad ſe trahit, bonitas allicit, dulcedo fructus ſuauiſſima, vel tantilla deguſtatione in cupiditatem ſui inflāmat exagitatque; omnia aſpera complanans, omnia grauia alleuians, omnia difficilia perſtringens, contemptuque ſuperans: ardua eſt, ſed expetibilis; adepta, incomparabilis: nihil eſt tam durum, quod non ſu-

peret, amorque, affectuſque boni; & niſi ſpes eiuſdem præclaros illos viros tenuiſſet, certè faſtigiū virtutis, quæ ſola vera rationalis hominis poſſeſſio eſt, attigiſſet nemo, nullumque præclarorum geſtorum pro amicis, pro patria, imitandum exemplar, nullum ſapientum virorum illorum artium bonarum relictum nobis eſſet faſtigium: hi enim vitæ integritate, monimentis literarum, viam aſſequendæ fœlicitatis & immortalitatis nobis deſignárunt; illi veluti digito, præclaris & egregijs geſtis commonſtrârunt. Neque ego hominem eſſe putauerim, qui non hiſce formulis inſtitutus ſit, qui non tàm certa via eat, qui non ad virtutem aſpiret vllam: hominem enim ſine virtute, aut virtutis diſciplina, belluam quādam teterrimam eſſe perhibent, cùm cætui omnium mortalium, tùm maximè honeſto ac probitati pernicioſam. Plures nihilominus inſtinctū naturæ poſthabentes, viamque virtutis ſalutiferam relinquentes, vitijs veluti pſeudomagiſtris addicti, vitam ignauam cum turpitudine, quàm ſedulam cum honeſtate perſequi malunt; cùm nullus certè ſit bonus vitiorum exitus, nullum ſcelerum ornamentum, nullū laudabile nequitiæ premium, nullum malignantium vtile meritum: illud ſaltem hoc genus ſolacij habet, vt inter ſe inuidia nō exagitetur; neq; enim luſcus luſco inuidet, aut eodem preſſus malo. At in probos quoſque excandeſcere aſueti, etiam ſi deſiſtere vellent, nequeunt: virtus enim vicium ſemper contrarium & inimicum habet. Quare candide amiceque lector, ac veræ virtutis amator, ne mirere, ſi tàm frugiferum operis auctorem Nicolaum Iaskierum, Senatus Cracouienſis Secretarium, bonarum literarū amatorem, commendataq; virtutis virum quis inceſſere mordereque perrexerit, ipſiuſq; optimo pro vtilitate Reipub. Regni ſuſcepto propoſito, magnaq; diligentia & impenſa non mediocri, abſoluto labore, oblatrare, caninoq; dente à tergo mordere, ſed & clandeſtinis venenoſiſque inſultibus & ſugillationibus eidem detrahere auſus fuerit: nunquam enim

ciuſmo-

eiuſmodi obtrectatoribus quantulacumque caruit virtus, quæ hoc quoque exercitio clarior erit ac notior. Eſt quod inuident, eſt quod obtrectent, nunquam enim antehac facilior intelligentia extitit iuris Saxonici prouincialis, tùm & Municipalis Maydeburgenſis, quod nunc is limauit ac inſtaurauit, textum ſpinoſum ac tetrum, intelligibilem & faciliorē reddidit: materiam inſuper gloſſarum in multis locis mancam, obſcuram, defectuq; plenam, vetuſtiſſimis (ab ipſa Maydeburgo) conquiſitis exemplaribus conformando in Latinum verſam perfectam effecit. Præterea erroneas legum canonumque, in eiſdem gloſſis annotatas allegationes, originalibus ſacrorum canonum & legum adaptando, omni menda purgauit, concordantias annotationum egregias addidit: denique, promptuarium Speculi Saxonum, ac Municipalis iuris Maydeburgenſis magna opera confecit. Nunquam tot & tantis erroribus purgata lectio iuris illius ſincerior habita eſt, nunquam perfectior & vberior poſteritati tradita, quòd non amicis modo, ſed & æmulis cū relegerint, alijs conferentes codicibus, liquido apparebit. More ſuo facit peſſimus ille quiſquis ſit, eam quoquè gratiam præclari viri, in communi omnes virtutis ſectatores & commodo Reipub. bene volentes reportabant, quorum exempla referre, hiſtoriam texere magis eſſet, quàm epiſtolam ſcribere. Verùm iniquos & ſceleſtos rerum iudices, odioq; parricidiali ſpirantes eos eſſe ne mireris, qui quod nondum deguſtarunt, iam iam damnare contendunt, falſeque incuſare conantur, peruerſitati animi ipſorum id adſcribetur, non auctoris ſinceritati, linguam acri bile infectam mellitiſſima quæquæ, non niſi amara iudicare, non rei natura ita ſe habento, ſed linguæ infectæ culpa. Aranearum natura eſt, quòd ex eiſdem floribus venena deſugunt, ex quibus apes mel decerpunt; ſic hoſce inuidos virtutis alienæ æmulos cōſpicias, quibus non aliud quàm quod ipſi confinxerint placet: non niſi nugas ſuas pluris facere, ac pro veriſſimo

reputari contendunt, verba ipſorum, tanquam Appollinis dictum, in precio haberi maximè curantes, quorum cor vafritia plenum, mens caliditate eſtuans, lingua præſentiſſimo oppleta veneno, non aliud niſi giaris carcereq; tetro dignum, in perniciem virtutis excogitare norint. Sancta ſtudia omnibus profutura, gratijs referēdis loco, morſibus impetere conantur; ſed de his hactenus. Tua iamiam protinus rumpantur tibi Ilia Codre, turgidoque oppleta liuore, tua tibi concrepet gula. At tu benigne lector, tanti boni ingratus ne fueris, contra oſores obicem te ponas fortiſſimum, boni conſulens pro commoditate tua præſtitam operam & impenſas, Vale.

EXEMPLVM PRIVILEGII.

SIGISMVNDVS TERTIVS DEI GRATIA REX POLONIAE, Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæque, &c necnon Suecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, vniuersis & singulis. Magna laus summæ prudentiæ, iudicio nostro, tribuenda est, Serenissimis superioribus Poloniæ Regibus, qui cùm animaduertissent, quàtum rerum omnium, non modo quæ ad vsum vitæ, verùm etiam quæ ad cultum splendoremque pertineant, commercium Regni Poloniæ mercatores cum finitimis sibi Germanis habeant, Teutonico iure vrbes & oppida sua vti voluerunt. Nam consociatum esse iure, singulare quiddam est, ad tuendam fidem, quæ est humanarum actionum negociorumq; fundamentum. Hoc genere gloriæ perpetuis ætatibus Casimiri magni Regis memoria vigebit: is omnium primus hanc rationẽ iuris dicendi, cõstituto summo eius tribunali in arce Cracouiensi instituit: & non modo vrbibus & oppidis Regni, verùm etiam plerisq; pagis permisit, aliique Reges permisere. Hos imitatus Alexander Rex magnus, noster auunculus, Municipale ius Codici legum ac Statutorum Regni, qui in conuentu Radomiensi edebatur, adiunxit: Sigismundus verò auus noster gnuissimus, & ætatis suæ regum pater, Speculum iuris Saxonici, & illud idem ius Municipale, docti viri Jaskri lucubratione & commentatione illustratum, publicari per regnum & ditiones suas voluit, eidemque autoritatem tribuit. Sed cùm in hoc orbe nostro omnia senescant, neque cuiusque rei tanta sit copia, quam non imminuat dies, hæc quoque iuris commentaria ad miram paucitatem redacta sunt. Quemadmodum alia, quæ humanæ vitæ societatem tuentur, ita & hoc industria fuit instaurandum, eas partes ad singularem existimationem eru-

ditionis

ditionis floreſcentis Academiæ Zamoſcenſis Typographia ſuſcepit, facultatem à nobis libri recudendi flagitauit. Nihil ea petitione nobis viſum eſt æquius, conceſſimus, & ſpectatæ fidei diligentiæque hominem, nobis iunctum, Adamum Burſium, artium & Philoſophiæ Doctorem adiunximus, qui accuratè videret, tùm vt Speculum hoc, & ius municipale cum interpretationibus & repertorijs, iuxta editionem Faſcri, quàm diligentiſſimè imprimatur, erratæque Typographica tollantur, tùm vt Canones Eccleſiaſtici, & ciuiles leges, quarum ſit mētio, titulis, numeris, principijs, locis ſuis, qui ante fallebant, notentur. Præcipiendum etiam pro autoritate noſtra Regia exiſtimauimus, quemadmodū quidem præcipimus, nè quiſquam codicem huiuſmodi typis ad annos viginti hoc in Regno committat: aut alibi impreſſum, in Regnum noſtrum importet, idque trium millium aureorum & exemplarium omnium mulcta ſancimus. Cuius altera pars inferetur fiſco noſtro, altera Typographiæ Zamoſcen. Academiæ addicitur. Iniquum eſt fructum alieno labore quæſitum quemque ſibi intercipere. Quam voluntatem noſtram, his literis, omnibus teſtatam facimus, manu noſtra ſubſcriptis, & ſigno obſignatis. Dat. Grodnæ die 12. menſis Julij. Anno Domini 1601. Regnorum noſtrorum Poloniæ 14. Sueciæ 8.

Sigiſmundus Rex.

SPECVLI SAXONVM LIBER PRIMVS.

Prologus.



EVS, qui est Principium & finis omnium rerum, in principio creauit hominem, quem paradiso, vt ei obediret, collocauit. Propria ipse elatus superbia, obedientiæ factus violator, malum tàm pœnæ, quàm culpæ in suam progeniem dilatauit. Quamobrem vnusquisq; nostrum secundùm prauæ voluptatis affectum oberrauit, quousque nos suo precioso redemit sanguine, legemq; viuendi nobis ostendit, quã & gloriosissima morte cõfirmauit sua. Quare, secũdùm quod nobis eam sanctissimi Patres ac [a] Romanorum Principes, precipuè verò Constantinus, & Carolus diuæ memoriæ edocuerunt, meritò obseruamus.

a Iure Munic. in prol.

DEVS qui est principium &c. Interpretaturus simul & translaturus in Germanicum Eckæ de Repkavv Priuilegium præsens [b] Saxonibus cùm ad fidem cõuersi sunt Christianam, á diuis Imperatoribus, Constantino & Carolo, pro iure datũ, exordium operis à Deo sumit omnipotenti. Nec immeritò, est enim omnium scientiarum caput & auctor: vt xxxvi. dist. § hinc etiam. Cunctarumque gratiarum mirabilis elargitor xvi q. i. reuertimini. Vnde & in omnibus ceptis pietissimus ille inuocandus est pater. C. de vete. Iur enucle. L. Deo auctore. Auxiliumq; eius semper implorandum: vt in auten. de ar. in prin. & quia iuris signanter Saxonici in hac parte interpretationem facere intentio auctoris est, quare nè ab ignotis procedatur, definitio iuris in generali, tùm & iustitiæ præponenda non immeritò venit.

[b] *Eckæ translatori sunt præsentis priuilegij Saxonici ex Latino in Germanicũ. Vide de hoc idem infra ii. q. ar. xxxvi. li. iij. ar. xxxiv. & xlv. Iure Municip. ar. x. glo. Ex mandato verò Imperatoris Ottonis Rufi Burcardus de Mampfelde sacri palatij Sequestrator. Priuilegium præsens gloss. illuminauit legibusq; Germanicis adornauit. Idem etiam Ius municip. in luculenta a vulgi formam. vt habetur in. Municip. ar. x. glo.*

[c] Iustitia enim vt habetur insti. de iusti & iur. § i. & item ff. de iusti & iu. L. Iustitia. Est constans & perpetua volũtas ius suum vnicuiq; tribuens. [d] Ius verò vt Celsus eleganter definit, est ars boni & æqui.

Vnde quandoquidem Ius omne exordium sumit, vel á natura, vel ex consuetudine: vt i. dist. humanum genus. secundùm id etiam habetur iuris diuersitas. [e] Quoddam enim est ius naturale, quoddam verò humanum. Naturale ius dicitur, quod Deus ipse solus statuit: vel á solo Deo promulgatum est, cordibusq; hominum impressum. [f] Vnde & ius

[c] *Iustitia q. t.*

[d] *Ius q. t.*

[e] *Iuris diuersitas, vnde ortum habeat.*

GLOSSA.

De Lacmateria pertin. ad declarandam eius iure Municip. art. 1

de & ius istud naturale, dicitur etiam esse ius diuinum ex eo, quia omnibus creaturis Deus illud statuit: vel quod natura omnia docuit animalia. Ius etenim istud non solùm humani generis proprium est, sed & omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur: hinc descendit maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, & educatio. Videmus enim cetera animantia, feras quoque & bestias istius iuris peritia censeri: vt habetur Instit. de iure natur. in prin. *g* Ius verò huiusmodi dicitur naturale ex quatuor causis. Primò, quia natura illud docet omnes homines: vt 1. distin. ius naturale. & Insti. de iur. natur. in prin. Secundò, quia est cõmune omnibus: vt Insti. de re. diui. §. Singulorũ. Tertiò, propter eius æquitatem, potissimum etenim æquitatem suadet: sicut quando quis promittit aliquid, est naturale, vt illud adimpleat: vt C. de pactis. l. 1. Quartò dicitur ex eo naturale, quia est honestum, nullus itaque inhonesti quidquam in eo exercere debet; & exinde venit, quòd pueris fragilibus sensu corruptis, minimè iniuriari debemus: vt Instit de obliga. quæ ex delict. nascun. §. 1. & ff. de mino. l. 1. Et secundum ius istud naturale omnia sunt libera, & communia: vt Insti. de iur. natu. gent. & ciui. §. ius autem. & viij. dist. differt autem & xij q. 1. dilectissimi.

Ius naturale

g. 1.

Ius naturale hoc nomine appellatur ex quatuor causis.

h Ius humanum dicitur, quod ab hominibus propter societatis humanæ conseruationem constitutũ est, & perficitur legibus, moribus, & cõsuetudine. Vnde iuris humani varia & multiplex habetur differentia, vt ex sequentibus apparebit.

h Ius humanũ g. 1.

i Quoddam enim est ius gentium, quo omnes fermè gentes vtuntur, vsu enim exigente & necessitatibus humanis, gentes iura quædam sibi constituerunt, vt religio erga Deũ, vt patriæ parcamus, contra violentiam resistamus. Item pacta & cõtractus, qui apud omnes gentes valent, emptio, venditio, locatio, conductio, societas; & exinde subsecuta bella, captiuitates, seruitutes, &c. vt habetur latiùs Instit. de iur. natur. gen. & ciuil. §. ius autem. ff. de iustic. & iure l. ex hoc iure.

i Ius gentium.

k Ius ciuile, & quod vnusquisque populus alicuius ciuitatis constituit, quasi ius prorium illius ciuitatis, *l* veluti Athenienſium, Romanorum, &c. vt Institu. de iure natu. genti. §. sed ius. Postquam enim populus habitare cœpit, ciuitatesq; erigi & construi cœperant, quidquid inter se, iuxta eorum arbitrium constituerunt, ius illorum erat. *m* Secundumque nonnullorũ opinionem, iuris ciuilis origo primum cœpit, cùm Enoch filius Chaim ciuitatem primam construxit, quam ex suo nomine Enoch appellauit: sancitum ibidem erat, quidquid vnus labore acquisiuit suo, hoc ipsius proprium erat. vt Instit. de iure natu. gen §. ius autem. ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile.

k Ius ciuile.

l Variam iuris acceptionem vide infr. eodẽ li. ar. iv. Iure Munic. ar. 1.

m Vide Iura Municip. ar. viij. glo.

Ius militare, est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ commissio. Item signo dato receptio, flagitij militaris disciplina, si locus deferatur. Item stipendiorum modus, dignitatũ gradus, præmiorum honor, veluti cum corona vel torques donatur. Item prædæ decisio: & pro personarum laboribus & qualitatibus iusta diuisio, ac Principis portio: vt habetur dist. 1. c. Ius militare. & exinde venit nobilitas, stipendia.

Ius militare.

Ius publicum, quod ad publicam statutum est vtilitatem: vt est in sacris, magistratibus, sacerdotijs.

Ius publicum.

Ius Quiritum, à Quirino dictũ, & dicitur ius Romanorum, quod nullus alter tenuit nisi Quirites, hoc est Romani, vel qui Romano Imperio subiecti erant, in quo agitur de legittimis hæreditatibus, de cõtractibus, de tutelis, de vsucapionibus, &c. vt 1. dis. ius Quir.

Ius Quiritum.

q Ius prouinciale.

q Ius prouinciale dicitur, quod homines vnius regni, vel prouinciæ, statuunt, & inter se tenent; exindeque colligi potest, quòd priuilegium prǫsens Saxonibus datũ, dicitur esse ius prouiciale, seu ius proprium, & priuatum; ex eo, quia priuatis hominibus, & priuatæ prouinciæ concessum est. Priuilegium etenim priuatorum lex est: vt iij. dist. c. priuilegia. & Isidorus sexto Etymologiarum.

r Legũ inuentores qui fuêre

r Legum autem inuentores qui primi fuêre, declarare vtile est. Moses gentis Hebræę primus omnium diuinas leges enodauit. Phoroneus Rex, Græcis: Mercurius Trismegistus, Ægyptijs: Solon. Athenienſibus: Lycurgus, Lacedę monijs, & Appollonius illa confirmauit: Numa Pompilius, Romanis. ſ Subdelegarunt tandem Romani decem viros, qui leges Solonis ab Athenienſibus in Latinum transferrẽt. Fuerũt autẽ viri prætacti, r vt sequitur: Appius Claudius, Titus Genutius, Publius Festius, Lucius Veturius, Gaius Iulius, Aulus Manlius, Publius Sulpicius, Publius Curiacius, Titus Romulius, Spurius Posthumius, legesq; huiusmodi sic collectæ, & aliæ itidem superadditæ, xij. tabularum leges nuncupabãtur, à duodecim tabulis eburneis, quibus insculptæ erant; & sic lex duodecim tabularum ex accidenti dicta est: vt ff. de origi iuris, l. ij. ſ. 1.

Vide de hac materia abundantius iure Mun. artic. 3. & artic. vij. & item dist. vij.

t Legis xij. tabularum compilatores.

u Iuris naturalis præcepta.

g Iuris naturalis præcepta, vt clarè habetur Insti. de iur. natur. ſ. iuris prǫcepta v sunt hæc; honestè viuere; alterum non lędere; ius suũ cuique tribuere.

hoc idem vide iure Mun. ar. 3. & ar. xviij.

Et quia iuris, legis, consuetudinis frequens interuenit mẽtio, quid vnumquodque illorum sit, declarare breuibus placuit. Ius supernùs descriptum habetur, nec vlteriori indiget declaratione. x Lex est cõstitutio scripta: vnde lex seu constitutio, y necessariò esse debet honesta, iusta, possibilis, secundũ naturam

x Lex q. 1.

y Lex qualis & debeat. vi.

turam & consuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, necessaria, & vtilis, manifesta quoque, ne per obscuritatem intactũ quid cõtineat, nullo priuato cõmodo, sed communi ciuium vtilitate conscripta, vbi si huiusmodi conditiones desunt, constitutio erit reijcienda: vt habetur iiij dist. c. erit autem.

de hoc idem iure Munic. ar. 1. & xxij. & item ar. xliij. glo.

z Cõsuetudo dicitur antiqui mores. Vel, consuetudo est ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex, vel vbi nullum ius habetur, sumítq; vigorem ex tacito populi consensu. i. dist. c. consuetudo. & Insti. de iure natu. ſ. ex non scripto.

z Consuetudo q. 1.

a Vt autem consuetudo iuris vigorem habeat, aliqui dicunt sufficere præscriptionem decem annorum: vt C. de tempo. in integrum restitu. l. finali; & C. quæ sit longa consuetudo in glo. rubricę. aliqui quadraginta: vt extrà de consue. c. vlti. aliqui, cuius memoria non extat: vt ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. & ff. de aqua quoti. & æstiua. l. hoc iure. ſ. ductus aquæ. C. quæ sit longa consue l. ij. b Verius tamen ad hoc quòd consuetudo valeat, requiritur, quòd ad minus bis antè hac secundùm illam iudicetur: vt ff. de legi. l. cùm de consue. Potissimùm verò consuetudo loci illius habet vigorem legis, si in contradictorio iudicio sit oppositа, parsque consuetudinem allegans, obtinuit sententiam, vt cùm consuetudo allegatur x. vel xx. annorum, aduersarius impugnat, allegansque, victor euadit; vt sic allegata consuetudo per sententiamq; approbata habet vigorẽ. ff. de leg. & sena. l. de quibus causis, & sequentibus legibus.

a Consuetudo quando vigorẽ legis habeat.

b De cõsuetudinibus vide infra ar. 60. & iure Muni ca. art. 2.

Si quæstio emergit, de qua ius scriptum nõ habetur, c consuetudo seruetur in illa quæstione: si non sit consuetudo, iudicetur per simile: si hæc duo deficiunt, iudicetur secũdùm consuetudinem vrbis Romę. Ratio, quia sicut in defectu iuris

c Iure Muni art. xliij. glo.

nostri recurrimus ad leges Romanas, & ab omnibus seruantur: vt infrà lib. ii. art. xxxvj. lib. iij. arti. xliiij. in glos. *d* ita & consuetudo. Quia tantū valet consuetudo Romanorum non scripta. Id autem quod dictum est de consuetudinibus, de consuetudine bona & non praua intelligi debet. Consuetudo etenim mala, quæ est contra legem naturæ, etiam cōtra ius scriptum reijcienda est: vt viij dist. c. mala. c. frustra & sequentibus; consuetudoque & constitutio iuri cedunt naturali, nec huiusmodi consuetudine quis excusatur: xxxij q. vij. c. flagitia & de cōsue. c. vlti. Quodsi instet quis, duæ vices faciunt consuetudinem. Verùm etsi populo placuerit, vel senatui, qui vicem huius repræsentat, vt idem fiat in futurum, & item, quod duæ vel plures vices consuetudinis bonæ & non prauæ.

d Vide con. li. j. ar. xxvi. glo.

Quæritur, si alia sit consuetudo in foro actoris, alia in foro rei, cùm terræ sint diuersæ, & si iudex habeat itidem suam consuetudinem? Re. seruabit iudex quam volet. Sed diceres, locus iudicij est spectandus? Re. aut consuetudo spectat ad litis ordinationem, & tunc seruatur illa, quæ est in foro iudicij; aut ad litis decisionē, & tunc illa, quæ in foro seu in loco contractus est. C. quæ sit longa consuetudo l. i. de hac materia vide abundantiùs Instit. de iur. natu. §. ex non scripto ff. de legi. & senat. l. de quibus causis, & post per totum C. quæ sit longa consuetudo. l. i.

e Consuetudinis tres sunt virtutes, Imitandi legem, id est, in tantum valere, sicut legem, vbi lex nō est scripta: vt Insti. de iure natu. §. ex non scripto. Quodsi concordet legibus, fortificat legē viij. dist. c. frustra. Interpretandi legem, vbi est dubia, hoc est, vbi lex esset intricata & non benè intelligibilis, iudicari debet secundùm consuetudinem approbatam; *f* optima enim est legum interpres consuetudo. ff. de legi. & senatcon. l. si de interpretatione. Et corrigēdi, quod distingue. aut est generalis per totum mundum, & sic vincit legem vbique: aut specialis, & sic vincit in illo loco, vbi est, dummodò, sit post legem inducta, alias vincitur lege superueniente: Insti. de iu. natur. §. ex non scripto. & ff. de legi & senaconsul. l. de quibus causis in fi. ff. de sepulchro violato. l. prætor ait. §. diuus Adrianus.

e Consuetudinis tres virtutes.

f Vnde & lex xij. tabularū consuetudinē esse seruādam suadet, cùm in quit, ritum familiæ patriæ seruanto.

Quare secundum quod nobis, &c. Est enim inter cetera vtriusque iuris præcepta illud præcipuum, quòd nihil asserere præsumamus, nisi quod cōfirmare possumus: aut auctoritate legis. C. de coll. l. illam: aut auctoritate canonis de consti. c. i. & c. ne innitaris: aut auctoritate consuetu. Insti. de iure natu. §. ex non scripto. & de consue. c. fi. & per to: aut auctoritate statuti loci singularis. ff. de iusti. & iu. l. omnes populi. ff. de legi. in multis legibus & de constitu. c. i. Et nostrum non est ius extendere, seu producere. ff. so. ma. l. si verò. §. de viro. & in dic. c. ne innitaris, immò nec distinguere debemus, vbi lex non distinguit. ff. de re. iudi. in multis legibus. ij. q. v. c. cōsuluisti. iura ergo quæ non apparent, nō sunt. nam ius finitū est & certū: vt in proœ. fforum. & in proœ. Insti. §. igitur. Et erubescimus loqui sine lege, in autē. de trien. & semis. §. consideremus. coll. iij. & C. de repudi. l. dissentientes. & de iur. fisci. l. certa forma.

Articulus I.

DVorum gladiorum potestatē, [a] spiritualem scilicet, & sæcularē, ad defendēdum suum populum, Christus in sua approbauit

[a] vt de infr. li. iij. ar. xxiij. iure Munic. arti. vij.

probauit Ecclesia; ex quibus Apostolicū spiritualē, & Romanum Imperatorē sæcularem habere, nemo ambigit. ob quorum figurationem, Apostolico super equum candidum equitare costitutum est, b & in ascensu eius, á Principe sella, ne decidat, tenebitur. in quo significatur, vt si qui inobedientes Apostolico existerent, á Principe ad obediendum, & è cōtra, cùm necessitas hoc exegerit (alii addunt, dummodò exercitus fuerit) compellantur.

b *Iure Muni. ar. vij. glo. a- bundè vide su per hac materia.*

GLOSSA.

Liber primus Speculi Saxonum diuiditur in lxxi. articulos: & tandem in paragraphos, ponturq; singulatim notitia vniuscuiusque articuli, tùm & paragraphi. Præsens articulus tractat de duobus gladijs, hoc est, iudicijs: spirituali videlicet, & sęculari, quæ duabus commissa sunt personis; spirituale Apostolico, & sęculare Imperatori. vocanturq; iudicia illa gladij: sicut enim gladio arcentur & puniuntur malefactores; ita spirituali gladio arcētur animæ excessiuæ, sęculari verò homines excessiui.

c *Papa, an Imperator, quis eorum dignitate maior, argumēta pro & contra*

c Dubium circa id exoriri potest, ex quo quidem potestas spiritualis & sęcularis, in his duobus gladijs fundata sit, quis illorum sit superior, & dignior. Arguitur primùm, quòd Imperator superior sit: Imperium etenim á nullo alio originem habet, nisi á Deo: vt x. distin. c. quoniā. & xxiij. q. iiij. c. quęsitū. Secundò, si Papa deberet esse superior Imperatore, extunc appellatio esset ab Imperatore ad Apostolicum; quod tamen non fit: vt extrà de appellationibus. c. si duobus litigantibus, & c. causam, qui filij sunt legittimi. Et item Imperator tributum accipit, quandoque de Ecclesia & non Papa: vt xi. q. i. c. magnum quidem est. In oppositum sunt alij, qui dicunt Apostolicum esse superiorem Imperatore. Primum Deus etenim omnipotēs Apostolico spiritualem & sęcularē potestatem dedit: vt xxij. dist. c. omnes. Præterea Imperator iuramentum præstare tenetur Apostolico: iusticiam exaltare: iniusticiā verò deprimere: vt lxiij. dist. c. tibi domino. Præterea Apostolicus imperium ex oriente in occidentē trāstulit: vt extra de electi. c. per venerabilem; & item Apostolicus in certis casibus exauctorisare potest Imperatorem: vt xv. q. vi. c. alius de sen. & re iudic. c. ad Apostolicę li. vi. Omissis tamen argumentis, pro & contrà militantibus. Et quòd vterque illorum, tám Apostolicus quā Imperator, propriam habent auctoritatem, in quantum non excedunt officium dignitatis suæ. Vndè si Imperator non facit ea quæ Imperatorem decent, itidem & Apostolicus, procedi contra eum potest, non vt contra Imperatorem, sed vt cōtra excessiuum, potestque deponi, excōmunicari: vt infra lib. iij ar. lvij. glo. Incontrarium istius sunt certæ quædam leges, quæ disponunt, quòd Imperator est super omnes leges, nec rigori legis subest, nisi inquantum velit: vt C. de legi. l. digna vox. & ff. de legi. & senatusconsul. l. princeps. Intellige tamen, quòd Imperator non patitur rigorem legis, in quantum Imperator; sed postquàm exauctorisatur, pati cogitur, vt excessiuus, vt dictum est. Apostolicus verò, vt textus habet, Imperatorem iuua-

d *Vide infr. li. iij. ar. lvij. in re Muni. ar. vij. ad hanc materiam.*

re in Imperio debet omnibus viribus suis, demandareque vt ius illius inconcussè ab omnibus indifferenter obseruetur: vt x. dist. c. si in adiutoriū, & c. de capitulis, dato etiam quòd clericus sit. Canones etenim concordantiam & connexionem cum legibus habent, vnumque aliud interpretatur; sed & Imperator Papam iuuare debet inobedientes arcendo. nam Christianitas subest potestati sacri Imperij Romani: vt C. de sacrosan. eccle. & xxiij. q. viij. c. conuenior.

e Papa intromittere se potest in ius seculare.

Notandum circa id, *e* quòd Apostolicus, seu Papa, intromittere se quandoque potest in ius sæculare, propter manifesta & enormia scelera, præcipiens iudici sæculari, vt puniantur: vt xxiij. q. iij c. Maximianus & c. ab Imperatoribus. Imperator etiam quandoque *f* iurisdictionem in personam spiritualem habere poterit, vtpotè, si prælatus eos corrigere nollet, vel non posset: vt xxxij. disti. c. eos qui. Secundò, propter anariciam & inuersum iudicium prælatorū: vt lxxix. dist. c. si quis pecuniam. Tertiò, propter hæresim: vt viij. dist. c. quo iure. & xvij. dist. c. nec licuit. Itē propter falsitates: vt c. ad falsariorum de crimi. fal. Item, propter seditiones factas; aut si excommunicationem respuerint: vt xxiij. q. v. de Liguribus. Item, si potestas spiritualis quem cōercere non posset: vt xxiij. q. iij. c. ab Imperatorib. Item, propter rebellionem tributi, ad defensam reipublicæ, de bonis Ecclesiæ: vt xxiij. q. viij. c. tributum.

f Imperator in iurisdictionem habet in personas spirituales. hoc idem vide infra li. xij ar. xvij. iure Municip. ar. xxij.

Articulus II.

QVilibet Christianorum adultus, ter in anno synodo se præsentare tenetur. Libertas est etiam tri-

tiam tripartita, Quorum primi Episcoporum synodum quærere solent, & hi banniti dicuntur: Proprietarii summorum præpositorum: Pagani autē Archipræsbyterorum. Simili modo & secularia iudicia quærere solent, scilicet banniti Comitum [a] quod xviii. septimanis exponetur sub banno Imperatoris. Si autem in numero quindenali pro violentia aliqua à superiori iudiciali termino iudicium expositum fuerit, etiam ibidem venire tenentur, ac per id omne eorum proprium banniti contra iudicem [b] omnino liberum faciunt. Proprietarii iure necessario suorum præfectorum iudicium quærēt, quod sex septimanarum spacio prouocetur [c] & ex his, si opus fuerit, præco eligatur. Pagani proprium non habentes, suorum Gograuiorū iudiciū expectent: [d] ibi & in omnibus legitimis iudiciis, debet vnusquisque sultetus clamores illatarū iniuriarum, & humana vulnera, alii, ab alio illata, & comminationes ac euaginationes gladiorū, factas

[a] *Vide infr. li. iij. ar. lxi. in. & Municipalis ar. xlv.*

[b] *Banniti etenim ex eorum proprio non audiendi eligantur, nisi vt iudicium Comitum frequentent: hæc ex textu, & li. iij ar. lxi.*

Quod si negligant, proprii eorum cessionari poterit. Si paruerint, exheredari vt sic proprii suum, vt textus habet.

[c] *Vide infra li. xij. ar. xlv. & lvi.*

[d] *Gograuius quis sit, vide infra eo li. ar. lv. lvi. & sequentibus.*

in damnum

in damnum aliorum, [c] & hos, qui ad iudiciū, cùm tenebantur, non venerāt, [f] omnemq; iniuriam pœna mortis, vel membri abscissione puniēdam accusare, si coram iudicio nō fuerit incœpta, alioquin ea non accusabit.

[c] *Qui autem iudicio pertinere dicantur vide infra eo. li. ar. lxx. & li. iij. art. lxi.*

[f] *Alij textus habent, omnēq; iniuriā, quæ in vitam, vel in cutim iudicatur.*

GLOSSA.

QVILIBET Christianorum adultus, ter in anno synodo &c. Vnde de synodo, & qui ad eam venire tenentur: vide c. decernimus. xviij. dist. & xxxv. q. vi. c. episcop. de ma. & obe. c. quod super his. [g] Si coram iudicio non fuerit incœp. &c. Nam vbi cœptū est iudiciū, ibi finem accipere debet. ff. de iudi. l. vbi acceptum, & l. si quis. ff. de iurisdictio. in. l. cum quædā. de fo. compet. c. proposuisti. & lite pendēte nihil est innouandū. extr. vt lite pen. in rubr. & nigro. Et idem, etiā si in alio iudicio res fuerit iudicata. ff. de excep. re. iudi. l. cùm quæritur. & l. seq. & l. si rem meā. de excep. c. aduersario eo. ti. c. ij. li. vi. Nam res iudicata pro veritate accipitur. ff. de reg. iur. l. res iudicata. Nec recipitur probatio in contrariū. C. de re. iud. l. sub specie. eo. ti. c. suborta. Item sententia facit ius inter partes, elapsis decem diebus à tempore prolationis computandis: de re. iudi. c. cùm inter vos §. vlti. & c. quod ad consultationem. C. de agri. & censi. l. litibus. arg. de præben. c. nisi. ver. quod ergo. vnde nec error derectus retractat sententiā. ff. fam. ercis. l. cum putarem. de re. iudi. c. inter monasteriū, &c. Vide etiam in repetitione regulæ Possessor per Pe. de Ancho. Videtur enim acquirere sententię is, contra quē fertur, cùm non appellat. nam sentētia auctoritate iuris suffulta tribuit ius illi, qui non habuit; & aufert illi, qui habebat, arg. de rescrip. c. pastoralis: & datur illi pro quo lata est sentētia, actio in factū ex causa iudicati. C. de reb. credi. l. actori. ff. de re iu. l. miles. §. fi. Et res acquiritur per sententiam, vt de cetero, cùm sana & pura conscientia possit teneri, secundum ea, quæ notātur per Hostien. in Summa de re iud. §. quot sint sub §. sed nunquid, vers. sed quid si post sententiam. vide in repetitione dict. regulæ. Nec princeps contra rem iudicatam concedit rescriptum C. sententiā rescindi non pos. l. impetrata. Immo & aliàs indebitum ex causa iudicati solutum repeti non potest. C. de condi. inde. l. i. cum concor. ibi allega. in glo. adde notata infra eo. li. circa ar. vij. ver. de transac.

GLOSSA.

Ex quo quidem in primo articulo duos Ecclesiæ datos esse gladios, declaratum est, quodque vnus alteri auxilio esse debet, prosequendo itaque auctor intentionem suam, dicit, necessariò omnes Christianos ad synodū cōuenire debere, vt ibidem de excessibus fiat discussio, &c. vt textus habet. & xviii. dist. decernimus. Signanter verò in huiusmodi synodo excessus notorij corrigi debent, si quis contra decem præcepta Dei, vel statuta Ecclesiæ excesserit, & hoc, si & in quantum iudicium sęculare ante hac huiusmodi excessuum nō correxerit, quia vt sic secundario eum corrigere non oportet: vt de excep. c. cùm quidam li. vi. Si quis verò diebus feriatis excesserit, vel in locis sacris, dato quòd iudex sęcularis eum puniat, nihilominus in syno-

[g] *Qui autē sit dies feriatus, vide infra lib. ij. art. x. §.*

in synodo accusandus erit, ac vtrique iudici mulctam præstabit, vt infra eodem li. ar. iiij. Notandum circa id *b* quòd nullus damnatur post mortem iure spirituali, nisi in tribus casibus; propter hæresim: vt xxxiij. q. ij. c. vlti. sanè profertur. Item, si hæreticis bona reliquerit sua: vt de hæreti. c. si quis Episcopus. Item, si in manifestis sceleribus decedat non confessus: vt lxxxviij. dist. c. neq;. Qui verò iure seculari accusari etiam post mortem possunt, suo loco declarabitur.

b Post mortem damnari quis possit in tribus casibus.

Illorum etiam qui iudicio interesse tenentur, vt textus habet, libertas est triplex: Banniti videlicet, Proprietarii, & Pagani: Vndè pro expositione textus ampliori notandum *c* quòd Banniti dicuntur, qui propriam libertatem habent, vel huiusmodi propriũ possident, ratione cuius scabini esse possunt. Secundum verò ius feu. c. iiij. Banniti dicuntur illi, quos dominus feudalis sede scabinali præfert, ad edicendum ius sibi, vel suis subditis; vel quia à domino infeudantur, vt sibi sententias inueniant.

c Banniti in proprio sedis actu vel agendum dicuntur, & de his vide infra eo. li. ar. vi. lib. ij. ar. xij. li. iij. ar. lxxiij. in Mem. ar. x. & item ar. xxxiij.

Proprietarii qui sunt.

Proprietarii sunt, qui in prouincia proprium habent, & ex illo aliquid facere, seruire aut dare tenẽtur. C. de agri. & censi. in multis legibus. ¶ Pagani censuales dicuntur, qui in bonis ex conductitio sedent, ex quibus alienari possunt ex certis causis. Quid autem vnusquisque horum demeretur, cùm ad synodum vel ad iudicium non venerit, inferius declarabitur, lib. iij. articulo lxiij.

Pagani qui dicuntur.

Articulus III.

ORigenes, septẽ fore seculi ętates, quodq; in septima finiri debeat, enarrauit, narrauit, & sicut in scriptũris apparet, quælibet seculi ætas, per mille annos est repręsentata. In Adam incepit prima, in Noè secũda, in Abraam tertia, in Moyse quarta, in Dauid quinta, in transmigratione Babilonis sexta, in Christo septima, in qua nunc sumus, sine finis certa notitia. Sic etiã Clipeus seu Cingul' militaris in septimo terminatur, & primũ habet Rex Romanorum, * Secundum Episcopi, Abbates, & Abbatissæ, qui & superillustres dicuntur. Tertium, laici Principes, ex quo facti sunt Episcoporum subditi & Vasalli, qui illustres nuncupãtur. Quartum nobiles & liberi domini. Quintum prædictorum nobiliũ vasalli, & etiam banniti. Ipsorũq; vlterius vasalli tenent sextum; sicut autem in septima seculi ætate, quòad finem est Ecclesia incerta; sic nec scitur, an cingulus militaris in septimo existit. Laici tamẽ Principes cùm facti sunt Episcoporum vasalli, *a* sextum cingulum in septimum reduxerunt; sicut etiam cingulus in septimo, & seculum

** Iure Muni. arti. viij. glo.*

a Vide alibi in autẽ. vt ab vxore & qui. § sexto. mus. col. vlt. dist. a. c. lec. Militare.

in septima

in septima finitur ætate, sic [b] gradus cognationis in septimo terminatur.

Nunc itaque considerēmus vbi cognatio incipit, [c] & in quo membro finiatur. In membro capitis, masculus & fœmina, qui quæue legitimè contraxerunt, constituuntur. In colli & corporis membro eorum proles, quæ de eodem patre, & eadem matre originem produxerūt. Si autem de eisdē nō sunt progenitæ parentibus, nō in eodem membro constituuntur, sed transeunt in gradum remotiorem. Contrahant etiā duo fratres cum duabus sororibus, & tertius eorum frater sibi alienam subarrauerit, superduxeritq; sponsam, filii nihilominus eorum indistinctè ad succedendum alter in alterius hereditatem admittūtur, [d] dummodò in eadē sunt dignitate propagationis. Indistinctorum fratrū filii, in membro annexionis brachii & corporis ponūtur, itidem & sororum pueri isti primum gradū obtinent; fratrum videlicet, sororumué proles, qui & nepotes appellantur. In membro cubiti secundus est gradus, & hi pronepotes dicuntur. In coniunctione manus & brachii, vbi tertius, qui abnepotes nuncupantur. In membro manus & digiti medii, vbi quartus gradus, illi antenepotes nominātur. In secundo membro digiti, vbi quintus gradus, qui trinepotes dicuntur. In tertio membro quadrinepotes, vbi & sextus gradus est. In septimo vnguis & non membrum reperitur, & ideo ibi cognatio terminatur. Qui à primo gradu vsque ad vltimum se æquè in gradibus computant, æquè hereditatem dimissā percipiūt. Qui autē se in proximiori gradu huic, de cuius hereditate agitur, probauerit; præfertur ei, qui vlteriorem obtinet gradum. In septimo gradu terminatur cognatio, in percipiendis hereditatibus, quāuis in quinto gradu Apostolicus matrimonia contrahere concessit. [e] Qui tamen nullam decretalem in nostri iuris feudalis, & ciuilis, potest condere præiudicium.

[e] ARTICVLVS ISTE REPROBATVS EST.

[b] *Nota, quòd gradus cognationis hoc Iure Saxonico finitur in septimo. Necesse est ergo in petitione hæreditatis, vt hæres articulet se defuncto infra septimum gradum attigisse, & id à multis obseruatur, quamuis iure communi gradus se ad decimum extendit: vt Inst. de gradu. cogna. §. hoc loco. et seqnen.*

[c] *Cognatio in proposito largè accipitur, extendes se tàm ad agnatos, quàm ad cognatos.*

[d] *Hoc est, si sint generatione similes. de generatione verò similibus, et quomodo vnus alteri similis generatione dicatur, vide infra ff. li. ar. xvij. & li. & item li. iij. ar. xlv. glo.*

GLOSSA.

ORIGENES septem fore, &c Vide xxv. q. iij c. vno. & quod notatur in proœ. li. vj. super verbo perfectus. ad hæc materiã abundè.

g In Adam inceœpit prima, &c. Et ea incœpit ius naturale, vnde dicit lex: Palam autem est, vetustius esse ius naturale, quod cum ipso genere humano rerũ natura produxerit. Ciuilia autẽ iura tũc esse cœperat, cùm ciuitates condi & magistratus creari, legesq; scribi cœperunt: vt in §. singulorum. Instit. de re diuisi.

g Qui tamen nullam decretalẽ, &c. Paragraphus iste erroneus est, intelligẽdo vt sonat, quia Papa derogat per suas decretales statutis & consuetudinibus locorum irrationabilibus, & alias vbi timetur periculum animæ, etiamsi hoc non exprimat, licet alias per posteriorem constitutionem locorũ, & personarum singulariũ consuetudinib. f & statutis rationabilib. nisi hoc expressè caueatur, non intendit in aliquo derogare: de quo in c. primo de constit. & in reg. possessor. de reg. iur lib. vi. Immo dicit etiã Imperator, quòd sacræ leges nõ dedignãtur sacros canones imitari: in auten. vt cle. apud pro. Epis. §. si verò. coll vi. & alibi dicit Imperator; quod per omnia vult sequi sacras regulas, quæ debent pro legibus valere: vt in auten. quomo. oportet epis. & c. cleri. §. i. & §. sancimus igitur coll. i.

f *Vide infra lib. iij. artic. vltim.*

GLOSSA.

ID quod de ætatibus mũdi in textu habetur, non præcisè ad materiã pertinet operis cœpti; verùm auctor priuilegij comparationem quandam facit, quò clarior intentio eius appareat in declarando de clipeis militaribus, & gradibus agnationis, cognationisque &c.

Omissã itaque ætatum declaratione, nam & ad propositum parũ spectant nostrum, pro intellectu articuli præsentis g notãdum venit, quòd clipeus non est aliud, nisi distinctio militiæ, seu nobilitatis; vt dist. j. c. ius militare.

g *Clipeum quid sit. eadem vide infra li. iij. ar. lxxij.*

Militia autem est duplex, h bellica, & iuridica. Bellica, quæ fit cõtra hostes armis nocere volentes in bello. Iuridica verò, est peritia iuris, iniustitiæ contrauenicdo: vt Instit. in proœmio. Vtraque enim militia contigit homines occidi, bonaque nanciscj, & perdi; & hoc cum audacia prauorum cohibetur: vt iiij. distl. facte sunt autem leges.

h *Militia duplex, vide sen. c. i de iur ma terria abunde.*

i Militia iuridica est duplex. Prima, cùm iure aliquid defenditur: vt C. de postulan. l. quisquis. & in auten. vt om. obedi. §. i, Alia cũ appositione pœnarum, indamnando transgressores, sicut faciunt illi, qui ex sententia interficiũt: vt spiculatores, præcones; nam & illi milites nuncupantur: vt habetur Ioannis xix. milites autem diuiserunt vestimẽta sua &c. Milites huiusmodi fuerunt tortores, & spiculatores: vt xxij. q. v. c. de occidendis. &. c. non solum. Militia bellica est item duplex, acquisita & innata. k Acquisita, vt est Episcoporum, Abbatum, &c. Innata verò, vt est Principum, superiorũm, & ista originem habet à Rege Romanorum: nam Romanorum Imperator naturalis militiæ primum obtinet gradum, vt textus habet. l Militiaque huiusmodi, nobilior est quàm acquisita. m Acquisita enim venit ex constitutionibus; naturalis verò ex natura: sed constitutio iuri naturali minimè derogare potest. i. dist. c. omnes, Instit. de le. agna. tute. §. vlti.

i *Militia iuridica duplex.*

k *Iure Militiæ. ei. ar. exp.*

l *Verum est quia ad sex. sicia autem, quia ad ecclesiasticos.*

m *Vide infra li iij. ar. xxxix Iure Militiæ nic ar i ar. xxxix & exp.*

Notandum præterea pro elucidatione textus n quòd cognatio est triplex: Naturalis, quæ venit ex genealogia, & secundum istam succeditur in bona, tutelaq; adiudicatur: vt infr. li. ij. ar. xx. & xxx. in auten. de heredi quæ ab inte. per totum. coll. ix. Instit. de legitii. agna. tutela. §. i. o Secunda est, quæ venit ex

n *Cognatio triplex.*

o *Cognatio ex*

propositio largè accipitur, extendens se tàm ad agnatos, quàm ad cognatos. Vnde agnati dicuntur, qui p virilis sexus lineam coniunctis sunt: in cõsanguineitate dicti ideò, cõsi nobis agnati, vel à patre cognati, veluti frater ex eodẽ patre natus, fratris filius, &c. Cognati verò dicuntur, qui per fœminini sexus copulas nuptiales sanguine iunguntur: vt Instit. de legiti. agnat. succ. §. sunt autem.

p Ex cognatione spirituali nouem propinquitates nascuntur.

q De successionib. vide infra li. i. artic. xvij. li. ij. art. xx. Iur. Municip. ar. lxij. in auten. de hæred. ab intesta. defuñ. coll. ix. per totum. Instit. de legitt. agnat. succ. §. i.

r Nota quòd in defectu descendentium, ascẽdentes succedunt præ omnibus collateralibus: vt infra eod. lib. arti. xvij.

nit ex affinitate; vndè affinitas est attinentia personarum ex copula proueniens, omni carens parentela: affinesq; ex eo dicti, quia duæ cognationes, quæ inter se diuersæ sunt, propter nuptias copulantur. postquàm enim vir carnaliter coniungitur vxori, omnes consanguinei vxoris, efficiuntur affines viro, & è contra. Tertia cognatio fit ex baptismo, quæ & spiritualis affinitas dicitur, & est propinquitas seu attinentia, quæ prouenit ex sacramenti datione, vel ad sacramentũ recipiendũ, attestatione, vel tentione. *p* Vndè ex cognatione spirituali, quæ ex baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascũtur. Prima, filiatio inter Sacerdotem baptisantẽ, & baptisatum. Secunda, cõpaternitas inter Sacerdotẽ, & patrem baptisati. Tertia, cõmaternitas inter eundem, & matrẽ baptisati. Quarta, inter filios sacerdotis & baptisati, scilicet fraternitas. xxx. q. i. omnes. & q. iij. ita diligere. Quinta, filiatio inter baptisatum, & suscipientem de baptismo. Sexta, filiatio inter eundem, & vxorem suscipientis. Septima, fraternitas inter baptisatũ, & filios suscipientis. Octaua, cõpaternitas inter suscipientẽ, & patrẽ susceptí. Nona, maternitas inter eundẽ, & matrem pueri: de his abundè vide xxx. q. iij. & sequentibus per totũ. Ex prima itaque cognatione, quæ naturalis dicitur *q* venit hereditatis successio, vltimæ duæ duntaxat matrimonium impediunt.

q In successionibus verò hereditatum, triplex inuenitur gradus, descendentium videlicet, ascendẽtium *r* & collateralium. Primus gradus est descendentium, vt filius, nepos, & infrà. Ascendentium verò: vt Pater, Auus, &c. Vndè descendentes succedunt, in defectu illorum ascendentes sequuntur, prę omnibus collateralibus; vt Instit. de hered. quæ ab intesta. defer. §. sin autem. Nec inter ascendẽtes & descendentes matrimonium esse poterit, etiamsi Adam viueret, nubere non posset: vt Instit. de nupti ergò non omnes. De gradibus cognationis, affinitatis, immò declarationem glossæ præsentis ampliorem vide, xxx. q. iij. & sequẽtibus. & item. xxxv. q. iij. iiij. & sequentibus: Instit. de nuptijs. & item de gradi. cogna. & ff. eo. ti. per totũ. Ibidemque in titulis allegatis inuenies, quòd Canonistæ gradus huiusmodi magis abbreuiãt, propter matrimonia vetãda; legistę verò largiùs extendunt, propter nanciscendam hæreditatũ successionẽ.

Si autem de eisdem non sunt progenitę, &c. Hoc est, si mater tua mortua sit, paterque aliam superduxerit vxorem, cum qua pueros procreat, isti non erunt in eadem linea cũ illis primis, sed medij fratres vocabuntur, ad hereditatemq; non nisi secundùm vnam partem pertinebunt; sic scilicet, quòd integri fratris filius, æquè propinquior est in tollenda successione, sicut medius frater: vt infra eod. li. art. xvij. & lib. ij. arr. xx. Vide etiam ad hanc materiam in auten. de cõsangui. & vtri. fratri. §. i. coll. vj. C de leg. hære. l. de emancipatis.

Contrahãt etiã duo fratres, &c. Filij illorum alter in alterius successionẽ admittuntur, ex eo quòd patrueles sunt; sed si sororũ pueri fuerint, & alij pueri ex alia fratris vxore, quæ non fuit soror, vxor tamen tertij fratris, propiores erunt ratione matris ad succedendũ fratribus, vel sororibus, qui ex duabus sororibus processere in bonis ex matre deuolutis: vt infra eod. lib. arti. xvij.

Qui autem se in proximiori gradu &c. de his vide Instit. De legitt. agna. succes. §. hoc etiam. & Instit. de hæredi. quæ ab intesta. defer. §. sin autem.

Licèt in quinto gradu Apostolicus &c. Antiquitùs etenim nullus matrimonium contrahere audebat, nisi

teralibus: vt infra eod. li. ar. xvij. §. tio, quæ successio ex gremio excedere non debet, & id in curiis minorum cõmuniter tenetur, licet aliqui contrarium quandoq; pronunciant. sed licet, quòd descendentes quibuscũq; collateralib. de functis simul admittuntur. Tenent etiam aliqui, quòd auus sine auia, & frater sine sorore defuncti simul succedant pro æquis portionibus. Sed hoc non obseruatur, dum est præsumptum in successione cuiuscunq; modi.

bat, nisi in septimo gradu. vt xxxv. q. iij. c. de affinitate. Posthac verò limitatum est admissumque in quinto gradu matrimonium: vt extra de consangui. & affini. c. non debet. & hoc intelligendum, tàm in gradu cognationis, quàm etiam affinitatis: vt ibidem in loco allegato xxxv. q. iij. c. de propinquis, clare apparet.

Qui tamen nullam decretalem, &c. Q. D. quòd Apostolicus nullã in contrarium legem condere possit, contra id tamen argui potest per illud, quod Christus in Euangelio dixit, quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo, &c. Respondent aliqui: quòd etsi quidem Apostolicus facultatẽ habeat legem immutandi, cum tamen facere id minimè decet. quod enim semel placuit, amplius displicere non debet: ff. de regu. iur. l. quod semel. hæc tamen responsio est minus valida, quantum ad Apostolicũ. Vnde & lex allegata, quod semel placuit, &c. intelligi debet de hominibus priuatis, cùm quid promittunt, aut stipulantur, aut aliquid aliud faciunt, displicere posthàc eis non debet, immò firmiter tenere eos oportet: vt Insti. de obliga. §. i. & ff. de reg. iur. l. nemo. C. de nego. gest. l. si quis nolẽte. Potest itaque Apostolicus constitutionem antehac latam immutare. Cõstitutiones etenim omnes propter actus humanos fiunt, sed quia tàm homines, quàm actus illorum mutabiles sunt: quare & leges occasione illorum sancitę, ex rationabilibus causis immutantur: vt in auten. quib. mod. nat. effic. §. i. coll. vi. & C. de vet. iur. enucle. l. Deo auctore: & in auten. de consan. & vter. fra. §. i. coll. vi. Exindeque sequitur, quòd si quid Apostolico antehac in iure nostro complacitum fuit, ex certis causis nunc displicere eidem poterit. Quare & constitutionem contra ius nostrum eidem ferre licebit: vt extra de sentẽ. & re iudi. c. ad Apostolicę. lib. vi. In scrinio enim pectoris sui omnia iura recondita habentur: vt extra de constit. c. licèt Romanus. lib. vi. Præterea Apostolicus reijcere potest Apostolorum canones: vt xvi. dist. c. canones. quamuis per prędecessores suos fuerint statuti. Apostolicus etenim, nec Imperator, quidquam constituere potest, in præiudicium posteritatis suæ: vt extra de rescrip. c. si gratiosè. & c. vltimo lib. vj. C. de legi. & consti. l. digna vox. Concluditur ergò, quòd Imperator & Apostolicus, in contrarium iuris nostri, constitutionem statuere possunt. Quare paragraphus articuli vltimus, vbi dicitur, quòd Papa nullam decretalem in præiudicium iuris nostri condere potest, locum non habet.

In contrarium tamen huius declarationis, & pro roboratione paragraphi vltimi, articuli præsentis, *f* notandum, quòd ad immutationem constitutionis alicuius nõ sufficit id, quòd homines, & actus illorum mutabiles sunt, vt argumẽtum ex aduerso nulitabat. *g* Verùm ad id multæ aliæ circũstantiæ requiruntur, potissimumque ex triplici causa lex seu constitutio immutatur. Primò, cùm causa illa immutatur, propter quam lex sancita fuit: vt quia lex est, quòd bona paterna in pueros hæreditant, causa; quia nullus est propior patri, & magis obligatus in obsequio, fidelitate, & honore, quàm pueri eius: cùm ergo pueri aliqui parentibus fidelitatem, obsequium, honorem, non exhubent, ratione cuius hæreditare deberent, est constitutio noua in contrarium, quòd pater exhæreditare potest puerum: vt in auten. de immẽs. donat. §. i. coll. vij. & in noua constitutione. Nos Adalbetus, &c. Exindeque sequitur, quia causa iuris Saxonibus dati, fuit fides suscepta; durante ergò fide in eis, ius illorum immutari non debet, nec noua constitutio in contrarium dari. Secun-

f Vide infra lib. v. art. vi. Iure Municip. articulo 1.

g Ad immutationem constitutionis quæ requiruntur.

ri. Secundò, quandò ius statutum ex antiquo in abusum venit, & in malum vertitur: vt in auten. hæc constit. innouat nouam constitutionem. ſ. i. coll. viij. vt statutū fuit; quòd mulier dotem abrenunciare non posset, nec obligare se pro marito in sua substantia: vt in auten. vt nulli iudici. ſ. & illud coll. ix. & infra eod. lib. i. ar. xxj. nisi illud concernatur venire in cōmodum dictę vxoris; venit tandem in abusum, quòd mulieres iurantes huiusmodi pactis non contrauenire, per iudices nihilominus permittebatur eis iuramentum in contrarium. Constitutio ergò noua sancita est, qua derogatur legi allegatæ: vt de iure iuran. c. licèt. lib. vi. Tertium, quando noua actio, quæ antehac non fuit, euenit; vt sic noua lex statui potest: vt in auten. vt defuncti. seu fune. coll. v. per totum. C. de legi. & constitutio. l. ij. Ex quo itaque causſa iuris Saxonibus dati, quæ est fides susceptа, huc vsque illæsa manet, nec illud ius versum est in malum; sed nec repugnat fidei Christianæ. Quare Apostolicus illud immutare non debet, vt xij. dist. c. illud. & c. ridiculū. Tùm etiā, quia immutatio iuris Saxonici, magis pertinet ad Imperatorē, quàm ad Apostolicum, nisi probare posset in eo contineri aliquid contra fidem Christianam: vt extra de foro competenti. c. licèt. & c. ex tenore. & c. ex parte. & extra de appellat. c. si duobus. Dato etiam, quòd Apostolicus aliquid statuat, illud parū nobis obesse poterit, nisi ex nomine errorē exprimat: vt extra de constitutionibus c. licèt Roma. lib. vj. In generali tamen concludi, quòd Apostolicus derogare iuri & legibus potest, priuilegiaque reuocare, quæ contra salutem animæ, fidei Christianæ repugnantia, & contra honestatem sancita sint: vt extra de constitu. c. allegato. li. vi. habetur.

a Ex hac glossa colligi potest, quòd mulier dotalitiū seu vitæ prouisionem, quamuis alli abrenūciet, repetere potest, nisi forsan iurauerit de non repetendo. Vide ad hanc materiā Iure Munici. arti. xxij. & exl. gloſ.

Articulus IIII.

SVper nanos, & homuncios, nullum descendit feudum, aut hæreditas: qui autem propinquiores illorum existunt, id quod ad ipsos peruenire ex bonis cernitur, accipiunt, ac illis, necessaria sumministrabunt. *Alij addu & de herm. pōreditis.*

Nascitur etiā puer surdus aut mutus, sine pede aut manu, idque cum natus sit, demonstretur, iure ciuili hęres quidem existere potest, sed non iure feudali. Si autem feudum ante huiusmodi tempora sit fortitus, propter superaduenies impedimentū, feudum prius acquisitum non amittit. Quod & de leproso homine similiter enarramus.

GLOSSA.

ID quòd in textu dicitur: Super nanos hæreditas non descendit, intellige quò ad administrationē, vt infrà patebit, quia debent esse sub cura aliorū. Quod verò de leproso homine dicitur; leprosi etenim de ciuitate expellēdi sunt. Vnde nota, quòd tria genera hominū *b* in ciuitatibus tolerari non debent, verum expelli: videlicet leprosi, *c* cadauera mortuorum, & mendicantes validi, scilicet qui laborare possunt, nè alios inficiant: vt C. de mēdi. vali. l. cunctis. li. xj.

b Tria genera hominum ex ciuitate pellenda.

c Hæc idem lex xij. tabularum statuit, cùm inquit: in vrbe ne sepelito, neue vrito, ne facito fagum, ascia ne polito.

GLOSSA.

I o quod dicitur de nanis & homunçionibus, hoc idē intellige de furiosis & surdis, ex eadem caussa, quia defectuosi sunt; vbi est enim vna ratio, ibi eadem est iuris dispositio. Agnati itaq; bona eorum administrabunt: vt Instit. de cura. §. furiosi. Alij addunt articulū intelligi debere & de hermaphroditis.

Iuri naturali contradicere videtur articulus iste. Naturali enim iure succedere debent defectuosi, quod est maius scripto. Ius etenim naturale vetustius est, quia cum ipso genere humano natura illud prodiit. Ciuilia iura tunc cœperūt, cùm ciuitates & magistratus creati & fundati sunt. Præterea & iure communi mentò succedere debēt; afflicto enim superaddi afflictio non debet: vt vii. q. i. c. cum percussio. Intelligendus est ergò sanè articulus, quòd huiusmodi defectuosis hæreditas interdicta est quò ad administrationem, non autem quòd penitus excludantur: vt C. de Episcopa. audien. l. liberi furiosi. & Instit. de cura. §. furiosi. & §. sed & mente capti.

Articulus V.

COntrahat si filius tēpore patris sui, a cū muliere sibi in generatione coæquali, & ex ea prolem genuerit: postmodum verò, nondum ab hæreditate & bonis patris diuisus, ab hac luce per mortem decesserit; proles eius mortuo auo, in hæreditate eius, cum patruis & matertetis terteris, accipit portionē, b quod de nepotibus filiarum non est præsumendū. Filia, quæ adhuc in domo est non emancipata, vtensilia c seu paraternam matris suæ, cum sorore, quæ iam emancipata est, diuidere non compellitur. d Diuisionem verò rerū hereditariarum non poterit sibi denegare.

Mulier cum luxuria sui corporis famam quidem suam denigrare potest, iura tamen sua, aut hæreditatem propter id minimè perdet.

Clericus cū sorore sua, e in vtensilibus seu paraferna matris suæ, æquam habet portionem, f similiter cum fratribus æquam partem in proprietate, ac hæreditate obtinebit. Impossibile verò est, quem clericum nominare, nisi sit doctus, ordinatus, & tonsuratus, priusquam hec ad eum iure hæreditario peruenerūt. Vbi verò mulier fratrem non habet superstitem nisi clericum, ipsa sibi in hæreditatis perceptione coæquatur. De clerici verò bonis, g post mortem eius, nemo vtensilia potest postulare, quia

quia res

b *Illud abrogatum est, vt ex glossa colligitur, & in auten. de hæred. ab intestato, per totum.*

c *Quæ autem ad paraternā spectare dicātur, vide infra ar. xxiij.*

d *Iure Munic. ar. xxij. glos.*

e *Iure Munic. artic. xxiij. & xvij glos.*

f *Ex his colligitur, quòd eleriens paraternam dimidiam matris accipit, & nō sorores, vel alterius cognatæ.*

g *Ex textu iste trahi potest, quòd mulieres quæ hereditatē percipiunt, non cpus esse gerendam tribus. intelligitur tamen de mulieribus ex parte sursi descendentibus, & non derelicta post*

mortem matris. Quod autem mulieres percipiunt ante omnē diuisionem gerada. Ratio est, quia filij in recompensam percipiunt arma bellica, seu Hergewteth, tùm etiam feudum: vt infr. eo. li. ar. xxxiij. iure Mun. ar. xxiij.

res hæreditariæ sunt omnia, quæ sub ipso tempore mortis inueniuntur. Non emancipata mulier, vtensilia matris suæ cum fratre clerico beneficiato, aut præbendato, non diuidet. Cum quibuscumq; bonis homo moritur, hæreditas appellatur.

GLOSSA.

In præcedentibus duobus articulis, magister priuilegij, occultò meminit de hæreditate & successione hæreditatum; hîc iam in articulo præsenti apertiùs intentionem declarat suam, diuisionem hæreditatum prosequendo, cùm dicit: contrahat si filius &c. Circa id quærere quis posset, cur id sit, quòd puer filij recipit portionem patris in bonis aui. ꝛ. quòd hoc efficit patria potestas, seu possessio pueri filij præmortui, qui & remansit in domo aui, loco patris sui. Quid si miles superducat rusticam, an filij eius hæreditant, mortuo patre, in bonis aui? ꝛ. quòd iure prouinciali succedunt in bona aui loco patris, non autem iure feudali: vt in auten. coll. x. in prin. textus tamē articuli nullam facit super iure feudali mentionem; sed successionem admittit, dummodò sit in generatione æqualis, vel in eadem dignitate propagationis, hoc est, quòd vxor sit libera & non serua.

In textu cùm dicitur, quod de nepotibus filiarum non est præsumendum, &c. Contrarium istius habetur suprà articulo tertio, cùm dicit, qui à primo gradu vsque ad vltimum se æquè in gradibus computant, per æquum hereditatem relictam percipiunt. Respondent aliqui, quòd ibi loquitur de successione collateralium; hîc verò de linea recta descendentium articulus disponit. Vel limitatur hoc modo: quòd videlicet filiarum pueri non accipiunt portionem aui, nisi importetur illud, quod mater eorum exportauerat: vt infra eo. li. ar. xiij. & li. ij. ar. xix. Vel dic, & melius; quòd paragraphus articuli intelligitur de mulieribus Sueuorū, quę propter excessum exhæreditabantur: vt infra eo. lib. ar. xviij. & arti. xxx. Vel potiùs intelligendum est illud esse verum, secundum iura antiqua. Descendētes etenim ex parte gladij, iure antiquo ius melius habebant, quàm descendentes ex parte fusi: vt Insti. de hæred. quæ ab intesta. deferun. §. item vetustas. Ius tamen illud posthac reiectū est: vt infra eo. li. art. xvij. & in auten. de trien. & semis. §. neque illo. coll. iij. Sequitur textus autentice: Vnū ordinem ponimus in omnibus nepotibus & pronepotibus, non ferēdum fœminā à masculo in talibus minui; neque enim masculus ipse, neque fœmina solùm ad natiuitatis propagationē sufficiens est: sed sicut vtrunque eorū coaptauit Deus ad generationis opus; ita etiam nos eandem vtriusque seruamus æqualitatem.

Filia, quæ adhuc in domo patris est non emancipata, &c. Concordat Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. emancipati. Cùm dicitur: Emancipati autem liberi, iure ciuili nihil iuris habent. neque enim sui hæredes sunt, quia in potestate parentis esse desierunt; neque alio vllo iure per leges xij. tabularum vocantur. & idem dicitur in paragrapho emancipatos, Instit. de exhæreda. libe. Inquantum hic dicitur de vtensilibus, concordat allegatus paragraphus; hodie verò secundùm leges aliter obseruatur. vide ex auten. §. in successione. C. de suis & legiti. libe. vbi allegatus §. corrigitur. De dotata verò muliere, an per consuetudinem, vel

statutum

ſtatutum, poſſit excludi: vide ſuper ff. de ſucce. ab inteſta. in additione Speculato. in verſu, ſed reducitur, vbi innuitur quod excluditur. *b* Quòd autem filia non emancipata vtenſilia non diuidit cum emancipata, ratio eſt, quia emancipata iam portionē cepit ſuam; iſta verò non: ſed in expectando fuit in damnum & commodum. In damnum, ſi forſan nihil ſuperſit talium vtenſilium: ius autē diſponit; quòd qui ſentit damnum, ſentiat etiam & commodum: vt ff. de reg. iur. l. ex qua perſona. Inſti. de legi. agna. ſucceſ. §. ſed nos. & Inſtitu. de legi. patro. tute. §. i. Immò ſi vellet importare emancipata vtenſilia quæ exportauerat, non emancipata nō tenetur ſecum diuidere.

b Iure Muni. ar. ixy.

Mulier cum luxuria ſui corporis hæreditatem nō perdit, &c. Ratio, quia ſi hæreditatem perderet, daretur occaſio ex paupertate maiora patrandi facinora; exindeque parentibus & amicis leuitas maior ſubſequeretur. Prouidetur etiā in eo filiabus, vt parentes curent eò diligentius, quò eas nuptui tradāt: vt in auten. vt cùm de appel. commu. §. ſi alicui. coll. viij. Contrarium iſtius ſentire videtur in auten. de nupt. §. ſi verò coll. iiij. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. ex lege Iulia. ff. quòd ibi loquitur de mulieribus maritatis: articulus verò præſens intelligit de mulieribus liberis & ſolutis.

Id quod textus habet, quòd clericus vtenſilia diuidit, &c. Hoc fit propter orationes quas fundūt & fundere debent vniuerſaliter pro omnibus: vt in auten. quomod. oport. Epiſcop. in prin. coll i.

Impoſſibile *i* verò eſt quem clericum nominare, &c. Senſus paragraphi iſtius eſt, quòd nullus clericus nominari debet, niſi ſit doctus & ab Epiſcopo ordinatus: vt lxix. diſt. c. non oportet.

i Iure Muni. ar. ixy.

De clerici verò bonis, &c. Quidquid enim bonorum ſacerdos poſt ſe reliquerit, hæreditas eſt. Si quid verò ſpiritual. habuerit, Eccleſiæ cedit: vt xij. q. iij. c. i. & c. relatū de teſt. Quod ſi duplicia bona poſſideat? hoc eſt feudalia & hæreditaria, nec diuoſci inter illa poteſt, quę pertinent ad hæreditatem, & quæ ad feudum? Reſp. Quòd clericus literas vel notam aliquam moriturus ſuper eo relinquere debet: vt xxviij. diſtin. de Siracuſanæ vrbis. Quod ſi non faciat. Reſp. Quidquid manifeſtè commonſtrari poterit, quòd hæreditas ſit, hæredibus cedet, reſiduum verò Eccleſia tollet. ij. q. i. c. manifeſta. cum duobus ſequentibus.

Cum quibuſcumque bonis homo moritur, &c. *k* Circa id quæri poteſt quid hęreditas ſit. Lege etenim communi hæreditas nihil aliud eſt, quā ſucceſſio in vniuerſum ius *l* quod defunctus habuerit: vt l ff. de reg. iur. l. hæreditas. & ff. de verbo obli. l. quoties. & infra arti. ſequenti gloſ. Vnde ſi mortuus ex præda, furto, &c. bona poſſideat, illud etiā ius hæredibus relinquit. nullus enim pinguius ius in alium trasferre poteſt, quàm quod ſolus habuit: vt ff. de reg. iur. l. nemo. & Inſtit. de perpe. & tempo. actio. §. pœnales. & ſi mortuus pro his inculpatus fuerit, reſpondere hæres pro his tenebitur. Contrarium huius militare videtur, articulus proximè ſequens, vbi dicitur: furta, nec ſpolia, &c. Reſp. Quòd hæres ſuccedit in ius mortui, in bonaque omnia, hoc verū eſt, ad quæ mortuus ius habuit, illa etiam iuſto poſſideat; quæ verò per iniuriā à mortuo occupabantur, hæres etiam iniuſtò illa tenebit. Quare & repeti bona huiuſmodi ab hęrede poſsūt. nullus enim locupletari debet cum iactura aliena: vt ff. de regul. iur. l. iure naturæ. & extra eod. tit. c. locupletari. lib. vj. Vnde ſi mortuus fuit prædo, vel fur, in bona ex præda vel furto occupata, & iniuſto poſſeſſa, hæres non ſuccedit: vt

k Hæreditas q. c.

l Iure Muni. arti. xvi.

Inſti.

Instl. de perpetu. & tempo. §. non autem. & C. de pœnis. l. sanximus. Quinimmò non semper locum habet paragraphus articuli allegatus, quòd cum quibuscumq; bonis homo moriatur, hæreditas sit; dantur enim aliqui casus, vbi mortuus bona sua in hæredes transferre nõ poterit, nec bona illa hæreditas nuncupabuntur; res etenim nominibus coæquari debent: vt Instit. de donat. §. sed nos. Vnde circa id sciendum, m quòd ex triplici causa vnus hæredem non relinquit. Primò, si contra imperium, vel rempublicam machinatus quid fuerit, etiam lite non cõtestata, quidquid bonorum relinquerit, confiscabũtur: vt Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. per contrarium. & C. ad l. Iuli. maies. l. quisquis. Secundò, si per annũ & diem in proscriptione, seu banno Imperatoris permanserit: vt infra eod. lib. art. xxxviij. Tertiò, qui seipsos interficiunt: vt C. de bonis eorum, qui sibi mortem consci. l. eorum. Contrarium istius videtur infra li. ij. ar. xxxi. vbi innuitur; quòd bona illorum, qui seipsos interficiunt, hæredes tollunt. & item C. de bonis damna. Resp. per distinctionem: qui conscius est mortis suiipsius, ex timore pœnæ, vel timore mortis, quam ex sententia iudicis sufferre deberet, bona eius confiscãtur, nec ad hæredes cedunt. Qui verò ex insania, ægritudine, & non animo deliberato, seipsos interimunt, bona eorum in hæredes veniunt, & hoc intelligere vult articulus. xxxi. lib. ij. & C. de bonis eorũ, qui mortem sibi consci. l. ij.

m Hæredevnus carere, ex tribus causis dicitur.

Articulus VI.

CVm quibuscumque bonis homo moritur, hæreditas appellatur. a Qui hæreditatem percipit, debita soluit, quantũcumque hæreditas in mobilibus vel sese mouentibus perdurabit, aut extenditur.

a Iure Muni. ar. xxvi glos.

Furta, spolia, lusoriè b perdita, soluere non tenetur, nec aliqua c debita, nisi de quibus hæreditas tuerat ampliata, vel quæ hæres personaliter fuerat stipulatus, d hæc soluet; si ei erunt per testimonium septuaginta duorum bannitorum, aut totidem legitimorum latinorum, (alii textus habent originaliũ) prout iuris ratio exposcit, declarata.

b ARTICVLVS REPROBATVS.

c *Iure Muni. arti. Ciu. & arti. Ciu.*

d *Vide Iure Munici. art. Leuiy. glos. & arti. Ciu.*

Si autem actor suis voluerit renunciare testibus, e & in iure ciuili aut feudali hæredem impetierit de scientia sua, tunc necesse est, vt de sua scientia dicat veritatem, & si falsus fuerit, soluere debet: si verò negauerit, ignorantiã suam iureiurando confirmabit, & vt sic absoluetur.

e *Vide infra li. ij. ar. xxij. & li. Muni. ar. xxij. Paragraphus iste intelligi debet, si actor ante guarendam præstitã, reo iuramentum detulisset. Pulsea enim reus non tenetur etiam p sitientibus actoris respondere, verũ actor cogetur actionẽ prolatare. Concordat ad id l. quæsitum. §. prætor ait. ff. de noxa.*

Debita etiam defuncti hæredibus eius persoluentur.

Debita quæ homo personaliter debet, non inducunt talem probationem. Sed si impetitus ea fatea-tur, soluere tenebitur. Si

verò negauerit, manifestissimum est iurare eum oportere.

GLOSSA.

QVI hæreditatem percipit, debita soluit, &c. Et hoc verum est, si fecit inuentarium. aliàs enim hæres tenetur ad solutionem omniũ debitorum. C. de iur. deliberan. l. scimus. Vndè dicũt quidam, quòd hæres habet decẽ dies à morte defuncti ad faciendum inuentarium. Speculator verò dicit, quòd habet triginta dies, à die aditæ hæreditatis, & quadraginta dies ad complẽdum: de hoc in Specu. de instru. edi. §. dicto. ver. in huiusmodi autẽ.

Furta, nec spolia, &c. Hoc damnatum est per ius Canonicũ de rap. c. in literis, de sepul. c. vltimo. & quòd ibi notatur in glos. finali. Secundũ leges autẽ, hęres ex delicto defuncti, vel quasi non tenetur, nisi in quãtum ad eũ peruenit ex illo delicto, vel nisi cum defuncto lis fuerit cõtestata. C. ex delict. defun. l. vni. & hic & infra lib. iij. ar. xxxi. hoc idem etiã notatur per Hostiẽsem in summa de testa. §. ad quid.

Nullus iudicium inferre debet pacta verbalia aut nuncupata iurare debet. ex his videJason. Bart. & Cuy. de acti. l. 1.

Nec lusoriè perdita, &c. *f* Quid si aliquis mutuauit in ludo perditionis, sed debitum postea interuallo facto promisit, vel præceptum iudicis de soluendo, sponte recepit. Dic, quòd talis ad solutionem tenetur, quia sublata est prima turpitudinis caussa, ergò valet. ff. de con. ob. tur. cauf. l. penul. C. quòd me, cauf. l. ij. Sed quid de illo qui mutuauit in alea seu taxillorum ludo; iste tamen mutuum in aliam & vtilem expendit caussam. dic, quòd aut expressa fuit caussa mutui ad ludum; & tunc talis nõ agat. expressa enim nocent: vt ff. de pact. l. si. vnus. §. illud. Si verò caussa non exprimatur, agere poterit: cogitationis enim pœnam nemo patitur. ff. de pœ. l. cogitationis. De his quantò plenius vide per Ioan. Andre. in addit. Spe. de obli. & solut. super rubr.

GLOSSA.

SENSVS articuli præsentis est, qui hæreditatem percipit, debita soluit, quantumcunique hæreditas in mobilibus perdurabit, hoc est, secundùm quod bona deuolutoria, quæ post mortem ad hæredem cedunt, se extenderint, *g* Ex his sequitur, quòd hæres non tenetur de suo proprio pro defuncto soluere: vt C. de iur. deli. l. scimus. Quod si hæres negauerit habere bona, ex quibus soluat, *h* vel non omnia recognoscat, postea verò aliter inueniatur, duplum soluere cogitur: vt ead. l. §. licentia. Ante omnia tamẽ hæres, id quod pro sepultura expendit, defalcet: vt C. eod. titu. l. scimus. §. in computatione. Leges verò quæ contrarium senserint, omnes sunt abrogatæ: vt ead. l. §. vlti.

g *Iure Munic. ar. xxxi. glos.*

h *Hæres negans bona peruenisse, si aliter inueniatur, creditoribus duplũ soluit.*

Furta, spolia, &c. Notandum circa id, quòd ad omnem querelam pecuniariam debiti, hæres respondere cogitur: quod si mortuus accusetur pro furto, rapina, hæres respondet in restituendo illo, nec aliter respondere cogitur, sed nec ad maiora compelli: vt infra li. iij. art. xxxi. lib. ij. arti. xvij. Si verò insimuletur mortuus, quòd contra imperium, aut rempublicam egerit, & de facinore in vita ipsius intentatum non est, hæres defendere, & pro ipso respondere potest. Si conuincitur mortuus, hæreditatem perdit, & bona illa confiscantur: vt ff. ad l. Iuli. maies. l. vltim. Instit. de hæred. quæ ab intesta. de fer. §. per contrarium. *g* Cùm dicitur, nec aliqua debita, nisi de quibus hæreditas fuerat ampliata; vel personaliter fuerat stipulatus: vt Instit. de fideiuf.

Debita, quæ homo personaliter debet, &c. Contrarium huius leges quædam sentire videntur: vt C. de contrahen.

contrahen. & commit. stipu. l. veteres, eod. tit. l. si quis. C. de fideiuss. l. fideiussoris quidem hæres. Resp. tamen quòd leges allegatæ intelligi debent de debitis, quorum notitiam hæredes habent, & non de illis debitis, quæ pater incognita remansit.

Si ei erunt per testimoniũ lxxij. bannitorum, &c. In contrarium huius videtur esse: extra de testa. c. cùm esses. & de testi. c. in omni. & c. licèt vniuersis. R. tamen, quòd ius præsens specialiter sancitum est ex eo, quia hæres difficiliter, citra iacturam conscientiæ, pro facto mortui iurare potest: vt xxij. q. ij. c. homines. Vnde circa id sciendũ, i quòd fideiussor molestari nõ debet, quamdiu principalis inueniri poterit; quòd si præsens non sit, inducię dantur ad certum tempus, ad statuendum principalem.

i *Fideiussor molestari non debet, quamdiu principalis haberi poterit.*

Cùm dicitur septuaginta duorum bannitorum, &c. k probatioque huiusmodi testimonij cum septuaginta duobus, hodie de iure Saxonico venit ad septem viros in iure benè conseruatos; secundùm verò canones, duo testes sufficiunt: vt extra de testi. c. in omni, & c. licèt vniuersis.

k *Iure Muni. artic. lxvij. & xij.*

Ibi cùm dicitur: Necesse est, vt de sua scientia dicat veritatem, &c. Vndè hæres impetitus, vt de sua scientia dicat veritatẽ; recognoscere, vel negare eum oportet: vbi verò probatio defuerit, iuramentum cedit, & vt sic absoluitur: vt in auten. vt litig. iurent per totũ. coll. ix. & extra de proba. c. ij. & ff. de iureiu. l. admonendi.

In textu cũ dicitur: Nec aliqua debita, &c. concordat. C. ne filius pro patre. l. nec contra. Etsi quidem leges quædam contrariũ sentire videtur, vbi dicitur, quòd hæres etiam fideiussoriam patris soluere tenetur? Resp. tamen, quòd hoc seruatur in Lombardia, & non hic: vel dic, quòd soluere cogitur, l mortuo patri pecunia deposita sit per illum, pro quo fideiusserat. existimatur enim nõ sine caussa de-positam apud eum fore pecuniam. vel etiam intellige, si iure contra eum occasione istius agebatur.

Nec lusoriè perdita, &c. Quid si manifestum sit esse accommodatam pecuniam, vt ludo perdat: de his vide. ff. de aleę lusu. l. vlti.

l *Vide supra eo. li. ar. vj. & item li. vj. ar. xij. & lib. iij. ar. lxxij. Iure Muni. ar. x. & xvi. & ibi ar. xxxij. glos.*

Septuaginta duorum bannitorum, &c. Vnde banniti in proposito dicuntur, *l* qui in aliquo comitatu ad sedem pertinent scabinalẽ: secùndũ verò ius municipale banniti dicuntur, qui ad sedem iurârunt scabinalem; tùm etiam illi, qui ex eorum quatuor progenitoribus non inculpati, in eodem municipio residẽt; & qui ad sedem scabinalẽ eligi possunt. *m* Originarij verò dicuntur, quos Saxones, prouinciam illam subiugantes, ibidem in agris consedere permiserunt.

m *Supra eod. lib. arti. vj. & vj. art. lix. & vij. art. xlvij. Iur. Munic. artic. i.*

Articulus VII.

SI quis ab alio quid accommodauerit, mutuauerit, seu quidquã stipulatus fuerit, hoc reddere debet, & adimplere, & quidquid fecerit, hoc ipsũ ratum & gratum habere tenetur. Si verò postea negare voluerit, suo se a occasione illius liberabit iuramento, b dummodò coram iudicio non fuerit factum; nam tunc actor, cũ testimonio duorum virorum, c & iudicis, eundem conuincet.

a *Et vt sic in ramentum dat locu solut enis, l. sus ff. de iureiu & l. propt tu. C. de pr batio. & h intellige, si a ctor sine test bus ageret, a as secus.*

b *Iur. Mun art. xvij.*

c *Ex his col gi potest, qu principalis ceteru iura solus non ten tur, ex eo, testimonio dicit tam ef sufficiens: deæ enim ranus insti*

GLOSSA.

am facere c- s uniq; idem ibi ea dix. co- premiſſ.

Stipulatus quidquam, &c. Etiam ſine cauſſę expreſſione, quia ex ſtipulatione ſine cauſſæ expreſſione poteſt agi; nam ipſa ſtipulatio eſt ſufficiens cauſſa ad agendum. promiſſio enim & ſolutio paria iudicãtur. C. ad l. fal. l. vlti. ff. de donat. l. ſi patronus. §. i. & ff. de cõſti. pec. l. idem eſt. ij. ſed nemo præſumitur indebitè ſoluere ff. de proba. l. cùm de indebito. Sic ergò dicatur, quòd nullus præſumatur indebitè promittere. Vnde cùm cauſſa promittẽdi ſemper præſumatur, nõ eſt neceſſe, quòd cauſſa iteratur. nam & ſtipulatio dicitur à ſtipite, quod eſt firmum: Inſtitu. de verbo. obli. in prin. per ſe igitur ſine alia cauſſa firmitatem ad agendum deſignat, vt ib: probatur. Idem deducendo per ſingulas obligationes, Inſti. de oblig. & fin. ff. de procu. l. licet. §. ea obli. ſed in alijs ſingulis obligationibus, ſine expreſſione cauſſæ agi poteſt, ergò & in iſta.

Item, quia in ſtipulatione eſt obligatio ciuilis: Inſtit. de actio. §. de conſtituta

Item, ſubeſt naturalis. ff. de pac. l. i. §. adeò. Cùm igitur ſit vtrumq; vinculum ad agendum, promittens eſt neceſſariò obligatus alicuius rei ſoluendæ cauſſa: Inſtit. de obli. in prin. Et ſi promittens ab agente in libello petit cauſam ſibi edi, reſpõdebit agens; quòd cauſſam ſui proprij facti, ipſe idem ſcire tenetur: ff. pro ſuo. l. vlt. ff. ad Vellei. l. quãquam. propter ipſius ergò ſcientiam ceſſabit editio. l. ſi quis ex argenta. §. prohibet. ff. de eden. Et hæc vera, donec probatum fuerit, cauſsã nullã, vel fallam interueniſſe, de quo pleniſſimè in addi. Spe. titu. de confeſ. §. nunc videndum. ver. quæ eſt, vbi tamen. Ioan. videtur, declinare in partem contrariã cum ff. off. ibi vide. Pactum ſe extẽdit ad paciſcẽtes, non quò ad alios, nec quò ad alias res, extra de pact. c. plerique, de tranſact. c. de ceteto. & c. veniens. de offi. iud. ordi. c. dilectus, c. dilectus, de re iudi. c. penul. ff. de pact. l. ſi vnus. §. ante omnia, hoc fallit in cõtractu, in quo hæres ſuccedit de ſol. c. j. Pro materia iſtius articuli, vide Inſtit. de obli. & tit. ſequenti. Nam tunc actor cum teſtimonio duorum virorum. &c. Et nota, quòd licèt per ſtatutum remittitur omnis ſolennitas, non tamen videtur remiſſa probatio duorum teſtium. C. de teſta. mili. l. miles, in gloſſa.

GLOSSA.

IN articulo præſenti, auctor priuilegij intentionem proſequẽs ſuam, ius ipſum apertiùs declarat & interpretatur; ponitúrque in textu quadruplex obligatio *a* quam vnuſquiuis, iure ipſo ſuadente, ſeruare tenetur. Prima, omne illud quod quis accommodat, ſoluere eum oportet; & hoc ibi, cùm dicitur, ſi quis accõmodauerit: vt Inſtit. qui. mod. re contra. obli. §. j. ij. & iij. Secunda, per verbale cõpromiſſum, aut ſtipulationem, pro ſe vel pro alio factã; & hoc ibi, cũ dicitur, aut ſtipulatus fuerit: vt Inſtit. de duo. re. ſtipu. §. & ſtipulan. & ff. eod. tit. l. ex duobus reis ſtipulan. Tertiò obligatio contingit per literas, ſeu chirographos, cum videlicet quid per literas ſe facturũ promiſerit: vt Inſti. de liter. oblig. §. j. & ff. de proba. l. cum. Quartò efficitur vnus debitor ex tacita obligatione, ſicut qui bona tenet mea cenſualia, cenſum mihi ſoluere tenetur: vt C. in qui. cauſ. pign. taci. l. j, & Inſtit. de obliga. quæ ex con. §. j, & ff. de obli. l. conſenſu. vnde ſi quid horũ obligauerit ſeſe, vt textus habet, adimplere tẽnetur, & non negare: vt xxij. q. v. c. iuramenti. Si verò poſtea negare voluerit, &c. Iſtud infra declarabitur ar. xv. tum etiam habetur C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. omnes. Dummodò coram iudicio non fuerit actum, &c. Nam citius cõuincitur,

a Obligatio quadrifaria contingit.

citur, vt textus habet, quàm quòd euadere possit: vt extra de testi. c. licèt vniuersis.

Articulus VIII.

a *Primus iste §. ex vetustioribus extractus est codicibus.*

PRoprietas & propriũ appellatur a possessio seu fundus, qui à nullo recipitur in feudum vel hæreditatem, sed per successionem deuoluitur ad hæredes, absq; aliquo tributo successoris.

b *Hoc refertur ad loca, vbi acta nõ habebantur. recordari enim eos oportet negotiorum coram eis actorum. Itidẽ intelligitur de testamentis, quia videlicet etiã eos recordari oportet. Concordat infra li. ij. ar. xxxvij. Iur. Muni. ar. xxxij. & lxv.*

Vbicunque proprietas donatur seu impignoratur, aut testimonium, derogationem iuris, vitę, aut sanitatis cuiuscunq; concernens, ferri contingat, b hoc iudex metseptimus, cum his, qui corã eo sententias iure adinueniunt, comprobabit. Testimonium autem prẽconis c vice stat duorum, vbi testimonium septem virorum agetur, id est, vbi septẽ testibus probãda venit causa. d Sua emenda pari modo e & verigeldus, id est, recompensa, est duplex, secundùm conditionẽ naturalem, ab eo tempore, quo præco electus est.

c *Vnũ ex parte sui, aliudra tiõe officij. hoc idem habetur infra eod. lib. ar. xv. & lib. ij. artic. lvi. glos. secus est si testetur duob. vel tribus, vt sic enim vnum virum dũtaxat valet.*

d *Id est satisfactis promissis verbis, vel alijs iniurijs.*

e *Id est, si interficeretur, binam recompensam soluet interfector, sic etiam in vulnere dicitur.*

Tranſactio, id est reconciliatio, f & pax stipulata, seu iurata, in iudicio concepta, cum duobus testibus & iudice protestetur. Si verò extra iudicium facta fuerit, g testimonio septẽ virorũ comprobatur.

Præterea cõtra eius testimonium, duobus se excusari oportet testibus.

GLOSSA.

f *Iure Munĩ art. Li. vide ad id.*

Vbicunque proprietas, &c. Regulariter verò de iure communi probatur rei dominium, non solùm per testes, sed etiam instrumentis & alijs probationibus, quæ dominium concludunt. Vnde dicit lex: Proprietatis dominium, non tantùm instrumento emptionis, sed ex quibuscunque alijs probationibus legitimis ostendetur. C. de probati l. proprietatis.

g *Intellige in criminalibus, quia in ciuilibus metuentibus vsus habet.*

Transactio & pax stipulata. &c. Transactio enim seruari debet. vndè dicit lex, causas, vel lites, trãsactionibus legitimis finitas, resuscitari h non oportet. l. causas. C. de transactionibus. Item dicit non minorem auctoritatem transactionum esse, quàm rerum iudicatarũ recta ratione placuit; nihil enim congruit ita fidei humanæ, quàm ea, quæ placuerint custoditi. l. nõ minorẽ. C. de transact. Et licèt post transactionem pars vna pœniteat incontinenti, etiam non prodest tùm ei. C. de transact. l. quamuis, nec potest lis ampliùs instaurari, cui semel renunciatũ est. C. de pactis. l. postquam xxiij. q. iiij. c. si illic. ff. de solu. l. quæ res. §. aream. ff. de ædil. l. quæritur. §. si venditor. Pacta enim sunt seruanda, de pact. c. j. & iij. ff. de pac. l. ius gentium. §. prætor, etiamsi facta sint inter hostes. xxij. q. iiij. innocens. xxiij. q. j. noli existimare. Adde suprà, quæ circa articulum tertium in glossa habentur. In quibus autẽ causis licèt transigere, vide Bertachinũ in repertorio, in verbo trãsact. Responsionẽ vide infrà circ. ar. xlj. li. iij. adde notata glos. circa ar. ij. suprà §. nam vbi cœptũ. & li. iij. art. xc.

h *Vide Iure Muni. ar. Li*

GLOSSA.

Expositio articuli præsentis, prout textus habet, est; *k* quòd accusatum, vel reum, cum iudice & scabinis quis conuincere potest: similiter etiam testamentum septem testibus approbatur: vt C. de testamen. l. hac consultissima, & l. testamentum.

k Vide infra Specu. Sax. lib. iij. artic. 2 vers. Iur. Munici. art. xxxv.

Transactio & pax stipulata, &c. Pro intellectu textus articuli notãdum, *l* quòd testificari non possunt infames. Præco, qui meretrices fouet propter commodũ. Item, iudicialiter condemnati. *m* Item, qui tutoriam iniustè administrant, vel cùm rebus in depositum datis, aut in societate dolosè agunt: vt C. de his qui nota. infa. l. j. vj. q. j. c. infames verò. Præterea lusores, histriones, lenones, latrones, bibuli, vt extra de accus. c. si constiterit. & xliij. dist. c. non oportet, extra de testi. c ex parte. A. Item, periuri: vt extra de testi. c. sicut nobis, & c. testimonium. Item, predones, homicidæ: vt extrà de testi. c. ex parte. A. Et item precio conducti testes reijciuntur: vt C. de testi. l. si quis. Vide latiùs ad hanc materiam ff. de his qui notã. infa. l. j. & in multis alijs, & vj. q. j. c. infames. testificari etiam non potest, qui minor quatuordecim annorũ sit: vt iiij. q. j. c. j.

l Testificari qui non possunt? Ad id concordat infra art. xxxviij.

m Vnde et lex xij. tabularũ, falsos testes grauiter punire suadet, cũ dicit: qui falsum testimonium dixisse conuictus erit, à saxo Tarpeio dejicitur.

¶ Sciendum tamen circa id, quod iure spirituali infames testificari possunt in certis casibus: *n* Primo, occasione simoniæ: vt extra de simo. c. licèt Heli, & c. si quis. Secundò, in causa matrimonij. Tertiò, in crimine lesæ maiestatis, vel reipublicæ: vt in dictis capitulis liquet, & C. de testi. l. si quis. Vnde & iure Canonico habentur versus quidam, quibus testium inhabilitas facilè perpendi poterit, videlicet:

n Infames iure spirituali testificari quã-que possunt. Hoc item vide infra lib. iij. artic. xvi. & Iur. gloss. Iure Muni. ar. iij.

Condicio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides, in testibus ista requires.
Et cõsanguinei, parsterq; domestica turba,
Et clerus laicos à se fugat, & vice versa.
Res parsterq; gradus, locus, hos sint consona tempus.

De his abundantiùs vide iiij. q. ij. & iij. per totum.

Transactio & pax stipulata, &c. Aduertendum circa id specialiter venit, quòd criminaliter accusatus de facinore aliquo, recognoscensque factum in sua responsione, cõcordia subsequuta se tueatur, non dicitur vt sic victus: vt in c. cùm venerabil. de except. Immò ad probãdum transactionem admitti debet, non obstante, quòd actor illã negare velit. Si transactionem non probauerit, ex recognitione vitam amittit, recognoscens enim propria conuincitur recognitione: vt C. de accus. l. acusationem. . nemo. ff. de confes. l. ij. Admittitur ergò probatio accusato transactionis, propter id, ne actor eum per negatiuam in periculum inducat. ius etenim fauorabilius est ac prõprius vnum ad eliberandum, quàm ad condemnãdum ff. de acti. & obliga. l. Arrianus. & ff. de re iudi. l. inter pares, & extra de proba. c. ex literis.

Pax stipulata, in proposito in tãtum valet, *o* sicut iuramentum super pace factum, vel pax post factum inita; ita quòd illam caussam nullo modo innouare debet, & qui huic contrauenit, eidem probatio cedit: de hac materia vide C. de transact. l. caussas, & l. non minorem, Instit. de excepti. §. cõparatę, & §. præterea. & ff. de iureiur. l. ij. in prin. §. eum, cum quo. Transactionis virtus triplex habetur: *p* Primò, destruit naturalem querelam: vt ff. de solut. l. Stichum. Secundò, sistere facit iudicium: vt Instit. de excepti. §. præterea. Tertiò, ligat eum, qui promittit seu iurat ad seruandum illud: vt ff. de inlit. iuran. l. j.

o Iure Muni. ar. Li. gloss.

p Transactionis virtus triplex. vide hoc idem Iur. Munic. ar. iij.

Articulus IX.

Proprieta-

PRoprietatem alteri in iudicio dare, qui fuerit ſtipulatus, vbi & pecuniam emptor dederit proprietatis donatori, & donator, priuſquàm donatio perficiatur, ab hac luce deceſſerit, donatio per hæredes eius erit adimplenda; dummodò ab altero pecunia integrè fuerit perſoluta. idem eſt de bonis mobilibus cenſendũ. Quicumq; etiam cum aliquo conuenerit, & ſtipulatus fuerit ſibi ſua bona feudalia, coram feudi domino, reſignare, dummodò ab altero infeudatio procuretur: & ſi is ante huiuſmodi infeudationem morietur, eius hæredi feudali, ſi extat; alioquin verò hæredi præfatam reſignationem & infeudationem fieri ſancitũ eſt; dummodò pecunia ſtipulata integrè fuerit exſoluta, aut hęredi pecuniam ſuper hoc datam reſtituere oportebit. Idem per omnia eſt, ſi quis cum domino feudi conuenerit de certis bonis, liberè infeudandis. ſi verò is, qui prædictam debeat facere reſignationẽ, promiſerit infeudatiõem alteri procurare; & ſi hoc fecerit, ac ſibi cum teſtibus inſinuauerit, ipſeque huiuſmodi infeudatiõem ſine impedimento legitimo denegauerit acceptare, inſinuans de cetero à prædicta procuratione fit immunis: ſi dominus vel moriatur, vel ſuam variauerit voluntatem. reſignationem tamẽ facere tenebitur, ſi poſteà ipſemet priùs recuſatam infeudationem de nouo à domino poterit implorare. [a] Qui etiam alteri ante reſignationẽ & infeudationem, bonorũ dimiſerit poſſeſſionem, ipſe eiuſdem debet eſſe varendator, cùm alter ipſius varendatione indigebit. Si verò ab eodẽ huiuſmodi poſſeſſio iure euincatur, pecunia ſuper hoc data, meritò eſt reſtituenda. [b] filius etiam reſignationem promittentis, niſi ipſemet ſtipulatus fuerit, aut fideiuſſores ſuper hoc dederit, adimplere nõ tenetur.

a *Quòd autẽ venditor emptorẽ varẽdare teneatur, vide infra li. v. ar. xliv. tit. iij. ar. viij. ſure Munic. art. xcix. & exl. Vude prouberamento areiculi præſentis eſt lex xij. tabularũ in hæc verba: vendite res & tradite poſt pretium ſolutũ, aut ſi alio modo ſatisfactũ exiſtat, emptori acquiruntur.*

b *Ex iſto ſequitur, & argumentum ſumi poteſt, quod filius tubonus patrem extraneo præferens emptori, contra legem Iudam C. de cõtrahen. emptione & venditione.*

GLOSSA.

Quicumque etiam cum aliquo cõuenerit, &c. Nota, ſi petitio eſt generalis, & tranſactio ſpecialis, tunc non præiudicat, niſi in quo eſt trãſactum. C. de tranſact. l. age. ſic & cùm petitio eſt ſpecialis, & tranſactio generalis, valet tãtùm ad ſpeciem

ciem petitam. C. eod. l. si de certa. nam & transactio facta super vna re, non porrigitur ad prejudicium super alia. C. eod l. transactio. & in contrariis vltima valent. C. eo. l. si diuersa. & si nō seruatur quod transactionis nomine est actū, aut data possunt recipi, aut excipi, nisi sit dictum; rato manente pacto. C. eod. l. cum proponas. Et viciant transactionem, metus salutis, periculum corporis cruciatus. l. interpositas. C. eod. Qui autem in hoc casu metum allegat, illum probet. C. eo. l. transactionem. infirmitas verò corporis non impedit transactionem, sed infirmitas animi. l. sanum. C. eo. Et sicut querela indebiti, ita debiti cessat per trāf. actionem. l. si quidem. C. eo. Et si res aliqua detur ex causa transactionis, tunc debetur euictio, secus si dimittitur. l. si pro fundo. C. eo. Et transactio, etiam iurata, prætextu falsi rescindi potest. C. eo l. si ex falsis. et conuentio facta, licèt sit inæqualis, quæ non est contra leges, est seruanda. l. si pascenda. C. de pactis.

Si dominus suam variauerit voluntatem. &c. Nota ergò, quòd habens ius in re, quod non est principale, sed secundarium, vt est vtile dominium; non potest, quantū ad alienandum, de ea disponere sine domini requisitione, aut voluntate: vt c. quæ in ecclesiarum, de consti. C. de iu. emphi. l. fi. Simile est in vsuario, qui non potest vēdere vsum rei, irrequisito domino. Instit. de vsu, & ha. in p. in. Nota, quòd de rigore iuris domino etiā requisito nolente emere feudum, non potest vasallus domino inuito feudu vēdere, maximè burgensi siue ignobili: & est ratio, quia nō potest feudū alienari, vt sic vni partiū non liceat, quod alteri nō licet. C. de feu. & li. expen. l. fi. & videtur expressū feu. li. ij. de prohi. feu. ali. per Frider. ſ. preter. in fi. Et si diceretur, quòd vasallus hoc potest, per consequens consequens potest aliū in homagiū surrogare; transit enim res cum onere suo. C. sine cens. vel reliq. l. ij. quod esse non debet, quia tenetur præstare operas, quę in faciēdo cōsistūt; scilicet dominū iuuare cōtra inimicos, & similia, in quibus non videtur quòd possit alium surrogare. ff. de solu. l. inter artifices. descendentes tamen de corpore suo benè potest surrogare; vt filios vel nepotes: & hæc vera de homine libero, nisi casus immineat necessitatis, quia tunc domino non expedit vasalli seruitium. ff. de oper. liber. l. patronus. l. medicus. vide C. de nouat. l. j. hęc procedūt post requisitionē domini, si ipse emere nolit. C. de iu. emph. l. fi. & extra de loca. c. potuit. si noluit, extunc vendat homini suæ conditionis, vel melioris; vt si sit nobilis, vendat nobili: si enim venderet burgensi, vel ignobili, istū dominus in vasallum recipere non tenetur, si feudū est nobile; immò poterit occupare feudū, vel saltem poterit eligere vēditionē, quem nouerit vtilē sibi esse vasallum. nam per talem substitutionem non videtur esse ab homagio liberatus. C. de contra. & commit. sti. l. veteris. ff. de duo. re. l. nemo.

GLOSSA.

Dictum est superioribus, quo pacto hæres post mortuam manum impetitus respondere teneatur, hic tandem declaratur, quomodò actio eidem venit pro bonis, vbi damnum & lucrum bonis adiunctum sit. Pro intellectu itaq; textus ampliori quærere vnus possit, si hæres venditionem negauerit, repetentique bona, pecuniam desuper datam dare recusaret, an emptor pecuniam propter id amittere debeat suā nec ne? c Quidam dicūt, quòd sic, quia supplementum venditionis est traditio vel resignatio bonorū. Instī. de rer. diuis. ſ. per traditionem.

c *De emptionibus & venditionibus, vide infrà li. iij. artic. iij. Iure Municip. alt. exi. glos.*

ditionem. Etsi eis obijcitur, ergò vtrumque perdit tàm bona quàm pecuniã. Respõdent quod nõ, quia si probare poterit, pecuniam datã restituere, ille qui bona recuperare vult, tenetur. Alij oppositũ sentiunt, completam venditionem asserentes, etiamsi bona non rradantur, dummodò pecunia soluta sit, nec eam emptor amittit mortuo venditore, opinionem fundantes suam super paragrapho, aliæ autẽ. Instit. de donati. An autem hæredes ad explendum donationem vel resignationem rei venditæ per patrem eorum teneantur? Quidam tenent quòd sic, fundantes opinionem suam super l. stipulatio ista. ff. de verbo. oblig. Alij verò contrarium sentiunt dicentes, quòd hæredes restituta pecunia, quæ desuper data sit, à contractu venditionis per patrem eorum factæ, liberantur per legem primam. ff. de acti. empti. controuersia tamen vtrorumque de facili solui potest: opinio enim prima intelligi debet, de his, qui soli per se aliquid vendunt: ex necessitate enim iuris est, vt illud teneãt: vt C. de acti. & obli. l. si cum. Secunda verò opinio intelligit de hæredibus mortui, isti enim cogi non debent ad resignandum bona per patrem eorum vendita: sed illa maiori iure obtinebunt, restituta pecunia, quam pater desuper acceperat, & id vult paragraphus vltimus articuli præsentis. ad hanc materiã vide plura. ff. de acti. empti. l. j. & sequentibus. C. de actio. & obligat. in multis legibus, C. de actio. empti. & vendit. per totum. Instit. de re. diuisi. §. venditæ.

Idem per omnia est, &c. Ex isto paragrapho innuitur, quòd vnum ius ex alio deriuari potest, in decidendisque causis vno & eodem iure vti possumus. in similibus etenim causis etiam ius simile est.

Instantia circa id formari possit, paragraphum prætactũ articuli esse superuacaneũ, super inuestitura etenim feudi quæstio magis pertinet ad ius feudale quã ad prouinciale. & quòd auctor priuilegij incidentaliter hic de bonis feudalibus meminit, ex eo, ne hæres feudalis prædecessoris sui pecuniã pro feudo sibi pertinentẽ perdat: tùm etiã, quia promissiones omnes, contractus, venditiones, ad ius pertinent prouinciale. Vndè, omissis his, qui magis ad ius feudale pertinent, de quibus & articulus præsens ad finẽ vsque tractat, in glossisque per longum habetur declaratio, notandum specialiter, quòd quicumque feudum vẽdiderit, ille vendit quod suum nõ est, sed ad eius dominum pertinet; dominus etenim bona huiusmodi sibi contulit in feudum, nõ tamen donauit; & ita quidquid vnius propriũ non est, vendere non poterit. Quidquid autem iure vendi non potest, etiam iure varendari illud minimè valebit. Promittat etiam vnus aliquid, quod suum non est, promissio illa inutilis efficitur: vt Instit. de inuti. stipula. § j. & sequentibus. Vndè si quis feudũ vendere promiserit, promissio illa inutilis erit. Sed & vẽditio, ex eo, quia feuda omnia ad dominũ pertinent, nisi forsan consensus domini superueniat. pecuniam tamen desuper acceptam restituere cogitur, is qui vendiderit, si consensus domini nõ superueniat. Vndè in textu tria specialiter tanguntur: Primò, de venditione vel donatione, cùm quis aliquid alienat quod illius proprium est. Secundò de bonis, quæ dominus dare & conferre potest. Tertiò de bonis, quæ vnus vendit, quæ tamen nec dare, nec conferre potuerat. Super primo, venditor ab hæredibus emptoris liberatur, si pecuniam desuper datam restituerit. Pro secundo, dominus etiam erit per simile liber ab hæredibus emptoris, cùm rem emptam contulerit, vel pecunia restituta sit. Pro tertio, venditor liberatur ab emptore, si

ciem petitam. C. eod. l. si de certa. nam & transactio facta super vna re, non porrigitur ad prejudicium super alia. C. eod l. transactio. & in contrarijs vltima valent. C. eo. l. si diuersa. & si nō seruatur quod transactionis nomine est actū, aut data possunt recipi, aut excipi, nisi sit dictum; rato manente pacto. C. eod. l. cùm proponas. Et viciant transactionem, metus salutis, periculum corporis cruciatus. l. interpositas. C. eod. Qui autem in hoc casu metum allegat, illum probet. C. eo. l. transactionem. infirmitas verò corporis non impedit transactionem, sed infirmitas animi. l. sanum. C. eo. Et sicut querela indebiti, ita debiti cessat per trās. actionem. l si quidem. C. eo. Et si res aliqua detur ex caussa transactionis, tunc debetur euictio, secus si dimittitur. l. si pro fundo. C. eo. Et transactio, etiam iurata prætextu falli rescindi potest. C. eo l. si ex falsis. et conuentio facta, licèt sit inæqualis, quæ non est contra leges, est seruanda. l. si pascenda. C. de pactis.

Si dominus suam variauerit voluntatem. &c. Nota ergò, quòd habens ius in re, quod non est principale, sed secundarium, vt est vtile dominium; non potest, quantū ad alienandum, de ea disponere sine domini requisitione, aut voluntate: vt c. quæ in ecclesiarum, de consti. C. de iu. emphi. l. fi. Simile est in vsuario, qui non potest vēdere vsum rei, irrequisito domino. Instit. de vsu, & ha. in prin. Nota, quòd de rigore iuris domino etiā requisito nolente emere feudum, non potest vasallus domino inuito feudu vēdere, maximè burgensi siue ignobili: & est ratio, quia nō potest feudū alienari, vt sic vni partiū non liceat, quod alteri nō licet. C. de fru. & li. expen. l. fi. & videtur expressū feu. li. ij. de prohi. feu. ali. per Frider. §. preter. in fi. Et si diceretur, quòd vasallus hoc potest, per consequens consequens potest aliū in homagiū surrogare; transit enim res cum onere suo. C. sine cens. vel reliq. l. ij. quod esse non debet, quia tenetur præstare operas, quę in faciēdo cōsistūt; scilicet dominū iuuare cōtra inimicos, & similia, in quibus non videtur quòd possit alium surrogare. ff. de solu. l. inter artifices. descendentes tamen de corpore suo benè potest surrogare; vt filios vel nepotes: & hæc vera de homine libero, nisi casus immineat necessitatis, quia tunc domino non expedit vasalli seruitium. ff. de oper. liber. l. patronus. l. medicus. vide C. de nouat. l. j. hęc procedūt post requisitionē domini, si ipse emere nolit. C. de iu. emph. l. fi. & extra de loca. c. potuit. si noluit, extunc vendat homini suæ conditionis, vel melioris; vt si sit nobilis, vendat nobili: si enim venderet burgensi, vel ignobili, istū dominus in vasallum recipere non tenetur, si feudū est nobile; immò poterit occupare feudū, vel saltem poterit eligere vēditionē, quem nouerit vtilē sibi esse vasallum. nam per talem substitutionem non videtur esse ab homagio liberatus. C. de contra. & commit. stu. l. veteris. ff. de duo. re. l. nemo.

GLOSSA.

Dictum est superioribus, quo pacto hæres post mortuam manum imperitus respondere teneatur, hic tandem declaratur, quomodò actio eidem venit pro bonis, vbi damnum & lucrum bonis adiunctum sit. Pro intellectu itaq; textus ampliori quærere vnus possit, si hæres venditionem negauerit, repetentiąue bona, pecuniam desuper datam dare recusaret, an emptor pecuniam propter id amittere debeat suā nec ne? c Quidam dicūt, quòd sic, quia supplementum venditionis est traditio vel resignatio bonorū. Instit. de rer. diuis. §. per traditionem.

c *De emptionibus & venditionibus, vide infrà li. iij. arti. iij. Iure Municip. art. cxl. glos.*

re, si dominus consentire vel conferre noluerit, & aliter non. Ius feudale, de quo in præsens *d* statutum est, super bona, quæ militibus data sunt à Romanis pro stipendio. *e* Vndè feudalia bona seu feudum habere, non est aliud, nisi cùm donatur quid ex bonis imperij, aut proprio domini, militibus propter eorum dexteritatem, vel nobilitatem, ex quibus tandem seruitium præstare tenentur, nisi ex gratia absoluantur.

d Vide feud. 2. prou.

e Bona feudalia habere q.t.

Articulus X.

Vide ad hunc passum Iure Munic. arti. xcvj. glos.

SI pater filio suo vestimenta, equos, aut arma donauerit, tēpore quo donationem perficere potuerat, & filius eisdem vti valeat, donata huiusmodi post mortem patris cum fratribus diuidere, aut domino patris, seu patris hęredibus, dato, quòd in generatione sibi non fuerit æqualis, reddere non tenetur; etiam si filius a patre in bonis non sit emancipatus.

Id quod in textu dicitur: si pater filio &c. hoc itidē intelligendum est de filia &c. & earum ornatu vel vestimentis cuncta artic. xcvj. Iur. Munic. Sed si fuerint emancipatæ, cogentur illa vniuersa importare. vt infra eo. li. Spe. Sax. ar. xvij.

GLOSSA.

Id quod in textu dicitur: equos, etiā intelligitur de aliis mobilibus, dummodo pater donationem facere poterit: vt infra eod. li. ar. xxv. ij.

SI pater filio suo, &c. De multiplici peculio, quid in quolibet sit specialiè, vide Azo. in sūma. C. de bo. quę libe. & per Hostien. in summa, de pecu. cleri. §. quot sunt eius species, & in Specul. de actore. §. sed & filius familias, & seq. pro cōcordan. etiā istius articuli, vide C. de colla. & ff. de colla. bono. per totū. Et quemadmodū hic dicitur de vestimentis, &c. Perindè etiam intelligendum erit, si filius libris, quos pater sibi cōemit, aliquid lucretur. Si talis filius ad statū aduocatię, vel magisterij peruenerit, vide Guiller. in Spe. de iudic. & Baldum in additionibus ibidem.

Superiùs habitum est de bonis, quæ post mortem parentum hæredibus pro vtilitate veniunt, hic declaratur, quid pueris pro commodo cedere potest, tempore vitæ parentum. Vndè notandum circa id specialiter, quòd omnia bona, quæ pueri acquirunt, cùm in potestate patris sunt, patrem pertinent, & ipse cū his disponere poterit, quidquid voluerit: vt Institut. per quas perso. no. acqui. in principio.

Sciendum tamen circa id, quòd septena dona inueniuntur, quæ filius diuidere non tenetur cum germanis, nec patris sunt, cùm per filium vt sic acquiruntur. Primum, quidquid pater filio dederit in vestimentis, armis, &c. vt textus habet, illud hæredibus sui patris restituere non tenetur, nec domino patris, dato etiam, quòd sibi in generatione sit inæqualis, hoc est, si ipse sit seruus, & pueri sint origenatij, etiam si filio priuigno illa dederit. Secundum, quod diuidere non tenetur filius, sua bona, quæ cum vxore accepit: vt infrà eod. lib. arti. xij. & in auten. de non eligen. coll. j. Tertium, quidquid lucratur in bello, vel obsequio militari: vt ff. de castren. pecu. l. si fortè. & l. castrensi, & Instit. per quas perso. no. acqui. §. igitur liberi. Quartum, quidquid acquiritur ex disciplina magisterij, doctoratus, officio aduocatiæ: vt C. de inoffici. testa. in multis legibus. Quintum, si filius cum patre aliqua bona per successionem æqualiter hæreditant: vt in aūten. de hæredi. ab intesta. veni. §. si verò. coll. ix. Sextum, si pueris aliquid datur cum conditione, quòd videlicet pater desuper nihil habeat: vt in auten. vt h. ma. & auię in prin. coll. viij. Septimum, si patris

Septena dona quæ filius cum germanis diuidere non tenetur.

Iure Munic. ar. xcvi glo.

si patris bona, excepta legitima cauſſa, ſint abiudicata; vt ſi pueros procreans cum vna, aliam ſuperduxerit vxorem conſanguineam, pueri prioris vxoris, non diuident bona paterna, cum pueris ſecūdæ, ſi probabitur inceſtū: vt in auten. de inceſt. nupti. §. j. coll. ij. Et hæc ſunt ſeptuplicia filiorum peculia, & dona, quæ parentibus reddere, aut cum alijs hæredibus diuidere, etiamſi per patrem emancipati nō fuerint, minimè tenentur.

Articulus XI.

PAter, ſi poſt mortem matris filios [a] ſub tutela habuerit ſuos, poſtquàm ſeſe ab inuicem ſeparauerint, ipſe eiſdem omnia bona materna [b] (niſi præter ipſius culpam perierint) reſtituere tenetur. Idem de matre poſt mortem patris, & de alio quolibet tutore eſt cēſendum.

[a] *Iaſon Mayn. aut. xxxj. glo.*

[b] *Intelligendum eſt de bonis immobilibus, nam mobilia omnia lucratur mater: vt infr. eod. lib. artic. xxxi. glo. Sed immobilia tenetur præſtare, nisi retento vſufructu.*

GLOSSA.

Reſtituere tenetur, &c. Et quando tutor confitetur per medium contractus, & proprio motu non nocet pupillo: ſed tantùm cùm in iudicio confitetur, mandante & cogente iudice: vt notat Cynus in l. j. C. de confeſ. negligentiaque in non conueniendo debitores, & nō collocando pecuniam, imputatur tutori: vt ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi tutor. poteſt tamen ipſe tutor à pupillo pecuniam ſub mutuo recipere, & ſeipſum debitorem aſcribere: vt ff. eod. l. quotiens. §. non tantùm. Et contra tutorem, qui nō fecit inuentarium, abique cauſſa iuratur in litem, & antè non poteſt adminiſtrare, niſi ea quæ dilationē non recipiunt; nimia enim feſtinātia, vel negligentia tutoris, in rebus vendēdis punitur. In tutandis autē rebus pupillaribus, tutor non tenetur, niſi de dolo & lata culpa: vt in l. tutor. ff. eodem. Tutorque non faciens ea, quæ faceret quilibet legitimè ſe defendens, non videtur rectè defendere: vt in l. generaliter. ff. eodem. Nec poteſt tutor nomine pupilli plus expendere ex bonis eius, quàm ex ſuis honeſtiſſimis eſſet erogaturus: vt ff. eodem. l. cùm plures. §. nimium. debet enim tutor circa perſonam pupilli expēdere, quod moribus, honeſtati, & exiſtimationi pupilli cōuenit: vt in ead. l. §. cùm tutor. Et tenetur ad hæc, qui iuſſus eſt adminiſtrare: vt in l. qui iuſſus. ff. eodem. In reddēda etiā ratione tutoris ſufficit contra eum probare, quòd fructus bona fide percipi potuerūt, licèt percepti per eum non probentur: vt in l. tutorem. ff. eodem. Regulariter verò tenetur tutor illud facere, quod diligens paterfamilias eſſet facturus: vt ff. eodem. l. à tutoribus. Expenſæ etiam circà perſonā tutoris non imputantur pupillo, niſi ei per iudicem fuerit ſalarium ordinatum: vt in eadem l. §. vltim. Et quod tutor vel curator acquirit ex pecunia minoris, efficitur minoris: vt in l. ſi tutor, ff. quando ex facto tuto. Teneturque tutor reddere rationem in omnibus, quæ fecit, cùm facere nō deberet, & in his quę fecit præſtādo dolum, ſeu latā culpam, & quantā in ſuis rebus diligentiam adhibere deberet: vt ff. de tuto. & ratio. diſtra. l. j. vbi etiā in §. hanc actionem dicitur, quòd hæc actio etiam competit in hæredes tuto. & hæred. pupilli.

GLOSSA.

In articulo præſenti de tutoribus tractare incipit, & primùm de tutoria patris reſpectu puerorum, daturque in textu doctrina. Si quando con-

do contingat pueros minorennes post mortem matris sub tutela patris relinqui, quo pacto prouidere sibi debeat, vt non incurrat pœnã mali administratoris, aliàs damnũ resarcire teneretur: vt in auten. vt hij qui obliga. §. si verò. coll. vj.

Et quia in tutelis multæ & variæ eueniunt fraudes & deceptiones: quare ad obuiandum huic malo, pro intellectuque tàm præsentium quàm & sequentium articulorum, considerandum necessariò sequitur, quid nomine tutoris intelligere debeamus, & quomodo, & quis tutor esse possit: tùm & qui se à tutela excusare poterit. *c* Vndè tutor in proposito dicitur quasi defensor, vel cui ex iure committitur defensa illius, *d* qui propter imperfectã ætatem, seipsum dirigere non potest: vt Instit. de auctorit. tuto. §. tutor. Vndè & tutor ab officio eligi potest vltrà velle suum, & eidẽ demandari officium poterit, vt tutelam acceptet: vt Instit. de Atilia. tuto. in prin. Tutor autem esse nõ admittitur, *e* qui paris conditionis non sit: vt Instit. de legit. agna. tutel. §. finali, & item infamis: vt Instit. de suspect. tute. §. nouissimæ. & §. suspecti.

Notandum etiam, *f* quòd vnus excusare se potest vt non sit tutor, vel quòd tutelam non accepter ex certis causis. *g* Primò, si multos habeat pueros. Item, si eum in obsequio domini in partibus longinquis esse oporteat. Item, reipulicę officio occupatus. Item, propter paupertatem, propter ægritudinẽ, propter inimicitias; vt, quia pater erat ei inimicus. Item, propter senium, quia septuagenarius tutor esse non potest, licèt ipse tutorem habere poterit si vult, & nihil iuri derogabit suo. Item, propter iuuentam, vt infrà xx. annum: vt Instit. de excusa. tuto. & curato. per totum. C. eod. titul. & ff. eod. titul. Præterea mulier tutor esse non poterit: vt ff. de regu. iur. l. fœminæ.

c Tutor. q. t.

d Iure Muni. ar. xxvi. glos.

e Tutores qui esse non possunt.

f Iure Muni. ar. xxvi. glo.

g A tutela vnus se excusare potest in certis casibus, hoc idem vide Iure Muni. ar. xxvi. glos.

Circa

Circa id tamen sciendũ sequitur, *h* quòd mulier tutor esse potest, cùm deficiunt ex parte gladii, id est, deficientibus legitimis ascendentibus vel testamentarijs, nam legitimis trãsuersalibus præfertur mater. *i* Item, si propinquiores ibi nullum habeant domicilium. *k* Itẽ si puer sit illegitimus: vt C. quan. muli. tuto. offici. fungi. po. l. ij. Mulier tamen cogi non debet ad tutoriam acceptandã, nisi eam beneuolè affectet: vt in auten. vt sine prohib. matres debitri. & creditri. §. in prin. coll. vij.

h Mulier tutor esse potest in certis casibus.

i Mulier habens maritum iure Saxonico, tutrix esse non potest, quia est sub tutela viri.

k Auus nepotum matri annuatim ratione tutelæ reddere tenetur, quia ipsa eorũ est hæres.

Articulus XII.

VBi fratres aut alij bona habuerint indiuisa, eorũq; seruitijs, laboribus & expẽsis ea meliorari & augeri cõtingat, vtilitas & fructus in his cõiunctim omnibus ascribetur; idem de damno est intelligendũ. Quidquid autẽ aliquis cum vxore sua receperit, in hac parte cum socijs suis, & fratribus, diuidere non tenetur. Si etiam quis bona sua ludo, luxuria, donatione, aut alia prodigalitate dissipauerit, in idq; fratres, seu socij sui non consenserint, damnũ quod ex his euenit, dissipantis est proprium, & nõ suorum fratrum, aut sociorum.

GLOSSA.

Vbi

Vel fratres, &c. Qualiter autem fratres fiant socij, & quibus modis societas contrahitur, vide in quodam consilio, quod incipit: nobilis po. ad finem additione Specu. primæ & secundæ partis. Aut alij bona habent indiuisa, & eorum, &c. Vndè etiam dicit lex, & quidē, si nihil in societate de partibus lucri & damni nominatim conuenerint, æquales scilicet partes & in lucro, & in damno spectātur; quòd si expressæ fuerint partes, hæ partes seruari debent: vt Instit. de societ. §. j. Concordat etiam lex, si maior. C. communi diuidundo: dicitur autem talis societas leonina, si quis velit habere spem lucri, ita quòd alter totum damnum subeat. ff. pro so. l. si non fuerint. §. ita. Vndè non est admittenda cùm contractus non debeat claudicare. ff. de arbi. l. si cùm dies. §. penul. in fi. Vbi fratres, &c. Vbi scias, quòd si fratres inter se diuiserūt, tunc circa lucrum & damnum vnusquisque tantùm sibi negociatur. Si autem stant simul, etsi constat, vnde lucrum prouenerit, quilibet sibi tantum acquirit: si autem non constat, præsumitur de bonis communibus prouenisse, ideò fiet communicatio: & prædicta vera de fratribus, inter quos nulla societas contracta probatur. sic etiam lucrum de communi pecunia factū, cōferri debet, & in duplo hoc præsumitur, ideò etiam venit communicandum. Sed si probatur societas, omnia debent communicari, cum infantibus tamen & pupillis ista societas cōtrahi nō potest. Etsi vnus sociorū clā emit aliquas possessiōes, pro se & suis hæredibus, tūc nihilominus fructus sunt communicandi; quia socius renunciare clàm non potuit societati, sed debuit hoc facere altero sciente. Si verò vnus ex duobus fratribus indiuisa habentibus, fecit debitum, hoc de cōmuni solui non debet: vt hic & C. de famil. hercis. l. certū. nisi tunc debitum sit occasione cōmunis vtilitatis contractum, quod tamen non præsumitur, nisi probetur. Sic nec cōdemnatio vnius fratris debet solui de cōmuni. & si vnus fratrū habet filiā maritandam, ista non est de communibus bonis maritāda; quia onus liberorum sequitur patrem: de his vide per dominum Baldum in additio. Specu. titu. de iudi. post Guiller. vbi inuenies alleg. iur. Et Guiller. in Specul. ibidem. titu. de iudic. in §. sequitur, plenè tractat de actionibus finium regundorum, famil. herciscundę, & communi diuidundo. ibi omninò videas.

Aut alia prodigalitate dissipauerit, &c. Et nota, quòd prodigalibus datur curator, vt furiosis iuxta legem imperialem sic dicentem, lege duodecim tabularum. Prodigo interdicitur bonorum suorum administratio, quod & moribus quidem ab initio introductum est. Sed solent hodie prætores & præsides, si talem hominem inuenerint, qui nec tempus, nec finem expensarū habet; sed bona sua dilacerando & dissipādo profundit, curatorem ei dare, exemplo furiosi; & tàm diu erunt in curatione ambo, quàmdiu vel furiosus sanitatem, vel ipse prodigus sanos mores receperit. quòd si euenerit, ipso iure desinunt esse in potestate curatorum: vt in l. j. ff. de cura. furio. vel alijs dandis. Et habent tales à iure curatores legitimos, scilicet agnatos: vt ff. de minori. l. patri, & Instit. de curat. §. furiosi. Et licèt istos curatores habent à iure, possunt tamen pro se & pro alijs in iudicio esse, donec eis administratio bonorum in iudicio per iudicem interdicatur: de hoc in Specu. de actore. §. j. ver. item opponitur contra actorem.

GLOSSA.

Articulus præsens de societatibus tractat. Vndè societas iustè ad-

mittitur, si rectè & rationabiliter inchoetur: vt Instit. de societ. §. de illa sanè. Pro intellectu textus ampliori sciendum a quòd societas dissoluitur ex certis caussis. Primò, si vnus sociorum moritur, & hoc vel morte naturali violētaue: siue iure ipso moriatur, vt quia vel passus est capitis diminutiõem ex sentētia iuris, vel qui se in seruũ dederit, vel in exilium missus, vel religionem intrauerit. illi enim iure pro mortuis reputātur: vt Instit. de capit. diminu. §. maxima. & C. de sen. pas. & restit. & ff. de bo. damna. l. j. Item, cùm sociorum sunt multi, vnusque ex his perit, dissoluitur societas: vt Instit. de societ. §. sed etsi. Item, si caussa illa perit, ratione cuius societas inita fuit, etiam societas terminatur: vt Instit. eod. titu. §. item si alicuius. Item, si bona socij propter excessum eius confiscētur: vt Instit. eod. tit. §. publicatione. Item, si vnus sociorum preper debita aufugerit: vt Institu. eodem titu. §. item si quis. & C. de cession. bon. l. j.

a Societas dissoluitur excepto casu.

Sciendum prætereà b quòd nullus societatem inire debet ea intētione, quòd ipse commodũ habeat, & socius eius damnũ solus toleret: vt ff. pro socio. l. si nõ fuerint. §. Aristo refert. Quicumq; etiam societatem inierit, damnum & lucrũ tolerare cogitur: vt Instit. de soci. §. illud verò. & si quis in societate, bona societatis non custodierit, vt sua propria, refundere cogitur. Quòd si præmissa sufficienti custodia, damni aliquid contigerit, sine damno manet; & si sibi non creditur, iurare cogitur, quòd absque eius culpa damnum illatum sit, vt habetur feud. c. xxxij. Insuper socius equitans temerè & scienter cũ mala societate, si damni ei quid cõtigerit, illud solus tolerabit: vt Instit. eod. tit. §. fin. & Instit. qui. mo. contra. oblig. §. prætereà. Socius etiam sortem suam perdere vel alienare potest, & non sociorum suorum,

b De societatibus vide.

rum, & item fratres, vel alij quicũque sint, societatem ad inuicem habentes, diuisionem ita facere tenentur, signanter si feudum in societate sit, quòd ille cui feudum cedit, non nisi vnius domini vasallus efficiatur: vt in auten. coll. x. per longum habetur.

Articulus XIII.

EMancipati liberi a post parentum obitum, ad diuisionem hæreditatis cum non emancipatis minimè admittuntur, nisi prius cum iuramẽto bonorum, cum quibus emancipati fuerint, (præter vtensilia & res expeditorias) fecerint collationem. Et si cum bonis immobilibus emancipentur, pro his se non poterint sacramentaliter liberare. Si verò diuisioni hæreditatis renunciarunt, carere debent eadem, nisi se iuratoriè studeant expurgare. b Pro renunciatione autem iudicialiter facta, si probari valeat, nõ potuerint iurare. c Scultetus etiam cõtra paganum, in huiusmodi caussa, vice iudicis, in iudicio testificetur.

a Iure Alamanici. art. lvij.

b Ista renunciatio successioni non est contra. l. si. C. de pact. & quæ de pactis lib. vi. ergò non tenet.

c Segnitur ergò, quòd coram ipso fieri possit renunciatio.

GLOSSA.

Emancipati liberi d post parentũ obitum, &c. Qualiter autem secũdum. l. debeat fieri ista emancipatio: vi-

d Vide infrà lib. v. ar. xxx.

tio : vide Instit. quib. mo. ius pa. po. sol. §. præterea, emancipationem. e & vide de hoc formam in Specu. tit. de natis ex li. ven. ad fi. ibi. collationem, & hoc scias, quòd qui debeat conferre, cogitur satis dare fideiussoribus vel pignoribus de conferendo, quòd si recusat per contumeliam denegantur sibi actiones; & si per impotentiam, dabitur curator bonis, vel fiat collatio re ipsa, si ceteræ sunt res conferendæ, vel fiat compensatio, vel alterius loco collationis diuisio: vt in l. ij. ff. de coll. bono. Castrense etiam peculiū, vel quasi, & quod nomine dignitatis filij ei à patre datur, vel debetur, in collationem non venit: vt in l. j. §. nec castrense. ff. de coll. bono. & vide etiam suprà eod. lib. arti. x. Quòd autem alias quis habet tempore mortis patris, venit in collationem, secus in eo, quod quærit post eius mortem; & secus in his, quæ non transferuntur ad hæredem: vt ead. l. j. §. si emancipato. & §. si impuberi. Et ius conferendi quæsitum transfertur ad hęredes: vt in l. ij. eod. ti. Quid autem iuris sit, de dote secundùm ius municipale, dicitur suprà eod. lib. arti. xij. sed pro iure communi vide l. filium. ff. de collation. bonor. cum concordant. ibi notatis, & de dotis collatione per totum, vide supra eod. lib. art. v. & Iure Munici. art. xxj. & Instit. de hæredi. quę ab intest. deferun. §. emancipati, & Instit. de exhære. liber. §. emancipatos. Præter vtensilia & res expeditorias, fecerint collationem, &c. Qualis autem alias de iure communi debeat huiusmodi collatio fieri habetur, ff. de collat. bonor. per totum. & C. de de collati. per totum. Si verò diuisioni hæreditatis, &c. Pro quo vide pulchram distinctionem notatā infra lib. ij. circa arti. xxx.

e Fieri enim debet coram competētibus iudicib. à magistratu, ibidemq; parentes comparent, & filios, filias, nepotesue à sua dimittat manu capiendo eos per manū, & relaxare pueros ad id idonea, vide hoc idem in. Munici. ar. lvij. glos.

ARticulum istum multi ignorare vidētur. paucis etenim verbis multa in se complectitur: tractat siquidem de patria potestate, filiorumque emancipatione, de quo abundantius vide C. de emancip. liber. & Instit. quib. mod. ius patriæ potest. sol. & in auten. constitut. quę de dignitat per totum. Intellecto tamen, quantum potestatis pater habeat erga puerum, & quo pacto, potestas huiusmodi patria soluitur, facilè textus articuli intelligi poterit, vt cōmuniter tamen separatio patriæ potestatis, iure nostro tunc incipere dicitur, cùm filius à commansione & pane patris segregatur. Pro intellectu itaque textus ampliori *f* notādum venit; quòd patria potestas erga pueros, (intelligendo tamen de non emancipatis) septena inuenitur: Primò, quòd pater filium vendere obligareue *g* tempore famis poterit: vt C. de patria potestate. l. si filius. Secundò, quòd puer contrà patrē iudicialiter querulari non potest: vt C. de in ius vocando. l. finali. Tertiò, quòd vindicare erga patrē minimè poterit: vt ff. de iudicijs. l. lis: & C. de patria potestate. l. congruentius. Quartò, quidquid acquirit filius, patris est, & omne ipsius lucrum, seruatis tamen exceptionibus, quæ circa articulum x. signanter in glos. habentur. vt Instit. per quas person. nobis acqui. §. j. Quintò, quòd sine cōsensu patris, querelas iudicialiter instituere non possunt, nisi in certis casibus: vt C. de bonis, quæ liber. l. j. Sextò, si quid pueris per successionem venit, patris est, excepto tamen castrensi peculio, vel quæ ex militia, aut huic simili acquirit: vt Instit. per quas person. nobis acqui. §. j. Septimò, filio delinquente, eundem pater eliberare potest, in suamque acceptare potestatem: vt C. de emancipat. l. j. Octauum addunt aliqui, quòd necessaria patri submistrare coguntur; *h* sed hoc est commu-

f Patria potestas erga pueros septena.

g Lex etiam xij. tabularū hoc idem sua. det cùm dicit vendendi filium patri potestas esto.

h Lex tamē xij. tabula. limitare istud videtur in hoc verba: filium arte carēs, patris iniuria, eidē necessaria vitæ sui sit dicāne ne præstato. ac quin parentes educare cogitur. è mercede nati patrem aū alito.

GLOSSA.

Arti-

commune etiam emancipatis, immò & filiabus: vt ff. de liber. agnoscen. l. si quis. C. de patri. potest. l. filia. Emancipati itaque pueri, si quid bonorum ceperint, importare tenentur, si diuisionem participare volunt: vt in auten. de immensis donationibus. §. ij. coll. vij.

Si verò diuisioni hæreditatis renunciârunt, &c. Ex isto sequitur, quòd quidquid corporaliter probari poterit, pro eo iurare vnus minimè potest.

Scultetus etiam, &c. Hoc est is, cui officium iudicis subdelegatur in villa, & vocantur rusticorũ præfecti, in legibusque pedanei nuncupãtur: vt in auten. vt ab illustrib. & qui super eam sunt digni. § sanci. mus coll. v. Sed & arbitrorum testimoniũ valet, in his, quę corã ipsis acta sunt: vt infra lib. ij. art. xj. glos.

i Nota, si vir moriens relinquat pueros filios & filias, omnes emancipatos, illi secũdum Madeburgen. nõ tenentur importare illa, quibus emancipari sũt: sed relictam hereditatem mortui patris equaliter dividunt: vt fere Munic. artic. xcvi. glos.

Emãcipati liberi, &c. ¶ Quo pacto autem pater emancipare filium debeat, & quæ circa id seruanda, vide infra lib. ij. arti. xix. & artic. xxx. glos. coram enim iudice prouinciali id eum facere oportet: vt C. de emancipa. l. iubemus. Si etiã filius vnius efficiatur princeps, vel senator, aut consiliarius imperij, liberatur à potestate patris: & item filia quamprimùm maritatur, ius acquirit viri: vt Instit. qui. mo. patr. po. §. ij. & in auten. constituti. quæ de dignitat. §. iij. coll. vj.

Nota super illo articulo Maijdeburgen. malè pronunciant, & eum malè seruãt. indistinctè etenim tenent, cum quibuscumque bonis filia emancipata sit, illo iam contẽtari debet, nec eam posse ad diuisionem peruenire dicunt, quamuis importauerit illa quibus emancipata fuerat, nisi forsan patri bona ex admortuo veniant; quia vt sic filia ad diuisionem admittetur, adduntque illud obseruari debere iure municipali. prouinciali verò iure procedit articulus præsens, & ita obseruandum est.

Articulus

Articulus XIIII.

QVamuis, iure feudali, dominus duntaxat vnum de filijs cũ feudo patris mortui, valeat infeudare, non tamen est ius terræ, quòd illud solus debeat retinere, quin fratres ipsius ad ęqualẽ admiserit in feudo portionẽ. Sic etiam non est ius terræ, si pater vnum de filijs suis cũ feudo suo emancipauerit, quòd ipsum post patris mortem solus cum fratribus suis diuisione facta, valeat obtinere. vnde etsi iure quidem feudali super eo impetere eundem non valebunt: iure tamen prouinciali, si contra eum agant eundem compellẽt ad iustam & æquam diuisionem.

GLOSSA.

QVamuis iure feudali. &c. Verba sunt Ecke de Repkau auctoris priuilegij, estque mirabile quid & diligenter attendendum, quomodo ius vnum contrariari, vt textus habet, alteri debeat. illud enim quod pro iure semel statuitur, iuri posthac contrariari non debet. Si itaq; ius prouinciale & feudale in eo casu contrariantur, necessariò exindè sequitur, quòd vnum illorũ pro non iure, immò pro iniustitia reputari debet. Præterea, postquàm Apostolicus, vel Imperator legẽ aliquam

quam ſtatuit, quæ priori contrariatur, illa prior annullatur *a* per poſteriorem, etiamſi illud in conſtitutione non expreſſerit: vt extra de conſti. c. licèt. lib. vi. Ex quo itaque prouinciale ius antiquius eſt feudali, quare & cõſtitutiones prouinciales iuris, per ſubſequentes iuris feudalis leges *b* annullari deberent. Carolus etenim magnus, *c* ius prouinciale Saxonibus ſtatuit, Fredericus verò Imperator ius feudale: vt in auten. de vſi. feud. coll. x. Pro intellectu iſtius, *d* nota, quòd diuerſitas & contrarietas iuris potiſſimum ex tribus prouenit: Primò, ex diſtinctione perſonarũ; ſicut ius militum eſt aliud, quàm ius ruſticorũ: vt Inſtit. de milit. teſta. §. j. C. de iure deli. l. fin. C. de iur. & fact. ignoran. l. j. Secundò, prouenit ex certa prouinciali conſuetudine ſeu permiſſione, ſicut Anglicis admiſſum eſt, contrahere in gradu conſanguinitatis: vt xxxv. q. iij. c. quædam lex. §. quod ſcripſi. Tertiò diuerſificatur ius propter diuerſitatem cauſſarum, vt, etſi quidẽ quilibet iure ſuo gaudere debet, & actor ſequitur forum rei. inuenitur tamen cauſſa, quòd corã extraneo iudice reſpondere vnum oportet, & hoc iure reconuentionali, vel ex certis cauſſis ad iudiciũ extraneum trahi poterit; vt ſecularis, ad ſpirituale: vt extra de foro compet. cùm ſit generale, & iij. q. viij. cũius in agendo. In propoſito ergò diuerſificatur ius, propter diuerſitatem cauſſarum, vna enim cauſſa exprimit ius prouinciale, alia ius feudale. Sciendũ præterea *e* quòd feudum amittitur ex certis cauſſis: Primò, propter inordinatam donationem: vt in autent. de immen. donat. §. dudum. coll. vij. Item, ſi vaſallus dominum iniuria affecerit, ita quòd iniurias atroces in eum effundat; vel manus impias inferat; vel iacturæ molem ex inſidijs ſuis ingerat; vel vitę periculum aut ſubſtatiæ intulerit; vel quaſdã conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſitas, ſiue ſine ſcriptis habitas, quas donationes acceptor ſpopondit, minimè adimplere voluerit: vt clarè habetur C. de reuocan. donat. l. final. & in autent. vt libert. de cete. aur. annul. §. quoniam autem. coll. vj.

Vndè ſi in iure prouinciali contra eum agã, &c. *f* Quærere vnus poſſit, quo pacto occaſione feudi actio ſibi in iure prouinciali intentari valeat, ex quo ſuper feudo iudex prouincialis iudicare minimè poteſt, nec actio, niſi coram domino feudi inſtitui poterit, etiãſi clericus feudum à domino habeat, nõ niſi coram eodem agere & reſpondere tenebitur, & qui ſecus facit, perperam agit: vt extra de fo. cõpet. c. ex tranſmiſſa. ex iſtoque apparet, quòd incidentaliter vnus, propter certã cauſsã extraneo ſubeſſe cogitur iudicio: vt ff. de verb. obli. l. ij. iudex etiam prouincialis ſuper feudo iudicare nũnimè debet, verũ cauſſam relegare ad feudi dominum: *g* vt infra lib. ij. arti. ij. Reſp. Quòd etſi quidem vnus, occaſione feudi actionem inſtituere coram iudice prouinciali per directum minimè poterit, iure tamen reconuentionali eidẽ admittitur, vt poſtquam is, qui feudum occupat, pro bonis hæreditarijs, coram iudice prouinciali, hæredi actionem intentet; hæres vt ſic accuſatus, reſpõſiõem denegare iure poterit, quoad actor fideiuſſoriam ſtatuat, itidem de reſpondendo in his, quæ contra eum occaſione feudi agere habeat, antequam in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum admittatur. Quod cùm factum fuerit, ad reſpondẽdum vt ſic pro feudo, cogitur, & ita reticula captiuabitur ſua, caueat ergò qui nouit. *h* Sicut in exẽplo, ſi frater meus bona feudalia occupare vellet, ego ſeruabo hæreditatem iuri prouinciali ſubiectam, & ex inde nihil ſibi impartiam, ſi tandem accuſauerit me corã

a Hoc idem lex xij. tabul. ſenſit in hac verba: quodcumq; poſtremum populus ſuaſerit, id ius, ratumq; eſto.

b Vide infra li. ij. ar. xxvi. lib. iij. artic. lxxiij. Ius Municip. arti. i.

c Vide infra lib. iij. artic. lxxv. gloſ. et Jur. Municip. in prolo.

d Diuerſitas iuris ex veribus prouenit cauſſis.

e Cauſſa amiſſionis feudi.

f Occaſione feudi, quomodo actio curã iure prouinciali intentari poſſit.

g Vide infra eod. li. ar. lxi. in gloſ. contrariũ huius, quod reconuenire non poteſt.

h Additio iſta, eſt Doctoris Bugſdorff. practicaq; iſta applicari poteſt ad illos, qui bona terre ſtria. & ciuitia poſſident.

prouinciali iudice, pro hæreditate huiusmodi, defendam me respondsurū, nisi & ipse promittat ibidem, occasione feudi mihi sese iustificaturum, &c. aliàs non tenetur super feudo coram prouinciali iudice respondere. Quod autem feudum illud frater meus solus obtineat: habetur feud. c. vj. in glos. Pater etenim illud sibi concessit, dominusq; etiam illud eidem contulit, & ita suum est, nec cogitur post mortem patris cum fratribus illud diuidere. lucrantur tamē illud fratres iure prouinciali, quia prouinciali iure sunt pares in diuisione sicut hic.

Articulus XV.

SI quis alteri mobilia concesserit, impignorauerit, aut apud eum deposuerit locaueritue, siue cum conditione, siue non, [a] & postmodùm ille, vel hæres negare voluerit; cōductor seu expositor faciliùs illud mettertius probabit, quàm quòd retentor suo iuramento obtinere valeat. Possessor verò si hæreditariū quid in huiusmodi rebus competere sibi mōstrauerit, vel quod ita est, ex fœtu suorum animaliū educationē probauerit: vel si varendam emptionis producere potuerit, ipse eas cum iuramēto duorum obtinebit, nisi defectum in testibus, siue in varenda patiatur. Incusatus de quacumque re [b] quæ apud eum nō apparuerit, suo se poterit excusare sacramento. Quæ autem apud eum sensibiliter demōstrari poterint, in his per iuramentū non euadet. [c]

[a] *Vide ad hanc materiā Iure Munici. art. cxxxiij.*

[b] *Iure Munic. artic. xl. & infra spec. Sax. lib. 2. artic. xxij.*

[c] *Textum aliqui viri ad habent insertum articulū citatum per totum, sed tamen hic repeti debere alibidem vide.*

GLOSSA.

Possessor verò si hæreditarium, &c. aut pignoratitium quid; [d] & tunc possessor pignoris probet quantitatem debiti solo suo iuramento, secundùm Inno. in causā, & facit pro hoc finis articu. vij. infrà lib. iij. cùm verò res impeteretur, vt furtiua, vel rapta: vide art. xxxvj. infrà li. ij. & infrà li. iij. ar. iiij. Concordat lex imperialis, quæ vult quòd ex inopia probationis regulariter venitur ad iuramentum: vt in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi. & iureiuran. vbi dicitur in bonæ fidei contractibus, necnon & in ceteris causis inopia probationum emergente, per iudicē iureinrando causa cognita, rem decidi oportere: & vide etiam in c. ij. de probati. cum concordan. ibi notatis.

[d] *Notanter sufficit dicere rem alienam esse meam, vel necessario rationem commonstrare, oportere rē eiusmodi mea fore.*

GLOSSA.

SI quis alteri mobilia, &c. In præcedentibus dictum est, quòd in certis casibus hęres iuramento liberatur, cōtra actorem: Articulus præsens declarat, vbi negatiua ablolui minimè poterit. Vndè pro intellectu textus clariori notandū, [e] quòd accommodatum accipitur dupliciter: vno modo, quando illud tuum fit, quod conceditur; nec illud idē in natura reddi oportet. [f] sed simile in natura, vel bonis: vt sunt pecuniæ, vinum, triticum, oleum, & vt communiter ea, quæ mensurantur, ponderantur, vel numero cōstant.

[e] *Accommodatū duplex.*

[f] *Vide abundantius infra libr. ij. artic. xxxvi. Iure Munic. artic. cxxxij. & cxxxv.*

ſtāt. Alio modo, quādo illud quod commodatur, tuum non eſt, ſed illud idem reſtituere teneris: vt veſtes, equi, pecora: vt Inſtit. quib. mo. contra. obli. §. j.

Aut pignorauerit, aut apud eū depoſuerit, &c. Ita quòd hæres pignus, vel aliquid aliud, quod in depoſitum datum fuit, cum conditione, vel ſine conditione, in bonis mortui inuenerit, & ſi conditio aliqua appoſita ſit, nō iam vt depoſitum erit, ſed magis pignoratitiū, vel cōductum. depoſito enim nulla conditio ſuperaddi debet: vt Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi con. naſcun. in multis locis. Ex hac ſupra expreſſa rerum accommodatarum diſtinctione ſequitur, quòd in his, in quibus differentia aliqua reperitur, & quæ corporaliter commonſtrari poterint, hæredes ſine teſtimonio retinere non poſſunt. In illis verò, vbi nulla eſt differentia, ſed per omnia vnum eſt ſimile alteri, vt ſunt pecuniæ, vinum, triticū, &c. illud hæres iuramento obtinebit ſuo. Sic etiam iuratur in legibus, cùm aliæ probationes deſunt: vt C. de fi. inſtru. l. ſi. & in autent. vt litigan. iur. §. ſi autem. coll. ix, & ff. de recep. arbi. l. ij.

g Nota. ſi cū teſtibus quis accuſet aliquem, cū teſtibus ille exſurgere ſeſe cogitur.

Inſtare quis poſſet, quòd textus articuli contrariari ſibiipſi videtur, cùm dicit: Si quis alteri mobilia conceſſerit, locauerit, &c. facilius illa mettertius expoſitor obtinebit. g Poſt modùm verò dicit, quòd incuſatus de quacumque re, &c. ſuo ſe excuſabit ſacramento? rē. quòd articulus in ſe verus eſt, nec contradicit ſibiipſi. primus enim paragraphus intelligit de rebus, quæ adhuc in poſſeſſione ſunt tua, & manifeſtum eſt res illas expoſitoris fore, vt ſic enim mettertius locator, qui illa in depoſitum dederat, ea obtinebit: ſed ſi in poſſeſſione ea non habuerit, nec appareant apud eum eſſe, ille abſoluitur iuramento, vt textus habet. Teſtimonium prēconis, quoad caſum præſentem duplex eſt: *b* vnum ex parte ſui, aliud ex parte officij. itidem & recompenſa eius duplex: vt ſupra ar. viij. exindeque ſequitur, ſi alicuius genealogia eſt bona, emenda itidē bona eiuſdem erit. quiuis etenim emendam obtinet ſecundùm ſui generatiōem. *i* Sciendum per modum epilogi, quòd ex articulo prēſenti, quatuor ſcitu digna elici poſſunt. Primò, quòd hæres iurare nō poteſt pro re locata, innadiata, & alia quacumq; , quæ oſtēdi ſenſibiliter poteſt, conductoris eſſe vel locatoris, & hoc ibi. ſi quis alteri mobilia, &c. Secundò, quidquid ſolus facere non poteſt, id facere eidem licebit cum teſtibus, vel per euictorem, vel quòd hæreditaria ſua bona ſint, vel quòd ſolus educauit, & hoc ibi: poſſeſſor verò, &c. Contra id tamen argui poteſt, per l. ei incumbit. ff. de proba. & C. eod. titu. l. actor. *k* affirmāti enim actori incumbit onus probandi? Reſp. quòd etſi quidem leges actori ſæpiùs probationem admittunt, quandoque tamen ex reſponſione reo etiam incumbit probatio defenſæ ſuæ. Sicut ſi quis dicat, vel inculpet aliquem, quòd equus ſibi, vel prædeceſſori ſuo ſit accommodatus, reus verò in reſpōſione equum dicat eſſe ſuum, aſſerendo eum ex educatione habere, vel aliquo quouis iuſto modo eum pertinere, vt ſic ex reſpōſione probatio ſibi cedit, & propior erit ad probandū reſponſiuam ſuam; immò ex reſpōſione efficitur actor: vt ff. de iure iurand. l. duobus reis. §. exceptio, Inſtit. de excepti. §. hæc exempli. Reo enim licet id, *l* quod & actori: vt C. de dilati. l. ſi quādo. Tertiò in textu tangitur de rebus & debitis, quæ ſenſibiliter probari non poſſunt, & hoc ibi: inculſatus pro quacumque re, &c. pro his enim iurare poteſt, non ſolùm iure Saxonico, ſed & Cæſareo: vt in auten. vt liti. iurent. §. ſi autem. coll. ix. immò & iure Canonico: vt ij. q. iiij.

b Gloſſa ibi declaratiua eſt ſupra ar. viij. nec ac ſic ad propoſitū ſpectat.

i Epilogus articuli.

k Vide infra lib. iij. ar. iij.

l Vide infra lib. v. art. v.

c. si legitimi,& c. omnibus. Quartò, tangitur in textu de rebus sensibilibus, & quæ apparent, & hoc ibi: quæ autē apud eum, &c. quia pro illis iuramento euadere nō poterit. abrogatur itaque per id articulus sequens decimusoctauus,qui dicit; quòd Saxo pro omnibus iuramento se absoluere poterit. In omnibus etenim legibus id obseruatur,quòd pro rebus nō sensibilibus & non cognitis iuramento absoluitur, pro manifestis verò minimè,vt textus præsens disponit. Pro intellectu tamē articuli clariori *m* nota, quòd probatio est duplex: corporalis, cùm quid sensibiliter probari potest,& præsentialiter demonstrari, *n* & istam Saxo ab actore sustinere cogitur. Non corporalis, quando obijcitur aliquid perverba alicui,& istam Saxo non sustinet, quia leges magis credunt respondenti, quàm quærulanti: vt ff. de reg. iur. l. fauora. ff. de acqui. possess. l. vlti. C. de donat. inter vir. & vxor. l. si maritus. Attende diligenter articulum istum. intellecto enim eo,multa intelligūtur ex priuilegio, quia & septem articuli sequentes per id resoluuntur, cùm agitur de probatione cōtra Saxonem.

m Probatio duplex.

n Nota, quòd testium dubitatio semper contra eum, qui producit, est interpretāda, quia qui probare vult, clarè et aperte vt faciat necesse est: quòd si omittit, non prodest sibi talis obscura probatio, de præsumptione c. in præsentia in glos.

EX LIB. FEVD. C. XIX.

Vnusquisque propior est innocētiam suam expurgare, quàm quis cū conuincere in his, quæ verbaliter contra eum proponuntur, & quæ extra iudicium fiunt. Probatio etenim duplex est, corporalis & simplex: contra corporalem probationem se expurgare minimè poterit,nec aliquis pro eo iurare potest. fit enim, cùm factum sit præsens & manuale, vel est detentus in facto, sicut in homicidio, furto, deprehensus, huiusmodi probationis testimonium contra se cū pati oportet. Alia probatio quæ est simplex, & in illa potest vnus reus, vel non reus fore: & hoc fit dupliciter, vel ex ipsius obligatione, sicut si solus se literis obligauit, sigillum subimprimendo, & ille cōuincit seipsum proprio sigillo, & hoc fit ex eius voluntate quòd reus efficitur. nisi iuret mettertius, quòd sigillum non sit suum, nec aliquando erat suū: consuetudo tenet, quòd mettertius iurat, & hoc modo etiam mettertius feudū probare poterit.

Item secūdo in probatione simplici, potest vnus innocentiam declarare dupliciter, vel ex parte personæ, coram qua actum sit; vel ex parte loci. Ex parte personę,& hoc dupliciter; vel illa persona sit, vbi negari non poterit factū: & hoc vel ex parte iudicij, vel de iure. de iure, sicut fit coram imperio, vbi negari non poterit, vel coram domino feudi, vel coram vasallis. Ex parte iudicij, sicut coram iudice& scabinis in loco consueto residentibus ibidē,si quid facit aliquis,citiùs cōuincitur quàm negatiua euadere possit.

In generali itaq; apparet,in probatione simplici reus propior est euadere. in alijs verò conuincitur, & hoc ex gratia datum est Saxonibus, cùm ad fidem conuersi fuerāt.

Item, hoc quòd vnus propior fit iuramento euadere innocentiam, quàm aliter eum conuincere: ex eo fit, quia si vnus testes adducere cōtra alium deberet, magnas indigeret expensas, & si reijcerentur testes, differretur negotium: & si iterum testes contra testes adducerētur, esset indecens & damnosum, & ita ex his causis admittitur defensa per iuramētum: iusque istud Saxonibus datum à Constantino & Carolo Imperatoribus, & in hunc vsque diem obseruatur.

Articulus XVI.

Nemo

NEmo sibi aliud ius, nisi quod ei sua tradiderit propagatio, vsurpare poterit, a qui si super eo in iudicio contenderit, & in probatione defecerit, cadet iure ab vtroque, nisi sit seruus manumissus, cui libertorum iura conceduntur.

Vbi filius est liber & legitimus, patris nanciscitur iura: si autem pater vel mater in ministerialiu consistit conditione, eum, vel eos erit proles secutura.

a *Vide infra lib. ij. art. vi. lib. iij. artic. xxxij.*

GLOSSA.

Vbi filius est liber & legitimus, &c. Sequitur enim filius familiam seu agnationem patris, & non matris: vt Instit. de legi. agna. tute. §. j. & Instit. de pa. po. §. ius. & C. de adopt. l. mulierem.

GLOSSA.

Nemo sibi aliud ius, &c. Intelligè in recõpensa pro tempore illo; qui enim nobiliorem se facit quàm ex genealogia sit, iusque suum aspernando, aliud ius vsurpare sibi vult, in probationeque defecerit, cadit pro illo tempore iure ab vtroque, vt textus habet.

Nisi sit seruus manumissus, &c. b Vndè circa id sciendum, quòd nullus seruo libertatem dare poterit, nisi sit viginti annorum: vt Instit. qui. ex cauf. manu. §. cùm ergò. Qui etiam in fraudem creditorum manumittere velit, id iure facere sibi non permittitur: vt Instit. cod. tit. in

b *Ad libertatem seruorũ dandam quæ requiruntur.*

tit. in prin. c Serui autem ex eo appellati sunt, quòd imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare nec occidere solent. d dicti autem sunt serui, non à seruiendo, sed à seruando: vt Instit. de iur. perso. §. serui autem.

c *Serui vnde dicti.*

d *Vide infr. li. ij. ar. xxxiij. lib. iij. ar. xiij. Iur. Munici. artic. ij.*

Cui libertorum iura, &c. Intellige erga extraneos, non erga suum patronum. e Vndè circa id sciendum, quòd iura libertini erga patronum sunt hæc: quòd videlicet eum debet honorare, eique assurgere. Secundò, quòd temerè in iudicio contra eum agere non debet: vt in auten. vt libe. de cete. §. illud verò. coll. vj. & C. de obsequi. patro. l. j. Tertiò, si necessitas postulet, eum enutrire cogitur: vt ff. de ope. libe. l. j. Quartò, quòd contra suum dominum nihil contumelioſi & dehonestantis facere potest: vt C. de obseq. patron. l. si manũ. Quintò, si dominus ingratum cernat libertum, viceuersa in seruitutem redigere eundem poterit: vt in auten. vt libe. de cetero. §. quapropter coll. vj. f Sextò, decedente liberto sine hærede, vel sine testamento, dominus percipit bona ipsius omnia: vt Insti. de successiõn. libe. §. sed nostra. fallit tamen hoc in quinque casibus: g Primò, si in manumissione hoc expressérit, eumque ab omnibus his conditiõibus libertauerit: vt in auten. vt libe. de cete. §. illud. Secundò, si patronus cogat libertum vel libertam, vt iuramẽto renunciet ne nubat: vt ff. de iu. pa. l. qui contra. Tertiò, si alimenta in labore non præstet: vt ff. de iur. patro. l. diuus Claudius. §. Imperatores. Quartò, si patronus pecuniam ab eo extorquet, ratione futurorum operum vel laborum, non tempore famis: vt ff. cod. tit. in multis legibus, & C. de operib. libertor. l. si quam. Quintò, si libertus necem domini vleiscitur, quam veri hæredes vleiscì neglexerunt, exindeque libertatem meruit: vt ff. de iur. patro. l. vlti.

c *Ius patroni erga libertum*

f *Hoc idem cauetur l. xij. tabul. si libertus ab intestato moriatur, nullum hæredem suum relinquens, patronus ei succedito.*

g *Casus in quibus patronus non succedat in bona liberti.*

a *Manumitti quidam nō possunt.*

Notandū prętereà venit *b* quòd manumitti non possunt quidam. Primò, quando quis viginti annorum existens, vltrò se vendit, pecuniam tollendo: vt Instit. de iur. perso. §. serui. Secundò, quibus propter excessum & enorme nefas manumissio iudicialiter interdicta est, propterque nefas detentus, & seruus factus: vt C. quibus. ad libe. procla. l. ij. Tertiò, si concubuerit cum vxore domini sui: vt in autē. de incest. & nefan. nupt. §. iij. coll. ij.

Manumitti etiam serui necessariò veniunt ex certis caussis. *c* Primò, si vicissantur necem domini, quam hæres occultauit. Secundò, si falsam monetā publicauerit. Tertiò, si detegunt crimen raptus virginum: vt C. pro quib. caus. seru. propri. l. ij. & iij.

c *Serui necessario manumittuntur ex certis caussis. hoc idem vide Iure Munic. artic. xij.*

Vbi filius est liber, &c. Dictum est de seruis, tùm de his, qui manumissi sunt: Paragraphus præsēs meminit de his, qui liberi nati sunt. Vndè circa id nota, quòd hominū differentia triplex inuenitur. *d* Primi sunt & vocātur liberi, qui videlicet parentum suorum libertatem nanciscuntur: vt Instit. de iur. natu. §. j. Secundò sunt serui, qui videlicet xx. annorum existentes sese venundant, pecuniam desuper tollētes: vt Instit. de iur. perso. §. j. Tertiò sunt liberti, qui etsi quidem nō sunt nati liberi, libertate tamen donati, & ita libertatem non de iure habent, sed ex gratia: vt Instit. de liberti. §. j.

d *Hominum triplex differentia.*

Patris nanciscitur iura, &c. Magis enim filius ad patrem pertinet, quàm ad matrem: vt Instit. de patri. potes. per totum, & superiùs in precedenti glossa tactum est.

Si autem pater, vel mater, in ministerialium conditione cōstiterit. &c. Antiquitùs obseruabatur, vt infra li. iij. art. lxxiij. & lxxxj. quòd ventres matrum inspiciebantur, ex indeque iudicabatur fœtus, an liber vel seruilis conditionis sit: vt Instit. de ingenuis. §. j. Sed ex his illud quæsitum est: *l* si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit liberū, an seruum pariat: Marcellus probat liberum nasci. sufficit enim ei, qui in vtero est, liberam matrem, vel medio tempore habuisse, vt liber nascatur. Tùm etiam, quia mater in seruitutem se dare potuit, non tamen prolem: vt Instit. de ingenu. l. ex his, & illud & hoc intelige secundùm leges. Secundùm Saxones verò, super libertate prolis natę vide infra lib. iij. arti. lxxiij. & lxxxj.

l *Iure Munic. art. xij.*

Articulus XVII.

MOritur autem vir *a* sine liberis, pater si fuerit, *b* sin autē vocetur mater, & in successiōe fratribus præferatur. Patris, matrisq; fratris vel sororis hæreditatē, filius percipit, & non filia; nisi filius non superstit accepturus. *c* Quādò autem ad hæreditatem soror non pertineat, neq; frater, *d* omnes qui se in vno gradu cognationis existere probauerint, *e* siue sit vir, siue mulier, æquam hæreditatis percipiāt portionē. in his enim sexum non discernemus, quare hæredes accelerantes appellamus. *f* Attamen vtriusq; sexus nepotes, in successiōibus patribus & matribus, sororibus & fratribus defunctorum præferantur, eò, quòd succes-

a *Istud contrariari videtur iuris communi, vbi frater ex vtroq; coniunctus, simul succedit cum patre: vt in §. consequēs in auten. de hæred. ab intesta. veni.*

b *Iure Munic. art. lxxij. glos.*

c *Intellige, quando quis post se non relinqt fratres, vel sorores, ex vtroq; aut altero parente tantum. quia ex altero tantùm excludit alios, de quo in textu, & ita practicatur.*

d *Quando ad hæreditatem soror non pertineat, neque frater, hoc est, quando defertur hæreditas alijs quàm fratribus, &c.*

e *Hic iura representationū admittitur. & sic filius premortui patris succedit defuncto patruo, in locum patris sui, potest q; similo*

sio non

a Illi gradu agnationis se adbene trahere patruus, cũ fratre eiusdẽ defuncti, iure repræsentatiuo. Sed scabini rudes hoc non intelligunt, & hodie in collateralibus iuris repræsentationem non admittunt, sed præferũt proximum.

sio non respicit gradus ascendentium & collateralium, quamdiù descendẽtium gradus genitoribus suis in generatione æquales inueniantur. Si quis alij in generatiõe fuerit inæqualis, hæreditatem eius non percipiet. Sueui etiã de fœminea cognatione, hæreditatem non accipiunt, eò, quòd in eorũ generatione omnes fœminę propter prædecessorũ fœminarum vitia, sunt exhęredatæ.

b Et sic filij duorum fratrum, aut plurium inter se succedũt, defuncto eorum patruo, tàm in gendis, quàm in hæreditate, in capita succedunt, cõtra communiterẽ opinionẽ Legistarum & iuris communis, & ad obseruãt Maideburgẽ.

c Moritur cui nec relinquens fratrem ex vtroq; & neptem ex filia prãmortua, dicũt Lipsen. quòd neptis tantũmodo succedit ratione lineæ descendentis. Maideburgẽ. uero cõtrarium tenẽt, scilicet, quòd frater succedit tantummodo ex ea ratione, quòd sinus nõ vlterius prece-

GLOSSA.

Moritur autem vir sine liberis, &c. Scias, quòd quantùm ad successionem ascendentium, in parte concordat cũ huiusmodi Municipali Iure *g* lex cõmunis, cùm dicit: Defuncto sine liberis, parentes si soli sint, succedũt, salua gradus sui prærogatiua; si pari gradu sint, pariter succedunt; paternis quidem dimidia, maternis alia dimidia delata, licèt dispar sit eorum numerus. Sed si cum parẽtibus fratres sororesúe defuncto cõiuncti supersint; vocantur cũ ascendentibus in gradu proximo, ita vt viriles faciant portiones, exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis, vbi nulla secundarũ nuptiarũ fit mẽtio: vt in auten. defuncto. C. ad Tertul. & in auten. de hære. ab intest. §. j. & §. consequen. coll. ix.

Filius percipit, & non filia, &c. Vndè dicit Hostien. in c. quòd nobis, qui filij sunt legit. Si filius, ergò hæres, quod intellige de legitimo & volente adire hæreditatem. excedunt enim filij matrem & vxorem in bonis patris, de testa. Raymund. ver. sed quid, & Roland. in flore. de libe. & natura iam natis in prin. Et ipso iure filius solùm in tribus casibus exhæredatur: in crimine læsæ maiestatis, hæresis, & simoniæ. vid. Hostien. in sum. de hæretic. in prin. in quibus autẽ casibus potest per patrem exhæredari, habes hoc in glos.

dit, quàm a patre ad filios & non ad neptes filiarũ, & ita practicant.

e De successione hæreditatis optimè sentire videtur lex xij. tabularũ in hæc verba: intestatorum hereditates, primo suorũ hæredum velint nolintue, sunto, his deficientibus agnatus proximus familiam habeto.

Attamen vtriusque sexus, &c. Concordat lex imperialis, quæ dicit: in successione mortui patris familias, seu filij famil. liberi eius si sint, omnibus alijs prælati succedunt. primi quidem gradus æqualiter, nepotes & vlteriores in stirpes non distinguendo sexum, vel iura potestatis, sed naturali causa sola inspecta. vt in auten. in successione. C. de suis & legit. libe. & in auten. de hęre. ab intesta. §. si quis. & §. reliquum. coll. ix. & Instit. de hæred. ab intesta. §. cùm filius, & §. fi.

GLOSSA.

SVperioribus declaratum est, de successione descendentium, Articulus hic pręsens disponit de descẽdentium & collateralium successionibus; & dicit, quòd pater & mater, omnesque ascendentes, percipiunt hæreditatem ante fratres & sorores, & ante omnes collaterales. Contra id instare quis posset, quòd frater meus maiori iure hæreditatem percipere debeat meam, quàm auus meus, ex eo, quia est propinquior mihi, & maiori iure in bona patris nostri succedit quàm auus; & item in bona aui propinquior est in succedendo quàm proauus: quia sicut filius succedit patri, ita & auo in locum patris? R. quòd hoc non refert *h* ex eo, quia auus qui posthac morietur, bona ipsius cedent in fratres tuos. Si dicas, quòd bona aui mei, potiori iure cedent pueris eius propinquioribus, quã meis fratribus? R. quòd aui mei filius, vel si plures sint, nõ nisi

h De iure repræsentatiuo etiam.

nisi vnam portionem quiuis illorum accipit. Sors verò patrem meum præmortuum concernens, mihi & fratribus meis iustò veniet, & istud vocatur ius repręsentatiuum secundùm leges, quia puer succedit in locum patris: vt in auten. de hære. quæ ab intesta. veni. §. si verò. coll. ix. semper enim propinquior est filius patris hæreditatem accipere, quàm pater patris: vt in auten. eod. tit. §. quia. coll. jx.

¶ Filius percipit, & non filia. Dubitare quis posset. Si id locum habere debeat, extunc filiæ omnes exhæredes essent? R. quod id obseruatum fuit iuxta iura antiqua *i* quibus tamen derogatum est: vt C. de legit. hæred. l. lege duodecim. & in auten. de hære. ab intesta. §. j. coll. jx. quomodo autē etiam iure nostro id intelligi debeat, infrà articulo sequenti declarabitur. Nota, quòd ascendentes, hoc est, auus, proauus, ille qui est propinquior, succedit vnus solus. descendentes verò, qui & propinquiores sunt in successione, ascendentibus succedant secundùm stirpes *k* hoc est, quotquot pueri sint, accipiunt sortem, quam pater eorum accepturus esset. Postquam autem frater vel soror non supersit, illi qui propinquiores erūt, succedent, vt textus habet, & Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. cùm filius..

i Limitatio articuli de filiabus.

k Hoc approbat Accursius in antē. §. cessante C. de legit. hæredib. quòd fratrum filij succedunt in stirpes: Bar. in l. 7. §. hæreditas. ff. de suis & legit. Bal. in auten. §. cessāte C. de legit. hæredib.

¶ Quare accelerantes heredes appellitamus, &c. Dicuntur autē ex eo hæredes accelerantes, quia in descendentes hæreditas cedere dicitur. nam & secundum aliquos, illud quòd in descendentē cedit, transire dicitur, quod verò in ascēdentē stare videtur.

l Vide infra eod. lib. ar. 1. lib. 1y. ar. xv. glos. feud. c. xx. glos.

Generatione similis, *l* vt textus habet, dicitur is qui patri similis est, similem autem generatione, nō aliud distinguit, nisi libertas & seruitus.

¶ Sueui etiam de fœminea cognatione, &c. Sueui verò dicuntur, quorum matres per Sueuos ex prouincia ductæ erant. Hesternus siquidem cum Saxonibus Angliā debellans; Sueui interim Saxoniā impugnantes, mulieres eorum abduxerant; in reditu Saxonum, pueri mulierum, quæ cum Sueuis abductæ erant, prout in antiquis habetur originalibus, Sueui vocabātur, mulieresque illæ exhæredatæ fuerant, & hoc intellige in earum generatione, & non aliter. Cùm itaque dicitur, quòd mulieres hæreditant, intelligitur de alijs mulieribus, quæ ex hac genealogia nō sunt, & per id soluitur iuris differentia.

In textu cùm dicitur, cò quòd successio non respicit gradus ascēdentium, quamdiù descendentiū, &c. Naturaliùs enim est, quòd descendentes succedant, quàm ascēdentes: vt ff. de bo. damna. l. cùm ratio. Dantur tamen certæ quædā causſæ, vbi parentes exhæredare filios possunt.

Vndè pro maiori istius declaratione notandum, *m* quòd in legibus causſæ ingratitudinis, propter quas pater potest filium exhæredare, sunt hæ: Prima, si filius parentibus manus violentas intulerit, eosdemque percussierit. Secunda, si grauem iniuriam eis fecerit. Tertia, si in criminalibus eos accusauerit, in causſa, quæ non sit aduersus principem, vel rempublicā. Quarta, si cum malefícis conuersatus sit, vel magicam, seu venefícia exercuerit. Quinta, si super morte patris per venenum, vel alio modo insidiari tentauerit. Sexta, si nouercæ suæ, aut concubinę patris, filius sese immiscuerit. Septima, si delator contra parentes filius extiterit, & per suam delationē in grauia dispēdia eos perduxerit: vel si ex dilapidatione filij graue dispendium parētes sustinuerint. Octaua, si patrem captiuum per fideiussoriam eliberare noluerit, siue fideiussoria extendat se pro persona sua,

m Causſa exhæredationis liberorū quatuordecim: vide hoc idē lib. 1y. ar. lxxxiij. glos.

Id quod de eleemosinis prohibēdis in glossa meminit. Codices vetustiores, tùm et in auten. vt cùm de appellat. cogno. §. causſa coll. vij. tùm & in capitulo, quinta vallis de iureiur. in glos. clarius passum istūdeclarant. Habetur enim ibidem generaliter, quòd filius cēnsetur si sit

si sit, quia parentes suos testamentũ condere prohibuerit, ex ea sola causſa eũdem exheredandi licentiam habebunt. rectiùs ergò ita passus præsens intelligi debet, & non solùm de eleemosynis denegãdis, vt in glossa habetur. nã causſa huiusmodi exheredationis ex loco authenticè allegato. & c. Quintauallis, de verbo ad verbũ hic ingrossata sunt.

na sua, vel debito eius, in quantùm potest. hoc tamen quod de fideiussoria dicitur, ad filios masculos tãtummodò pertinet. Nona, si patrem prohibet eleemosinas tribuere. Decima, si præter voluntatem parentum, lusoribus, mimis, & histrionibus sese filius sociauerit, & in hac professione permanserit, nisi forsan parentes eiusdem professionis sint. Vndecima, si parenti filiam, vel neptim, marito elocare, iuxta vires substantiæ prohibuerit. tùm & filia ipsa, si eam pater nuptui tradere vult, illaq; renuit, verùm luxuriosè vitam agit, etiam exhæres erit. quòd si vsque ad xxv. annum parẽtes eam marito copulare distulerint, exindeque forsan contingat eam in suũ corpus peccare, aut sine consensu parentum marito se, libero tamen, coniungere, hoc ad ingratitudinem filiæ nõ imputatur, quia non sua culpa, sed parentum id commisisse cognoscitur. Duodecima, si parentibus furiosis vel freneticis, debitam curã non impenderit. Tredecima, si parentem captiuum liberare non acceleranerit, eundemque in illa captiuitate mori contigerit. Quartadecima, si filius hæreticus sit: vt in auten. vt cùm de appel. cogno. §. causſas autem. coll. viij. & in c. Quintauallis de iureiuran. in glos. Adhuc est vnus casus infra eod. li. artic. lxij. in glos. hoc est, quando pueri mortem parentum iure non querulantur.

Articulus XVIII.

TRiplicia iura Saxones, præter consensum Caroli Imperatoris, sunt cõsecuti; Ius Sueuię, in odium fœminarum. [a] Secundum, quòd quidquid Saxo in iudicio non fecerit, [b] si sacramentaliter negare voluerit, hoc quidem facere potest, conuincibili probatione aliqua non obstante. [c] Tertium, quòd nulla in terra Saxoniæ coram imperio sententia, tàm vera & iusta promulgatur; [d] Saxo, si eam increpare voluerit, deferens manui suæ dextræ, multitudiniq; maiori, & si septenus, alios septem debellauerit, tunc maior pars vincentiũ sententiã obtinebit. Ad hæc, omnia eorum antiqua iura cõsuetudinaria, ab aula Christianæ fidei nõ deuiantia obtinuerunt.

[a] ARTICVLVS REPROBATVS.

[b] *Distinctionẽ istius paragraphi, cũ eius limitatione, vide supra ar. xv. in glos. & infra lib. y. artic. xxxiij.*

[c] ARTICVLVS REPROBATVS.

[d] *Iure Municip. art. xiij. glos.*

GLOSSA.

Triplicia iura Saxones, &c. Christianę fidei Ecclesiasticęq; libertati contrauenientia. Vndè dicit lex cõmunis: cassa & irrita esse denũciari præcipit omnia statuta & consuetudines cõtra libertates Ecclesiarũ, carumq; personas inductas aduersus Canonicas vel Imperiales sanctiones, & ea de capitularibus penitus abolere mandat noua constitutio, & decetero similia attentata ipso iure, inutilia decreuit; si quid cõtra fiat, pœnæ quæ statutæ sunt, imminebũt. Sed si per annum huiusmodi nouellæ constitutionis aliqui inuenti fuerint cõtemptores, bona eorum per totum nostrũ imperiũ ab omnibus occupantur: vt in const. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccles. sumptum de constitutione

tione Frederici Imperatoris, & vide etiam de sen. excōmuni. c. nouerit, & c. grauem. & de immunit. Eccle. c. quoniam. lib. vj. & de cōsti. c. quæ in Ecclesiar. & c. Eccle. sia. & quæ in illis iuribus notātur. Quare etiam alibi Imperator confirmat Ecclesiarum priuilegia, & contra eas statuta infirmat: vt in l. decernimus. C. de sacrosan. Eccles. & in l. omnia. C. de Episc. & cler. Secundū, quòd quidquid Saxo in iudicio non fecerit, &c. Hoc omnino est erroneum, quia contra ius diuinum; nam in ore duorum vel trium, stat omne verbum, id est probatio: vt Deutro. xix. & Joan. viij. & ij. q. iiij. c. j. de testa. cùm esses, & c. relatum. de testi. in omni. & c. licet vniuersis. *e* Iuramentum est remedium extraordinarium, ad quod tunc demum recurritur, cùm aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur: vt in c. sicut. & c. ad nostram. de proba.

e Iuramentum est remedium extraordinarium.

Tertium, quòd nulla in terra Saxoniæ, &c. Hoc etiam est erroneum: vt patet extra de purga. cano. c. ex tuarum, & de purga. vulga. per totum. Nam si fertur iusta sententia, ista est seruanda, alias locus est appellatiōi: vt de sen. & re. iudi. c. quòd ad consultat. & c. inter. cum similibus, & infrà li. ij. artic. xij. vel aliquod priuilegium. Scias tamen. *f* quòd nemo præsumitur priuilegiatus, nisi illud probet: vt de priuile. c. porrò. & c. recepimus. quia priuilegium nō potest naturaliter haberi: vt C. de fide. instru. l. si solennibus, secundum Baldum.

f Nemo præsumitur priuilegiatus, nisi illud probet.

Antiquam consuetudinem secundum glos. & hoc scias *g* quòd consuetudo interpretatur statutū, immò corrigit, abrogat, detrahit, immutat, & præsumptionem induc it: de hoc per Hostien. & alios in c. cùm dilectus. de consuetu. & est consuetudo similis priuilegio, C. de Episc. & cler. l. quisquis. & extra de verb. sig. c. super quibusdā; & dicit Innocen. in c cùm contingat. de so. compe. quòd quidquid potest priuilegio concedi, potest & consuetudine induci; cùm consuetudo superioris tacito cōsensu firmetur: vt not. lxiij. distin. c. quia per ambiti. & de iudi. c. nouit ille. Pro quo etiā vide eo. lib. circa art. lxiiij. infrà. & in simili maior debet facere seruari statuta, & consuetudines terrarū, secundū Bald. in vsi. feud. qui feudum dare pos. in §. j.

g Consuetudo interpretatur statutum, vide supra in prolo. & iure domi. art. i.

GLOSSA.

In textu cùm dicitur: præter consensum Caroli, &c. Non intelligēdū est, quòd præter voluntatem eius factū sit, quia aliàs non valeret ius illud; sine etenim voluntate Imperatoris, nemo ius cōdere potest: vt Instit. quib. mod. testa. infir. §. ex eo. in auten. de raptu mulier. coll. ix. C. de legi. & constit. l. j. nec contra mentem eius quidquam statui potest: vt C. de veter. iur. enucle. l. Deo auctore. Sed quia non consuluit eis ad articulos præsentes; ad instantiam tamē importunam eorum, ex certis & legitimis caussis, eosdem illis confirmauit.

Ius Sueuiæ in odium fœminarum, &c. Paragraphus iste non intelligitur nisi de mulieribus, quæ de genealogia Sueuorum sunt. nā & iure Saxonico filiæ succedunt & hæreditant, quæ sunt extra genealogiam prætactam æquè sicut viri: vt supra arti. v. & xvij.

Quidquid Saxo in iudicio, &c. Intelligendum, quidquid corporaliter contra eum probare non poterit, nā & iure Saxonico testimonio Saxo vincitur: vt supra li. j. artic. vij. viij. xiij. xv. & lxiiij. Item lib. ij. arti. vj. xxij. & lxix. Item li. iij. artic. vij. xxj. xxiiij. xxv. xxvij. xxviij. & xxx. Quidquid verò verbis contra Saxonem proponitur, verbis se expurgat per iuramentum, creditur que in eo casu verbis

eius

eius expurgatiuis, iuramento apposito, & hoc intellige, si corā iudicio actum non sit, quia alias iudicio conuinceretur: vt supra declaratum est. quòd autem accusato defensa per iuramentum venit, ratio est. ius enim fauorabilius est reo, quàm accusatori: vt ff. de regu. iur. l. fauorabiliores. & ff. de acti. & obliga. l. Arrianus.

b Iuramentum in iudicio fit ex tribus rationib. vide infra li. ij. ar. xxxiij.

Notandū circa id, *b* quòd iuramentū in iudicio fit ex tribus, potissimū rationibus: Primò, quia in prouincia Saxoniæ, cùm vnus defert iuramentum alteri, non potest vlteriùs cōtra eū agere in illa caussa, si iurauerit: vt Instit. de acti. §. item si quis. ff. de iureiur. l. non erit. §. finali. C. de re. cre. l. actori. & ff. de eden. l. prætor. §. sed et. & ff. de arbi. l. si eum dies. §. si arbiter, & C. de fi. instru. l. finali, & in auten. vt liti. iur. §. si autem. coll. ix. Leges allegatæ disponūt, quòd vnus iuramento liber euadit, *k* sed nec poterit actor super periurio contra eum procedere. nec enim sibi istud competit, sed Deo omnipotenti committendum est negotiū: vt ff. de dolo. l. quodsi deferēte. Secundò, quòd ius Saxonicū multas perplexitates non habeat, sed eò facilius omnibus in cōmune sit. simplicitas enim est amica iuris: vt Instit. de fideicōmis. hæred. §. sed quia. Tertiò, quia si admittatur actio in contrarium, labor esset superuacaneus, & difficultas adaugeretur, quod fieri non debet: vt in auten. de eccles. rerū immo. aliena. in prin.

k Nota quòd cōtraria prolatio contra iuramentum hoc iure non admittitur. vide id idem infra li. ij. ar. xxxiij. Secus est secundum leges: vt in l. allegata habetur. n. si forsan parti iuramētū deferatur. quomodo autē iuramentum deferetur à parte parti, vide supra ar. vi. & infra li. ij. arti. x.

In textu cùm dicitur: quòd nulla in terra Saxoniæ sententia, &c. Hoc precisè apparet esse falsū. contingere enim potest ex Dei permissione, quòd iustā habens caussam, per certamen conuincatur: vt habetur Iudicum, cùm tribus Beniamin, decertabat cū alijs tribubus, Saxonibus tamen ipsis in casu isto duellum potissimum admissum est. Si enim euenerit, quòd sententia coram imperio iniusta prolata sit, ab ea appellare eidem minimè licebat, quia Imperator superiorem iudicē supra se nullū habet. quare cōfisus in Deo, iustitiaque sua dextram manus suæ corpusque periculo expōsuit, pro iustitia decertanda; iureque ipso duellum admittebatur, & à Romanis ortum habuit: vt ff. ad leg. Aquili. l. qua ratione. §. si quis in colluctatione, & C. de athletis. l. j.

Adhæc omnia eorum antiqua iura consuetudinaria, &c. Saxones etenim antequā ad fidem conuersi sunt, & imperio Romano subiecti erant, nulla habuerunt iura, nisi consuetudinibus vtebantur: vide ad id in auten. de priuil. do. mulie. hære. non præstan. coll. ix.

Articulus XIX.

SVeuus, tàm res expeditorias, hoc est, a arma bellica, seu hergeweth, quàm hæreditarias, non solū in septimo tollit gradu, sed quousq; computare poterit se ad eum, de cuius hæreditate agitur, iure agnationis pertinere: & quousque probare poterit, quòd prædecessor illius sui in genetatiōe prædecessoris, vel èconuerso, res expeditorias susceperat, vel in iudicio eas acquisiuerat. Sueui etiā inter semetipsos, & intra districtum Sueuorum, licitè à sententia appellabunt, eamq; non esse admittendam,

a Que sunt arma bellica: vide infra ar. xxij.

dam, Sueuus ad antiquiorem coru genealogiæ discutiendum deferet, quē & nominare oportet, & ad plurimos sententię cōsentientes, ac ad superiorē locum iudicialem in iudicijs celebrandis, prouocando, ac sese trahendo.

Sueuorum iura nō dissrepāt à Saxonicis, nisi in successione hæreditatum, & appellationibus.

GLOSSA.

Articulus præsens non præcisè ad priuilegium Saxonum spectat, sed sunt verba Ecke magistri priuilegij ad similitudinem quandam posita.

Articulus XX.

NVnc intellige, quid vnusquisq; militaris ordinis, [a] sue vxori, sine hæredū assensu, [b] nomine dotis erogare valeat, antequam cum ea ad prandiū discubuerit; Seruum impuberem, vel ancillam inennem, sepes, [c] & ædificia carpētata, pecoraque pascualia, id est, quibus non laboratur, eidem liberè erogabit.

Vbi verò ad mulierem loca ædificiorum nō pertinēt, post mariti sui mortui tricesimum, infra sex septimanarū tempus, tenetur sine soditione, carpentata deportare. [d] Si autem damnum per fodimentum illatum domino fundi illud rependere, secundum arbitrium paganorum fuerit parata, eo nolente, extunc ædificia effodientur, dūmodò scissuræ terrarum reparētur.

Permanserit autē [e] mulier cum mariti heredibus per tempus breue vel spatiosum, non separatis emolumētis, cùm se ab hæredibus separauerit, accipiet omne ius in rebus, quæ ibi protunc inuentæ fuerint, sicut debuisset in tēpore viri sui mortis suscepisse.

Manserit verò vidua in bonis mortui mariti sui cum filijs suis indistinctè, filiusq; matrimonium cōtraxerit, mortuo postmodùm filio eius, mulier in dotibus ac vtensilibus, & in domesticis cibarijs percipiendis matri suæ præferetur, [f] quodq; ipsa mater adhuc dotem non acceperit, non obstabit; & è conuerso est, si filius in bonis matris decesserit, materque probare poterit possessionem pacificā, prætacta

[a] *Cum dicitur nomine dotis, intelligi debet, de nationis propter nuptias. Concordat Iure Munic. artic. xxij. & xxiij. & artic. xvij.*

[b] *Quæ autē ad dictum pertinent, vide infrà eod. lib. art. xxxij.*

[c] *Per id intelliguntur etiam domus simpliciter erectæ, non tamen vt taliter consummatæ, nec argillatæ aptatæ. vide infra li. ij. ar. xxi. Sed & alia ædificia hīc similia, sive consummata sunt, sive non, quæ verba debent esse consona rebus: alias dixisset domos. Vide dicere quis possit, quod mulieres ædificia nequaquam tollunt. Resp. quod moderniq; quidem temporibus mulieres non decētur huiusmodi ædificijs, propter defectionem villarum: si tamen contigerit in huiusmodi ædificijs illis locis, necessarium est, vt sibi teneātur: vt infra li. ij. ar. xxi. in gloss.*

[d] *Vetustiores textus habēt, & ve ius: Si autem prælucrit hæredi ædificia redimere secundum arbitrium paganorū, ipsis nolentibus, extunc ædificia effodi possunt, dummodo fouea et scissura reparentur.*

[e] *Vide infra lib. ij. artic. lxxvi.*

[f] *Iure Munici. ar. xvij.*

prætacta mater in perceptiõe dotis, iuribus nurui præponetur. g Dotẽ mulier proprio obtinet iuramento, ad poſſeſſionem verò teſtibus indigebit.

g *Iure Munic. art. xxij. & item lvij. gloſ. vide amplius in paſſu declarationem.*

Sic etiam cognata eius, ſi vxor viro præmoriatur, faciliùs h quã mater mariti, vtenſilia obtinebit. Filius eſt hoſpes in poſſeſſione matris ſuæ, & è conuerſo.

h *Alij textum habent: ſed & neptis, potius quam mater viri, obtinet ſupellectilem matertere, i. ſororis matris ſi moriatur ãte virum.*

Omnes, qui de militari non conſiſtunt progenie, non niſi ſuum validiorem equum, vel animalia campeſtria, nomine dotis ſuis vxoribus poſſint erogare. Dotem mulier obtinet cum iuramento, ſine teſte.

GLOSSA.

NVNC intellige, quid vnuſquiſque militaris ordinis, ſuæ vxori, nomine dotis, &c. Id eſt, donationis propter nuptias: ſic etiam exponitur de donat. inter vir. & vxo. c. nuper. in gloſ. & ſic etiam inferiùs exponas. i nam ſecundum legitimas ſanctiones, vxor dare debet viro dotem; vir autem vxori donatiõem facere propter nuptias: vt in dicto c. nuper, in fine. Et prædicta donatio propter nuptias, alibi etiam dicitur ante nuptias. C. de donat. inter virum & vxor. l. ſi. in prin. Et aliàs dicitur dotalitiũ, de dona, inter virũ & vxor. c. plerúq; vbi de hoc. quandoque etiam dicitur ſponſalitia largitas: vt in auten. vt ſponſal. largit. coll. ix. iure Saxon. indifferenter nuncupatur dos, vt dos, vt præſenti articulo; & item vocatur etiam dotalitium, vt articulo ſequenti. Quæ etiam donationes, vt patet, ſunt diuerſæ naturæ, prout in eiſdem articulis videre potes, & infrà lib. iij. art. lxxiiij. & ſequenti.

i *Vide infrà lib. iij. artic. lxxiij.*

Eius mulier in dotibus ac vtenſilibus, &c. Id eſt donationibus propter nuptias, & eſt talis donatio, quam ſponſus ſponſæ facit, vel alius eius nomine; ſed & alteri, nomine ſponſæ fieri poteſt: ff. de iur dot. l. profectitia. §. 1. & §. ſi quis. & §. ſed etſi. & poteſt fieri ante nuptias, vel poſt, marito dicente: tale quid dono tibi propter nuptias in dotalitium; & ſufficit, quòd mulier in poſſeſſionẽ inducatur, & quòd non ipſa, ſed maritus ad vxoris ſuſtentationem fructus percipiat. ff. de iur. do. l. ſi is. §. ibi. Sponſalitia verò donatio eſt, à ſponſo ſponſæ, vel è conuerſo facta collatio. dicit tamen lex, quod raro cõtingit, quòd ſponſa ſponſo conferat, quia fœminarum genus auariſſimum eſt. ff. eod. tit. l. ſtipulatio. C. de donat. inter virum & vxorem. l. ſi à ſponſo. Sed propriè dos eſt, quod à muliere, vel eius patre, marito propter onera matrimonij datur, vt quàmdiu durat matrimonium, ſit apud virum; & ad hoc vt ſit dos, oportet quòd matrimonium ſit cõtractum, non ſolùm de facto, ſed etiam de iure. ff. de iur. do. l. iii. Sunt & quædam aliæ res, quæ paraphernales vocãtur, & à muliere iuxta dotem in domũ viri importantur; ſic dictæ, à para, quod eſt iuxta, & pherna, quod eſt dos. et ſi ea mente inferãtur, quòd fiant viri, eius erunt, aliàs mulieris; & in dubio præſumitur mulierem eas retinuiſſe ſibi, & ergò ab ea vendicari poſſunt, ff. de iur. dot. l. ſi ego. §. dotis. & de his non debet vir ſe intromittere muliere inuita, quia quàmuis bonum videtur, mulierem, quæ ſeipſam viro committit, res etiam eiuſdem pari arbitrio gubernari.

bernari; tamen æquitas quæ contrarium vult, in hoc casu præfertur. C. de pact. conuen. super do. l. hac lege. *k* Sic etiam aufertur viro dos, cùm vergit ad inopiam, vt quia dudum diues, modò facultates non sufficiunt ad dotis exactionem. ff. solu. ma. l. si constante, & C. de iur. dot. l. vbi, & l. in rebus.

k Vide infra artic. xxxij. Iure Munic. artic. xxxj.

GLOSSA.

PRO intellectu articuli præsentis, quædam necessariò notanda veniunt, videlicet: quomodò milites efficiuntur; qui milites fieri possunt; & qui de stirpe militari procedere dicuntur; vtilitas militiæ quæ sit; tùm & quomodò priuilegium militum perditur. *l* Vndè miles efficitur ex operibus strenuis: vt C. qui militare possunt. l. j. Iuramento militari obstrictus, mortē non debet formidare, vbi defensa imminet: vt ff. ex quib. caus. maio. l. penult. quòdq; bonis feudalibus infeudetur, si illis careat: vt ff. de milit. testa. l. si filius. Publicoque signo in brachio insigniri debet, per clipei superappositionem: vt C. de fabrice. l. iij. lib. x. debetque inter alios milites collocari: vt ff. de milit. testa. l. ex eo, quodque procedat ex stirpe militari: vt C. negoci. ne milit. l. j. cui & gladius committi debet: vt ff de milit. testa. l. penult. Exindeque sequitur, quòd infamis seruus miles esse non potest: vt ff. de testa. milit. l. si non. Itidem & infidelis: vt in auten. vt neq; miles. coll. viij. Militaris verò stirpis is dicitur, *m* qui ex patre & auo militaris ordinis processit: vt C. negoci. ne mili. l. j.

l Militum efficia. alia vide infra artic. xxxij.

m Militaris stirpis quis dicatur.

Militiæ vtilitates & commoda sunt. *n* Milites etenim iuri communi subiecti non sunt, testamentaque condere poterint, quàmuis parentes eorum viuant, nec ab eis emancipari sunt; intellige tamen de bonis illis, quæ ex militia acquisiuerunt: vt ff. de milit. testa. in mul. in multis legibus. Nec negligi poterint in iure suo, si illud ignorauerint, nacta etiam ex successione hæreditate, debitaque sint maiora, quàm hæreditas se extendat, cogi non debent ad exsoluenda debita, nisi inquantum hæreditas se extenderit: vt C. de iure delibe. l. fi. & C. de fac. & iur. igno. l. j. Si quid etiam bonorum, vel rerum ad eosdē pertinentiū, tempore quo in militia sint impignoratū, vel venditum sit, non præscribunt; immò postquam redierint, in annuali spatio contradicere possunt: vt C. de resti. milit. l. si Valerianus & l. sicut militaribus. Mulieres etiam militum eodem vtuntur iure: vt C. de resti. milit. l. j.

n Militiæ vtilitates & prærogatiuæ.

Miles priuilegio, seu iure militari priuari dicitur, *o* si ad hostes fugerit; si arma militis furatus sit; si in mortem præfecti militū conspirauerit; si à domino fugam dederit: vt ff. de re. milit. l. ij. & sequentibus, vbi & aliæ multæ causæ perdendi priuilegij militaris exprimuntur.

o Ius militū perditur ex certis causis.

Militia, an sine peccato exerceri possit? *p* Videtur enim primùm, quòd absque peccato fieri nō possit; est enim elatio quædam mentis in militibus, & ex rancore occidere solent: vt patet de militantibus in torneamentis, qui nec in sacris sepeliuntur locis, si occisi fuerint: vt extra de tornea. c. felicis. & extr. de sagittar. c. artē, & xxiij. q. ij. c. j. Pro exsolutione tamē dubietatis respondeo, quòd militia duplex est. *q* Quædam ex superbia & auaritia prouenies, vt decertantes in torneamētis, guerris, prēda, & illa est cum peccato, occisique in tòrneamentis, in sacris locis nō sepeliuntur, vt supra tactum est. Alia militia est ex necessitate, & illa est honesta, sine peccato, immò meritoria; decertare enim, vt sic licitum est, pro defensa reipublicæ: vt xxiij. q. ij. c. iustum. Et item pro iustitia & pace: vt xxiij. q. viij. c. si nulla.

p Militiam exercere, an sine peccato fieri possit.

q Militia duplex.

q Bellum iniustum subditus sufferens, ex mandato domini, an peccet?

Quærere quis posset, q Dominus indicens bellum iniustum, an peccat subditus, qui bellum ire cogitur? ℟. Cùm dominus præceperit, subditus ex obedientia secum expeditionem facere tenetur, nec peccat, dominus enim peccatum sustinebit: vt centesima dist. contra morem. & xxxiij. q. v. manifestum, & extra de iureiuran. c. debitores.

r Militibus occidere hostes admissum est.

Militibus præterea concessum est r hostes occidere: vt xxiij. q. v. c. de occidendis. tùm & prædā de hoste, si princeps admiserit, cum bona conscientia capere: vt dist. j. ius militare, & xxiij. q. v. c. dicat.

s Dos seu dotalitium quare dicatur?

Nota, quòd dos seu dotalitium in proposito, vt textus habet, s dicitur ex eo, quia mane per spōsum tribuitur, antequàm cū ea ad prandendū discubuerit; potest tamen & alio tempore dari. Secundùm leges verò, dotalitiū dicitur esse donum illud, quod sponsus tribuit vxori, in recompēsam dotis sibi datę, quæ & donatio propter nuptias appellitatur: vt Instit. de donat. §. est &, & §. sed nos.

Sæpes & ædificia carpentata, vt textus habet, iure Saxonico, loco dotis erogari possunt, vel etiam non tribui, si maritus vult. Itidem & secundùm leges; verùm hæc omnia in legibus donationes propter nuptias nuncupantur.

Manserit autē mulier cum mariti hæredibus, &c. Exinde sciendum, quòd mulieres dotes tollentes, hereditatem accipere non possunt, nec eam pueris erogare tenētur. si hæreditatem accipiunt, dote carebunt.

Manserit autem vidua, &c. Cōtradicere paragraphus iste videtur legibus; cautum enim est, quòd qui prior est donatione, etiam priùs illam tollere potest: vt in auten. vt exacti. instan. dotis. §. si verò. coll. vij. ℟. quòd ibi loquitur de cōmunibus rebus, hìc autem speciatim disponit de ædificijs carpentatis, pentatis, & supellectili stannea, ad quæ vxor filij propinquior est, quā mater; sic etiam mater est propinquior, si filius moriatur, ad bona eius, & hoc facit possessio bonorū illorum.

u Matrimonij causa triplicia dona erogantur: hoc idem vide Iure Muni. ar. xxij.

Notādum circa id, u quòd matrimonij causa triplicia bona tribui solent. Primum x est, arra quę datur ante sponsalia, & soluit duplum, qui occasionem dedit, quòd matrimonium ad effectum nō cessit: vt C. de spon. & ar. l. mulier. si moritur, simplum restituitur: vt C. eod. tit. l. arris. Secunda donatio, y dos vel dotalitium dicitur, in legibus verò sponsalitia largitas nuncupatur, & de ista hic in articulo præsenti. illam etenim mulier obtinet proprio iuramento sine testibus, quòd videlicet dos huiusmodi data & largita sit. Ratio istius, quia Saxones mulieribus omnia ad iuramentum deferebant: vt Insti. de acti. §. item si quis. Possessionem verò mortui mariti, in qua dotalitiū datū sit, cū testibus metseptima obtinebit. Tertia donatio z dicitur esse propter nuptias: vt Instit. de dona. §. sed nos. & hęc donatio similis doti esse debet; & quidquid in dote defecerit, id etiā in dotalitio, seu vitæ prouisione deerit: vt in auten. de non eligen. mulie. secundo nuben. §. fi. coll. j. & in auten. de æqua. do. §. hoc autē. coll. vij. & istud maritus nec cū voluntate, nec sine voluntate vxoris, vendere aut alienare poterit, vt firmum sit, nisi recompensatio fiat reformatio, quam & sufficiēter declaret: vt Insti. quib. alien. licet vel nō. §. j. & in auten. vt immobil. ante nupt. donat. coll. v. in prin. mulier etenim illa omnia etiam tempore vitæ mariti sui lucrari poterit: vt infrà eod. lib. artic. xlvij. & artic. sequenti. & li. feud. tit. de fruct. feud. Ex his etiā mulier nulla soluere cogitur debita, immò ante omnes illud lucratur creditores: vt in auten. de equal. do. §. aliud.

x Arra q. r.

y Dotalitium q. r.

z Donatio propter nuptias.

aliud. coll. vij. nisi iuramento dotalitium abrenunciauerit, iurauerit̃que venditionem firmiter tenere: vt extra de iureiur. c. licet. li. vj.

EX ANNOT.

a *Dotis vel dotalitij prærogatiua vide.*

a Sciendum generaliter, quòd dotalitium ex gratia mulieribus statutum est, amplissimę̃que per legislatores in fauorē dotis sancitæ sunt leges: vt C. de iure dotium. ff. eo. titu per tot. ff. soluto matrimonio quomodo dos petatur per totum, in auten. de æquali dotis, & in aliis plerisq̃ue legum titulis & locis. dos etiam, vt superiùs tactum est, ante omnia accipitur debita, excepto vno, si militia ex dote emitur: vt in autent. de æqua. dot. §. his consequens coll. vij. nec mulier doti cedere debet. sed & placuit textum autenticè in fauorem mulierum sancitæ, hìc breuibus annotare. §. vt supra his cōsequens coll. vij. Plurimùm super his cogitātes, non inuenimus mulierem iustè cedere priuilegio dotis; videbamus enim (quæ causſæ absurditas est) quia aliquis quidem fornicantibus mulieribus ex proprio corpore aduenit quæstus, & viuūt ex hoc quę̃stu; auersantibus autem, & quæ semetipsas atque substantiam ad virum introducunt, non solùm nullus sit quæstus à viris malè degentibus, sed etiam minuantur, & spes eis nulla sit secundùm hoc. Vndè volumus, vt si quis domum renouasset, aut etiam agrum emisset, nō posset talia priuilegia mulieribus opponere, infirmitatem namq̃ue muliebris naturæ satis noumus, & quia facilè circumuentiones fiūnt aduersus eas; minui autem eis dotem nullo sinimus modo, sufficit enim, quòd à lucris cadunt. &c. b Et item, C. de dotis promissi. l. ad exactionem habetur, quòd dotis quam semel præstari placuit, qualiacumq̃ue sufficere verba censemus, siue scripta, siue non, etiamsi stipulatio non fuerit subsequuta. Dos etiam repeti potest marito viuente, sed vergente ad inopiam, vt se & maritum puerosq̃; sustentet. C. de iure dotium. l. donationum quoq̃ue; non tamen illam alienare poterit viuente marito. dotem præterea relicta capit ante omnes creditores. C. de iure dotium. l. in rebus dotalibus.

b *Ad hanc materiam de dotalitio variis eiusdemq; rebus decisiones, vide Iure Munic. arti. xxij. in gloſ. præsertim, per totum.*

Nota, mulier habēs c vitæ prouisionem à marito in mobilibus, stipulataq̃ue sit cum marito, debitum in hunc effectum, si maritus moreretur, quòd ipsa debitum soluere deberet, in bonisq̃; nihil plus haberet, nisi solam eius vitæ prouisionem, hæredes verò mortui, vēdicent sibi bona huiusmodi, relictam in eius vitæ prouisione expediendo. Creditores tandem si citent relictam, contra eam querulantes super stipulatione, illa recognoscat, ex bonis indiuisè solutionem cum marito olim facere; sed ex quo iam est à bonis diuisa, in manusq̃ue hæredum bona huiusmodi peruenerant. quæritur, an non maiori iure in hæredibus debitū illud quærere debeant, quàm in ipsa? R. quòd debitū illud creditor maiori iure quærere debet in hæredibus, quàm in vidua; & si quid defecerit in bonis mortui, mulier supplere tenetur, iuxta recognitionem de bonis suis.

c *Fend. c. xxxi.*

Vitæ prouisionis ex eo, quia nō d durat nisi ad vitam, d triplex habetur beneficium. Primò, quia accipitur post mortem vxoris. Secundò, nulla exinde soluit mulier creditoribus debita. Tertiò, quòd maritus illud alienare non potest. Vndè nota ex eo, quia vitæ prouisio nisi ad vitam datur. vendi non potest, quia si ex manibus quomodocumq̃ue dimitteret, perderet illud, datò etiam, quòd esset in proprio.

d *Vitæ prouisionis triplex beneficium.*

Articulus XXI.

Licitè

Ex isto sequitur, quòd proprium sine consensu hæredum alienari non potest. vide hoc idē Jure Munic. ar. xxij. amplius.

LIcitè etiam datur dotalitium, hoc est vitę prouisio, mulieribus, in virorum proprietatibus, cum b consensu hæredū, c in iudicijs, in quibus sūt situatæ, dummodò ibi sit bannus regalis.

b Textus Germanicus vltra id habet: Quātumcūq; innenes sint.

Dotalitium, id est vitæ prouisionem, mulieribus nullus infringere potest, neque hæredes iam nati, neque posthumi. d nisi ligna fructifera succiderēt, vel ascriptitios bonorum, hoc est homines, seu rusticos ad bona pertinentes, propellerent, vel quouis alio modo dotalicij dominium in alium trāsferant, e idque in spacio cōpetenti, postquam requisitæ fuerint iure non reuocent.

c Non intelligas filios, sed alios hæredes, quia filij contradicere non possunt decon-suetudine hodie: vt lib. iij. cxxxiij. lxx. in glos. & item glos. ibi sequēt.

d Hic annumeratur querceus, fagus: ad id vide infra lib. ij. artic. xxxvij. glos.

e Spaciumq; illud, sunt ter quindenæ, à tēpore quo sibi denunciatū fit, quòd contra iuris ordinem in dotalitio egerit. simile vide fen. c. lvij. lxx. et lxxx. Possunt tamen mulieres vitæ prouisionem conducere, locare, indicendo priùs hæredibus, si & inquantum ipsi arendam, seu con-

Diuortium si fuerit iure celebratum, mulier nihilominus dotalitium sibi in proprietate viri donatum obtinebit.

GLOSSA.

Diuortium si fuerit. &c. Concordat c. j. de donat. inter virum & vxor. vbi dicitur: Mulieres cū pro aliqua licita caussa à proprijs viris fuerint sæparatæ, totam dotē præcipimus eis reddi: & vide ibidem c. ij. iij. & vlti.

GLOSSA.

VEL quoùis alio modo dotalitij dominiū in alium transferūt. &c. Hoc est, si à proprijs hæredibus illud alienare vellent; id enim facere minimè possunt: vt in auten. de non eligen. muli. secundò nub. §. ij. coll. j. & in auten. vt de exacti. instante do. §. dudum. coll. vii, & C. de iur. & fact. igno. l. ne passim.

ductum tenere vellent, aliter sine consensu illorum id fieri minimè potest. vide hoc idem Jur. Munic. arti. lvij. & xcv.

Vir etiam duas habens vxores, pueri primæ vxoris percipiunt dotem matris eorum, vltra omnes alios, & patrem eorundem: vt in auten. de exact. instan. do. §. si verò. coll. vij. & in auten. neque virum quod ex dote est, neque mulier. §. propterea. coll viij.

glos.

Pro elucidatione textus ampliori *f* notandum venit, quòd nouē cōtigit modis mulierem vitæ prouisionem seu dotalitium amittere. Tres modi in textu sufficienter expressi habentur ibi, cùm dicitur: Nisi ligna fructifera, &c. Quartò mulier amittit vitæ prouisionem, si contra imperium consultauerit, vel cōsultantibus conscia sit. Quintò, si honestatem matrimonij trāsgrediatur, nec obstat supra articulus quintus, vbi dicitur: quòd mulier cum luxuria sui corporis hæreditatem non perdit, nisi famam. loquitur etenim ibi de mulieribus liberis & solutis, hic verò de coniugatis, & corū dotalitijs textus habet. Sextò, si vitæ mariti insidiata sit, vel alios machinantes viro non indicauerit. Septimò, si præter cōsensum mariti cum alijs conuinabat, vel simul balneabat. Octauò, si extra domum per noctem inhonestè manserit, nisi forsan eam maritus expulisset. Nonò, si spectaculis, teatris, circensibus, malis congregationibus, præter voluntatem mariti interfuerit, seu inhonestè vixerit: vt in auten. vt lice. ma. & auiæ. §. si verò. & §. si quolibet. coll. viij.

f Causæ perditionis dotalitij & vitæ prouisionis. vide hoc idem Jure Munici. art. xxx. glos.

Notandum preterea *g* quòd sex sunt causæ propter quas vir dotem perdit; donationem verò propter

g Causæ sex perditionis dotis. vide hoc idē Jure Munic. ar. xxx. glos.

nuptias dare cogitur. Primò, si cõtra imperium mali quid machinatus sit. Secundò, si alios contra imperium machinantes non publicauerit, verùm facti cõscius sit. Tertiò, si vitæ mulieris insidiatus fuerit. Quartò, si castitati eius aduersatur, eam ad adulterandum exponendo. Quinto, si de adulterio eam calumniatus sit, idque non probauerit. Sextò, si concubinam apud se fouet, nec eam alienare à se vult: vt in auten. vt licc. ma. & auiæ. §. caussas, & §. si autẽ. coll. viij.

b Diuortium triplicitercõtigit.

Diuortium si fuerit iure celebratum, &c. Illud contrarium esse videtur his quæ iam dicta sunt, vbi tactum est: Quòd dotalitium perdunt? ℟. per distinctiõem, *b* quòd diuortium est triplex. Primo, propter castitatẽ, cùm vnus vitam spiritualem seu contemplatiuam ducere vult, idque vt de consensu vtrorumque sit, necesse est; & cùm sic separãtur vterque, retinet quod alter donauerat: vt in auten. de nupt. §. per occasionem. coll. iiij. Secundò, propter impotentiam actus matrimonij: vt in auten. eod. tit. & de his duobus modis textus intelligitur: Quòd diuortio facto, dotalitium mulier obtinet. separatiões enim huiusmodi iure ipso fiunt, nec vnus erga alium in matrimonium quidquàm delinquit. Tertiò, prout hìc in glossa superiùs tactum est: diuortium sit, cùm vnus iniuriatur alteri; & ille qui caussam præstat iniuriæ, perdit vel dotem, vel donationem; immò, vt aliquæ glossæ habent: maritus omne suũ amittit proprium. Quid si dotalitium in feudo sit? ℟. quòd retinebit illud iuxta reformationem suam, quòad sibi dos restituatur. Quid si nec dotem apportatã, nec dotalitium reformatum habeat? ℟. quòd in quartam portẽ bonorum *i* viri succedit: vt in auten. de exhiben. & intro. §. quoniam. coll. v. Nota bene illam distinctionem, quia Maydeburgen. indifferenter

i Mulier indotata, in quartam bonorum viri partẽ succedit. hoc habes vide infrà ar. xxxij. & Iure Mun. art. xvij. glos.

renter, pronunciant, quòd vxor retineat bona etiam propter adulterium, à viro diuortiata, quod est contra istam distinctionem & casum in glossa notatum.

Sciendum etiam, quòd diuortia, de quibus textus articuli præsentis, & prout etiam de diuortio in glossa meminimus, vocantur distinctiones bonæ gratiæ, hoc est diuortia, quæ ex voluntate fiunt; dantur tamen in legibus aliæ multæ caussæ, propter quas diuortia admittuntur, hoc est, propter excessus præcedentes. Et quia nihil naturaliùs est, & principaliùs matrimonio ipso: vt ff. de iusti, & iur. l. j. Quare nullibi maiores emergunt caussæ, quàm in matrimonio. matrimoniũ enim audacem facit: vt ff. so. ma. l. j. ff. de bon. dam. l. cùm ratio. §. penult. exindeq; etiã apparet, quòd generatiões à millenis annorum hucusque durant: vt ff. de iudi. l. proponebatur, & ff. de legatis. j. l. si grege, & l. si ita legatum. §. si domus. propterque hãc hominum in matrimonio audaciam, leges potissimum ex caussa matrimonij sancitæ sunt: vt Iustinianus meminit in auten. de nupti. §. j. coll. iiij. ff. de origine iur. l. j. homo siquidẽ nobilior est inter omnes creaturas: vt ff. de vsuris. l. in pecudũ, & Insti. de iur. na. §. fi. Propter hanc etiam caussam Theodosius minor, leges in caussa matrimonij, posthac & glorioſus Imperator Iustinianus amplissimè determinauit: vt C. de nuptijs. l. generaliter. Sed & autenticam super diuortijs constituit prædecessorũ, tùm & suas ante hac latas, corrigendo leges: vt in auten. vt fratrũ filij. §. j. coll. ix. Vndè & placuit constitutionem Bonifacij octaui, propter sponsalia & matrimonia latã hìc inserere, quæ & sequitur: Ex sponsalibus puris & certis (etiamsi consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione, sint nulla) dummodo

non

non sint nulla ex defectu consensus: oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissoluendum, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis. Quare ille, qui spōsalia purè ac determinatè cum aliqua muliere contraxit, & postmodum cum secunda prioris consanguinea idē fecit, ex priorum sponsalium vigore, (quibus per publicæ honestatis iustitiam, ex secundis sponsalibus subsecutā, minimè derogatur) ad matrimonium contrahendum, cū prima remanet obligatus. Ille verò, qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxit, si postmodum ante conditionis euētum, cum alia prioris consanguinea, per verba contraxerit de præsenti: cum secunda remanere debebit: cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditiōem extantem, sicut consensum non habentibus, & incertis nulla publicæ honestatis iustitia oriatur: vt extra de sponsal. lib. vj. & ff. de reg. iur. l. expressa. Habetur & alia eiusdem Bonifacij constitutio, quòd & infantes contrahere possunt, hanc etiam annotare placuit: Si infantes adinuicem, vel vnus maior septennio, & alter minor sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis: nisi per cohabitationem eorū mutuam, seu aliàs verbo vel facto ipsorum liquido appareat, eosdem in eadem voluntate factos maiores septennio perdurare sponsalia huiusmodi, quæ ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minimè conualescunt: & ideo cū sint nulla ratione defectus consensus, publicę honestatis iustitiam nō inducunt. Idem quoq; si pubes, & impubes, vel duo impuberes, non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non supplebat, per verba contraxerint de præsenti: sponsalia enim illa, quæ iuris interpretatione tantum fuerunt spōsalia de futuro, (licèt verba cōsensum exprimentia de præsenti haberent, & matrimonium contrahere intēderent, contrahētes) per aduentum pubertatis in matrimonium non transeunt de præsenti: nec matrimonium (quòd vt matrimonium ætate non tenuit prohibēte,) per lapsum dicti temporis conualescit, nisi per carnis copulam subsecutam, vel aliquem modum alium contrahentes, eosdem cum eiusdem perseuerantia volūtatis ad pubertatis tempora peruenisse constiterit euidenter: per dictum tamen contractum, qui valuit vt potuit, non sicuti agebatur, publicæ honestatis iustitia est inducta. Porrò ex sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus vel impuberibus plerumq; contrahūt, ipsi filij si expresse cōsenserint, vel tacitè, vt si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur: & ex eis oritur iustitia publicæ honestatis. & est idem, si filij tempore spōsalium absentes, & etiam ignorantes eadem sponsalia, post scientes ratificauerunt tacitè vel expressè: aliàs ex sponsalibus contractis à parentibus pro filijs, nec ipsi filij obligantur, nec publicæ honestatis iustitia inde surgit: vt extra de de sponsalib. impuber. c. si infantes. lib. vj.

Articulus XXII.

HAEres defuncti, licitè ad viduam, seruādarum causa rerum, ne pereant, infrà tricesimum intrabit: [a] secundùm eius voluntatē [b] vidua sepulturā procurabit. nullam autem, præter id, in bonis defuncti, vsque ad

[a] *Sed videtur, quòd ipsa non teneatur de mobilibus inuentarium facere. vt l. 9. quando & quibus quarta pars de. 11. x.*

[b] *Nota secūdum Maydeburgen. hæres tenetur solue-*

re exequias: sed secundum leges impensa funeris ante omnia ex hereditate deducitur: vt in Spec. de instr. edit. §. vt autē cautel. ver. cui cautela. vide etiā ad id Jur. Munici. art. xxvi. & lxxxvij. glos.

e Intellige, eiam in seruitio domini sit. maiorem esse nam mercedē quàm vnius anni, mei septimo cōtra heredem probare tenebitur: vide Jur. Munic. ar. xxvi. & lxxxvij. appositum istius de mercede domini respectu seruitij & concordantiā in glos. artic. lxxvij.

d Domestica cibaria secundum Magdeb. sunt carnes salitæ, fumigatæ, (non tamen porcinæ crassatæ) integer cibaria etiam domestica communiantur legumina, sicut pisa, fasiolæ, panis, semina, potabilia, et ista ex

tricesimū, ampliorem hæres habebit potestatē. De hæreditate primùm detur familiæ pretium deseruitum, vsq; in diem obitus patrisfamilias, & ipsis mercenarijs, vsque in diē tricesimum in expensis procuretur, quò eis prouidebant vt alicubi recipiantur. Si autem hæres ipse vellit, vsq; ad tempus constitutum permanere, tenebuntur, & plenam mercedem accipere. Si etiam pretium plus, quàm deseruierunt, sunt cōsecuti, hoc hæredi reddere non tenentur. Et si hæres mercenario mercedem anni negauerit, vel dimidij, c hoc sacramentaliter contra hæredē obtinebit. Qui super gratiā se in seruitio collocauit, hæredē per gratiā moneat. Si autē moriatur mercenarius ante tempus cōstitutum, merces promissa, secundùm ratam temporis, vsquè ad ipsius seruientis obitum, eius hæredibus detur. Posthæc vidua d cum herede domestica diuidat cibaria post tricesimum, in omnibus curijs, vel in eius potestate superextātia. e Tùm & vidua res expeditorias, hoc est, arma bellica præstet, quæ sunt: gladius mariti, cum validiore equo sellato, & meliora arma, quæ tēpore mortis possidebat, pro vno homine spectantia, cussinus cum lectulo, linteamen cū mensali vno, f duæ pelues cū manutergio, hę sunt res expeditorię verè, quę debētur; licet multi multas alias res apposuerūt. Quaslibet harum rerū, quas vidua nō habet, non videtur dare oportere, dummodò pro qualibet earum suum interponet iuramētum. De apparentibus, quilibet vir aut mulier, non iurando, sed eas præstando, absoluitur. g Vbi duo vel tres ad vnam expeditoriam rē nati sunt, senior gladium tollit, h in ceteris quilibet accipit suam portionem.

consuetudine per mediū diuidentur. vide ad hūc passum Jur Munic. ar. xxxiij. & lxxij. glos.

e Ad id secūdū Lipsen. pertinent vestes quotidianæ, caldear vnum magnū, & aliud parvum. de armis bellicis, vide Jur. Munarti. xxv.

f Et iste iuxta aliquorum consuetudinē lignea esse debent, in quibus cibus apponi solet.

g Arma bellica si diuendita sint, & ira in hereditatē cesserūt, etiam femellis cedere debent.

h Vide Jur. Munici. artic. xxvi.

GLOSSA.

De hæreditate detur primùm familiæ pretium, &c. Secundùm leges autem communes, impensa funeris ante omnia ex hereditate deducitur, & præcedit omne æs alienum: vide in additi. Specul. de sepultur. in vers. pro rei. Et expensæ funeris faciendæ sunt pro modo facultatum, & qualitate personæ: ff. de reli. & sumpt. fune. l. j. & l. at si quis. §. hæc actio. & §. iudex. &

dex. & ad legem fal. l. j. Qui super gratia, &c. Vide quæstionem notatam in additione Spec. de loca. & conduc. §. postquam. in vers. libellum concipere. Per gratiam moneat, &c. Et qui gratiã allegat, illam probare debet: vt no. Ioan. Andr. de elec. in cauſſis. ſuper gloſ. pen. verſ. ſed qualiter ſtatur. facit de ſciſ. c. ij & de inſti. c. cùm veniſſent. Et illud ſcias, quòd ſubijciẽs ſe gratiæ, vel miſericordiæ, aut voluntati aduerſarij, per id non renunciat iuri ſuo ſecundùm Inno. & Hoſti. qui hoc. no. de renuncia. c. veniens, & ibi etiam pleniùs, per Ioan. Andr. gratia enim nõ ſubſecuta talis recuperat ius ſuũ, & huiuſmodi gratia vel volũtas reduci debet ad arbitrium boni viri, qui dicit vt ibi. Immò etiã dolus præſumitur eo ipſo, quòd quis ſpe miſericordiæ ſe alteri ſubiecit, & ipſe miſericordiam nõ fecit, prout legitur & notatur in c. ſane de renũciat. Diuidat cibaria. &c. Vide Iur. Munic. art. xxiiij. ad hunc paſſum. De apparentibus quilibet vir, &c. Vide quæ notantur ſupra eod. lib. arti. xv. quia iuramentum extraordinarium ſolùm admittitur in defectu probationis: vt ff. de iureiur. l. admonendi ſumus, & C. eod. titu. l. in bonæ fidei, & de proba. c. ſicut.

GLOSSA.

Hæres defuncti, &c. Paragraphum confirmare videtur lex imperialis ff. quib cauſ. in poſ. ea. l. tres fere. diſponitq; articulus presẽs, quo pacto hęres hęreditatẽ mortui vendicare debeat. Ante triceſimũ diem etenim nihil huiuſmodi rerum derelictarũ ſibi vſurpare poterit. hoc idem etiam creditores obſeruare tenentur; ante triceſimum ſiquidẽ pro debito, quod mortuus eis remanſerat, hæredes impetere minimè debent nec accuſare. Sed nec iudex eoſdem pignorare aut areſtare poterit, nec aliquod iuris impedimentum imponere quo ſepultura impediatur, vel ante triceſimum: vt in auten. vt defunct. ſeu funera, non iniuri. in prin. coll. v. aliàs nullam ſuper id facultatem haber.

Contrarium iſtius quod hîc dictum eſt, videlicet, quod hæres ante triceſimum nihil rerum mortui ſibi vſurpare debeat, certæ quædã ſentiunt leges: vt C. de acquire. hæred. l. ij. vbi habetur, quòd in inſtanti hæres ſe bonis intromittere debet: vt. quòd lex allegata per aliam limitatur: vt ff. de ſoluti. l. quod dicimus, vbi Imperator innuere vult, id quod diximus, quòd hæres in inſtanti hæreditatem adire debeat, intelligi debet, competenti tempore, & non eodem momento. ſicut nec creditor, quàmuis obligationem ab aliquo habeat, in inſtanti cum ſacco tollendæ pecuniæ gratia accelerare debet, ſed tempus competens præſtolari: vt infrà lib. ij. artic. v. & lib. iij. artic. xxij in gloſ.

Pretium deſeruitum, &c. *i* Ad id autem quòd pretium deſeruitũ ſit, duo requiruntur. Primò, quòd pretium ſit promiſſum. Secundò, quòd ſeruiant tempore illo, & vt ſic iuramento mercedem probare poterint, aliàs non.

i Ad id, vt pretiũ deſeruitum ſit, duo requiruntur.

Si autem velit hæres, &c. *k* Ex textu hîc colligi poteſt, quòd ſeruus conductitius ad ſeruiendũ cogi poterit, & quidquid lucratur, ſeu elaborauerit, ad dominum pertinet: vt Inſti. per quas per acqui. §. 1.

k Seruus conductitius ad ſeruitium cogi poteſt.

Res expeditoriæ, vt textus habet, *l* ſeu arma bellica, dicuntur res, quibus ad expeditionem bellicam vtuntur. Si verò his careat, diuidere non tenebitur.

l Vide infra art. xxxij. Iures Munic. arti. xxv.

De apparẽtibus quilibet vir, &c. Hic iterum clarè habetur, quòd pro his rebus, quæ ſenſibiliter apparent, iurare Saxo non poterit: vt Inſtit. de cura. in prin.

Articulus XXIII.

Vbi filij inennes existunt, [a] agnatus expeditorias accipit res, & in his eorum vsque ad annos pubertatis tutor erit. Adueniente tempore pubertatis, easdē cum omnibus perceptis reddat, nisi probauerit ipsas in vtilitatem eorū se impēdisse, vel absque sua culpa violenter & casu fortuito perdidisse. Datò, quòd puer sue sit factus potestatis [b] iure feudali; verus tamen tutor pupillum in rebus potest & debet gubernare, & domino pueri, secundùm iura pupilli, debitam præstare seruitutem, quàmdiu propter infantiam & indiscretionem se nequit gubernare. [c] Tutor verò pueri hæredibus percepta singulis annis tenetur cōputare, & ei vel eis satisdare, id est, cautionem facere, quòd pupillares res ab eo non parue consumantur, quàmdiu puer in ætate cōsistit pupillari: sæpius tamē accidere solet de iure alium esse tutorem & aliū hæredem. [d] Vbi autem tutela & hæreditatis successio in vnam concurrunt personam, tunc neq; satisdare compellitur, neque alicui rationem & cōputum facere. Ipsæ etiam viduæ tutor erit, quousq; matrimonium contraxerit, si ei in progenie fuerit comparatus. [f]

[a] *Exhis liquet & eius potest, quòd proximior agnatus tutor existimetur obstare, quòd possint successiones, & succedere possent. & in hoc non habet locū l. ff de legit. tut. vide Bar.*

[b] *Hoc sit in xxi. anno. puer enim iure feudali tunc primū ad annos suos peruenit: infra ar. xxij. in gl. s.*

[c] *Intelligetur esse desidet in bonis indiuisis cū fratribus. sed si diuisus fuerit, extunc rationem facere tenetur, etiam ad annos suos peruenit. vide hūc passum Iure Munic. arti. xxvi. xlix. et exl gloss.*

[d] *Iure Munic. arti. xxvi.*

[e] *Concordat Iur. Munici. art. xlv. contrariū tamē istimata de infra eod. li. ar. xlv. sub alio tamen sensu. ibidem immo tenemur vide.*

[f] *Ad hunc articulum & eius glossas alludere videtur lex xii. tabula. cum inquit: Tutores liberis in potestatem testamento parentes dato. Sinè sunt dati, agnate qui successionem speraut, tutores sunto.*

GLOSSA.

Vsque ad annos pubertatis tutor erit, &c. Ad hoc, dicit lex communis: Legitimæ tutelæ lege xii. tabularum agnatis delatæ sunt, & consanguineis: vt ff. de legit tutor. l. j. Sunt autem agnati, cōsanguinei, qui per virilis sexus personas agnatione coniuncti sunt, quasi à patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepotue ex eo. Item, patruus & patrui filius, nepotue ex eo: vt ff. eod. l. sunt autē. Tenetur etiam rationem de rebus pupillaribus reddere. Secundùm leges autem tutor ad rationem finita tutela etiam obligatur, vbi sic cauetur: In omnibus quæ fecit tutor, cùm facere non deberet. Item, in his quæ non fecit, rationem reddet & hoc iudicio, præstando dolum & culpam, & quantam in suis rebus diligentiam deberet adhibere: vt l. j. ff. de tutel. & rationibus distrahen. Etiam scias, quòd pro administratione tutoris, sunt ipsius bona pupillo obligata, secundùm leges sic disponentes: Pro officio administrationis tutoris, vel curatoris bona, si debitores existant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vendicare minimè prohibentur: vt in l. pro offici. C. de administr. tutel. Et ad administratores, qui tutores confirmāt siue inquisitione, & fideiussores nō recipiunt, pertinet periculum administrationis: vt in l. tutores. ff. de confir. tut. Et spes primi legiti-

mi tu-

mi tutoris nō deuoluit tutelam ad ſequentem, ſed opus eſt datiuo: vt ff. de legit. tutel. l. j. §. ſi apud. Et ſi quis præuenitur iure ſuccedendi, non ideo priuatur onere tutelæ: vt in ead. l. §. interdū. Prætor autē non poteſt ſe dare tutorem, vel delegare: vt in l. prætor. ff. de tutor. & cu. da. ab his. Et cogitur tutor adminiſtrare, & ad eum ſpectat periculum, ex quo ſcit ſe datum: vt in l. j. ff. de adminiſtrat. tuto.

Adueniente tempore, &c. Et tenetur mater ſuis filijs impuberibus non adultis petere tutores & curatores: vt C. qui. pet. tut. l. matris. Nec poteſt tutor adminiſtrare, niſi ei decernatur adminiſtratio: vt ff. de auct. l. tutores. Primus enim emit à pupillo ſicut extraneꝰ, vt ibi.

Et caſu fortuito perdi. &c. Vndè etiam dicit lex communis tutoribus ſeu curatoribus fortuitos caſus, aduerſus quos caueri non potuit imputari oportere, ſepè reſcriptum eſt: vt in l. tutoribus. C. de periculo tuor.

g Tutoris adminiſtratio non tranſit ad hæredem.

Tutor, id eſt curator, *g* cuiuſquidem adminiſtratio non tranſit ad hæredem; vndè tenetur ex culpa propria defuncti: vt in l. curato. C. de negot. geſ. vide etiam quantùm ad tutorem. ff. de negot. geſt. l. iij. §. hæc autem ac. & C. arbit. tu. l. quidquid. & C. de hæred. tuto. per totum.

Vel eis ſatiſdare, &c. Concordat lex cùm dicit: in dubium non venit, tutores qui non teſtamento dati ſunt, adminiſtrandi poteſtatē, niſi ſatiſdatione emiſſa, ſaluam tutelam fore, non habere: vt in l. iij. C. de tuto. vel curat. quæ non ſatiſde. Item dicit ad hoc. l. vlti. C. eod. Tutor, qui ſatiſdationem cū dare debuit, minimè interpoſuit; nihil omnino de bonis pupilli alienare poteſt. Poſtquam autem ad tutelæ adminiſtrationem electus eſt, & bonorum poſſeſſionem pupilli nomine agnoſcere eum potuiſſe; cetera, quæ eius tempore arctarentur, proſequi debuiſſe apertè claret. Item alibi dicitur: Nec ne tamen pupillorum, pupillarumúe; & eorum, earumúe; qui, quæ úe in curatione ſunt, negotia à tutoribus curatoribuſúe conſumantur, aut dirimantur, curet prætor, vt & tutores, & curatores eo nomine ſatiſdent; exceptis tamen teſtamentarijs, & ex inquiſitione datis tutoribus; qui ſatiſdatione non onerantur: vt Inſtit. de ſatiſdat. tutor. & curat. in prin. Scias tamen, quòd ſatiſdatio non eſt de ſubſtantia tutelæ, & ideo alio die præſtari poteſt. arg. C. de preti. imper. offer. l. vniuerſa. & ff. qui ſatiſd. cog. l. de die. §. tut. Non enim requiritur ſatiſdatio ad inchoationem naſcentis officij, ſed ad exequutionem officij in eſſe producti. argu. not. in l. j. ff. de vſufruct. de hoc vide in Spec. tit. de tutore. §. generaliter. vbi hoc auten. Notandum, tutor etiam non debet adminiſtrare niſi priùs fecerit inuentarium. & per decretum iudicis ſibi adminiſtratio concedatur: vt in l. legitimos. ff. de legit. tutor. & ibi per Bartol. Et tutor, qui non ſadriſdedit, ipſo iure minori non præiudicat C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſ. l. ſi tutor.

GLOSSA.

IN articulo præcedenti habitū eſt, quæ ſint arma bellica; hic tandem declaratur, quis ea accipere debet. Vndè pro intellectu textus ampliori nota, *h* quòd annos diſcretionis habere, vel pueros ad annos peruenire, fit quadrupliciter. Primò, cùm annos pubertatis attingunt, & hoc fit in tredecimo anno iure feudali: vt feu. c. xxvj. duodecimo vero, iure prouinciali: vt vt hic in articulo præſenti, & infrà art. xlij. in gloſ. & Inſtit. de curat. §. maſculi. Secundò, ad annos diſcretionis perueniunt in quatuordecimo anno, & vt ſic teſtamenta

h Annos diſcretionis attingere contingit quadrifariam.

condere

condere possunt: vt Instit. quib. nō est permis. facer. testa. §. præterea. Tertiò, in decimo octauo anno, & sic proprium eorum alienare poterit, & non priùs: vt Insti. ex quib. caus. manumit. venit non pos. §. iustè autem. Contrarium istius esse videtur in auten: vt spon. larg. coll. ix. vbi habetur: si testari poterit etiam proprium alienare, & hoc fit in quatuordecimo anno. Solutur dubietas per paragraphū allegatū; loquitur enim ibi de his, qui in lecto ægritudinis iacent, & ita vnum non contrariatur alteri. Quartò in vigesimo primo anno, & sic tutoriā administrare possunt: vt Instit. de curat. & infrà eod art. xlij. glos. Notandum præterea, *i* quòd tutoria legitimorum triplex inuenitur. Prima, quæ de iure fit, vt est agnatorum, qui ex parte gladij ad id nati sunt, necessarioq; tutelam acceptant: vt Instit. de legi. agna. tute. §. quòd autem. ff. eod. titu. per totum. Secundò tutores fiunt ex fide, *k* quia fidit sibi testator, & committit tutoriam: vt Instit. de fidu. tuto. §. est & alia. & hi non tenentur satisdare pupillo super bonis, ex eo, quia sibi & fidei suæ cōmissa est administratio, propter fidem quam testator in eo notuit: vt Instit. de satisdat. tutor. in prin. ff. de confir. tuto. l. si filio. & l. vtilitatem. Huiusmodique tutorum cōstitutio admittitur iure Saxonico etiam in bona sanitate, ex certis causis, coram iudicio tamen, vt sic necesse est; iure verò feudali, cum consensu domini fore debet. Tertiò tutoria fit ratione superioritatis & dominij; vt dominus sui vasalli minorēnis tutor est, & item patronus sui libertini quem manumisit. Et hæc vltima tutoria, quia est periculosior omnibus, est etiam cæteris breuior; non durat enim nisi ad tredecimum annum; secunda verò, ad quartum decimū; tertia, ad vigesimum primum annum. De prima loquitur hic; de secunda infrà arti. xlij. de tertia ibidem etiam eodem articulo, & Instit. de cura. §. masculi.

i Tutoria legitimorū inuenitur triplex hoc idem vide Ju. Munic. ar. xxvi. & xlix.

k Notandū est circa id, quòd pupillus educari non debet apud illos, qui successioni suæ expectantes sint ex ff. vbi pupil. educ. l. i. & extra de conner. in fi. c. vlti. Intelligi tamē debet de his, qui suspecti sint, & qui mala meditantur in mortem pupilli. Lex etiam xij. tabul. idem suadet in hac verba: apud suspectum tutorem pupillum educari non oportet.

Senior agnatus expeditorias accipit res, &c. Hoc fit propter curā administrationis vel tutoriæ. Nec obstat illud, quod forsā obijci possit: seniorem agnatum non pluris iuris habere in bonis mortui, quàm allj agnati: vt in autent. de hære. quæ ab intesta. defer. res enim huiusmodi expeditoriæ non sunt hæreditas, sed ad expeditionem bellicam & obsequium domini pertinent. Instare quis posset responsionem hanc esse inualidam, expeditoriæ etenim res etiam ad hæreditatem spectare videntur; cum quibuscumque enim bonis homo moritur, hæreditas appellatur. ex arti. vj. supra, sed & infrà ar. xxviij hoc idem approbare videtur cū dicit: Militari stirpe natus, duobus personis hæreditatem dimittere videtur: &c. ꝛc. quòd hæreditas nō est, quàmuis hoc vocabulo nuncupetur; non enim proprium nomen inueniri potest, quo per directum res huiusmodi expeditoriæ appellitentur, nam res sunt infinitæ, nomina verò finita: vt Instit. de gra. cognat. §. hactenus & ff. de verbo signific. l. iij. & sub isto significato, res expeditorias hæreditatem intellexit, supra artic. v. & vj. nam si præsuppositum instantiæ locū habere deberet, quòd videlicet omne illud, quod post mortē alicuius relinquit, hærediras sit, extunc feudum, quòd itidem post mortem relinquitur, hæreditas esse deberet, quod tamen non est; de his tamen latius infrà articulo sequenti tractabitur.

l Vide ad hāc materiam Ju. Munici arti. xxvi. & in auten. vt inter vbi. fratres habere pertinent. per totum. Clariorē huius passus declarationem vide etiam ad id. quæ supra circa artic. xi. in glos. annotata habentur, an videlicet tutor frui possit rebus pupilli. ea uenit enim, quòd nihil penitus bonorū pupilli vsurpare sibi debet, sed omnia pro commodo pupillorū agere.

Adueniente tempore pubertatis, easdem reddet. &c. Ex isto sequitur iuxta glossas vetustiores, quòd rebus illis interim vtetur, ex eo, quia in damnum & lucrum tutoris expositæ sunt, secundum naturam autem est *l* commoda cuiuscunque rei eum sequi, quem incom-

luscumq; rei cum sequi, quem incommoda sequuntur: vt ff. de reg. iur. l. secundum. quòd autem bona pupilli periculo tutorum exposita sint, habetur in auten. vt hi qui obli. §. si verò. coll. vj. Si verò habeat redditus sufficientes is, cuius cura administratur, eos expendat; si verò plus sit quàm sufficiat, quod plus est reponat. Quod si in bonis mobilibus bona fuerint, lucrari aliquid cum his poterint, & diligentem adhibere circa id curam, vt in eadem autentica habetur.

Vbi autem tutela & hæreditatis successio, &c. Contra id certę quędam militare videntur leges: vt in auten. vt hi, qui obli. coll. vj. Insti. de satis. tuto. ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi, & de præto. sti. l. prætoriæ. & ff. qui sat. dar. cogunt. l. j. Omnia allegatæ leges innuere volunt, quòd satisdare cogitur. ꝛc. Leges allegatæ loquuntur de tutore, qui diuisa cũ pupillo bona possidet, hic verò loquitur, vbi tàm tutor, quàm pupillus coniũcta habent, sicut si forsan frater sui fratris supersit.

Ipse etiam viduæ tutor erit, &c. Intellige si supersint pueri, et ipsa eundem acceptare vellet, aliàs viduæ agnatus eiusdem tutor erit: vt infrà artic. xlv.

a Intellige si honesta sit, secus autem erit, si illã propter aliquem excessum perdat: vt supra circa ar. xxi.

b Alij addunt adficia, quæ nondum in toto constructa, sed nec tecta sunt, tum etiam virgulta, & palos, quibus sepes constituuntur.

c Et ex his, quæ relicta viduæ, vt textus habet, accipit, nemini respõdere tenetur, nec lectum relinquere stratum: vt infra lib. iij. artic. xxxvij. ratio est, quia relicta vidua cogitur dare lectisternia ad arma bellica pertinẽtia: vt supra ar. xxij. hoc tamen intelligendũ de nobili fœmina, secus in rustica, quia hæc tenetur lectũ sternere.

Articulus XXIIII.

POst res expeditorias acceptatas, tollet [a] mulier dotem suam, ad quam equi cum vaccis, & capræ cum porcis, qui & quæ gregatim pascantur, [b] pertinere dinoscuntur: [c] similiter sepes & carpẽtata ædificia. Crassati autem porci non his, sed domesticis cibarijs applicantur. Postea tollit mulier [d] vtensilia, & quæ ad ea numerantur, vt anseres & oues, [e] cistas columnatas, id est, cum eleuatis tecturis, omne filum nereatum, lectulos, id est puluinaria, cussinos, linteamina, mensalia, balneamina, manutergia cũ peluibus, [f] candelabra, linum, [g] vestes muliebres, annullos, brachialia, id est, brachiorum ornamenta, serta, omnes libros, qui à mulieribus vsitantur, & ad Dei cultum pertinent. Paruas cistas, cortinas, perpendicula cũ velaminibus, & velamen cum ornamentis. Adhuc sunt quædam clenodia ad eam pertinentia, vt specula & acus, ac alia quæ pertranseuntur. Pannum autem [h] non sarciatum, ad mulierum vestimenta cõpetens, & aurum per artificem non operatum, ad ipsas mulieres non pertinebit. Omnes res aliæ, præter nominatas, hæreditariæ appellãtur. [k] Et si prędictarum rerum aliquæ, tempore mariti, loco pignoris fuerint obligatę, eas si voluerit, is redimat, cui de iure debentur.

d Quæ autẽ ad vtensilia pertineat, vide Iur. Munic. art. xxxij.

e Maidebur. indiferenter pronũciant omnes & singulas. Lipsen. verò cõtrarũ, secundũ tamẽ cõmunem opinionem, omes paßorem prædictes ad vtensilia pertinẽt: omes verò, quæ in rustibus secluſa seruantur, dẽt annumerẽtur. vide Iure Munic. art. xxxij & lxij.

f Alij addũt caldear seu patellas pro cocquẽda cerenisia, quæ mero officio non est, sed prece alius ex loco mutare cõsueuerunt vide ad id Iure Munic. art. xxxij.

g Quæ autẽ vestes pertineãt ad mulierẽ, vide optimam distinctionem Bart. in l. in hæreditatem §. si uxori marito. vbi dicit: quid tantum vestes ad quotidianum vsum destinatæ, et cetera præcisa ſſ. dent ad Lar. &c.

mulierib⁹, vel ad mulierem.

GLOSSA.

ET velamen cum ornamentis, &c. Vndè lex communis dicit, quòd vxoris causſa parata dicuntur, quæ parata ſunt ad vſum ſuum ſeruiendi: vt ff. de aur. & argen. l. vxori. ij. in fin.

h Textus Germanicus habet: pannum autem ſarciatum ſeu incisum.

i Iur. Munic. ar. xxiij. & xxv.

GLOSSA.

IN textu cùm dicitur, equi cum vaccis, &c. Dubitare forſan quis poſſet, quòd & equi gregatim in campis degentes, etiam ad dotem pertinere deberent; nam & illi in campis paſcuntur, & cuſtodire eos oportet? ꝛc. tamen, quod non. Articulus enim intelligit duntaxat de equis, quibus laborari ſolet, in cōpedibuſque in campum tranſeunt; & non de equis gregatim in campis ſine compedibus deambulantibus, tùm nec de equis redarijs & in aratro laborantibus, quia illi ad dotem non pertinent. Sciendum etiam, quòd vaccæ, vituli, & equi gregatim ſine compedibus ambulantes, iure prouinciali ad dotem & geradam pertinēt; iure verò municipali ad hæreditatem pertinere videntur: vt ibidem art. xxvj.

k Iur. Munic. art. xxiij. per totum habetur, & item xxv.

l Ad dotem etiam pertinere dicuntur ſi quid in pecoribus, aut aliis rebus ſibi datum ſit.

Capræ cum porcis, &c. Etiam de ſuibus intelligere vult, alia autē maiora pecora ad hæreditatē ſpectare videntur: vt feud. c. lvj.

Craſſati autem porci, &c. Intellige, qui iam ſecti & ſaliti ſunt, quia aliàs ad hereditatem pertinent; domeſtica etenim cibaria dicuntur illa, quæ ex neceſſitate & pro vſu vnius anni adaptata ſunt: vt Iure Munic. art. xxiiij. & ſupra eod. li. Spec. Saxon. circa artic. xxij. annotata ſunt.

In textu cùm dicitur: Oues, &c. Elici exinde poterit, qnòd mulier omnes oues poſt mortem mariti, loco geradæ accipit. Sed ſi vir ſpecialem gregem ouium haberet cū paſtore priuato, poſt mortem vxoris eius cognatæ extradere minimè tenètur. Si verò mulier propriarum ouium habuerat quid, iſtud ſuccedit ad eius cognatā propinquiorem. Circa id attende, & diligenter conſpice ea, quæ habentur infrà arti. xxxj. vbi dicit: Si autem viuente viro mulier deceſſerit, nulla mobilia, præter vtenſilia & proprietatem, in proximū hæredē relinquet. Quodſi nullas oues habuerit maritus, non tenebitur eius cognatæ loco gerradæ extradere; Scabinique; Maydeburgen. ſic pronunciant. g Nota, quandoquidem in antiquis Speculi Saxonum gloſ. per Epiſcopum Maydeburgen. cōpilatis inuenitur, quòd mulier poſt mortem mariti, argentum elaboratum tollere debeat, m quæritur, an maritus poſt mortem vxoris, ejus cognatæ extradere debeat vaſa ſeu pocula huiuſmodi, ſiue ſint aurea, ſiue argentea? Reſp. quòd nō. ſed dūtaxat illud, quod mulier importauerat, ſibi pro gerrada cedet; quodque maritus in vſu non habuit ſuo. Mulier verò relicta, tollit ea pro gerrada poſt mortem mariti ex ea ratione, quia vt communiter æſtimatur, ex bonis vtrorumq; comparata fore, quod non contigit in agnata. Itidem intelligendum etiam de ouibus, vt ſupra annotatum eſt; ſed caſus huius practicam adhuc non vidi.

m An maritus poſt mortē vxoris, agnatæ ipſius, vaſa argentea loco geradæ extradere debeat.

Poſt res expeditorias, &c. Determinatum eſt ſuperiùs, quid bonorum agnati ex parte gladij deſcendentes principaliter vltra alios cohæredes tollant, hic in articulo præſenti annotat, quid in mulieribus ex parte fuſi deſcēdentibus, vltra alios etiam cohæredes, bonorum cedit, quantumcumque vxori relictæ, & quantum eius cognatæ, rerum huiuſmodi extradi debeat, & per id exſoluitur dubietas, quæ & ſuperius iam mouitata eſt, vbi dicebatur: quòd illi qui per æquum tàm ex parte patris, quàm ex parte matris, ad hæreditatem pertinent, ſiue.

n Vide supra artic. xx. glos. & Iur. Mun. art. xxiij.

o Res per mortem oppignorata, ex quibus bonis eliberari debent?

p Iur. Mun. art. xxiij. vide quæ ibi passim lacerem ampliorem, & elucidationē.

q Practica huius nunquā reperitur, nisi forsan quis intelligere vellit, quòd vbi datur tertia pars vxori, ibi gerada nō præstatur, & ita Lipsen. pronūciant.

r Contrarium ergo seruatur in rusticis fœminis, quæ moriēte viro accipiūt ea, de quibus pactis dotalibus conuenerunt: vt donationē propter nuptias, & vrensilia, de quibus vxor hæredibus mariti, tàm lectum, quàm mensam præparare cogitur, alia omnia bona sequuntur hæredes mariti, ni si vacuis manibus maritus & vxor cōuenissent.

siue sit vir, siue mulier, per æquum etiam eandem tollet: vt supra art. iij. & Instit. ad senatusconsul. Tertul. §. sed huius. paragrapho enim allegato in suo robore permanente; agnati ex parte gladij, ante omnia arma bellica tollunt, n quia etiam gerada à cognatis ex parte fusi in recompensam istius tollitur, & ita coæquantur. vndè gerada nō aliud dicitur, nisi suppellectilis in domo viri pertinens.

Equi, qui gregatim pascuntur, &c. Ex his apparet, quòd equi cāpestraliter semper degentes, quorum & fera natura est, ad id non pertinent.

Et aurum per artificem non operatum, &c. Intellige, quòd loquitur de auro seu argento non formato, hoc est, vbi nulla species representatur, quod illud ad ornatū mulieris cedere debeat: vt Insti. de re diuid. §. cùm ex aliena.

Et si prædictarum rerum aliquæ tempore mariti impignoratæ sint, &c. o Dicere quis posset: nonne maiori iure ex bonis mortui communibus eliberari illa debeant? si enim mortuus alicui hæredū quidquam teneretur in communi, omnes alij hęredes solutionem procurare tenentur, ita per simile videretur: vt C. de acci. hæred. l. j. & fin. ff. quòd mortuus nihil huiusmodi rerum hæredibus seu agnatis debebat aut tenebatur, tēpore vitæ suæ. p Quare ex cōmuni substātia illud exemi non oportet; nam & mortuus si superuixisset, non aliud ius ad huiusmodi res inuadiatas habuit, nisi quòd eas exemere poterat, & hoc idem ius hæredibus reliquit suis. nullus enim plus iuris in aliū transfundere potest, quàm quod solus habuit: ff de reg. iur. l. nemo. ff. de pigno. l. pignoris.

Arriculus pręsens intelligitur de mulieribus, quæ nullam hæreditatem accipiunt, vel accipere possūt. q Istæ tollūt res huiusmodi cū dotalitio seu vitæ prouisione, & nulla exinde soluunt debita; & hoc etiam intelligendo, si ex stirpe procedunt militari. Sed si hæreditatem accipere possunt, datur arbitrio illarum accipere quidquid volunt, & hoc, si non sunt Suæue, seu de genere Sueuarum.

Notandū tamē circa id, s quòd nonnullarū prouinciarum consuetudo est, quod mulier recipit tertiā partem bonorum mariti, & hoc est eius donatio propter nuptias.

nissent, & sua bona laboribus acquisiuissēt, tūc vxor tertiam partem bonorum mariti haberet; sequitur ergò quod articulus præsens, & xxxi. infra de mulieribus nō intelligunter.

s Vide supra artic. xxi in fi. glos. Iure Munic. artic. xxij.

Articulus XXV.

CLericus diuidet cū fratribus, ad quam diuisionem monachus nō admittitur. a Monachetur autē puer, & si minor annis exiuerit, iura feudi & ciuilia recuperabit. b Si autem adultus monachatur, extunc iuribus feudi & ciuilibus est omnino alienus, ac feuda sua liberè ad dominum suum reuertuntur; nam militiæ cingulo renunciauit, c si religio eius cum monachis, vbi effectus fuerat monachus, vel cum septem viris ei in generatione æqualibus, poterit comprobari, qui eum viderunt religiosum. Et si in probationis anno exiuerit, credat minimè iam dimissum se statum rehabiturum. Si autē religioni vir, sine consensu speciali suæ vxoris, sue-

a Vide infrà lib. 1. tit. xxij. Contrariū tamen practicatur, quia consuetudo vel ius laicorum eos non ligat.

b Concordat iure feud. c. j. in glos. & hoc si admittus sēcte ingreditur monasterium, hæreditatem perdit: aliàs puer intrusus in monasterū si egreditur, hæreditatem non perdit.

c Hic monachus in testem admittitur iure Saxonic.

rat emancipatus,& ipſa eum iure repoſcat ſynodali, repetitus non feudi iura, quibus renunctiauit, obtinebit,ſed tantūmodo ciuilia; quia militiæ cīngulo renunciandi,vir ſine conſenſu mulieris, liberā habet poteſtatem. Moriatur ſi puer iuuenis,vel monachetur, qui res eius habent, tenentur ſuo hæredi,qui eas poſt mortem eius accepturus eſſet, præſentare; niſi forſan de ipſius fuerint conſumptę voluntate.

GLOSSA.

Clericus diuidet, &c. Quòd clerici ſæculares in non feudalibus ſuccedunt: procedit de iure conmmuni: vt C. de Epiſc & cleri. l. Deo. Et licet Monachi hîc excluduntur, tamen ſecundùm ius cōmune, pro eis ſuccedunt monaſteria: vt de proba. c. in præſentia. vbi de hoc.

Si autem adultus, &c. Vndè etiam cauetur in vſibus feudorum: Qui clericus efficitur, aut votum religionis aſſumit,hoc ipſo feudum amittit: vt in c. qui clericus. tit. ſi. de feud. content. fuer. vbi dicit gloſſ. quòd hoc ideo accidit, quia poſtquā incipit eſſe miles Dei, deſinit eſſe miles ſęculi. Nec debet ad eum pertinere, qui non poteſt gerere officium: vt in c. miles. tit. de vaſal. milit. qui arm. bel. de poſ. & deuoluitur ad ſucceſſorē, ſi quem habet, alioquin ad dominum: vt ibi. Item alibi dicitur, quòd clericus nullomodo in beneficium paternū ſuccedit, etiamſi poſteaquā habitum religionis aſſumpſerit, eum

um depoſuerit. idem in omnibus, qui habitum religionis aſſumunt, vt conuerſi. hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt, & ſi quod habēt, perdunt: vt in c. ſi fœmina. in fin. de feud. fœminæ in vſi. feu.

GLOSSA.

Expeditum eſt ſuperioribus, quæ ad geradam pertineant; quòdque clerici ex ſpeciali priuilegio eandē etiam tollunt. Articulus præſens diſponit, quòd clericus vltra id, quod paraphernam accipit, etiam ad diuiſionem bonorum cum fratribus admittitur; & hoc intellige in bonis hęreditarijs,non in feudo: vt in auten. de ſanc. Epiſ. §. talem. coll. ix. & in hb. feud. vbi per cleri. feud. amitt. c. qui cleric.

Dicere quis poſſet, paragraphū articuli præſentis, quòd videlicet clericus ad diuiſionem hæreditatis admittatur, eſſe ſuperuacaneum. iure enim Canonico cautum eſſe legimus, quòd clerici propria habere non debent: vt xij. q. j. c. clericus. & c. duo ſunt? Reſp. quòd capitula allegata magis ſunt de cōſilio quàm de præcepto, & hoc liquet ex c. duo ſunt. ibidem xij. q. j. vbi dicitur: quòd conuenientiùs eſſet ſi proprij nihil haberent, ſed vt omnia eis eſſent communia. Item reſpondetur, quòd canones intelligi debent de ordinationē, quæ fuit in primitiua Eccleſia,tempore primæ Chriſtianitatis: vt xij. q. j. c. dilectiſſimis. Tertiò reſpōdendum, quòd canones allegati intelligi debent de clericis,qui prędia, vel bona Eccleſiæ, loco proprij vſurpare vellent: vt xij. q. ij. c. nulli. & c. quicumq;. Intelligetur itaque articulus, quòd clericus diuidit cum fratribus,hoc eſt verum, ſi non renunciauerit bonis, aliàs ſecus erit. Quærere quis poſſit: *d* clericus diuiſionem bonorum expetere volens, coram quo iudice id facere debeat? an coram ſpirituali

d Clericus diuiſiōem bonorum affectās, coram quo iudice agere debeat.

tuali vel sæculari? Dicunt quidam: quòd coram spirituali: vt xj. q. c. Christianis. & c. Siluester? Resp. tamen, quòd canones illi intelligi debent, cùm clericus contra clericum agat, vel laicus contra clericum; extunc coram iudice spirituali illud vt faciat necesse est. *e* Si verò clericus occasione hæreditatis contra laicum actionem intentare vellet, coram iudice sæculari id facere eum oportet: vt xj. q. j. c. experientiæ. & c. si quis. & C. de iurisdi. omn. iudic. per totum.

e Vide ad hãc materiam supra art. xxiij. in fin. glos.

Ad quam diuisiõem monachus non admittetur, &c. *f* Quòd autem monachus hæreditatem non tollit cum fratribus, hoc fit ex eo, quia ipsi sunt mortui mundo: vt in auten. de monachis, in prin. coll. j. & in lib. feud. de vasal. milit. qui belli. ar. depo. l. miles. & xvj. q. j. c. placuit, & C. de Episc. & cler. l. vlt. non tamen intelligendũ est de omnibus monachis. *g* Vndè pro intellectu istius nontandum venit, quòd monachi in triplici genere inueniuntur. *h* Primi sunt, qui liberè religionem suscipiunt, & de istis textus intelligi debet, quòd videlicet feudum & hæreditatẽ perdunt ex eo, quia mundo renunciarunt. Secundò monachantur pueri, qui ante annos discretionis ad religionem, vel aliciuntur, vel cogunrur, & isti exire possunt, nec eis quidquam oberit ad recuperandũ feudum hæreditatemque: vt xx. q. j. illud autem, & hoc vt textus habet: si minor annis exiuerit. tempus verò illud, vt communiter stat, vsque ad sedecimũ annum: vt xx. q. j. c. illud autem. Tertiò monachantur aliqui, arctam suscipiendo vitam, ad quam coarctantur in eaque perseuerare non coguntur, si timetur de periculo: vt extra de his, quæ vi, metus, causa. c. cùm dilectus. Illi verò qui beniuolè religionem huiusmodi suscipiũt, vel monachantur, ad perseuerandum cogi possunt: vt xx. q. iij. c. propositum. & c. procliuis.

f Secus est de iure cõmuni, quia ibi monasterium succedit. l. comonachi in prasinea extra de probat. & sic practicatur.

g Monachi in triplici genere inueniuntur.

h Idem sentiendum est de iure communi l. Deo. c. de Episc. & cleric. nam qui clericus efficitur, ante votum religionis assumit, feudũ amittit. c. qui clericus in ci. si de feu. contro. fuc. in v. si. feud.

Ex quo quidem declaratum iam sit, quòd hi, qui voluntarie religionis ordinem susceptant, vt in eo perseuerent, cogi poterint. *i* Quæritur, an quis cogi possit ad alterius ordinis assumptionem? vt si forsan Apostolicus vnum ab ordine susceptum relaxare velit, eundem sibi interdicendo, & ad alium ordinem artare seu cogere nitatur? Quidam dicunt, quod sic. non enim attendendum est quis cogat, sed quale sit illud ad quid cogitur: vt xxiij. q. vj. c. vides. cùm verò vnus boni aliquid incipit, cogi potest vt illud expleat & cõtinuet: vt xlv. dist. c. disciplina. Cùm itaque vnus vitæ spirituali seu cõtemplatiuæ iniciatur, eandem continuare & terminare in eodem ordine suscepto, vel in alio tenetur. Præterea trãsgressio voti seu promissi, nõ est aliud, nisi renunciatio boni: vt xvij. q. j. c. qui bona. Cùm itaque iste voluntatẽ bonam habuit, postquã religiõem vouerat, ordinemq; susceptum ex certa causa tollerare non potest, quare tenetur ratione voti alium acceptare ordinem; & si id facere recusat, signũ est, quòd illum primarij voti pœnitet; & si eum ex corde pœniteat, fide fragus erit apud Deum. Deus enim est iudex cordium: vt viij. q. j. c. si ergò. Insuper, quia omnes ordines pro vno habentur. super tribus etenim potissimum fundati sunt: obedientiã, castitatẽ, & paupertatẽ. & quicumque hæc tria promittit, omnes ordines seruare promisit; & exinde Apostolicus ex vno ordine eundẽ absoluendo, ad alium eundem relegare potest, nec per id immutat votum suum, licet habitus ille regularis immutatur. Cùm verò vllic habitus vnius ordinis, citra eius voluntatem, in alium transmutatur, locus immutari dicitur & non ordo. Item in Euangelio habetur de potestate Apostolici: Quidquid ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo; & quidquid solueris, &

i An quis cogi possit ad alterius ordinis assumptionem? argumenta pro & contra.

ibi solutum erit. Si itaque absoluerit vnum ab ordine aliquo, & ad alium eundem aplicuerit, obedire ille cogitur, immo & ligatus erit coram Deo. Item, Apostolicus clericum sæcularem, in ordinem aliquē regularem, quem non promiserat, contra eius voluntatem decernere potest, à fortiori istum qui votum fecerat, & ordinem aliquem susceperat, alteri ordini applicare poterit: vt xvj. q. vj. de lapsis.

Contrarium tamen huius videtur esse tollerabilius secundùm aliorum opinionem, quam & glossa determinat; quòd videlicet cogi non poterit ad alterius ordinis susceptionem. Si enim vnus liberum arbitrium habet in promittendo, etiam illud habere debet in explēdo. vt si quis promittat Cracouiæ soluere centum, eosdem Venetiis soluere non cogitur, nisi velit: vt Instit. de actio. §. loco. & ff. de eo quod certo loco per totum. Qui itaque promittit vel vouet ordinē sancti Francisci, non tenetur nec astringi potest ad ordinē sancti Dominici. &c. Insuper, pro roboratione opinionis secundę declaratur: nullum debere cogi ad alium ordinem, præter illum quem promiserat susceptandum: vt xx. q. iij. c. præsens. Nullus enim ad aliquid vltra velle suum cogi debet: vt xxiij. q. v. c. ad fidem. Qui enim ex coactione aliquid facit, illud reputatatur tanquam infectum sit: vt extra de reg. iur. c. qui ex timore: nec aliquod meritum exinde sequitur, cùm quid contra voluntatem facit. vt xiij q. ij. c. quam præposterum. Cùm itaq; nullum meritum exinde habet, quare nec ad id cogi debet: vt xx. q. iij. c. præsens. nihil enim ad ordinem susceptandum aliquem magis cogit, nisi voluntas eius propria: vt xxiij. q. v. c. ad fidem. & c. præsens. & lxxiiij. dist. c. Episcopus. &c. gesta. Ad argumenta itaque in contrarium adducta respondendum erit. Ad primū, vbi dicebatur: quòd homo probus curare nō debet quis eum cogit, dummodò ad bonum cogatur: per id intelligere vult, quòd persona, quæ nos ad bonum cogit, spernenda non est, non tamen innuere vult, quo vnus cogatur ad id quod non promiserat. nullus enim artari debet contra velle suū: vt xxiij. q. vj. c. vides. Id verò quod subiūxerat: quòd his qui bonum quidquam inchoatus est, cogi potest ad explendem hoc; verum est, quòd ad illud idem opus promissum cogi poterit, & non ad aliud, quod minimè vouerat. magis enim peccaret, si quis coactus ordinem aliquem susceptet, quàm quod mereatur. peccata enim committere, magis quàm plāgere diceretur: vt xx. q. j. c. sicut. Ad secundum, vbi dicebatur transgressio voti vel promissi, &c. Hoc verum est, si voluntariè id faciāt. in proposito autem secus est, quia ex mandato Apostolici, votū primarium infringere videntur. id verò quòd subintulit: si quid in vno existens ordine tollerare nō valeat, in alio promissum explere teneatur: intelligi debet de his, qui arctiorem vitam quàm ordo susceptus in se contineat eligere velint; in proposito verò, quibus ordo per Apostolicū interdicitur, non expetunt strictiorem ordinem, quare in priori iuxta promissum suum contituare tenētur. Ad tertium, vbi dicebatur: quòd omnes ordines pro vno habentur, &c. Super tribus enim omnes fundati sunt, &c. ℣. quòd & siquidem similes sint, quoad hæc tria, obedientiā videlicet, castitatē, & paupertatē; non tamen per similē in omnibus ordinibus hęc obseruantur. secundum enim diuersitatem ordinum, maior vel minor obedientia, paupertas, &c. cernitur. Quare cùm vnus ordinem vnum promittit, alium promittere nō videtur, &c. vndè nec ad eū cogi debet. Pro quarto, vbi dicebatur:

vbi

k Quòd Apostolicus potestatem habet soluendi & ligandi, quomodo intelligitur

tur: k Quidquid Apostolicus ligauerit super terram, &c. Intelligendum est, si non sit contra Euangelium, vel contra ius naturale: vt notat Ioan. Andre. in glos. ordi. de sen. & re. iudic. c. ad Apostolicæ. §. nos itaque. lib. vj. Si verò Apostolicus, vt argumentum vult, cogere vnũ velit ad ea, quæ non promiserit, & omittere illud quod promiserit, esset contra ius naturale. naturale enim & decens est, vt id quod quis promitat, exsoluat & adimpleat; ad ea verò quæ nõ promiserit minime cogatur: vt ff. de stipula. l. ij. Vndè circa id, vbi dicebatur: Quòd Apostolicus ligare & cogere vnũ potest in his, quæ non sint contra Euangelium, Notandum venit, quòd *l* coactio est duplex: quædam fit verbo, & ista cogi possunt omnes homines per admonitionem, vt faciant ea, quæ placita Deo sint. Alia fit facto, qua artantur illi, vt faciãt id quod promiserint vel spoponderint Deo: vt xxvij. q. j. c. si homo. huiusmodiq; coactio non pertinet ad illum, qui id libenter faceret, sufficere tamen vel explere nõ potest. Pro quinto, quòd clericus sæcularis, ordini regulari per Apostolicũ applicari potest, intellige, si aliquid excesserit; extunc ordini alicui subijcitur ad tempus certum, vt vitam melioret suam, nec proposito cõtradicit nostro. & item, quod ex vetustis legũ voluminibus allegatur: quòd vnus ad operandum bonum cogi potest, intelligitur, quòd cogi poterit ad id quod promiserat, vel voluntariè id facere incepit. Vel etiam cogi potest ad id, quæ necessario requiruntur ad salutem animæ suæ, vt est Baptismus, cõfessio. ea etenim nullus facere poterit, nisi primùm fidem voluntariè susceptet: vt xxiij. q. v. c. ad fidem

l Coactio duplex.

Quæritur, quandoquidem Apostolicus illum (qui ordinem aliquem susceptet, cogere non potest ad susceptandum alium, cùm à priori relaxatus est, vbi potissimum permanere & vitã suam agere debeat? R. quòd apud homines spirituales: vt xx. q. iij. c. præsens. & extra de regula, & transeun. c. consulris in finem. Vlterius quærere vnus poterit, apud quos homines spirituales religiosi ab ordine relaxati habitare debeant? nam & clerici sæculares religiosi dicuntur: vt i. q. j. c. nullus itaque. sed & laici spirituales nuncupantur: vt xxiij. dist. c. si qua vidua. decisio istius Cænonistis relinquitur.

Si autem vir religioni sine consensu vxoris mancipatus sit, illaque cum iure repetat, &c. Vndè sequitur, quòd monasterium deserere cogitur: vt xxvij. q. ij. c. si quis cõiugatus, & c. si tu.

Et ipsa cum iure reposcit Synodali, &c. Ex isto sequitur, *m* quòd actio ocasione matrimonij ad ius spirituale pertinet: vt xxxiij. q. v. c. manifestum. Iuraque ciuilia per id recuperabit: vt xx. q. iij. c. præsens, non tamen iura feudi. feudũ etenim de facto amittit, non ex eo, quòd monachus effectus sit, sed quia militiæ renunciauit. feudum enim militare stipendium est: vt i. dist. c. ius militare. & in lib. feu. de milite, qui bellica arma depoluit.

m Actio vxoria ratione matrimonij ad ius spirituale pertinet.

Moriatur si puer, &c. In isto paragrapho tangitur de duplici morte naturali videlicet & iuridica. *n* Vndè naturalis mors dicitur, cum quis senio, vel morbo correptus interit. Iure verò mortuus dicitur, cùm se quis ordini alicui applicat, vel seruus efficitur. monachi etenim & serui pro mortuis iure reputantur: vt xvj. q. j. c. placuit. Insti. de capit. diminut. in prin. in auten. de monach. c. conuersationis. col. j. Ex quo itaque mortuus sit, vel morte naturali, vel morte iuris: quare hæreditas præsentãda est his, qui sint propinquiores. *g* Ex quo quidem in principio textus articuli dictum est: Si puer monachetur, minorq; annis exiuerit, iura feudi & ciui-

n Mors duplex naturalis & iuridica.

de hoc vide lib. iij. art. lxxx. glos. infrà.

& ciuilia recuperabit. Quærere quis posset, quo pacto tutor bona eius in tutelam acceptare debeat, cùm nescit, an in ordine susceptо perseueret an non? R. quòd per modum tutelæ illa acceptabit. sed hoc non, quod ex subsequentibus facilè intelligi potest, cùm dicitur: quòd illa præsentare suo hæredi, qui eas accepturus est, tenetur. fore tamen potest, quòd hæres huiusmodi tutor esse non potest: vt supra art. xxiij. §. ij. Instit. de legit. agnat. tute. §. sunt autem. Vnde pro solutione quæstionis huius *o* notandum venit, quòd possessio tripliciter aequiritur, seu vnus in possessionem intromittitur trifariam. Primò, per deuolutionem ex morte alicuius, & vt sic ipso facto efficitur dominus & hæres bonorum: vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. intestatorum. Secundò, mittitur aliquis in possessionē bonorum ex querela, cùm videlicet bona, seu possessio bonorum iure sibi adiudicatur: vt infrà artic. lxv. & ff. ex quib caus. in poss. eatur. l. prætor ait. Tertiò, possessionem vnus acquirit ratione tutoriæ, vt bona illa tanquam custos prouideat: vt supra art. xxij. & ff. quib. ex cau. in poss. eat. l. tres fere, & in articulo hoc idem tangitur. Circa idque considerādum, quòd ex nullo magis ratiōem hæredi facere tenetur, nisi ex mobilibus; illa etenim maxima indigent custodia, nec illorū quidquam in propriam conuertere debet vtilitatē, nisi certò sciat puerum qui religionem intrauit, vt textus habet, in eadem perseuerare: vt xx. q. ij. præsens. & ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. apud Iulian.

o Possessio tripliciter acquiritur.

Articulus XXVI.

SI monialis in Abbatissam, aut monachus in Episcopum eligatur, per hoc ab imperio militiæ cingulum, & non iura ciuilia acquirere possunt.

GLOSSA.

Atticulus iste non est ex priuilegio, sed est constitutio Frederici Imperatoris, lib. feud. c. j. ex mādatoque ipsius hìc insertus est, nō aliudq; per id intelligi datur, *a* nisi quòd quibusdam feudum clipeusque militaris aduenire potest, nō tamen ius prouinciale. hæreditatē etenim accipere minimè possunt, nec post mortem eius aliquis hæreditat. vt textus habet. E diuerso verò, si quis absque voluntate vxoris religionem intrauerit, repeti per eam potest, & exiens obtinet ius prouinciale, non tamen feudale: vt supra articu. præcedenti, & in lib. feud. de milit. qui. ar. bellic. deposu. c. j.

a Feudum si ex demerito perdat vasallus ergā dominum, feudum illud domino cedit. sed si demeruit erga alium, et ideo perdat, feudum illud cedit eius hæredi, tanquā illi, qui est expectans post mortem eius: vt feud. c. lvj.

Per hoc ab imperio militiæ cingulum, &c. Ratio, quia feudum illud accipit ab Ecclesia, & est similis illi, qui bona feudalia accipit cū vxore sua: vt in lib. feud. c. lvj. etiā alter ab ipso infeudari potest. Quodsi domino venerit actio criminalis seu pœnalis iure prouinciali, eandem commitere potest officiali suo iudicandam: vt extra de offi. ord. c. fin. lib. vj.

Et nō iura ciuilia obtinebit, &c. Intellige in hæreditate tollenda, & in iudicio exercendo. Vndè circa id notandum pro intellectu supra dictorum clariori, *b* quòd iudicium est duplex. Quoddam extenditur contra malefactores propter excessus, & hoc sit in causiā criminali. *c* Secundò, occasione debiti, in causis ciuilibus. In primo non possunt clerici per se soli iudicare: vt extra de offic. ordi. c. fin. lib. vj. In secundo, iudicium exercere possunt, & exinde iura feudalia tenere poterint.

b Iudicium triplex.

c Notandum quòd iudicio præsidetur ex duplici causa. Primò, ex par te vel loco Dei, quia omnes iudices in loco Dei

Notandum præterea, *d* quòd clericus

hoc

Dei præsidet, exindeq; multam accipiunt. Secundò, ex parte hominum, vt temeritas refrenetur: vt feud. c. li.

cleticus in tribus respondere cogitur coram iudice sæculari. Primò, occasione feudi, vt extra de foro competenti. c. verum. Secundò, si incorrigibilis sit in iure suo, extunc recurritur ad brachium sæculare: vt xvij. dist. c. nec licuit. Tertiò, si questus sit coram iudice sæculari contra aliquem, ibidem si reconueniatur, respõdere tenetur: vt iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agẽdo. Cuius enim in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se iudicem in eodem negocio nõ dedignetur; quia & leges sæculi idipsum fieri præcipiũt.

d Clericus in tribus casibus coram iudice sæculari respõdere cogitur.

In textu cùm dicitur: & non iura ciuilia acquirere possunt. non intelligitur, quòd iure ciuili seu prouinciali agere seu respondere non possent, sed quia hæreditatem non percipiunt, vt supra tactum est.

Articulus XXVII.

a Intellige de immobilibus. nam mobilia maritus accepit: vt infrà eod. lib. artic. xxi. vide etiã ad hunc passũ Iure Munici. art. lxvij.

QVælibet mulier militaris, [a] duabus viris hæreditatem post se relinquit, & in suos hæreditat: vtẽ filia in propinquiorem cognatam [b] quæ ei ex fœmineo genere adhęrebit; hæreditatẽ verò in proximum, siue masculus sit, siue fœmina, relinquet. Masculus consimili modo militaris, duabus personis videtur hæreditatem dimittere: res expeditorias, id est arma bellica, in proximiorem agnatum; hæreditarias verò in proximum cuiuscumque sit sexus, dũmodò ei sit in generatione æqualis, relinquet. Ceteri verò [c] cingulo militiæ carentes, post se tantummodò hereditatem dimittunt percipiendam.

b Sed si etiam hæreditas sit, datur arbitrio cognatæ, si vtensilia seu gerada accipere vult, vel hæreditatem: supra eod. lib. art. xxiij. in gloss.

c Existo textu sequitur, quòd rustici et qui non sunt de stirpe militari, non accipiunt hereditatem.

GLOSSA.

Masculus consimili modo militaris, &c. Nota, *d* quòd plura requiruntur ad militem creãdum. Primum, vt præstet iuramentum de republica conseruanda. Secundũ, quòd ense accingatur. Tertium, vt signetur stigmate in brachio. Quartum, vt scribatur in matricula. Quintum, vt examinetur; de hoc notatur per Accurs. circa legem milites. ff. ex quib. causs. maio. & in aurentic. de mandat. Princip. in fin. gloss. col. iij. & videtur, quòd milites nostris temporibus, qui potiùs milites sunt ad prædam, quàm ad iustitiam, non gaudent priuilegijs militum, secundùm Guiler. in Spec. de procur. §. j. vers. item quòd est miles, licèt etiam ense cingatur; vide etiam de hoc in c. in nostra. de procurat. in gloss.

d Ad militem creandũ multa requiruntur.

GLOSSA.

Articulus præsens determinat de his, qui duplicem bonorum post se relinquunt successionẽ, tribusq; cõmunitur paragraphis. Primus, de successione mulierum militaris ordinis tangit. Secundus, de successionibus virorum etiam militaris ordinis. Tertius, de his qui sunt extra stirpem militarem. Sed contra paragraphum primũ militare videtur supra articulus xviij. vbi dicebatur: Mulieres esse ex-

hereditatas. tu tamen vide ibidē circa eundem articulum limitationem & solutiōem legis prætactæ, inuenieſque in nullo penitus huic paragrapho contrariari. Et quia hic de viris & mulieribus militaris ſtirpis mentio ſit, vndē, qui dicantur ex ſtirpe militari procedere, vide ſupra circa artic. xx. g Quæritur e ruſticus in militē creatus, an ius militū habeat necne? Quidam dicunt, quòd ſic. Poſtquàm enim miles efficitur, iure & priuilegio militum merito gaudere debet: vt in auten. de man. Prin. §. ſi verò. coll. iij. f ſi. tamen, quòd iure Saxonico ius militum nullus habere dicitur, niſi pater & auus ſuus milites ſint, g vel ex ordine militari proceſſerunt: vt ſupra art. xx. & x. coll. in prin. Pro concordan. verò iurium allegatorum reſponde: quòd lex pro prima opinione allegata, quòd videlicet ius militum habeant, intellige quòad honeſtum, ius verò pro ſecunda opinione inductū intelligit, quòd huiuſmodi ruſticus miles effectus, militare ius non habet, quòad vtile. ſicut in ſimili: ſi quis bona in poſſeſſione habeat, illis tamen vti vel frui non poſſet. Quemadmodum bona, quæ vaſallus à domino habet, domini quidem ſunt iure feudi, vaſallus tamen vtitur bonis illis. Ratio autem, cur vt ſic ruſticus miles effectus, non omninò ius militare conſequitur. ſi etenim Rex illum in militem creet, ſimulq; ius militare ſibi conferret, extunc hæredum eius, qui expectantes ſunt hæreditatis ſuæ, conditionem faceret deteriorem. minus enim hæreditatis acciperent, quia iam militū ius habentes duabus vijs hæreditarent, vt textus habet; aliàs nō niſi ſecundum vnum modum hæreditāt. Præterea Rex ipſe dominorum feudi in illorum feudo cōditionem etiam faceret deteriorē. nullus enim de neceſſitate ruſticū bonis infeudare tenetur, vt ſic verò infeudare iam eundem cogeretur, ſi militis ius haberet, quod ſiquidem Vir vel vxor viuēte, niſi morte vnius eorum: vt habetur feud. c. ſoli. vide adid. Iure Munic. art. xxij. ar. xxv. Spe. Sax. ſupra eod. ti. ar. xxv. in fi. gl.

e Ruſticus in militem creatus an ius militare habeat?

f Vide ſupra artic. xx.

g Nota, quòd ante feudalis ruſticus effectus miles, non tamē efficitur de ſtirpe militari quo ad iura feudi, nullus dicitur ſtirpis militaris ſi. niſi ſuus pater & auus milites ſint, vel ex ſtirpe militari ſuerint ſenatores. ij.

Articulus XXVIII.

QVidquid talium rerum, videlicet expeditoriarum, a vtenſiliū ſiue hæreditariarum morte alicuius, hæredibus nō extantibus, relictumſit, poſt triceſimum b iudici vel præconi, ſi huiuſmodi res ab eodem poſtulatæ fuerint, præſententur, qui eas per annum & diem, c hoc eſt, per annum & ſex ſeptimanas integras, hæredibus expectatis, ſi fortè venerint, integraliter conſeruabit: elapſo verò hoc ſpacio, eas in vſus conuertet ſuos, niſi fortè hæres teneretur captiuus, vel in imperij ſeruitio conſtitutus eſſet; vel ad limina ſanctorum exul factus: nam tunc ſe in his negligere d non poteſt, ſed iudicem eum expectare oportere eſt manife-

a Circa id notan: quòd ſi qs ſine hæredibus legitimis moriatur, relicta nihilominus vxore, illa ſuccedit, excluſo fiſco, nec tunc habet locum iſte articulus per auten. præterea. C. vnde vir et vxor. Qui autē ſine hærede decedere dicuntur. vide infr. eod. ti. ar. Li.

b Intelligē de iudice præſidente, ſen iudicium exercente, & non de illo, qui laudet eius iudicium habet.

c Ratio, quia ille prouidere exinde cogitur, patitur. carceres ſi verò quid etiam exinde præconi cedat. vide lib. iij. ar. ivi. Adhanc materiā vide etiam Iur. Munic. art. lxx.

d Nota. quòd dum

b Gerada alienari nō poteſt vnūquemq; mariti, per mulierem ſine cōſenſu proximæ cognatæ, nec ipſi viro, nec proximiori cognato, nec cui aſceri, & hoc eſt dicō, quia nōdum venit in poſſeſſionem ſuam, verū poſt mortem viri, à primo cedit ſibi in poſſeſſionem propriā, et tunc diſtribuere poteſt ſicut alia bona mobilia. Illud enim gerada non ſit, quamdiu

manifestum. e Prædictam verò regulam f de mobilibus intelligi debere iudicamus.

GLOSSA.

Elapso verò hoc spacio, &c. Perinde etiam immobilia præscribũtur, tempore tamen ad id præfixo, si hæredes per spacium illud neglexerint, & fiscus cùm vt sic priuato succedit, præstare cogitur onera hæreditatis: vt notatur in Spec. de feu. §. ij. ver. xxiiij. Sic etiam fiscus est successor malè acquisitorum: vt ff. de calumn. l. in hæredem. §. j. & de inoffic. testa. l. Papinianus. §. meminisse, & alia multa priuilegia fiscus habet: vt C. de priuil. fisci. per totum. Et meritò fiscus præstat onera hæreditatis huiusmodi deuolutæ, quia ex quo fiscus succedit priuato, quare non proprio, sed illius iure vtitur: vt l. fiscus. ff. de iure fisci. & in l. si sub pignore. C. de fisca. vsur. l. x. & C. ad leg. Iuliam. de vi publica. l. tutoris.

GLOSSA.

Articulus præsens disponit de his, qui bona relinquunt, illa tamẽ hærede carere dicantur. Vndè pro intellectu istius notandum venit, g quòd quadrifariam bona hærede carere dicuntur. Primò, si mortuus nullum relinquit hæredem, vt sunt illegitimi; legitimus etenim quamuis vnus sit, illegitimo tamen non succedit: vt infrà eod. lib. art. lj. & in auten. de incest. & nef. nupt. §. sanximus. coll. j. & in auten. de trien. & semis. §. consideremus. coll. iij. h Secundò, quàmuis legitimos relinquat hæredes, succedere tamen non possunt propter excessum patris; vt si fuerit cõtra imperium machinatus, hæreticus, vel metu mortis seipsum interficiens: vt supra art. v. Insti. de hære. quæ ab intesta. defer. §. per contrariũ. & ff. ad legem Iuli. maiest. l. fin. & C. de apostat. l. ij. & l. apostatarũ. Tertiò, quàmuis hæres sit & accipere possit, sed illud accipere non vult, euitando forsan impetitionẽ à creditoribus: vt supra art. vj. & C. de repudi. & abstin. l. si paterna. & C. de iur. delib. l. scimus iam. Quartò, dato quòd hæres sit, accipereque possit & vult; ex negligentia tamen ad id peruenire nõ poterit, & de isto loquitur textus: quòd videlicet iudex bona huiusmodi in vsus conuertet suos: vt in autent. de sponsali. largi. §. ij. coll. ix. C. de iur. & fact. ignor. l. si emancipata.

Quæritur, i si hæres nesciat illius mortem cui succedere debeat, per idque se negligat, an impediat eum in iure suo nec ne? ꝛc. subdistinctione, vel ignorauit mortem illius, cuius successor esse debuit; vel nesciuit quòd ius aliquod ad succedenda bona illa habuisset; si ignorauit de morte amici, id eum non impedit; k immo infrà annũ & diem, postquàm resciuerit de morte, recuperare illa poterit: vt C. de iur. & fact. ignor. l. error. si verò ignorauit ius se habere ad succedendum, non excusabit eum post annum & diem, post mortem illius. ius enim suum vnusquisque scire tenetur: vt C. eod. tit. l. constitutiones.

Notandũ tamen circa id, l quòd triplex hominum genus inuenitur, qui iura scire non tenentur, nec eis obest, dato quòd nesciant, videlicet milites: vt C. de iur. & fact. ignor. l. j. pueri: vt C. de tẽpor. in integr. restit. minor. per totum. mulieres: vt C. de iur. & fact. ignora. l. ne passim. Sed & rustici seu coloni ius scire non tenentur: vt infrà lib. iij. art. lxxxix. gloss.

Nisi fortè hæres teneretur captiuus, &c. Sed & alia allegare poterit in

c Intextu vbi dicebatur: qui eu per annum & diem conseruabit &c. Hic Saxo valde breuem introduxit præscriptionẽ, an autem valeat: vide Din. in regr. possess.

d Ignoranti enim non currit præscriptio. quare computandum erit à tempore scientiæ per Alexan. de Imo. in l. fi. C. de longi temp. præscript.

e Intelligi ergo paragraphus iste debet, quod res mobiles per se sumptæ præscribũt in spatio, vt textus habet. secus, si adiuncta sint, rebus immobilibus, vt res hereditaria, ipsi hereditati, quia tunc præscribũt secundum naturam hæreditatis: vt infr. art. seq. facit ad l. lex prima §. plane. ff. de vi. et vi. arma. & Albe. l. ij. C. de fideicommi. In bonis ergò vt sic vacãtibus & immobilibus succedit fiscus l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. x.

f In fine articuli, vbi dicebatur, prædictam regulã de immobilib. intelligi debere, &c Q. D. quia in sequẽti articulo dicetur de præscriptione rerum immobilium, vt differentia sit inter mobilium & immobilium rerum præscriptionem, & quamuis articulus præsens dumtaxat introducat præscriptionẽ extendi videtur, ex consuetudine tamẽ venit, quòd omnes res mobiles anno præscribuntur: vt infrà lib. v. art. xxxi. in textu, & item xlvij. gloss.

g Bona hæredes carere dicũtur quadrifariam: vide hoc idem Iure Munic. arti. xxvi. & lix. gloss.

h Nota, quòd hæreditas alicui duplicitèr deuoluitur in Principem. Primò, præter excessum in rempùb. vel si proscriptus

rit in subsidium sui impedimenta legalia, quæ & probare eum oportet. quæ autem legalia impedimenta dicantur: vide infrà lib. ij. arti. vij. & in auten. de exhibend. & introduc. reis. §. plurimi. coll. v. & C. quib. cauſſ. in integ. reſtitu. per totum.

i Hæres neſciens mortē illius cui ſuccedere debeat, an nocebit iuri ſuo

Articulus XXIX.

k Concordat infrā artic. xxxiij.

PRoprietas & fundus a non niſi poſt triceſimum & vnum annū diemque & ſex ſeptimanas, aduerſus Saxonem in Saxonia præſcribuntur. Imperium & Sueuus in ſuis hæreditatibus tacendo ſe negligere minimè poſsūt, quamdiu in probatione non deficiant.

l Homines certi intra ſcire non tenentur. hoc idem vide infrà lib. ij. art. lv. lib. iij. ar. [illegible] & lxxix.

GLOSSA.

a De præſcriptionibus vide eadem infrà eod. lib. artic. lxx. li. iij. ar. lxxxiij. vnde exiſto ſequitur, quòd Saxo non prius præſcriptionē patitur, niſi prius hic expreſſum eſt: vt C. de præſcri. xxx. annorū.

Proprietas & fundus, &c. Secundū leges enim omnis actio, ſiue in rem, ſiue in perſonam, regulariter ſpacio triginta annorum tollitur, etiam cum mala fide: vt C. de præſcriptione triginta annorum. l. ſicut in rem. & l. ſi quis emptionis. C. de conſti. pe. l. ij. & hoc verū de perpetuis actionibus, ſecus de temporalibus, quæ minori ſpacio temporis excluduntur, ſicut redhibitoria, quanti minoris et ſimiles: vt in allegata. l. ſicut. infra ff. & §. ſi quas. & §. hæ autem. & Inſtit. de perpetui. & tempora. Vndè & in actione perſonali non requiritur vera poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio, nec aliter dici poteſt: ff. de peti. hæredit. l. regulariter. & l. etiam. §. vlti. Et debito tempore elapſo, ipſę actiones conterminantur, quia qui præſcribit, ſimilis eſt ſoluenti ſiue ſatisfacienti. ff. de adminiſtra. tutor. l. ſi pupillus. & ſolutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio: vt Inſtit. quib. mod. tollit. obligat. in princ. de materia verò præſcriptionis, quantùm ad actiones, pleniùs vide per Hoſtien. in ſumma tit. de præſcript. rerum immobil. §. quæ res. verſ. de quibuſdam. vſque ad finem paragraphi. vide & notata in regula acceſſorium de reg. iur. lib. vj.

GLOSSA.

Articulus præſens diſponit de præſcriptionibus, & quo pacto per longi temporis præſcriptionem res aliqua attribuitur huic, cuius non erat, & aufertur illi cui pertinebat. Adinuentaque præſcriptio eſt propter id, vt vnuſquiuis poſtquam nāciſcitur bona aliqua, ſecurus eſſe poſſit in poſſidendis illis: vt Inſt. de vſucap. & longi tempo. præſcr. per totum.

Et quia multi articulum præſentem pro fundamento accipientes, dicunt, ſola poſſeſſione bona præſcribi poſſe; *b* quare pro intellectu iſtius, (frequenter etenim iſta in iure occurrunt) notandum venit, quòd ad veram poſſeſſionem requiritur fides bona, hoc eſt, quòd hic, à quo vnus emit aliquid, vel qui mittit me in poſſeſſionem, certò ſciat ſe eſſe verum dominum: vt ff. de contrahen. empti. l. qui fundum. huiuſmodique fidem habere debet tempore venditiōis, abſceſſionis, ſeu reſignationis. Secundò, quòd poſſeſſionis habeat legitimas & rationabiles cauſſas, ita, quòd bona ipſa iuſto emit, vel hæreditario ſibi ceſſerunt: vt ff. de acquire. vel amitten. poſſeſſ. l. j. & l. poſſideri autem, ac ſequentibus.

b Aduertam poſſeſſionē quæ requiruntur?

Notandum tamen circa id, *c* quòd quinque ſunt, quæ iuſto poſſideri aut præſcribi non poſſunt. Primò famuli noſtri, qui quantūcumq; longo tempore ſeruiūt nobis, non

c Quæ præſcribi non poſſunt. hoc idem vide infrà li. iij. ar. iij. Ture Munic. ar. cxl. & item li. ij. ar. xliij.

nobis, non patiuntur præscriptionem, vt iusto serui dicãtur vel sint: vt C. de præscrip. long. tempor. l. fin. Secundò, res sacræ, quæ emuntur. ff. de religio. & sumptib. l. locum. Tertio, serui fugitiui, qui furtim aufugiunt: vt ff. de seruis fugit. l. j. C. eod. tit. l. itidẽ. i. Quartò sunt res furtiuæ: vt infrà lib. ij. arti. xxxvj. & C. de præscrip. long. temp. per totum. Instit. de vsuca. & long. temp. præscrip. §. furtiuę. Quintò, per violentiam occupata: vt ff. eod. tit. l. iij. Saxo tamen nõ præscribit nisi in xxx. annis & anno ac die. C. de præscrip. xxx. annor. l. j. & ij.

Sciendum circa id, quòd Ecclesiæ & domus sacræ præscribunt in quadraginta annis: vt in auten. hęc constitutio. §. j. coll. viij. & si quæ in contrarium aliæ sentiunt leges, illis per prẽsentem constitutionem derogatum est. Mobiles tamen res præscribi triennio possunt, licet contrarium articulus præcedẽs vigesimus octauus sentiat; tu tamen responde quod ibi loquitur de bonis mobilibus, ad quæ se nullus in annali spacio trahit, & ita vnum nõ contrariatur alteri. Item in bonis immobilibus, quæ proprium non sunt, præscribitur inter præsentes, secũdùm leges in decennio: vt Instit. de vsuca. §. ij. Imperium verò [d] seu res fisci nullo modo præscriptionem patitur: vt Instit. eod. tit. §. res fisci. Si quis verò contra imperium emerit quid [e] in quinquennio præscribit. ab Imperatore verò vel eius clarissima coniuge, si quid emptum sit, in instãti præscribitur: vt Instit. eod. tit. §. vlt. ff. de petitio. hæredit. l. nec vllam.

[d] *Intellige in rebus fisco acquisitis. secus in acquirẽdis: vt Instit. de vsucap. §. res fisci. gloss.*

[e] *Intellige qui à fisco rem alienam emit. Instit de vsuc. §. edicto.*

Articulus XXX.

QVilibet aduena in percipienda hæreditate succedit, non secundum suæ personæ, [a] sed secundùm iura terræ Saxoniæ, cuiuscumque etiam sit, Bauariæ, Francię, vel Sueuiæ nationis.

[a] *Hoc idem ad quamlibet aliam prouinciam vel ciuitatẽ applicari potest, quod videlicet hereditas deuoluta secundùm iura illius loci expetenda sit.*

GLOSSA.

SED secundũ iura terræ, &c. Vndè dicit lex cõmunis: Qua in prouincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum, aut criminum reus sit, aut de terra, siue de proprietate, siue de possessione, aut hypoteca, vel de re qualibet reus fuerit, & iuri illic subiaceat, quod ius perpetuum est: vt in autent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. oport. Item alibi dicitur: Illic vbi res hæreditarias esse proponis, hæredes in possessionem rerum hæreditariarum mitti postulandum est. vbi autem domicilium habet qui conuenitur vel si illic, vbi res hæreditariæ sitæ sunt, degit, hæreditatis erit controuersia terminanda: vt in l. vnica. C. vbi de hæreditate agatur. status enim ciuitatis non debet alicuius artis vel peregrini libidine violari. viij. dist. c. quæ contra morẽ. vndè vulgare est prouerbiũ: *Terra quam pergis, cape mores, quos ibi cernis.*

GLOSSA.

Doctrina articuli præsentis est: quòd si quis cuiuscumque etiam nationis fuerit, domicilium in terra Saxoniæ susceperit, successores eius hæreditatem, iuxta iura prouinciæ, tollere debent, & id ex duplici caussa. Primò, quia priuilegium prẽsens, quod & perpetuum est ac immutabile, largitum est prouinciæ & non personis priuatis. [b] priuilegia enim personalia cum personis intereunt: vt vij. q. j. c. petisti. & extra de reg. iur. c. priuilegiũ. lib. vj. Priuilegia verò quę prouincijs dantur, immutabilia sunt & æterna:

[b] *Nota, quòd & iura feud. iudex iudicare debet, non secundùm iura alterius, sed secundùm iura prouinciæ. feud. c. lxv.*

tema: vt xvi. q. j. c. hinc est. & xxiiii. dist. c. communis filius. & extra de instit. c. cùm venissent. Secundò propter id, vt etiam ibidem reconueniri possit. vbi enim quis queruletur vel expetit aliquid, ibidem etiam respondere tenetur: vt infrà art. lxj. & extra de for. comp. c. ij.

a Concordat infra art. xlv. & lib. iij. art. xxvi. et lxxxij. Jure Mu. ar. xxxij, xxxij. & lxxij.

Articulus XXXI.

b Ex isto dicunt quidam quòd vxor quoad suis priuignis, nouerca eorũ matre, in bonis mobilibus præter vtensilia nihil dare tenetur.

MAritus & vxor [a] bona inter se possidẽt indiuisa. Si autem viro viuente mulier decesserit, [b] nulla mobilia præter vtẽsilia: proprietatem verò si possidet, in proximũ heredẽ relinquet. Nulla etiam mulier [c] de suis rebus in alium transferre quidquã potest, quòd hoc dissentiens maritus sustinere cogatur. Postquã vir [d] mulieri copulatur, tunc omnia eius bona in suam accipit tutelam, [e] ideoque mulier nullã ei facere potest [f] in suis mobilibus vel proprietate donationem, vt per id post mortem ipsius à veris eius hæredibus alienentur. Et ex eo apparet, quòd vir in substantia suæ vxoris non potest ius aliud sibi vendicare, nisi eam, [g] quam circa desponsatiõem nactus est tutelam.

c Concordat Jure Munic. artic. lxv.

d Jure cõmuni maritus non potest esse inter vxorie sua vel curator. l. marius. C. qui. da. tut. & cura. poss.

e Jure Mun. art. xxxvi.

f Intellige, nisi auctoritate alterius tutoris ad hoc dati donatio huiusmodi fieret, prout etiã practicatur, maximè iudicialiter, donatioq; huiusmodi si est facta, non valet nisi post mortem vxoris, qua confirmatur donatio: vt l. i. C. de dona. inter virũ et vxorẽ.

GLOSSA.

g Id est, nisi id quod in prima matrimonij copulatione susceperit, scilicet cùm mulieris quam verum suarum tutelam.

Maritus & vxor, &c. Secundum leges autem res constitutæ extra dotem mulieris, non sunt in dominio mariti, nec cadunt sub hypoteca sua. Vnde dicit Imperator: Cũ te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandã eam, extra dotis causãm, filiæ tuæ prædia assignasse proponas; emiliũ munerum vel onerum municipalium obtentu, ex persona mariti eius, quomodo matres ex persona filiorum interpellari non possunt; cùm neq; maritum pro vxoris obligatione conueniri posse constat, nisi ipse se pro ea obnoxium fecit. certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari: vt in l. cùm te. C. ne vxor pro marito. *b* Sic etiam ob mariti culpam mulier non potest conueniri, nec perdit bona sua: vt C. eod. tit. l. ij. & in c. ex literis de pignor. cum concordant. ibi notatis. Ex eo apparet *i* &c. quæ enim sunt gerenda, cum alio possint expediri tutore auctorisante, secus si cum ipso tutore: vt in l. potest. ff. de auctor. tutor. nec enim ipse tutor in rem suam auctor esse potest: vt Instit. de auctor. tutor. §. fin. In omnibus autem contractibus vbi surgit obligatio contra pupillum, requiritur tutoris auctoritas: vt Instit. eod. tit. §. j. & ff. eod. titu. vbi dicitur: quòd regula iuris ciuilis est, in rem suam tutorem auctorem fieri non posse; & sic ipse tutor, & emptoris & venditoris officio fungi non potest: vt ff. eod. l. pupillus. §. item, vbi etiam dicitur, quòd nec per interpositam personam emere debet res pupilli. fortius ergo prohibetur donatio, vt hic in textu.

b Mulier ob mariti culpã non conuenitur.

i Sensus articuli præsentis est, quòd mulieris mobilia post mortẽ eius relinquantur apud maritum, hæredi tamen ad proximiorem hæredẽ, suppellectilis verò seu gerada ad cognatam cedit. nisi forsan vxor extra cõmunem rem seruasset mobilia. nam ẽa illa bona post obitum suum trãsmittit ad proximiorem hæredem, & non ad maritum, vt a Hennick sup. textũ ar. lxxvi. infrà lib. iij.

GLOSSA.

Si autem viro viuente mulier decedat, &c. Hoc verum est, si consuetudo

suetudo patriæ non esset in oppositū, id est vbi consuetudo sit, quòd maritus tertiam vel medietatem bonorum vxoris accipit, quia ibi & mobilia veniunt in diuisionem; & ita maritus non accipit inprimis mobilia, sed in commune cedunt.

k Ista interpretatio reprobatur à multis, & est nullius rationis, immo contra rempub. et cōtra legem primam ff. solut. matr. & nunquam valere potest huiusmodi cōsuetudo, aut interpretatio, vt eleganter Alexādrinus dixit c. fin. de don. inter vir. & vxor. Alij autem tam tē poris in practica sic interpretantur hunc articulum, quòd maritus mortua vxore acquirit quidem res mobiles vxoris, sed viro pramortuo, vxor retinet res huiusmodi suas mobiles.

Quando vir mulieri copulatur, tunc omnia eius bona in suam recipit tutelam, &c. *k* Intellige bona immobilia & dotalitium, secus autem est dicendum de bonis mobilibus; quia illa recipit mox iure proprio, & ideò post mortem mariti proximus hæres mariti habebit talia bona absque omni donatione, quamquam fuerunt vxoris; & quāuis vxor adhuc viuat, & hoc verum est, nisi tunc vxor talia bona in sua propria semper retinuisset possessione, & ea marito suo in vsum tradanda non dedisset; tunc enim vxor mortuo marito talia bona per se retineret. Vt per id post mortē ipsius à veris hæredibus alienentur &c. Nisi forsan bona illa fuerint labore eius acquisita, vel sibi donata, & non per successionem hæreditata, aut deuoluta.

Pro intellectu textus clariori notandum, quòd ex quo quidem matrimoniū spirituale quid est; quare auctor priuilegii nihil vel admodum parum de ipso tractat; verùm de bonis coniugatorum pertinentibus, in plerisque locis, tùm & in præsenti articulo differt, causaq; occasione huiusmodi bonorum *l* partim etiam ad forum spirituale pertinet, vt est actio occasione dotalitij seu donationis propter nuptias. occasione enim huiusmodi donationum & dotalitij, etiam iure spirituali actio intentari potest. Vndè & in textu duplex tangitur donatio. Prima, si vxor alicui extraneo donauerit aliquid, & illa nihil iuuat, nisi subsequatur mariti consensus; & hoc fit ex tribus rationibus. *m* Prima, quia vir est caput vxoris, & illa viuere cogitur secundùm velle ipsius, nec est sui iuris vxor: vt xxxiij. q. v. c hæc imago. & c. noluit. c. mulierem. Secundò, quia bona ipsorum possident indiuise, bonaque communia & indiuisa, vnus sine alio alienare non potest: vt ff. pro socio. l. ij. Tertiò, quia vxor est sub tutela viri, pupillus verò nihil facere potest sine voluntate tutoris: vt Instit. de auctor. tuto. §. auctoritas. *n* Secūda donatio tangitur in textu cùm dicitur: ideoq; mulier nullam marito facere potest donatiōem. &c. & hæc donatio etiam prōgressum non habet, immò inutilis efficitur.

l Caussa occasione dotis, tā iure spirituali, quàm ciuili, institui potest.

m Caussa quare vxor sine consensu viri nihil alienare potest.

n Vide ad hunc passum Iure Munici. ar. xxvi. glos.

Quærere circa id quis posset. ex quo quidem mulier potest alij extraneo bona cōferre consensu accedēte mariti, & ita velle suum iuuat alterum; quare consensus suus etiam sibiipsi proficere non deberet? R. quòd in obstaculo est tutoria quàm ipse gerit. tutor etenim nullum donum à pupillo accipere debet, ex eo, quòd faciliter inducere pupillum posset, vt omnia bona sibi abscederet. Tutoris verò ius est, vt pupillum ab omni collusione defendat; quare nec ipse solus eundem colludere debet: vt Instit. de tutel. §. j. & in autent. vt hi, qui oblig. se habe. perhi. §. quod si quis. coll. vj.

Ibi cùm dicebatur, quòd vir copulatus vxori, omnia mobilia præter vtensilia, iure proprio occupat, &c. Dicere quis posset, paragraphū istum contrariari legibus quæ disponunt: quòd tutor nec quidquā bonorū pupilli pro se retinere debet: vt Instit. de excus. tuto. §. item & C. qui dar. tuto. possint. l. j. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. fin. quòd leges prætactæ disponunt de tutoribus, si forsan quid pupillis quorum ipsi tutelam administrant accipere velint, & ita de tutela minorennium loquuntur; articulus verò præsens de tutela mariti, respectu vxoris, quæ & diuersa est, differit. Vndè circa id nota *o* tutoris & administratoris differentiā.

o Tutoris & administratoris differentiam vide.

illi et-

iiii etenim qui pueris dantur, tutores vocantur; fœnibus verò mulieribus adsciti, administratorum & curatorum nomen sortiuntur: vt Inst. de excus. tuto. §. qui tutelã. & de isto hic in textu intelligere vult.

Ideoque mulier nullam facere potest marito in mobilibus vel proprietate donationem, &c. Per id intelligere geradam vult, quia illam cognata tollit; alia verò bona omnia mobilia, maritus retinet, vt paragraphus secundus eiusdem articuli diiponit, & infrà lib. iij. artic. lxxvj. §. xj. & ita sub hac limitatiõe paragraphus iste quartus, non cõtrariatur articulo secundo.

Notandum circa id, quòd aliqui malè intelligentes articulum istum, signanter verò paragraphum quartum, vbi dicebatur: Postquam vir mulieri copulatur, &c. putant, quòd maritus, ex quo est tutor bonorũ vxoris, quòd vxor post mortem mariti omnia acciperet mobilia, & dotem quam importauerat, & geradam donationemque propter nuptias; ita, quòd maritus in illis bonis nihil haberet, nisi tutoriam ex parte vxoris. Intelligendus ergò paragraphus est, *p* quòd maritus accipit dotem importatam in pecunijs paratis, nõ nomine tutorio, sed sibi datur ex eo, *q* quia ipse sibi viceuersa reformationem facit in dotalitio & vitæ prouisione. Paraphernam verò & propriũ, ac vitæ prouisionem mulieris maritus in tutelam accipit, & illa mulier marito dare non potest, nec à veris suis hæredibus alienare, vt supra declaratum est. *r* Quòd autẽ mulier post mortẽ viri dotẽ importatã non recipit, *s* probatur per artic. lxxvj. li. iij. vbi habetur: quòd mulier post mortem mariti accipit donatiõem propter nuptias, vtensilia, & domestica cibaria; ibidem verò de dote importata nulla mentio est. Præterea probari etiam poterit tribus rationibus, quòd mulier dotem importatam non tollit.

Primò, si enim mulieres post mortem viri dotem importatam acciperet deberent, esset aliquod ius vel priuilegiũ tempore Caroli Imperatoris (qui & multas in fauorem mulierum sanxerat leges) datum, nec hucusquè occultatum fuisset. Secundò, quia si relicta vidua acciperet dotalitium, geradam, cibaria domestica; hæredes vt in plurimũ exhæreditarentur. Tertiò, si & inquantum dotem, donationem propter nuptias, geradam, & vitæ prouisionem tollerent; extunc mulieres maius commodum haberent in bonis virorum, viri verò ipsi, nullum sustentamen vel vtilitatem in bonis mulierum sentirent, quod fieri minimè debet. dotalitium etenim eis datur in recõpensam dotis importatæ: vt infra lib. iij. art. lxxv. gloss.

Articulus XXXII.

NVlla mulier [a] vsumfructum sui dotalitij, sed nec eius hæres, potest fundi propietatem sibi vendicare, quàmdiu appareat, quòd in eo dotalitium sit sibi concessum. Quod si attentauerit, huiusmodiq; fundum reformati dotalitij suã esse proprietatẽ dixerit, ac repulsam iure in eo patietur, vtrumque, hoc est tàm dotalitium quàm proprietatem perdit.

GLOSSA.

Nulla mulier propter vsumfructũ, &c. Et est ratio, quia vsusfructus constitu-

f Intelligitur de iure Sax. vir mortua vxore facere dotem, & in alijs bonis, secus de iure cõmuni, vbi pater succedit vel dos. C soluto matrimonio.

q Et sic dos in pecuniacedit lucro mariti, contra Bald. l. dos. C. soluto matrim

r Vxores relictæ post mortẽ mariti, decem importatam non tollere, sed loco ipsius dotalitium, secundum rationem propter nuptias accipiunt, rationes vide.

s Nota iure fend. Mulier accipit dotalitium ante omnia, dato, quòd bona mariti obligata sint. Vnde circa id quæritur si vir vendat bona, in quib. dotalitiũ inscriptum sit, vel denominatum, quid fieri debet, quòd proficiat emptori? Resp. quòd id fieri debet de scientia vxoris, & quod per sententiam sit iudicatum, & quòd tandem vxor iuramẽto renunciet iuri suo: feud. e. lvs. Etiam mulier necessario habet tutores super dotalitio viuẽte marito. Primò, quòd maritus illud vẽdere aut alienare obligare, non potest, sine sit consensus mulieris sine non, sine cõsensu illius tuteris. Secundò quod ille assetus tutor, post mortem mariti, bonis dotalitijs se intromittat, in instatij, illa expetat loco relictæ, exquo illa clipeo caret bellico. Tertiò, quòd viro viuente et ad inopiã declinante, et tam constante matrimonio, vt vsusfructus dotalitij per tutorem expetatur. C. de iur. dot. l. vbi adhuc. de hoc vide Iacc. seu. e. lx. fœ. si mulieris loco dotalitij denominetur in bonis certa pecunia vel summa, vel frumentũ, mulier non debet taxare secundum velle su-

fuum, quomodo ei placuerit nec frumentũ taxabit iuxta voluntatẽ, sed secundum commune forum.

a Vide infra lib. ij. ar. xxi. Jur. Munic. lvij.

b De vſufructu vide abũde.

conſtituitur in rebus alienis. *b* Eſt enim ius alienis rebus vtendi, fruendi, ſalua rerum ſubſtantia: vt ff. de vſufruct. & quemadmodũ quis vtat. fruatur. l. j. & Inſtit. eod. in princi. & conſtituitur inter viuos pactionibus & ſtipulationibus. Itẽ in iudicio famil. ercis. & cõmuni diuid. vt ſi iudex vni proprietatem adiudicet, & alteri vſumfructum: vt ff. eod. l. vſus fructus. §. j. Item & in teſtamento: vt Inſti. eod. §. ij. Conſtituitur autem in fundo ruſtico & vrbano, & ædibus, & in ſeruis, & in iumentis, & ceteris rebus etiam ſterilibus, exceptis his quæ vſu conſumuntur: vt Inſtit. eod. §. conſtituitur, & hoc verum eſt de vſufructu formali, qui ſupra eſt deſcriptus. Sed vtilitatis cauſſa etiam receptum eſt, vtin his quæ vſu conſumuntur conſtitui poſſit non verus, ſed quaſi verus, vt in pecunia, frumẽto, vino, oleo, &c. vt Inſtit. eod. §. ſed vtilitatis: & ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſum. l. i. ij. & iij. Pertinent etiam ad vſumfructum, lac & lana, agni & hœdi, & vituli. Si in ſingulis animalibus vſusfructus eſt conſtitutus, & ſi aliquod moritur, periculum erit fructuarij, nõ proprietarij: ſecus, ſi vſusfructus vniuerſitatis vel gregis eſt relictus: vt ff. de vſufruct. & quemadmodũ quis vtat. fruat. l. vetus. & l. vel inutilium. l. quid ergo. & Inſtit. de rer. diuiſ. §. ſed ſi gregis. Et cauere debet verus vſufructuarius, quòd ipſe re vtatur & fruatur arbitrio boni viri, & de reſtituenda re, vel eo quod ex ea extabit, finito vſufructu: ff. de vſufruct. & quemad. l. j. & per totum. & hæc cautio non poteſt remitti per teſtatorem: C. eod. l. j. & ij. Quaſi autem vſufructuarius cauet de reſtituẽda cõſimili quantitate vel ſummæ; debet verò reſtituere proprietario, vel eius hæredi. C. quæ res pignorib. l. cum conſtet. Et amittitur vſusfructus morte vſufructuarij, ex maxima & media capitis diminutione, & ſi res perijt in qua relictus eſt: vt Inſtit. eod. §. finitur. & ff. quib. mod. vſusfruct. amit. l. j. & per totum. & C. de vſufru. & habit. l. penult. Si etiam plures ſunt vſufructuarij, vno mortuo ſua pars acquiritur alijs iure accreſcendi: ff. de vſufruct. accreſc. per totum. Amittitur etiã non vtendo ſpacio annorũ x. inter præſentes, vel xx. inter abſentes: vt C. eod tit. l. penult. ſecundum Azo. licèt alij aliter dicunt; & ſic longo tempore amittitur vſusfructus. Sed perſonalis actio, quæ pro eo competit, nõ amittitur ipſo iure, ſed per exceptionem; quia tempus non eſt modus tollendæ obligationis. ff. de actio. & obligat. l. obligationum. In hoc autem caſu non amittitur, quàmdiu quis ſaltem per annum vtitur nomine ſuo, alias ſecus: ff. de vſufruct. & quemadmodum. l. arboribus. §. vſufructuarius. & §. ſequenti, & l. non vtitur, & l. ſequenti. Amittitur etiam confuſione, cum ſcilicet ad proprietatem redit. ff. quib. mod. vſusfru. amit. l. ſi ſeruus. Diminuto etiam numero gregis, cuius vſusfructus relictus erat, in tantum quòd grex eſſe deſinat, amittitur vſusfructus: vt ff. quib. mod. vſusfruct. amit. l. ſi. Secus autem, ſi nõ gregis, ſed corporum relictus eſt vſusfructus: ff. quib. mod. vſusfruct. amit. l. quid tamen. §. fin. Amittitur etiam rei mutatione, ſuper quo vide ff. de vſufruct. & quemadmodũ. l. quotiens §. fin. & ff. quib. mod. vſuſr. amit. l. repeti. §. penult. & fin. & l. quid tamen. §. agri. vſque in finem legis. & l. niſi. & l. ſi cui. & l. ſi ager. & l. cum vſusfruct. hic etiam per ius Municipale perditur propter abuſum, & meritò, *c* quia eſt gratia, & ea abutens perdit eam: vt in c. tuarum, c. de priuileg. xj. q. iij. priuilegium.

c Abutens gratia, perdit eam.

GLOSSA.

NVLLA mulier, &c. Superioribus declarata habetur maxima mulierum super earum dotalitio prærogatiua, quodque nullus illud eis infringere potest. Articulus præsens præcauet & præcustodit, ne itidem mulieres abutantur dotalitijs, ne fortè abutendo reformatione dotalitij, eandem perdant. merito autem & iusto mulieres in dotalitio seu reformatione vitæ prouisionis tueri & defendi debent, ipsæ tamen è diuerso præcauere debent, ne iniustè in huiusmodi reformationibus agant: vt ff. de reg. iur. l. mulieribus. & C. de iur. & fact. ignor. l. ne passim: articulusque iste confirmatur per paragraphum vltimũ articuli xliij. infrà libri ij. vbi dicitur: quòd qui in suo feudo aut dotalitio, matris aut suę cognatæ, voluerit proprietatem comprobare, nisi hoc testimonio sex bannitorũ probauerit succumbet. Contra id arguitur: Textum articuli esse insufficientẽ; fieri enim potest, quòd vitæ prouisio mulieri in proprio seu hæreditate reformata sit, moriantur tandem pueri, quibus proprietas illa pertinebat, huiusmodi hæreditas seu proprietas in sinum deuoluitur matris, ex artic. xvij. supra, quæ & vitæ prouisionem ibidem habuit, quare & proprietatem illorum bonorum sibi vsurpare poterit ℟. quòd textus in se verus est, vndè etsi quidem mulier morte decedentis pueri hæreditatem seu proprium occupet, non loco tamen vitæ prouisionis seu dotalitij, sed ratione deuolutionis illud obtinebit, & ita mutatur causs. ¶ Quod si attentauerit, &c. Ratio autem istius est, quia falsè in bonis illis egit, abusaque est gratia sibi data & concessa. cùm verò gratia quis abutitur, perdit eam. Multæ siquidem prærogatiuæ *d* & gratiæ mulieribus in eorum dotalitio seu vitæ prouisione concessæ sunt, vt pote, quia exinde nulla tenentur soluere debita: vt in auten. de æqua. do. §. his consequenter coll. vij. & item, ex quo quidem bona mariti pignus sunt eius dotalitij, quare ante omnes creditores illud tollit: vt C. qui pot. in pig. habean. l. vlt. & item, neq; cum eius voluntate, nec sine volũtate alienari potest: vt Instit. quib. alien. licet vel non. §. j. in auten. vt nulli iudic. licc. habe. loci. cõtr. §. & illud, col. ix. C. ad Velleia. l. antiquæ iurisdi. & l. si mulier. Quare & beneficij collati grata esse debet mulier, præcauendo ne iuri & priuilegio deroget suo. Isto etiã modo amittuntur omnia priuilegia, *e* cùm videlicet quis malè vti velit priuilegijs concessis: vt extra de priuil. c. tuarum. c. vt priuilegia. & extra de postu. præla. c. gratum, & extra de regulari. c. licet, & xj. q. iij. c. priuileg. ff. de lega. l. cum pater. Notandum circa id, quòd dotalitium mulier perdit ex triplici caussa. *f* Primò, propter hæresim: vt in auten. de priuil. dot. mulie. hæreti. non præstan. §. j. coll. viij. Secundò, si à marito nulla legitima habita caussa separetur, vel diuortietur: vt in auten. de nup. §. si verò. coll. iiij. Tertiò, ex caussis supra circa artic. xxj. in glossa expressis, & in auten. vt liceat matri & auiæ. §. si quolibet. coll. viij.

d Dotalitij prærogatiuæ.

e Priuilegia quomodo amittuntur?

f Dotalitium mulier perdit ex triplici caussa.

Articulus XXXIII.

NVnc considerate de imprægnata muliere, quæ se in viri sepultura vel tricesimo ostẽderit parituram, & postmodũ partus viuus fuerit emissus: idq; mulier cum quatuor viris qui eum plorãtem audierunt, & cum duabus mulieribus, quæ ei in par-

in partu miniſtrauerunt, poterit comprobare. Poſthumus hic ſui patris hæreditatem obtinebit, qui ſi poſthac moriatur, a in matrem ſuam eam tranſfert, ſi ipſa ei in generatione poterit coæquari, b & infringit omnem in patris feudo expectantiam feudalem, & tunc feuda ad dominum reuertuntur, quia puer humanus c & viuus poſt patris mortem apparebat. Si verò puer d Eccleſiæ manifeſtè præſentetur e omnes qui cũ audierunt & viderunt, ad teſtimonium eius vitę admittantur.

a *Concordat Jure Munic. artic. lvij.*

b *Textus veteſtiores, cùm & Germanicus hunc paragraphum ita legunt, & intelligibilius: Et dirimit omnes poſſeſſiones ſtatus feudo patris, ex eo, quia poſt mortẽ patris vixit, omniaq; feuda patris vacabũt domino, à quo tenebantur. ſi puer fuerit oſtenſus tantus & talis, quòd vixerit parumper.*

c *Secus ſi natus & mortuus ſit ante patrem, quia vt ſic expectantiam feudalẽ non infringit. feud. c. xx.*

d *Nota hic, quòd ſi puer ante baptiſmũ moritur, Chriſtianus tollet hæreditatem pagani, cùm puer nondum baptiſatus ſit.*

e *Hic eſt caſus, quòd ſacerdotes, monachi, mulieres teſtificari poſſunt. Concordat Jure Mu. ar. xcvi.*

GLOSSA.

Nunc conſiderate de impregnata. &c. Vide l. ſicuti. ff. de ventre in poſſ. mit. vbi inter alia ſic dicit: Prægnantem eſſe mulierem omninò oportet, nec dicere ſe prægnantem ſufficit, quare nec retinet bonorum poſſeſſionem, niſi verè pregnans fuerit, & mortis tẽpore, & eo, quo mitti in poſſeſſionem ſe petit. &c. vide etiam in artic. xxxviij. lib. ij.

GLOSSA.

Lex præſens maximè vtilis eſt, quò ad duo; prouiditur enim per eam, ne pueri poſthumi in hæreditatibus eorum, ab alijs olim mortui, hæredibus defraudentur, qui inuidia ducti, dicere forſan poſſent, poſthumum nõ eſſe mortui puerum; conſilium itaque datur mulieribus, vt ſe prægnantes declarent circa viri ſepulturam, vel infrà triceſimum. mulier enim impregnata eſſe poteſt & fœtum portare antequã dinoſcatur quadraginta diebus: vt in auten. de reſti. & quæ parit. Ad id etiam vide infrà cod. lib. art. lviij. & Inſti. de pupil. ſubſtit. §. ſui autem. conſulitur etiam, vt ſe prægnantem mulier declaret, ne forſan hæredes allegent puerum non eſſe natum, ignorantiam allegantes; tùm & propter alia incommoda, quæ exinde emergere poſſint, quibus per præſentẽ conſtitutionẽ obuiatur. difficilimè etenim mulieres in caſibus emergentibus ſine impetitione permanere poſſint, niſi legibus tueantur: nam illud quod medicamenta morbis, hoc exhibent iura negotijs: vt in autenti. hæc conſtitutio innouat. §. quod medicamenta. col. viij. *f* Vndè & ſciendum, quòd mulier fœtũ portare poteſt decem menſibus & duobus diebus, & non longiùs: vt in autent. de reſti. & ea quæ pariat. col. iiij. ff. de ſuis & legit. hæred. l. inteſtato. §. fina. Secundò vtilis eſt lex iſta, prouidetur enim per eam, quòd matres puerorum qui viui nati ſunt, & tandem moriuntur, hæreditatem tollunt: vt ſupra art. xvij.

f Mulier quãdiu fœtũ portare poteſt?

Et infringit omnem in ſui patris feudo expectantiam feudalẽ. &c. *g* Vndè expectantia feudalis dicitur, cùm dominus vaſallo viuente promittit bona vaſalli alteri, cum conditione, ſi videlicet ille vaſallus ſine hærede deceſſerit. in propoſito itaq; ex quo mulier imprægnata poſt obitum mariti manet, mortuus non dicitur decedere ſine hærede feudali: vt ff. de regu. iur. l. ſi quis. de hoc vide amplius feud. c. v. vbi dicitur: quòd expectãtia feudalis dicitur eſſe pactio ſeu promiſſio feudi; vt ſi vnus habeat feudum actu, & alteri promittatur

g Expectantia feudalis q. t. Hic eadem vide infra lib. ij. art. lxxv. & lxxvi.

mittatur post mortē eius, si ille sine hærede decedat: vide etiam ad id infrà lib. iij. art. lxxvi.

h De mulieribus quid testificari possint, vide Mynsi. artic. lxxj. & eiusdem testimonio cōmixt. ar. xvi. ibidem.

Omnes qui eum audierunt & viderunt ad testimonium admittantur, &c. Intellige qui testificari possunt: vt ff. de testi. per totum. Nota tamen quòd in casu præsenti omnes, tàm sacerdotes, monachi, h & mulieres testificari possunt de baptismo pueri, & est ius speciale quoad hoc, quia testificantur puerum baptisatum, & nemini per id præiudicant seu nocent, quare iure id admittitur: vt de conse. dist. iij. c. paruulos.

Annot. ex l. xij. tabul.

Concordat ad id lex xij. tabularum inquit: In decimo mense legitimus infans nascitur. Qui verò post decem viros leges Romæ tulerūt, decimo, item nono, & propter doctissimi Hipocratis auctoritatem, septimo mense perfectum partum nasci posse existimauerūt; & ideo vtero ex his tēporibus natos ad legitimam hæreditatem admiserunt, quod Plaurus & Menāder veteres poetæ etiam tradiderunt. Cecilius autem, & post Aristotelem M. Varro, vt Gellius refert, octauo etiam mense partum nonnunquam edi posse scriptum reliquerunt; & Gellius ipse negotio magnæ rei postulante, sua ætate diligenter Romæ quæsitum fuisse dicit, an octauo mense infans vnus ex vtero editus & statim mortuus, ius trium liberorum suppleuisset, quum abortio non partus mensis octaui intempestiuitas quibusdam videretur. verumtamē huiusmodi quasi monstruosæ raritates à Romanis non fuerunt Varronis testimonio receptæ. Sed & cùm fœmina honestis moribus, nō ambigua pudicitia, in vndecimo mense post mariti mortem aliquādo peperisset, quoniam in decimo mense non vndecimo gigni hominem decem viri scripsissent Romæ, an illa mulier post mariti obitum concepisset, auctore Gellio disceptatum & in controuersiā deductum est. Sed requisitis veterum philosophorum & medicorū sententijs, in vndecimo quoque mense partum edi posse diuus Adrianus caussa cognita decreuit. quod etiam Marcus Varro post Aristot. libr. xiiij. rerum diuinarum tradidit. & Plinius Vestiliā septimo mēse Corbulonem, octauo Cesoniam Caij Principis coniugem, & vndecimo Sugillum Rufium genuisse dicit; sed hoc à sequentibus legumlatoribus non est receptum. nam Vlpianus de legitimis heredibus post decem menses natum, nō debere ad legitimam hæreditatem admitti scribit, quod contrarium esset, si illo tēpore regulariter nasci posset aliquis. Iustinianus quoque vndecimo mense partum edi non posse constituit. Non prætcribo tamen quod septimo libro naturalis historiæ de hac re Plinius è Massurij auctoritate scribit. L. scilicet Papirium prætorē, quum mater se tredecim mensibus partum tulisse diceret, bonorum possessionem contra secundam hæredem, lege agentem dedisse, quoniam ei nullum certum tempus pariendi statutum videretur. longè maiora nostræ ætatis fœminæ bonis maritis partus intempestiuitatem atque celeritatem admirantibus persuadent, vt tertio mense, immò postera nuptiarum die partus nasci possit. certè tales viri multo vento ab interiore fœminarū tunica procedente impleti sunt, qui hæc incredibilia, & has mulierum fraudes admittunt. validis proculdubio argumentis opus esset, antequā similia euenire crederemus.

a Propriè quidē dicimur possessi sine sensu iudicis, quam propriā possidere verè, nisi signatione iudiciali fuerit vt infra artic. lxxx. Mynsi. artic. xx.

Articul. XXXIIII.

SIne iudicis licentia a spoteſt quis ſuam alie-

nare proprietatem, dummodò alienationi ab hæredibus assensus præbeatur, & dummodò ab alienatore b dimidietas mansi & soli, id est curiæ fundi, in qua currus verti poterit, reseruetur, de quo satis iudici in iure fiat. c Si quis proprietatem suã domino ita dederit, vt cũ ea per dominum viceuersã infeudetur, ista donatio domino non proderit, nisi eam proprietatem per annũ & diem liberè possideat: peracto hoc spacio eandem proprietatem in feudũ conferre securè potest, quia deinceps donator de sua re in hac hæreditate vel proprietate mõstranda non audietur. Alij textus habẽt: nec ipse donator, nec hæres suus illud proprium sibi amodò poterunt in proprietatem vendicare. Impediet vero iudex d iniustè aliquem in suę proprietatis alienatione, cùm Rex fines Saxoniæ attigerit, coram eo donandi liberam habebit facultatẽ: dummodò iniustum iudicis impedimẽtum demonstretur.

b Passim istius textus, & tota sequens glossa intelligitur causaliter nõ præcisè, scilicet, quòd qui seruat dimidiũ mansum vt reseruetur ab onere satisfaciendi seu fideiussoris, siue sit agens, siue consentiens.

c Alij textus habent, vt exinde iudex obsequia præstare possit.

d Hoc idem intellige de scabinis, si videlicet pretio corrupti, aliquem in iudicio neglexerint. Vide de hoc Iure Munic. art. xi, & xviij.

GLOSSA.

Ex paragrapho primo articuli præsentis colligitur, e quòd venditio immutat dominiũ, & non iuridica absceſſio seu resignatio, ita quòd si quis vendat bona alicui, dato quòd iudex iudicialiter ea in ipsũ non transfundat vel resignet; bona tamen illa apud emptorem manẽt. Quærere quis posset, ad quid ergo resignatio iuridica vtilis sit? f Sq. quòd resignatio iuridica vtilis est ad quatuor. Primò, quia per resignationem venditio firmatur & stabilitur: vt Instit. de rer. diui. §. per traditionem. Secundò, quòd onera & seruitia bonorum amplius in venditore exposci non debent: vt C. de agri. & censi. l. iij. Tertiò, quia venditor forum seu venditionem negare non poterit: vt supra art. xviij. & Instit. de emp. & vend. §. emptor. Quartò, quòd possessionis rationabilem causam habeat, & id iuuat eũ, quoad præscriptionem: vt Instit. de vsucap. & longi temp. præscr. §. iure ciuili.

e Vide cõtra riũ infrà lib. ij. artic. xxj. in gloss. vbi dicitur: Quòd quàmdiu iudicialiter bona non resignata, tamdiu mea sunt.

f Resignatio hæreditatum vtilis ad quatuor. concordat Iur. Munic. art. xx. gloss.

Dummodò alienationi consensus hæredum præbeatur, &c. Ita quòd hæredes abrenuncient bonis, vel in instanti si præsentes sint, vel infrà annum & diem cùm absẽtes fuerint non contradicant.

Impediet verò iudex aliquem, &c. Impedimentum seu error iudicis g est duplex. Primò, ex ignorantia, & isto modo refarcire cogitur damnum, si cui per eius ignorantiam illatum sit: vt Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. §. si iudex. Secundum impedimentum seu error iudicis fit ex malitia, & ratione istius ab officio suspenditur infamisque declaratur: vt C. de pœna iudi. qui malè iudi. l. fin.

g Impedimẽtum seu error iudicis duplex

Cùm Rex fines Saxoniæ attigerit, &c. Intellige, si iudicium tale sit, à quo ad imperium præcisè appellatur. Sed si alter intermedius iudex fuerit, illi erit insinuandũ, vt si forsan Scultetus excesserit, Comiti denũciabitur: si verò Comes deliquerit, Regiæ maiestati

duntaxat insinuandum erit; dato etiam, quòd Comes à Marchione comitatum habeat, non tamen ad eum negotiũ deuoluitur. sicut nec sententia reprobata in comitatu in Marchiam appellatur: vt infrà lib. ij. art. xij. vide etiam ad hunc passum ff. de appella. & rela. l. Imperatores. & extra de appell. c. si duobus.

Dummodò ab alienatore dimidietas mansi, &c. Quæritur, quare iudex istum qui proprietatem vendit cogere debet, vt certam partẽ fundi relinquat? videtur enim id esse contra ius commune, nam & nihil conuenientiùs est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem tuam in alium transferre ratam haberi: vt Instit. de rer. diuisione. §. per traditionem. Causa etiam cur id fieri debeat, quam & in textu ponit, vt videlicet iudici exinde in iure satisfiat, insufficiens videtur. exinde enim sequeretur, quòd & successor suus id facere teneatur, & vt sic à iudicis seruitute nũquam liberari possit; quinimò bona illa iudicio obligarentur semper. Contrarium etiam habetur infrà lib. ij. art. xxiiij. §. ij. vbi habetur: quòd vnus bona sua alienare poterit; vt cùm ea vendit, resignat. &c. quod tamen fieri non posset stante paragrapho articuli præsentis. &. quòd sensus articuli istius dependet ex articulo quinto infrà secundi libri, vbi habetur: quando quis in illa iurisdictione tantum proprij habuerit, quantùm verigeldus eius sit, fideiussoriam contra querulantem statuere non tenetur. Ex quo itaq; ius est, quòd ille, qui bona vt sic habuerit, fideiussoriã statuere non tenetur, iusque etiam sit, vt supra allegatum est, quòd vnusquisque proprium suum alienare potest, ex duplici itaq; caussa futuræ præcauetur difficultati, quia vel ipse solus accusatur, vel pro accusato fideiubet; & ita respectus habetur ad bona ipsius, nec us, nec fideiussoriam statuere cogitur: vt infrà lib. ij. artic. v. ff. de legi. & senat. consul. l. sed & posteriores. Si ergo fideiussoria facta, posset vnus bona huiusmodi sua, ratione quorum sibi credebatur, abscedere vel resignare, iudex vt sic colluderetur, nec haberet vndè fideiussoriã quærat. E diuerso etiã iudex posset occasione huiusmodi fideiussoriæ vnũ, qui amplas hæreditates seu propriũ, magnę estimationis haberet, impedire, quòd illa alienare seu vendere non posset, non sine detrimento illius. Quare ius medium illius statuit, quòd vnus qui accusatur, rationeque bonorum possessorum fideiussoriam statuere non cogebatur, alienare & diuendere semper illa poterit, rereseruata dimidietate mãsi, vt textus habet; vt videlicet exinde iudici respondeat, hoc est quòd ipsũmet, vel illum, pro quo fideiusserat, iudicio præsentet, & vt sic iudicium illęsum manebit, ipse verò non priuabitur alienatione bonorum suorũ: vt Instit. ex quib. caus. manumit. non pos. § iustè autem. Ex textu præsenti habetur *b* quòd medius mansus valet verigeldum, qui quandoque facit decemodo libras, quandoq; decem, quandoque nouem denariorum illius prouinciæ vbi negotium agitur, communiter currentium: vt infrà li. iij. artic. xl. & xlv.

b Concordat infrà lib. ij. art. xlv. fur. Munic. artic. xlvj.

Articulus XXXV.

Thesaurus omnis subterraneus, profundius meatu aratri iacens, ad imperij pertinet maiestatem: Argẽtum sub terra absconditũ nemini excidere licet sine proprietarij illius loci voluntate. Si

vero

verò voluntas ipsius aduenerit, in operis loco aduocatiam obtinebit.

GLOSSA.

Omnis thesaurus subterraneus, &c Lex tamē communis aliter disponit: vt §. thesauros. Insti. de rerum diuisiõe, cũ dicit: Thesauros quos quis in loco inuenerit suo, diuus Adrianus naturalem æquitatem secutus, ei concessit, qui eos inuenerat. Vndè thesaurus *a* dicitur esse pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: vt C. de thesauris. l. j. libr. x. in prin. Vel thesaurus est dispositio pecuniæ, cuius memoria non extat: vt ff. de acquir. re. domini. l. nunquam. §. thesaurus. Nota, quòd thesaurus in quinque locis inueniri potest *b* videlicet in locis imperij, Ecclesiæ, obligatis bonis, communibus locis, & in loco proprio occupatoris. In quatuor primis locis, si ex casu nulla ad id data opera thesaurũ inuenerit, medietas illorum est cui locus pertinet, inuentori verò alia medietas cedit: vt Insti. de rer. diuisi. § si quis. & ff. de acquir. re. domi. l. si is qui. §. quòd si creditor. In proprio verò solo, si inuentus sit per aliquẽ thesaurus, apud ipsũ totus manet: vt Instit. de re. diuis. §. thesauros. & in glosl. ibidẽ. nec requiritur illi, qui sic thesaurum in solo proprio inuenerit, consensus à domino suo thesaurũ effodiẽdi. sibi etenim iure cõmuni pertinet. nec id repugnat articulo præsenti, qui intelligi debet de thesauro in loco imperij inuento, & non de loco alicuius priuato; *c* vel etiam intelligitur articulus de thesauro per nigromantiam inuento: vt C. de thesauro l. vnica. Si verò quis ex conducto thesaurum tibi quærat in fundo tuo, thesaurus inuentus tuus erit, soluto mercenarij pretio. Si verò aliquid aliud laborans mercenarius thesaurum inueniat, medietas thesauri tua erit, alia medietate circa laboratorẽ permanente; præcustodito tamen eo, quòd ad actum istum eundem non conueneras: vt ff. de acquiren. re. domini. l. si is qui in aliena. §. creditor.

a Thesaurus q. s. concerdat infra lib. v. art. 1. gloss.

b Thesaurus in quinque locis inueniri potest.

c Dicunt quidam sapius se scripsisse etiam obtinuisse contra hanc glossam, quòd quando istum est primarium in quo thesaurus repertus sit, habet locum dispositio iuris communis. textus verò articuli intelligitur de solo publico seu Imperatoris.

Argentum sub terra absconditum, &c. Ex eo notatur thesauri & minerę differentia, accipiturque argentum hic in textu pro minera ipsa: vt ff. de acquiren. vel amiten. possess. l. peregre. & hoc ex eo, quia nomina sunt finita, res verò infinitæ: vt ff. de verbo. signi. l. iiij.

Si verò voluntas eius aduenerit, aduocatiam obtinebit, &c. Intellige sub distinctione, si totale dominium illius loci ipsius sit & non alterius. Quærere quis posset: quid si vnus proprietatem seu dominium agri seu fundi non habuerit, sed duntaxat vsumfructũ obtineat, an facultatem habeat argentum fodiendi? Quidã dicunt quòd sic; quidquid etenim commodi & vtilitatis ex fundo ad vsumfructũ sibi concesso comparare poterit, hoc eidem facere licet, dummodò nullum damnum in fundo vsufructuario committat, nec locum illũ deteriorem faciat: vt Instit. de vsufr. §. j. & ff. eod. tit. l. j. & ij. Ex quo itaque ager seu fundus per argenti fodinam nõ deteriorabitur, quare eidem fodere licet. prętera quidquid in iure prohibitum non est, hoc cuique facere licet: vt C. de testamen. l. sancimus. Cùm itaque id facere prohibitum non sit, ergo &c. ℟. non obstantibus argumentis in contrarium adductis; quòd vsufructuarius, cui ager pro cultura in vsũfructũ datus est, mineram fodere minimè poterit ex eo; nam cui ager pro cultura in vsum datus sit, huic facultas argẽtum fodiendi concessa non est, ex vi vocabuli. *f* Et item, fundum ad vsumfructũ concessum, vsufructuarius illęsè seruare debet, quod nõ esset

d Vsufructuarius an proprietatem habeat vnicè vsufructuandi? an facultatem habeat fodiendi?

e Vsufructuarius fodiendi argentum non habet: vt infrà art. huius.

f Vide ad hũc passum ff. de vsufr. & quẽadmodũ quis utatur. l. item si fundum. §. sed si & metalla.

esset, si foderetur vel effossam terram in fundum exportaret: vt ff. de vsu. & habit. l. finali. Nec illud te relevare poterit, quòd in contrarium allegabatur: Quidquid in iure prohibitum non est, id facere liceat. &c. Interimitur præsuppositum, prohibetur enim istud: vt infrà eod. lib. art. liiij. in fi. & Instit. de re. diuis. §. thesauros, & §. si quis. & C. de thesauris. l. vnica.

Articulus XXXVI.

a Jure Mun. artic. iij. & xcvi.

SI maritata mulier a ante definita tempora maturiùs prolem genuerit, proles huiusmodi in iure suo increpari potest. Idem est de prole viduæ post obitum mariti tardiùs nata censendum.

GLOSSA.

Poterit increpari, &c. Nota tamẽ hîc, quòd si sententia proferatur à iure pro aliquo delicto, quòd tunc non est alia sententia necessaria; requiritur tamẽ iudicis declaratio: vt patet de homicid. c. pro humani. in fin. libr. vj. & hoc ibi notat. arg. & allegat. concordan. vide etiã pro hoc quod notat Ioan. Andr. de pœnis c. felicis, super verbo infamis. lib. vj. in nouel. Et prædicta declaratio debet fieri per inquisitionem parte vocata, pro quo vide notata ad remiss. in Clem. presenti. in glossa ord. in verb. constiterit. de censibus.

Proles in iure suo poterit increpari, &c. Et ex isto sequitur, quòd illegitimus procurator esse nõ potest; quia ille procurator esse non poterit, qui in iure suo redarguitur: vide ad id infrà eod. lib. artic. lxj. Textus articuli in se planus est, nec multa indiget declaratione; vide etiam ad hanc materiam supra quæ notata habentur, circa articulum xxxiiij. Iure Munic. artic. xcvj. feud. c. xx.

Articul. XXXVII.

ARTICVLVS REPROBATVS.

VXorẽ alicuius a manifestè adulterans, vel solutam & liberam violans, posteaq; matrimonium secum contraxerit, proles ex ea nunquam legitima procreabitur.

Vide infrà eod. lib. ar. Li. in gloss. & c. referente. extra quæ filij sũt legitimi.

GLOSSA.

Si quis vxorem, &c. Vndè dicit lex communis: Commissum antea adulterium cum eo, cui se postea nuptijs sociauit, velamento matrimonij non extinguitur: vt in l. cõmissum. C. ad leg. Iuli. de adulter. Iste articulus erroneus est, & per ius Canonicum condemnatus. crimen enim adulterij nõ diuidit matrimonium nisi in tribus casibus. Primò, cũ quis adulteratur & dat fidem adulteræ, viuente legitimo viro: vt extra de eo qui duxit in matrimon. quam pollu. per adul. c. ij. Secundò, cum de facto contrahit cum secunda, viuente alia coniuge: vt eod. tit. c. cùm haberet. Tertiò, cùm alter eorum cum effectu machinatus est in mortem defunctę: vt xxxj. q. j. per tot. Potest etiam secundùm canones rapta contrahere matrimonium cũ raptore: vt extra de rapt. c. fin. licèt secundùm antiquos canones & leges olim nõ poterant: vt xxxvj. q. ij. de puel. & c. si autem. & c. placuit. C. de raptu virginum, l. vnica §. sin autẽ. Et cum dicto c. fin. concordat c. denique. & c. tria legit. xxxvj. q. ij.

GLOS-

GLOSSA.

Articulus præsens de legitimis disponit pueris. Vndè circa id quærere vnus posset, quare id fit, quòd proles huiusmodi ex matrimonio, vt textus habet, progenita illegitima dicatur? R. quòd id statutum est propter abominationem peccati. peccatum etenim istud contra naturam, hoc est contra ius naturale, & contra decem præcepta fit: vt Instit. de iur. natur. §. j. Pro intellectu textus ampliori notandum, quòd peccatū luxuriæ committitur trifariam. Primò, naturaliter & voluntariè contra Deum, vt cùm solutus cum soluta fornicatur: vt xxxj. q. j. c. quomodo. Secundò fit voluntariè & naturaliter contra Deum, & contra decē præcepta, vt est adulterium. Tertiò fit voluntarie contra naturam, contra Deum, & contra decē præcepta. Primū vocatur simplex luxuria, quæ fit inter duos solutos: vt. xxxj. q. j. c. quomodo. Secunda vocatur adulterium: vt xxxj. q. j. c. illud. Tertia propter eius abominationem subticetur: vt xxxij. q. vij. c. adulteri. c. offerebat. & c. flagitia. hæ vltimæ duæ secundùm leges pœna capitis puniuntur: vt ff. ad leg. Iuli. de adulter. l. j. & in auten. vt non luxuri. contra nat. §. omnibus. coll. vj.

In textu cùm dicitur: Posteaq; matrimonium secum contraxerit, proles ex ea nunquā legitima procreabitur, &c. In contrarium istius sunt certæ quædam leges, quòd videlicet pueri cum non nupta procreati, matrimonio subsequuto legitimantur. ex matrimonio enim legitimi efficiuntur: vt extra, qui filij sunt legitimi, per totum. quinimmò pueri huiusmodi hæreditant cum illis, qui tempore matrimonij procreantur, vt in multis legibus practicatur. R. quòd leges huiusmodi non contrariantur articulo præsenti. *b* pueri etenim huiusmodi subsequuto matrimonio, efficiuntur legitimi ex facto & non de iure. Vnde circa id sciendum, quòd tria sunt matrimoniū impedientia. *c* Primò, quādo coniugatus seu coniugata sese desponsant, tempore quo adhuc sponsus prior viuit. Secundò, si in mortem mariti machinata est vel ècontra: vt xxxj. q. j. c. relatum. & extra. de eo qui dux. in ma. quam polu. per adulter. c. significauit. Tertiò, si publicè cum ea sese commiscuit: vt extra eod. tit. c. cū haberent. C. ad leg. Iuli. de adul. l. cassitati. In hoc casu maritus nedum querulari cōtra adulterum potest, sed & contra ipsum solusmet iudicium extēdere, *d* si eundem apud vxorem præuenerit; & si eum detinere non valeat, vulnerare vel occidere cum poterit: vt C. ad leg. Iuli. de adul. l. Gracchus. cōtingat etiam, quòd vir de vxore suspicionem habeat super aliquo adultero, & eidem ter cum testibus indixerit, vt vxorem suam in pace sinat, *e* si posthac eundem præuenerit cum vxore sua in occulto aliquid loqui in domo sua, vel in domo adulteri, aut in popinis, vrbanisque prædijs, manibus proprijs eundem impune occidere poterit. Si verò in alio loco talem inuenerit cum vxore loquētem, tribus testibus fide dignis cōuocatis, quibus probare possit eundem cū vxore loqui, iudici crimina examinati tradendus venit, qui veritate cognita eundem puniet. Si in Ecclesia, custodi Ecclesiæ indicere debet, vt seruetur, & ipse Episcopo denūciet, vt eos tormentis tradat: vide de hoc abundè in autent. vt liceat matri, & aui. §. his quoq;. coll. viij.

Notandum tamē circa id, quòd maritus adulterium vlcisci in vxore adultera non potest, nec eidem occasiōe adulterij actionem intentare in sex casibus. *f* Primò, si ipse quoque adulter est: vt xxxij. q. vj.

b Vide ad id infrà eod libr. artic. Li.

c Matrimonium impedientia.

d Concordat lex xij. tabul. cùm inquit: in adulterio deprehensum occato.

e Adulteri incommoda.

f Adulterium non vlciscitur in sex casibus.

c. j. Secundò, si occasionem ei ad id dederit: vt xxvij. q. ij. c. si tamē. & in auten. vt lice. matri & aui. §. quia verò. coll. viij. Tertiò, si ab ea absentatur, & in tantum abest, quòd ipsa putet eum mortuum fore: vt xxxiij. q. ij. c. si virgo. Quartò, si coacta id fecerit: vt xxij. q. vlt. c. proposito. & ff. ad l. Iuli. de adulter. l. si vxor. §. si quis. Quintò, si adulterum putauerit fore suū maritum: vt xxxiiij. q. ij. c. in lectū. Sextò, si eam post commissum nefas fouet, factum enim per id approbare videtur: vt ff. ad l. Iuli. de adulte. l. in crimine. Vel solutam & liberam violauerit: de his vide C. ad l. Iuli. de adulteri. l. propter violatam. & l. de crimine.

Vxorem alicuius manifestè adulterans, &c. Aliqui limitare textum istum videntur, quòd loquitur de his, qui alterius vxores adulterantur, & tandem eas in matrimonium ducunt, viuēte priori marito. illi etenim cum alienis vxoribus verum matrimonium acquirere non possunt, nec pueros legitimos procreare ex eo, quia alterius vxor est.

Textus Germanicus vltra id q̄ articulus in se continet Latinus infrascriptum habet paragraphum: Certantes & eorum proles, histriones, & omnes illegitimi, fures, prædones, vel qui occasione illorum concordiam ineunt, vel illa reddunt iudicio conuicti, vel qui corpus, cutim, aut crines redimūt, omnes sunt infames. &c. Paragraphus tamen iste magis pertinet ad articulum sequentem, vt ex ipso etiam articulo apparebit. His etiam hic expressis annumerantur illi, qui ante tempus à iure determinatum, vel tardiùs nascuntur, Ecclesiarum violatores, sententiati, fornicarij, periuri, latrones, nigromātici, venefici, venena tribuentes, de bellis publicis fugientes, falsarij, apostatæ, & qui indigna sibi petunt, & alij quàmplurimi, de quibus amplissimè vide vj. q. j. c. infames, & C. ex quib. caus. alicu. infam. irroga. per totū. & infrà art. sequenti. libr. iij. art. lxx. Annumerantur etiam his vsurarij, scortatores, hæretici: vt C. eod. tit. l. improbum. vndè isti supra nominati, ex quo infames sunt, ad testimonium non admittuntur.

g Certantes in proposito aëthores arenæ in legibus nūcupantur. & sūt ij, qui pro pecunia decertant.

Articul. XXXVIII.

CErtantes seu pugiles & eorum proles, hystriones, ioculatores, & omnes illegitimi, vel qui paciscuntur seu cōcordauerint pro spolio, furto, vel ea reddunt, (alij textus addunt: & qui vitam, cutim, aut crines redimerint) si in his coram iudicio conuicti fuerint, notantur infamia, [a] & iuri sunt alieni. [b] Qui per annum & diem in proscriptione Imperatoriæ maiestatis denique steterit, ille iuri erit alienus, & eius feudum domino liberum vacabit, necnon eius proprietas esse imperij maiestatis pronuncietur. Si verò hæredes ipsius proprietatē huiusmodi infra totidem tempus cū suo iuramento nō absoluerint, eandem perdūt, nec occasione illius, sicut nec principalis, agere poterūt, nisi iustum

a De iure priuatis, videfrà lib. iij. ar. xvi. & lxx. Iur. Munic. artic. iij.

b Quo pacto autem in proscriptione Imperatoria venire debeat: vide infrà eo. li. artic. lxxi. de proscriptis etiam habetur abunde eo lib. art. lxvij. & lxxi. Iu. Munic. ar. v.

iustum & legale eis obstet impedimentum, quod tamen hęredes declarare tenentur. Ministerialiū proprietas, licet iuri derogent suo, extra suorum dominorum successionem, in regalē deuenire nō potest potestatem. Illegitimū legitimos [c] nō posse acquirere liberos, indubitati iuris est. Si quis in proscriptiōe regalis culminis per annum & diem fuerit, & si postmodum ei tàm matrimoniū, quàm iuris beneficia sententialiter interdicantur, adhuc remissionem ac relaxationem proscriptionis impetrare poterit, puta vt ex ea proscriptione non interficiatur. Capitis tamen diminutionem, quam passus est, per id nō recuperabit, nisi in acie Imperatoris seu Regis, vbi Rex cum alio Rege pugnauerit, præferatur, lanceatumque alium inuadat, tunc primū statum & nō bona sibi abiudicata recuperabit.

c Vide infr. art. Li. Iure Munici. art. lxv. gloss.

GLOSSA.

Certantes, &c. Casus autem in quibus quis notatur infamia, vide plenè notatos in sacramentali domini Guil. de mod. laud. tit. de irregularitate propter infamiam, & in aureo repertorio domini Guil. Durandi sub tit. de pœnis. §. ante omnia. & in remissorio domini Caspa. de Cal. sub litera i. §. infamis, vbi habes istam materiam ad saturitatem.

Et eorum proles, &c. Nam sæpè solet filius similis esse patri: vt C. ad leg. Iuli. maiest. l. quisquis. & in autent. de referendarijs. §. j. coll. ij. & nota de filijs præsbyt. c. Michael. & qui filij sunt legitimi. c. transmisse.

GLOSSA.

Ex articulo præsenti tria per ordinem eliciuntur documenta. Primum, quid annus & dies [d] sit. Secundū, quid proscriptio simplex. Tertiū, quid proscriptio maior seu bannitio. [e] Vnde annus & dies iure Saxonico est annus & sex septimanæ. [e] Proscriptio verò simplex est, cùm vnus propter excessū vel propter non comparitionem iuris contumax pronunciatur, qui & iure infamis quodammodo est, cum tamen vulnerare vel interficere non licet. [f] Proscriptio autē maior seu bannitio est, proscriptionis confirmatio; vt cùm vnus simplicem proscriptionem anno & die tolerat, in maiorem proscriptionem incidit, bonaq; eius confiscantur, & iuri infamis pronunciatur occidiq́ue poterit: C. de bonis proscript. l. deportati. Si verò hæredes ipsius hæreditatem non eliberauerint. &c. Quærere vnus possit, quo pacto id fieri debeat? [g] R. quòd hæredes bona huiusmodi publicata & confiscata elibera-re possunt, acceptis literis à iudice illius prouinciæ, curiamq; insequātur Regis, & iurent, quòd ipsi nec facto, nec consilio conscij sunt in excessu patris, quòdq; proscriptionem imperij nunquam demeteri volunt, sic eos Deus adiuuet, & omnes Sancti; & sic bona viceuersa eliberant: vt C. de bonis pro-

d Vide annus & dies quid sit. concordat Iur. Mun. ar. xxv. & xxvi. gloss.

e Proscriptio simplex quid?

f Proscriptio maior.

g Bona confiscata quomodo per hæredes eliberantur?

proſcripto. l. penultima & vltima.

Miniſterialium proprietas, &c. Nam huiuſmodi hæreditas eorũ domino cedit: vt C. eod. tit. l. j.

Illegitimum legitimos non poſſe acquirere, &c. Intellige de illegitimis, hoc eſt de illis, qui ſuperducunt ſcienter vxores, cum quibus de iure cõtrahere non poſſunt. matrimonium etenim illorum de iure non tenet: vt xxxij. q. vij. c. ſi quis. & aliis ibidem ſequentibus. Vel dicendum, quòd illegitimus nõ acquirit legitimos pueros; intellige, quo ad hæreditatis ſucceſſionẽ. Vel dic, quòd loquitur de illis, qui ſeipſos illegitimos effecerunt, ſicut ſunt illi, qui contra imperium machinati ſunt; & non de his, qui illegitimè nati ſunt. nam iſti legitimari poſſunt per ſubſequẽs matrimonium, & legitimos procreare pueros, atque bona ſua hęreditabunt: vt infrà eod. lib. artic. ij. & ſupra art. præcedenti. C. de natu. libe. l. humanitatis. & in auten. qui. mo. nati effi. ſui. in princip. coll. vj.

Adhuc remiſſionem proſcriptionis impetrare poterit, &c. Hoc eſt ſpeciale Saxonum, quòd iuri ſeu honori reſtituuntur & non bonis. bona enim illius vel alter poſſidet, vel imperium, cui de iure adiudicatum eſt; nulli etenim gratia declaranda eſt cum damno alterius: vt xxv. q. ij. c. vlti.

Articulus XXXIX.

ARTICVLVS RETROBATVS.

QVI ſua iuris beneficia a ex furto aut ſpolio, vt ſupra dictũ eſt, perdiderunt, b ſi denuò ſpolia vel furta commiſiſſe dicantur vel pro his accuſentur, ipſi ſuis iuramẽtis excuſari non poterint. Sed ex his tribus actibus vnum eligãt congruentẽ, vel ferrum candens manibus portent, vel in aquam bullientem brachium vſque ad cubitum imponãt, aut ab incurſu in arca cõtra certantẽ ſe defendant. Alij textus habẽt: aut cõtra pugilem proprio corpore decertent; & hoc facto expurgabuntur.

b Vide ad hanc materiã Jure Mu. ar. xxxv. & xcij.

GLOSSA.

Qui ſua iuris beneficia, &c. vide in l. Lombar. de patricid. l. iij. & de homicid. libr. eod. l. vltima.

a Sed ex his tribus actibus, &c. hoc eſt, damnatum per ius Canonicum: vt in c. ex tuarum. de purg. cano. & de purgat. per totum. Cõcordat autem ad hunc textum in vſib. feud. de pace tenend. §. ſi miles. in gloſſ. quæ incipit: per iudicium c & ibi vide. immò ſecundũ iura canonica poſſit ſe talis expurgare cum alijs, qui tamẽ numerus compurgatorum eſt arbitrarius: vt de ſim. c. cùm eſſent. de accuſ. c. cum P. & c. inquiſitionis §. pen. & ij. q. v. c. omnibus. in fin. & de purg. can. c. ex tuarum. & c. cùm in iuuentute. Requiritur tamen in purgatoribus, quòd ſint eiuſdem ſtatus & conditionis ſicut principalis: vt ij. q. v. c. omnibus. & c. ſi legitimi. & c. præſbyter. Hoc verum, niſi eſſent tales inimici alias ſuſpecti, tunc reperirentur etiam alij. arg. c. cùm in iuuentute. §. fin. de purg. can. vel ſi tales in iſto loco nõ reperirentur: vt in c. quotiens. de purg. can. Item requiruntur tales cõpurgatores, qui vitam & conuerſatiõem infamati principalis cognoſcant, de purg. can. c. cõſtitutus in preſentia. Qui etiam

c De purgationibus eius criminis vide.

etiã vicini sint. Quis autẽ dicatur vicinus: vide in repert. Casp. de Cald. c. de vniuers. vicinus. & in c. felicis. §. præsenti in glos. de pœn. li vj. & Hosti. de purg. can. c. cum dilectus. Et non tantùm debent habere notam eius vitam & conuersationem præsentem, sed etiam præteritam: vt in c. inter sol. §. ipsum. de purg. cano, & hoc verum in grauibus criminibus, vt hęresi & similibus, scilicet quòd quis se purget de peccato, secundùm Hostien. Et est purgatio, de obiecto crimine innocentiæ ostensio, quę etiam est tunc indicenda, quãdo quis infamatus est apud bonos & graues homines, de aliquo crimine, deficiente accusatore & probatione certa: vt de purg. cano. c. si qui. & c. quotiẽs. & duobus capitu. præcedentib. & c. nos. Dum tamen infamia non habuit ortum ab inimicis: vt in dic. c. cùm in iuuentute. nisi tunc tanta sit infamia, quòd scandalum generet: arg. de purg. cano. c. ij. in fin. & c. inter sol. §. j. vel nisi ipse principalis se ad hoc offert: vt in dic. c. cùm in iuuentute. §. ceterum. Et post prętitam purgationem ratione infamiæ præteritæ talis accusari non potest, nisi accusans suam vel suorum iniuriam prosequatur: ff. de accus. l. si cui. §. ijsdem, vel nisi doceat primum accusatorem præuaricatum fuisse: ff. de præuaric. l. iij. vel nisi velit probare, quòd purgans dixerauit, quod fieri potest, cùm sacramentum purgationis est iudiciale, & contra iuramẽtũ iudiciale probatio admittitur: ff. de iureiurando. l. admonendi. & C. de reb. cred. l. fin. Juret autẽ infamatus se immunem ab eo, de quo contra eum laborat infamia. cõpurgatores verò iurabunt, quòd credũt infamatum verum iurasse: vt in c. quotiens. & c. fin. de purg. cano. de his vide plenius in sum. per Hostien. tit. de purg. cano. per totum, & quæ scripta sunt remissiuè circa j. gloss. c. ij. de accusa. li. vj. Deficiẽs autem in purgatione de crimine, punitur vt conuictus: vt de simo. c. de hoc. & de accus. c. inquisitionis de simo. c. per tuas. & in dic. c. inter sol. qui dicit vt in sum. Hostien. dict. tit. §. finali.

GLOSSA.

Superiori articulo dictum est de infamibus, qui sint, & quo pacto infamia contrahitur, hic tractat de nocumentis illorũ. non enim adeò facilè, vt textus habet, expurgari possiunt super obiecto crimine, sicut ceteri qui bonæ famæ sunt: vt C. de sen. pas. & resti. l. generalis. & hoc generaliter intelligi debet de omnibus supra expressis. Vndè præda vel furto antehac notatus, si pro aliquo facinore posthac accusetur; excusationi suæ non creditur, nec aliter expurgari poterit, nisi, vt textus habet, ita quòd Deus speciali gratia per illos probationis actus innoxium eum fore declaret, vel per certamen innocẽtiam ostendat. Vndè certantes in proposito dicuntur, qui pro pecunia in duello decertant, habẽturq; pro infamibus, vt præcedenti articulo dictum est. *d* duellum tamen seu pugillatio abrogata nunc est, & venit ad iuramentum septem virorum, nisi forsan in certis casibus.

d Vide infrà art. lxxxiij. Iure Munic. artic. xxxv.

Vndè notandũ circa id, *e* quòd duellum admittitur in tribus casibus. *f* Primò, si interfectum accusset quis, quòd eum in defendendo sese occiderit, consanguineus verò mortui eundem defendere velit: vt infrà eod. lib. art. lxiiij. & in libr. feud. de pa. tenen. §. si quis hominem. Secundò, si in crimine læsę maiestatis fuerit accusatus, & mortuus à successoribus purgari deberet; vt ad l. Iul. maiest. l. his qui. Tertiò, si alloquatur pro duello iudicialiter: vt infrà eod. lib. art. lxiij. lib. feud. de pace tenen. per totum.

e Duellum admittitur in tribus casibus.

f Duellum fieri potest ex tribus casibus. pro fraude in seruitutem. furto, præda. stupro. & ex dictum indicium poterit seruitutem & defraga: sen. c. lv.

Articulus XL.

a Concordat infrà lib. ij. art. xxxij. & xxxv. & xxxvij. & item lib. ij. art. xxi. Iur. Munic. artic. iiij. vide ad hanc materiam.

QVI fidefragus a vel ab imperij seruitio profugus sententietur, id est, si conuictus fuerit de fide fracta, vel quod de obsequio Imperatoris fugerit, perdit honorem & feudum, non tamē vitam.

GLOSSA.

PRO intellectu clariori notandū, b quòd contra fidem seu infideliter agere contigit tripliciter. Primò, cùm alicuius fidei committitur aliquid, sicut est tutoria, societas, vel cùm ad seruādum sibi quid datur, ille verò infideliter administrat & agit. Secundò, cùm infideliter quis agit in his rebus, quæ ad fidem exigit, vel emonet, commodat, vel conducit. Tertiò infideliter agere contigit, violando saluū conductum, vel defraudando aliquem. In primo efficitur vnus infamis: vt Insti. de suspe. tuto. §. suspectus autem. In secundo perdit bona & honorem: vt hîc in textu. In tertio perdit honorē & vitam: vt ff. ad leg. Iuli. maiest. l. iij.

b Infideliter agere contigit tripliciter.

Qui fidefragus vel profugus sē tentiatur, vel potiùs accusetur, &c. c Quæritur, quomodo contra eum procedi debeat, an iure experiri secum oporteat necne? R. Quòd non, quia pro huiusmodi excessibus non requiritur quòd iure secum experiatur. An coram domino vel alijs hominibus & verbis tractari malè debeat? R. quòd non. per id enim nequaquam per sententiam condemnabitur. dicēdum ergò; quòd in duabus primis querelis accusari sine clamore debet, & hoc si manuale factū non sit: vt infrà lib. ij. art. lxiiij. In tertio verò termino cū clamore tanquam contra malefactorem, & tādem experti debet, ac cautiōe prouideri, terminoque assignato, procedatur contra eum vt contra malefactorē; postquàm vero iam proscribi debet, vel in mortem sententiari, honore priuabitur; nullus tamen contra eum sententiam inuenire debet, nisi ipsius accusati similes in scuto sint, ex cò, quia tangit ius feudale.

c Practica quomodo fidefragus accusatur.

Vel ab imperij seruitio profugus, &c. Contrarium sentire videtur l. iij. ff. ad leg. Iuli. maiest. vbi dicitur: quòd capite priuari debēt. re. quòd lex allegata intelligi debet de illis, qui ex conflictu fugiūt, vel dominos suos iuuare possint. Articulus verò præsens loquitur de his, qui ex bello vel seruitio imperij, vel qui dominos suos iuuare amplius non possunt: vt ff. de re militari. l. omne. §. qui in acie. vj. q. j. c. infames. ff. de milit. test. l. ex militia. seu. quæ fuit causa benefic. amitten. c. j. §. itē qui.

Articulus XLI.

AGat si virgo vel a vidua iure prouinciali contra suum tutorem, cò quòd ipse eius vel earum feudum, dotalitium, aut proprietatē, ex earum alienauit potestate, tribuiq; edictis citatus non comparuerit, vt suspectus abijciatur, tutoriaq; sibi interdicatur. Et ex eo tempore iudex eius vel earum tutelam susceptet, bonaq; earundem minus iustè à condemnato tutore alienata,

a Vide infr. art. xliij. Iur. Munic. artic. xxvi.

tio

nata, in prædictæ vel prædictarum reuocet potestatem, restituatque omnia, quibus iniustè fuerāt spoliatæ.

GLOSSA.

VT suspectus abijciatur, &c. Causaque suspecti tutoris agitari potest, tàm coram ordinario quàm delegato, & omnes tutores cuiuscumque sint conditionis poterint accusari de suspecto, si malè gerūt. Quilibet etiam admittitur ad accusandū de suspecto, *b* etiam mulier; nam quod publicū est, omnibus patet, & ob facta atrociatur non solùm remouetur, sed etiā punitur: vt in l. j. ff. de suspec. tuto. Potest etiam tutor suspectus remoueri ex officio iudicis sine accusatore. *c* remouetur autē tutor ob dolum in tutelam commissum, secus, si extra tutelam & propter inimicitias cum pupillo vel eius parentibus. Item, propter res malè venditas; item, si indebitè denegaut pupillo alimenta; item, si non fecit inuentarium, vel pecuniam pupilli non deposuit ad cōparationem: vt in l. tutor. ff. de suspec. tutor. *d* Tutor verò remotus absque dolo, non est infamis. & idem prohibere gerere, remouere: vt in l. hæ enim. ff. eod. Satisdatio etiam non impeditur, quin tutor si malè gerat possit remoueri: vt ff. eod. l. suspectus. Item, tutor potest remoueri propter latam culpam: item ex sola contumacia redditur tutor adeò suspectus, vt possit remoueri: vt in l. impuberibus: ff. eod. Et dicitur tutor suspectus ex moribus, non ex diuitiarū defectu: vt ff. eod. l suspectum. Et post remotionem non spectat ad tutorem periculum tutelæ: vt in l. decreto. ff. eod. Item, iudex dat alium tutorem seu curatorem. nam & secundùm ius commune propter litem, quam quis habiturus est cum tutore vel curatore, datur curator, præsenti tamen & petenti: vt ff. de tutelis. l. si pupillus.

b Concordat Iure Munic. ar. xxvi.

c Tutor quando abijciatur.

d Agitur ergo contra tutorem durante tutela, l. si tutor. §. si in testamento & §. fin. ff. ac tutel.

GLOSSA.

PRO intellectu textus notandum venit, quis iudex tutoris esse debeat; quo pacto, & ob quam causam accusetur, & item quæ ipsius pœna. super tutorem etenim iudicat iudex prouincialis; in ciuitatibus verò iudex ciuilis: vt in auten. de defen. ciui. coll. iij. & ff. de offic. præsi. l. j. ff. de susp. tut. l. j. *g* Tutorem verò accusare possūt *e* puerorum mater, auia, amita, & quælibet alia mulier, quæ ex fide id facere dinoscatur: vt Instit. de susp. tutor. §. consequens. C. eod. tit. l. pietatis. §. fin. In contrarium istius videtur esse lex secūda ff. de reg. iur. vbi habetur: quòd mulieres agere seu accusare nō possunt, nisi ipsarūmet iniuriam. ℣. quòd istud ius est speciale in fauorē tutelæ datū, quòd tutores etiam per mulieres accusari possunt, potissimum propter duo. Primò, si infideliter administrant bona pupilli. Secundò, si miseriam pupillos pati permittant: vt Instit. de supect. tutor. §. si quis. §. nouissime.

e Tutorem quis accusare possit.

g Tutorum verò pœna est, quòd infames efficiuntur, si & inquantū ob dolum commissum reijciantur: vt Insti. de suspe tut. §. suspectum. Tutoris autem infamia tunc contrahitur, quando per iudicem pronunciatur hisce verbis: Ego prohibeo tibi tutelam propter commissum dolum. si verò dolum non exprimat, sed simpliciter tutoriam sibi inhibeat, non fit infamis: vt Instit. eod. tit. §. suspectus. & ff. eod. tit. l. iij. in fin. & l. hæc. §. qui. pœna etenim semper minuitur dum de excessu dubitatur: vt ff. de pœnis. l. penult.

f Tutorū pœna.

Et ex eo tempore iudex tutelā

eius

a Nota secundum leges, annus discretionis puer non attingit nisi in xxv. anno: vt Instit. de cura. §. 1. vbi dicitur: masculi quidem puberes & fœminæ viri potentes vsque ad xxv. annum completū curatores accipiunt, quamuis pubertas sint, adhuc tamen huius ætatis notantur, vt suam negotia exercere non possint. Secundū Saxones verò & ius prouinciale in xxi. anno, ānos attingit discretionis, vt hic in textu, & etiā infrà in glossa vide Paul. l. omnes. C. de his qui veniā ætat. impetra. vbi ex statuto minor vel maior fieri potest &c. nec potest per ætatis restitutionem in integrū agere. l. 2. C. si de mortē possessi. in fin.

b Alij textus habent: si pilos in barba ictos. sub ascelis habeat, annos attigisse discretionis dicetur: vide ad id l. ætate. ff. de minoribus, vbi habetur.

cius accipiat, &c. Sic scilicet, quòd eandem in bona, per tutorem eius alienata, vicissim introducat.

Agat si virgo vel vidua, &c. Is articulus loquitur & meminit de personis, quæ per seipsas instituere querellas possunt, sicut sunt mulieres puellæ, &c. Si verò pueri sint, eis curator addi debet: vt Instit. de auctor. tut. §. vlt. ff. de ver. signifi. l. quod dicimus. C. ne quis in sua causs iudi. l. vnica.

Articulus XLII.

ANte tempora a discretiōis, & tempore senectutis, potest vnusquiuis tutorem habere, si voluerit, vel absq; tutore sui iuris permanere. Qui suum tutorem in præsenti habere non poterit, tenetur eum ad terminum propter actionē suam sibi assignatū præsentare: post vigesimum vnum annum homo discretionis attigit annos, & post sexaginta annos, dies transcendit eosdem: Quare tutorem si voluerit ibidem habeat, nec per id emēdam suam, si quis in eum deliquerit, sed nec verigeldum diminuet. b Si is de cuius ætate dubitatur, pubes in locis congruentibus apparebit, annos pubertatis eum impleuisse credēdum est. Quādo puer pubes factus fuerit, licite suæ vxoris & aliorum tutor esse poterit, c etiam si duellū pro his esset ineundum, nam qui seipsum tueri valet, non prohibetur tueri suos pupilos.

GLOSSA.

Quomodo quis annos discretionis attingat, vide ampliorem huius declarationem supra circa art. xxiij. in gloss. & quia de tutoribus in textu mentio fit; pro declaratione itaque articuli d notandum, quòd tutela contigit dupliciter: aliquando fit in bonis seu occasione bonorum, vt supra habitum est. e Secundò contingit in defendendo honorem alicuius, sicut cùm aliquis vnum defendit in duello, & hoc tangitur in textu, cùm dicitur: quòd emendam & verigeldum per id non diminuet; & exinde sequitur, quòd vnus bonorum suorum curatorem statuere potest, nec per id emendam diminuet suam, & secundùm hunc modum procuratores, seu ferendarij tutores etiam dicuntur: vt ff. de procur. l. j. vide etiam ad hanc materiam Instit. de curat. §. j. vbi dicitur: masculi quidem puberes, & fœminæ, viri potentes, vsque ad xxv. annum completum curatores accipiunt.

Notandum præterea, f quòd tutela octo finitur modis. Primò, si pupilli ad ānos peruenerint. Secundò, si arrogati sint impuberes, hoc est, cùm se vnus alicui in filium dederit. g Tertiò, cùm deportatur, vel in seruitutem redigatur, aut ab hostibus capiatur. Quartò, si tutor datus sit sub certa conditione. Quintò, si moriatur tutor, vel pupillus. Sextò, si tutor clipeū immu-

quòd ex affectū præsumitur qz maior vel minor.

c Alij textus habent: & pro monomachia respondere poterit.

d Tutela dicitur dupliciter: concordat infrà art. sequenes.

e Tutoria triplex inuenitur, quædam est bonorum, quædam honoris, quædā vitæ. Tutor bonorū iure feudali est dominus feudalis: tutor honoris, est quilibet patruus causa, & iste est duplex vel potius triplex. Quædā ex legitima agnatione, vt qui de virili sexu coniuncti sūt, quasi à patre nati, & hi etiam sunt tutores vitæ. Quædam per fœminini sexus personas cognatæ iungūtur: vt Instit. de legit. agna. tut. §. ij. Tertia fit à iudicis: secund. c. hoc.

f Tutela octo finitur modis: concordat in-

Iure Munic. artic. xxvi.

g Tutella iure feud. inter mulierem & tutorem finitur octomodis. Primo, si mulier vitæ prætensionem vel dotalitium demeruerit, ex caussis xxxvi. c. li. feud. expressis. Secundo, cùm ad annos peruenerit, quia tunc sibi tutorē eligere poterit. Tertio, si tutorem in matrimōnio legitimū duxerit. Quarto, si ad tempus electus sit. Quinto, si passus est capitis diminutionē. Sexto, si tuter moritur. Septimo, si mulier moritur. Octauo, si ex caussa à tutela depositus sit vide feud. c. lvi.

b Nota differentiam inter annos pubertatis & annos discretionis. annos etenim pubertatis puer attingit, cùm à tutoria prælate, in qua fuit, absolutus, aliumque sibi eligere potest curatorē si vult: & hoc facere potest post xxij. annū. iur. feud. annos verò discretionis attingere non dicitur, nisi habeat xxi. annos. feud. c. xxvi.

i Secundum ius Saxon. annis pubertatis quando attingantur. Concordat Iure Munic. artic. xxvi. gloss.

k In quibus annis matrimonia contrahere possunt.

l Iure spirituali ad annos quando pertingitur.

m Prælaturæ in quib. annis conferri debent.

immutet, hoc est, patiatur capitis diminutionem, aut ècontra pupillus. Septimò, si datus est ad certū tēpus. Octauò si suspectus fuerit, vel qui iusta caussa excusauerit sese: de his vide Instit. quib. mo. tute. finit. §. item finitur tutela, ff. eod. tit. C. eod. tit. per totum.

Circa textum cùm addebatur: cùm pilos in barba, ilijs, & sub asselis habuerit: &c. Consuetudo ista abrogata iam est per sanctiones imperiales: vt Instit. quib. mo. tutel. fini. §. pubertatem. Cùm dicitur, pubertatem autem: veteres quidem non solùm ex annis, sed etiam ex habitu corporis existimari volebant, nostra autem maiestas dignum esse castitate nostrorum temporum existimans benè putauit, quod in fœminis impudicum antiquis visum est: id est, inspectionem habitudinis corporis, hoc etiam in masculos extendere; & ideo nostra sancta cōstitutiōe promulgata, pubertatem in masculis post decimum quartum annū completum illicò initium accipere diximus. Antiquitatis normam in fœminis benè positā in suo ordine relinquentes, vt post duodecim annos completos, viri potentes esse credantur. Textus tamen articuli dicit, hāc consuetudinem seruari debere, si de annis alicuius dubitatur. Quòd si de annis alicuius dubitatur, inspectio habitudinis corporis obseruetur; si verò de annis notitiā habeant, inspicere nō erit necesse. g Et post lx. annos, &c. Huic paragrapho contrariari videtur Instit. de excus. tuto. §. item maior, vbi expressè habetur: quòd is qui annos transcendit suos, septuaginta annorum esse debet. *b* is verò qui attingit viginti quinque annos, à primò annos attingere dicitur. R. quòd tēpore Iustiniani, qui constitutiones statuit illas, homines fortioris naturæ fuerunt, quàm tempore Caroli, qui ius Saxonibus præsens dedit. Quare & tempus abbreuiauit in attingendis discretionis annis, potùm & in transcendēdis eisdem, vt textus habet articuli: vide ad hāc materiam Instit. de excusat. tuto. §. itē maior. & C. de legi. tut. l. fin.

Sciendum tamen secundùm ius prouinciale nostrum Saxonicum, quòd puer annos attingit pubertatis post duodecimum annum; secundùm verò ius feudale in tredecimo. Ad annos verò discretionis non peruenit, nisi post vigesimum primum annum, secundùm ius nostrum; secundùm verò leges, post vigesimum quintum: vt supra art. xxiij. gloss.

Sciendum præterea, si matrimonium valere deberet in sponsalibus, puer adminus debet esse septē annorum, *k* secundū ius Canonicum. quòd si infrà septennium cōtractus fit, tenent sponsalia si postmodū fiat consensus. Si verò posthac non consenserint, contractus erit nullus: vt extra de spon. impu. c. si infan. §. fin. l. vj. & xxvij. q. ij. lex.

Sciendum præterea, quòd iure spirituali ad annos nō peruenitur, *l* ita quòd sine tutore querulari possit, nisi habeat quatuordecim annos: vt extra de iudi. c. si annū. l. vj. Prælaturas verò *m* & dignitates iure Canonico habere admittuntur xx. attingentes annum; & hoc intelligendum de prælaturis, quibus cura animarum adiuncta non sit: vt extra de æta. & qual. c. permittimus. lib. vj.

Articulus XLIII.

IN violentiarum actione *a* quæ duellum non infert, tùm & in omni manuali facto, *b* iudex mulieribus licitè dabit tutorem, si verum suum tu-

a Concordat Iure Munic. art. xxvi

b Quidam tem factum manuale dicatur: vide infrà libr. ij. art. xxxv.

torem protunc habere nō possunt. Si autem per eam actionem alicui partium duellum inferatur, id est, si casu ad duellum venerit, extunc tutor eius non erit alius, nisi is, qui est in generatione sibi æqualis, & ad eā iure agnationis pertinet.

GLOSSA.

In articulo presenti declaratur id quod superiùs tactum est, quòd quidam sunt tutores bonorum, & quidam honoris & vitæ, hoc tangitur in articulo cùm dicitur: in actione quæ duellum non infert, vel cùm duellum inferatur. In actionibus duellum non inferentibus tutores esse possunt, procuratores seu ferendarij, seu alter quiuis, qui de iure iuuare aliquē potest: vt hîc in textu & C. de in litē dando tuto. vel cura. l. ad protegendam. Si vero actio ad duellum cedit, extunc tutor fit proximior agnatus: vt Instit. de legit. agnat. tutel. l. j.

Articulus XLIIII.

a Concordat Ju. Mun. ar. xxvi. gloss.

Proponat si fœmina aut vidua ciuiliter a aduersus suū tutorē, quòd ipse eius vel earum bona occupauerit, vel si maritus vxori suam proprietatem in modum, propter nuptias donatiōis, b in recompensationem erogauerit, id est dederit: in his casibus iudex eius vel earum tutor erit.

b Ex isto colligitur, quòd mulier tutorē necessario habere debet ad acceptandum donationem.

GLOSSA.

Proponat si fœmina, &c. Ad hoc etiam dicit lex imperialis: eum, quem vt suspectū tutorem vel curatorem accusas, pendente caussæ cognitione, abstinere ab administratione rerum tuarū, donec caussa finiatur, præses prouinciæ iubebit; alius tamen interea in locum eius in administratione rerum tuarum ordinandus est: vt in l. eum quem. C. de suspect. tuto. & hoc nota: quòd tutor loco domini habetur, cùm tutelam administrat, nō tamen quādo pupillū spoliat: ff. pro empto. l. qui fundum. §. si tutor. & ff. de furt. l. interdum. c Tutor autem defendit pupillum expensis pupilli: ff. de administr. tutor. in multis legib. & de pœn. c. in quibusdam. Et potest tutor pupillam maritare, & omnia eius bona in dotem assignare: de testa. c. Raynutius. Et sicut tutor prohibetur emere rem pupilli, sic & eius vxor: C. de cōtrahen. empt. & vendi. l. cùm ipse.

c Tutor defendere pupillum debet impensis pupilli.

Nota, quando infans vel minor cōuenitur, vel eius bona sunt petitura, vel imminet æs alienū, iudex dat ex officio curatorem liti, de consilio coniunctorum, aliàs procedere nō potest ius illud, quando non reperitur tutor. idem in furioso: vide etiā per Bald. in lib. feud. tit. de vasal. milit. c. j. vide etiam per Bald. de ap. in Spe. ante medium versi. sed quid dices.

GLOSSA.

In quod in articulo præsenti habetur, quodam modo supra artic. xlj. tactum est; articulus tamen præsens & ille xlj. in eo differunt. ibidem enim contra tutorem agitur, quòd bona alienet sua, hoc est, quia ex possessione ea dimiserit illa vendendo; hic verò, quia bona huiusmodi solus occupat vel tollit, & hæc est magna differētia, hîc et-

hîc etenim ſolus facit, ibi verò alteri facere permittit: vide ad id in auten. vt hîti. iurēt in exordio lit. §. j. coll. jx.

In textu cùm dicitur: Bona eorum occupauerit, &c. Quid ſi ſibi donauerit vel vendiderit, an illa iure retinere poſſit? Quidā dicunt, quòd ſic, per §. per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſione. nihil enim conuenientiùs eſt naturali æquitati, quàm voluntatem domini volenti rem ſuam in alium trasferre, ratam habere? R. tamen, quomodocumque tutor à pupillo bona acquirit, vel illius cuius eſt tutor, in dolum ſit pupilli; & ita occupare bona pupilli iniuſtè dicitur, contra iuris enim diſpoſitionem facit. Sed quidquid non iure fit, iniuſtè fit, ſiue illud ſolus faciat, ſiue alter nomine ipſius: vt in autent. vt hi qui oblig. §. quòd ſi quis. col. vj. Dicere quis poſſit, reſponſionē hanc eſſe minus validam, nam paragraphus ille dūtaxat diſponit de pueris minorennibus, & nō de mulieribus quæ annos perfectos habent? R. quòd etſi quidem paragraphus allegatus ita ſe habeat, principium tamen & paragraphus primus eiuſdem tituli diſponit de adultis, annoſque habentibus, qui ſub tutela ſunt alicuius: vt in auten. eod. tit. §. j. coll, vj.

Vel ſi maritus vxori loco donationis propter nuptias recompenſationem fecerit, &c. Sic ſcilicet, quòd ipſa dotalitium ſeu vitę prouiſionem in aliquibus bonis reformatam dimitat; maritus verò in alia hæreditate recompenſam, hoc eſt aliam reformatiōem facere velit: vide ad id C. de compenſa. & C. ad Veleian. l. iubemus. & in autent. vt immobil. ante nupt. coll. v. *d* Vnde & periculoſum eſt bona huiuſmodi in dotalitium aſſignata emere, quàmuis tutor vel maritus recompenſam faciat, emptor ſiquidem tutus non erit cum bonis illis. recuperare etenim bona huiuſmodi iure

d Bona in dotalitium aſſignata emere periculoſū eſt.

di iure poſſunt, etiamſi emptori promiſerint. dato etiam, quòd recompenſa, hoc eſt reformatio huic ſimilis per maritum facta probari poſſit, niſi forſan de non agendo vel repetendo iurauerint: vt in auten. vt immobil. ante nupt. do. §. j. coll. v. & in auten. vt nulli iudic. licc. habe. §. & illud coll. jx. & extra de iureiuran. c. licet. libr. vj. Perſimiſe etiam intelligi debet de illis, quibus bona aliqua conferuntur, vt exinde obſequium aliquod præſtent; vel pecunia aliqua datur, vt emolumentum aliquod ſit: illi verò profugos ſe faciunt, in recompenſamq; illius donationis, vel pecuniam collatam reſtituunt, vel pro obſequio, ratione bonorū acceptorum obligato, recompenſam faciunt. Vnde circa id ſciendum, *e* ſi vnus profugum ſe declarans, bona ſua cuiquam dimiſerit, vel ea alienauerit, pro non facto reputatur, quinimmò bona huiuſmodi per creditores repeti poſſūt in debito, ſi ille profugus ſit: de hoc vide ff. quæ in fraudem creditorum. & C. eod. tit. per totum.

e Bona in fraudem creditorum alienari minimè poſſunt, alias repetuntur.

Articulus XLV.

a Vide infrà lib. vj. ar. xiv.

LICET maritus vxori ſuæ, quātùm ad progeniem, non ſit æqualis, ratione tamen cōſumnati matrimonij, eius tutor eſt, a & efficitur ſibi æqualis. b Moriente autem viro, mulier ab eius abſoluitur iure, & primum ſtatum, quem ante copulationem viri habuit, recuperabit, innatumque ius acquiret; & ideo non mari-

b Concordat l. mariti. C. de procura. & item l. duce. C. de ſer. vend. & an autem appellatione vxoris etiā intelligatur ſponſa, quæ per verba de præſenti contraxit matrimoniū, ſed nondū eſt traducta in domum mariti, vide Ange. in §. fuerat. inſtit. de act. in xv. & xvi. colla.

ti eius, sed ei in progenie æquālis & proximior agnatus ex parte gladij, tutor eius erit: exindeque mulier nulla bona sine viri consensu, donandi, vendendi, neq; resignandi habet potestatē, & hoc propterea, quia ipse ea cum vxore noscitur possidere. Virgines tamen & viduæ proprietates suas sine tutoris auctoritate vendere possunt, [c] si tutor hęres earum non fuerit.

c Alij textus habent: nisi tutor vt hæres ad illa pertineat.

GLOSSA.

Licet maritus, &c. Pro concordātijs istius text. vide ff. ad munic. l. filij. §. ij. & l. vlti. ff. de iudicijs. l. exigere. ff. de senat. l. fœminæ. C. de nupt. l. cùm te. & C. de digni l. mulieres. lib. xij. & C. de inco. l. fin. Et hoc scias, quòd vxor etiam non dotata debet ali à viro, & in domo viri si vir viuit, dùm tamen operetur viro. Sed mortuo viro, debet ali extra domum viri, si malè tractaretur in domo. Et intra annum restitutionis dotis, mulier debet ali ab hæredibus viri, de fructibus suæ dotis: de hoc in Spec. tit. qui fil. sunt legit. & ibi per Bald. in additi. Et extenditur priuilegium vxori concessum etiam ad sponsam, sicut priuilegiū concessum monachis extēditur ad regulares, & concessum religiosis ad Episcopos: de sent. excom. c. canonica. in glos. extendendum: vide etiam supra eod. lib. circa arti. xij. & art. xx. & circa ar. xxxiij. Nota etiam, [d] quòd quidquid acquirit vxor de operibus suis, acquirit marito suo, sicut liber homo bona fide possessus: secundùm Innoc. de test. cùm in officijs. Dicit tamen Bart. quòd si vxor gerit in animo acquirendi sibiipsi, tunc non acquirit marito, quia acquisitiones iuris gentium sunt & fundātur in consensu: ff. de donat. l. qui mihi. & C. de donatio. inter virū & vxor. l. si filij tui. Maritus autē tanquam tutor & coniuncta persona proponit actiones pro vxore: vt in l. maritus. C. de procurator. Quàmuis tutores vel curatores, in causa pupilli vel adulti procuratores non faciunt, nisi lite à se contestata: vt in l. neque. C. eo. [e] Et licet coniuncta persona non cogitur mandatum allegare, debet tamen cauere: C. eod. l. exigendi. Et licet iure Lombardo. vxor trāsit in potestatem viri, secùs tamen de iure Romano. vt nota. C. de condit. inser. l. si vxor. & notat. Instit. ad Tertyl. §. postea. nisi quoad debitum carnis: vt ibi. Secundùm leges verò vidua retinet domicilium, honorem & dignitatem defuncti sui mariti, donec & quousque alteri nupserit: vt ff. de municip. l. filij. §. vidua. C. de nupt. l. cùm te. ff. de senato. l. fœminæ. & notatur in c. ex parte. ad fin. vlti. glos. de for. comp. & sic etiam intellige hic glossam ordinariam.

d Vxor quidquid acquirit de operibus suis, marito acquirere dicitur.

e Coniuncta persona, vt est maritus cum vxore, mandatum allegare nō cogitur, debet tamen cauere.

GLOSSA.

Superiùs in articulo xxiij. habitū est de tutela agnatorum: de qua etiam vide Instit. de legit. agna. tute. §. j. Dictum præterea est supra artic. xlj. §. iij. de tutore per iudiciū dato: de quo etiam vide C. de in litē dando tutor. vel curat. l. iij. hic in presenti articulo habetur de tertia tutela, quæ fit per voluntariam electionem; & hæc est mariti erga vxorem. Vnde notandū circa id, quòd tutoria mariti differt ab alijs tutorijs, vel tutoribus datiuis quadrifariam. [f] Primò, quia nō necessariò indiget satisdatione vel as-

f Tutoria maritis per respectum ad vxorem differt ab alijs tutorijs quadrifariā. concordat iure Munic. ar. xxvi. glos.

vel assecuratione bonorum, quorum est tutor, sicut alij tutores facere coguntur: vt supra art. xxiij. §. iij. Insti. de satisda. tuto. vel curato. §. ne tamen. Secundò, quòd rationem facere non tenetur, quēadmodum illi coguntur: vt supra art. xxiij. in auten. vt hi qui oblig. §. si verò. coll. vj. Tertiò, quòd alienari non potest, quemadmodū alijs contingit: vt supra art. xlj. Instit. de suspect. tutor. §. nouissimè. Quartò, nō necessariò venit, quòd sit paris conditionis, quemadmodum alios esse oportet: vt supra artic. xxiij.

g Paris conditiōis esse intelligitur quadrifariam: vide infrà lib. iij. art. lxxxij. glossa.

Notandum præterea, *g* quòd paris conditionis esse intelligitur trifariā. Vno modo, ex parte progenici seu genealogiæ: vt Instit. de legit. agna. tut. §. sunt autem. Secundo, ex parte nobilitatis, ex qua cognatio oritur: in auten. vt ab illustribus. §. quæcumque. coll. v. & de his duobus tāgitur hic in textu: nam maritus ista habere non tenetur ad hoc, quòd tutor sit vxoris. Tertio, paris conditionis esse fit, cùm vterque sit liber; nam à contrario sensu illos dicimus non esse paris conditionis, cùm vnus est liber & alter seruus. ille etenim qui seruus est, non est æqualis illi qui est liber. vt Instit. de iure person. §. summa itaq;, & istud præsupponitur in matrimonio, *h* quia nullū matrimonium esse potest inter liberum & seruum secundùm leges: vt C. de incest. nup. l. cùm ancillis. Secundùm canones tamen matrimonium valet, si sciuit eum seruum fuisse: vt xxjx. q. ij. si fœmina.

h Inter liberum & seruū matrimoniū nullū esse potest.

g Moriente autem viro, &c. Vxor siquidem iura nanciscitur viri, quamdiu ipse vixerit, & non vltra: vt in auten. de consul. coll. iiij. C. de nupt. l. cùm te. ff. ad municip. l. filij §. ij. ff. de senat. l. fœminæ. C. de dignit. l. xij. per totum. in auten. de nupt. §. attamen. col. iij.

i Tutelæ mariti respectu vxoris, cū alijs tutelis conuenientia triplex.

Considerādum insuper, *i* quòd tutelæ mariti cum alijs tutelis cōconuenientia inuenitur triplex, seu vt alij volunt, tutelę mariti triplex effectus. Primò, quia mulier sine voluntate viri nihil facere potest, & hoc tangitur in textu ibi: & exinde mulier. Secundò, quòd vxor marito de bonis suis nihil dare potest: vt supra art. xxxj. & Iure Munic. art. xxvj. gloss. in auten. vt hi qui oblig. §. quòd si quis. coll. vj. Tertiò, quòd nec alteri alienare poterit: vt Instit. quib. alien. licet vel non. §. j.

Et ideo non mariti eius, sed in progenie, progenie proximior agnatus, tutor eius erit, &c. Dubium circa id exoriri possit. quandoquidem superiùs in articulo xxiij. §. vlt. habetur: quòd tutor filij minorennis etiam tutor viduæ esse debet; hic verò in articulo præsenti dicit: quòd nō mariti eius, sed proximior agnatus esse debeat; & ita vnum contrariari videtur alteri? Rę. quòd nulla est in eo contrarietas. superiùs etenim in articulo allegato intelligi debet de mulieribus pueros habētibus; vnde tutores puerorum etiam viduæ, vt sic tutores erunt, quoad alium superduxerit maritum. hic verò in articulo præsenti loquitur de mulieribus, quæ nullos habent pueros; vt sic etenim tutor ipsius erit proximior agnatus, & non eius mariti. huiusmodi etiam tutores superintendere debent, ne maritus dotalitium, seu vitæ prouisionem alienet: vt Instit. quib. alien. licet vel non. §. j. in autent. vt immob. ante nupt. dona. coll. v. nam alienatio huiusmodi nullum robur habet, etiamsi consentiat: vt C. ad Velleian. l. iubemus. in autent. vt nulli iudic. licc. habe. §. illud. col. jx. ff. de donat. inter vir. & vxorē. l. j. *g* Virgines & viduæ, &c. Hoc fit ex eo, quia tutores non participant cum ipsis in lucro vel damno: vt in auten. vt licc. matr. & auiæ. §. si autem vir. coll. viij.

Articulus XLVI.

FOEminæ & mulieres [a] tutores habere debent [b] in qualibet actione, ex eo, quòd iudiciaria poteſtas [c] in teſtimonio eas nō poterit ſuperare: [d] Vbi verò iuramentum ab eis fieri debere decernetur, non tutor, ſed perſona iuret principalis. Veri etiam tutores earum, varendam ſeu cautionē pro eis promittere debēt, & eandem, ſi neceſſe fuerit, recipere, & promiſſam adimplere.

a Textus Germanicus habet, virgines & mulieres.

b Contrariū vide ſupra eo. circa art. xli. & artic. xlvij. lib. v. ar. lxxij. libr. vj. artic. xxx. vbi aliter de iure Canonico ſentitur.

c Iſtud receſſit à praxi modernorum. hodie etenim mulierē oportet ad querelā tutorem eligere, & eum per iudicem confirmare: & ita per illum confirmatum tutorem acta præcedentia per non confirmatum tutorem agitata, confirmat & ratificat.

d Intelligo, quòd quamuis mulier ſolaper ſe iurare cogitur, hoc tamē non contigit, niſi tutor eius per negatiuā litem cōteſtationis ſit, & ad conſcientiam mulieris iuramētum delatum fuerit, et ita practicatur.

e Mulier ſine tutore agere non poteſt. Primò, ſi maritum habet. quia ille eam intercedere debet. Secundo, ſi datus eſt ei tutor iudicialiter, ille etenim eā intercedit. Item, puella, mulieres non maritatæ, etiā tutores habere cogūntur, qa vinci teſtimonio non poſſūt: feud. c. ivi.

f Veri tutores qui dicātur?

g Mulieres in actionibus ſuis neceſſariò habēt tutores ex triplici cauſſa.

GLOSSA.

Fœminæ & mulieres tutores, id eſt, aduocatos habere debent; & hoc pertinet ad officium iudicis: vt ff. de officio proconſul. l. nec quidquam. §. aduocatos. vbi innuitur, quòd iudex debet prouidere de aduocato fœminis, pupillis, debilibus, & his qui ſuæ mentis non ſunt, aliquo ex eis petente, vel etiā nō petente; & qui per aduerſariorū potentiam aduocatum habere non poſſunt: vide etiam infrà eod. lib. circa articulum lx.

GLOSSA.

Fœminæ & mulieres, &c. Si verò mulier fuerit pars reſpondens, [e] & agitur contra ipſam, occaſione bonorum, nullumque habeat tutorem, cogitur in inſtanti coram iudicio tutorem ſibi eligere, aliàs cadet in actione. Si verò legitimū & verum habeat tutorem, qui tamen protunc abſens à domo ſit, induciæ ſibi dandæ erunt quatuordecim dies ad ſtatuendum eundē. [g] Veri etiam tutores, &c. [f] Vndè tutores veri dicuntur & ſunt, vir reſpectu mulieris, & item propinquior agnatus, qui paris conditionis ſit, & iſti guarendam præſtare tenentur pro ſuis pupillis; ſecus eſt de illis tutoribus, qui per iudicium dantur: vt infrà articulus ſequens. Sciendum circa id, [g] quòd mulieres in actionibus earum neceſſariò habent tutores ex triplici cauſſa. Primò, quia teſtimonio vinci non poſſunt: vt hic in textu. Secūdò, quia promittere non poſſunt, nec ex eorum reſponſiua aliquid pati, vel etiam quia iura ſcire non tenētur: vt C. de iur. & fact. igno. l. ne paſſim. Tertiò, vt non neceſſariò veniant monendæ pro iudicato, & ita in eo honorantur, honoriqúe eorum prouiditur. vnuſquiuis enim mauult virum pro aliqua re monere, quàm mulierem; & etiam citius teſtimonio conuincuntur viri quàm mulieres. Præterea præcauetur in eo indemnitati mulierum ex eo, quia à damno ſe præcuſtodire neſciūt: vt in auten. vt liti. iurēt. §. ſi verò mulier. col. ix. In textu cùm dicitur: & promiſsā adimplere, &c. hoc intelligi debet de veris tutoribus: vt C. de procuratoribus. l. cùm rem. & C. de eo qui pro tuto. vel cura. negotia geſſit. l. j.

Articulus XLVII.

TVtor iudicialis, vel ex parte iudicij datus pro mulieribus & fœminis, quibus tutor aſcitus eſt, varendam ſeu cautionē recipere & promittere

tere, interrogantiq́ue iudici facti veritatem enarrare debet, & nihil amplius pro ſtipulatione prædicta ſuſtinere, quia expirato iudicio eius tutela expirat. In omnibus iudicialibus terminis licebit iudici, perſonis huiuſmodi alium dare tutorem, cùm verum nō habeant defenſorem.

GLOSSA.

Tutor iudicialis, &c. De huiuſmodi tutoribus vel curatoribus, vide plenè per Guil. in Spec. tit. de tuto. & tit. de cura. per totū. In quibuſlibet, &c. Curator tamen ſimpliciter ad litem datus, intelligitur datus ad omnes lites: vt in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tut. Et ſecūdum ius commune in eadem cauſſa dato vno curatore, non poteſt dari alius: vt ff. cod. l. cùm ſemel. Item & municeps detur tutor municipi, & ſic aliàs ciui. ſecùs ergo, ſi non eſſet ciuis: vt ff. cad. l. &c.

GLOSSA.

Antehac dictum eſt de tutoribus, qui pupillum ab omni periculo & damno tueri debent, damnaq́; ex negligentia commiſſa reſarcire. hìc tandem agit de tutore iudicialiter dato, qui nullum ex tutela ſuſtinet damnum: vt C. de in lit. dand. tutor. vel curat. l. ad protegendum. Et eſt mirabile quid, quòd is qui cautionem promittit, eam adimplere non teneatur. Tu tamen reſponde, quòd tutor huiuſmodi nō aliter ſe habet, niſi quemadmodū procurator. *a* procurator etenim verba alicuius faciens, nullum ſuſtinet damnum; ſic & tutor huiuſmodi, cuius etiam auctoritas ceſſat ceſſante iudicio: vt C. eod. tit. l. ſiue ex teſtamento.

a Procurator verba alicuius faciens, nullū ſuſtinet damnum.

In omnibus iudicialibus terminis, &c. Intellige, ſi verum non habet tutorem: vt C. in quib. cauſſ. tutor. habe. l. licet.

Notandum circa id, *b* quòd tutor per iudicem dari poteſt etiam illi, qui priùs tutorem habeat ex ſex cauſſis. Prima, ſi tutor cum pupillo aliquid iudicialiter ad agendum habeat, ſicut cùm maritus facit vxori aliquā reformatiōem recōpenſę dotalitionalis: vt ſupra ar. xliij. Secunda, ſi abſens ſit tutor, vtpoté quia in ſeruitio domini, vel bellica expeditiōe immoretur, interimq; pupillus impetatur. Tertia, ſi vnus excuſauerit ſe à tutela, dato etiā, quòd plures ſint, qui ſe non excuſauerint; in locū ergo illius, qui ſe excuſauit, eligitur alter in tutorē; faciliùs enim tutela adminiſtratur à pluribus quàm ab vno. Quarta, ſi bona ſint in diuerſis partibus, quæ per vnum difficilè adminiſtrari poſſint. Quinta, ſi proſcriptus fuerit, vel ex ſuſpicione interdicta ſit vni tutela: vt ſupra art. xlj. Sexta, ſi bona pupilli multiplicantur, ita quòd difficilè per vnum prouideri poſſint: vide ad hāc materiā Inſti. qui. teſt. tut. dar. poſ. §. ad certum. ff. de acti. & oblig. l. obligationes. C. in quib. caſib. haben. tuto. dari tutor poteſt. l. j. ij. iij. penult. & vltima. ff. de tutelis. l. ſi quis tutorem. ff. de excuſ. tutor. l. propter litem. §. vltim.

b Tutor dari poteſt priùs habenti tutorem ex ſex cauſſis: concordat ſtatut. Munic. artic. xxvi.

Articulus XLVIII.

OMnes illegitimi & capite diminuti, neque in ſuis actionibus, neque in eorum duellis tutores habere poſſunt: Mutilati ſine tutore ſe defendere

dere debent,& etiam actiones instaurare, nisi in actione parti duellum inferatur, tunc eorum tutor sit quilibet eius in progenie similis agnatus. [a] Si corpore viciatus non poterit suum verum habere tutorem,cùm ei actio duelli indicetur, & hoc iuramento suo affirmauerit, extūc quicumq; hoc propropter eum, vel nomine ipsius facere voluerit, eidem conceditur,vel pugilem, quem saltem suis poterit ad hoc nummis comparare,habeat, dato quòd eius tutor verus ibi præsens sit cōstitutus. [b] Si verò per pugilem se defendere voluerit, pars aduersa æquo modo ipsum per pugilē poterit impugnare, [c] licèt ei personaliter duellum primo indicebat, nec per hoc iuri derogabit suo. Simili etiam modo defenditur mortuus, si ei duellia verba apponantur, & eum impetere quis de commissis velit. Cum certatore potest se qs defendere,vt præmissum est. [d] Eo autem modo homo in suo iure minimè potest impugnari, qui est bonę famæ.

a Alij textus addunt: qui id facere voluerit.

b Iur. Muni. ar. lxxxij.

c Alij textus habent: quāuis in principio causſa de pugile nullam fecerat mentionem.

d Alij textus habent: cum pugile verò nō potest quis hominē bonæ famæ in suo iure conuincere.

GLOSSA.

Superioribus declaratum est perlongùm de tutoribus, & qui tutores habere possunt, si voluerint. & item, qui necessariò tutores habere debent,articulus præsens disponit de his, qui in actionibus tutores non possunt habere suis, cùm dicit: Omnes illegitimi & capite diminuti, &c. Ratio autem istius est, quia si tutores habere possent, ipsi essent meliores in iure, quàm eorum principales, quod fieri non debet. [e] nullus enim admittitur habere meliores & potentiores ac digniores tutores, quàm ipse est; sed nec causſam potentiori subdelegare, quàm solus sit, quia id esset nociuum parti aduersæ: vt C. ne liceat potentioribus. l. si cuiuscūque. immò qui id facit, actionemque potentiori [f] ratiōe officij cedit,perdit actionem illam,& cessio non habet effectum.

e Nullus admittitur potētiores habere defensores.

f Actionem potentiori cedens, perdit causſam.

Et capite diminuti: de his vide supra arti. xxxvij. xxxviij. & ff. de his qui notan. infam. l. iij. Mutilati sine tutore, &c. hoc est ille,qui mutilatus est, tutorem habere non tenetur in actionibus suis,sicut cōtingit mulieribus, quæ absque tutore nihil agere possunt.

Si corpore viciatus: &c. Paragraphus iste contrariari videtur supra art. xv. & xviij. & legibus ibidē allegatis, vbi dicebatur: quòd quidquid corporaliter commonstrari poterit, iuramento se pro eo expurgari non potest; hîc verò dicit: quòd iuramento facto occasione illius, quòd tutorem habere non potest, pugilem pecunijs comparare ei admittitur, licèt tutor eius verus ibi præsens sit. R. Quod cùm in textu articuli præsentis dicitur: dato, quòd eius tutor verus ibi præsens sit, intelligitur de tutore bonorum, & non de tutore duelli. fieri enim potest, quòd aliquis bonorum tutorem habere potest,

qui ta-

qui tamen non est, nec esse vult tutor duelli; & ita vnum non contrariatur alteri, sępiùs etenim sub tutoris nomine tutor bonorum intelligitur: vt C. de procur. l. neq;.

g Tutor multis accipitur modis.

g Quandoque tutor accipitur pro illo, qui bona communitatis administrat: vt C. de Episc. audien. l. iubemus. Aliquando etiam pro pro procuratore accipitur: vt C. de auctor. tuto. per totum. fore etiam posset, quòd ibidem præsens sit, sed propter senium eundem defendere minimè posset.

Simili modo defenditur mortuus, &c. Istud ius iam ex vsu venit, & ita abrogatum; quodcumque etenim ius ex consuetudine venit, huic derogatur: vt iij. q. vj. c. leges. & in prohem. Instit. §. igitur post libros. *b* immò & iure Canonico abrogatum est ius illud: vt extra de purgatione vulgari per totum, licèt Saxonibus in certis casibus admittatur: vt supra art. xxxix.

b Duellum abrogatū est, fallit in certis casibus: vt supra artic. xxxix.

Cum certatore potest se aliquis defendere. &c. Ex isto paragrapho doctrina datur, quo pacto, & contra quem se vnus per pugilem defendere possit. Corpore etenim viciatus contra sanum, qui eum alloquitur, & aliter innocentiam cōmonstrare nō potest suam, per pugilem sese defendet: vt ff. de re. iudic. & effect. sen. l. commodis. præterea conta illos, qui ius sunm furto vel præda infregerūt, per pugilem decertatur: vt supra artic. xxxix. ff. ad le. Iuli. maiest. l. is qui in reatu. Sciendum tamen circa id, quod articuli, qui occasionem duelli vel pugilationis disponunt quidquam perampliùs, nullius sunt vtilitatis. id enim quod prius per duellum probabatur, *i* & duellum alicui quis indicebat, nunc septem testibus conuincitur: vt infrà cod. arti. lxiij. gloss. Vndè etsi quidem Saxonibus duellum admissum est, non tamē in omnibus casibus id eis facere licuit, sicut nec pro omni damno corpus & bona vnus perdere debet: vt ff. de bonis damna. l. cùm ratio. & ff. de dona. l. post contractum. & in auten. de mandat. princip. §. oportet. coll. iij. & C. de pœnis l. sancimus.

i Duellum hodie ad probationem septem testium venit.

Articulus XLIX.

VVlneratus, si suum plagiarium, vel qui eum vulnerauit, per duellum cōuincere velit, propter debilitatēq; corporis protunc duellum perducere ad effectum non poterit, nec habet qui pro eo id aggredi velit; *a* Iudex dabit ei inducias seu terminum assignet, quoad id perficere possit.

a Hoc ius Saxonum est extra ius commune, vbi actor tenetur mittere procuratorem, qui impedimentum legale declaret: vt ne cogatur per dilationes l. prima ff. de diuer. et temp. pra.

GLOSSA.

DVELLA & pugillationes obtinuerant Saxones *b* ex eo, quia militares erant, quòdque nō omnia ad iuramenta admittere cogerentur, duellum eis pro iure confirmatum est, in casibusque huiusmodi trahebant se ad priuilegiū præsens, ex singulari prærogatiua eis concessum; *c* nec enim diceretur priuilegium, nisi aliquid speciale contineat in se, sed nec debet Saxonibus prohiberi duellum, cùm nec ipsi demeruerunt in aliquo, vt eis infringatur.

b Concordat Iur. Mun. i. art. xxj. & xxxv. & ita, artic. lxxxvij. gloss.

c Priuilegium non esset, nisi aliquid speciale in se contineat.

Notandum circa id, quòd quatuordecim modis euenire potest quòd priuilegium reijcitur. Primo, si in aliquo suspecto loco viciatū sit, vel falsi characteres apositi sint sensum immutantes: vt extra de crimi. falsi. c. licet. Secundo, si in sigillo falsificatum quid sit: vt extra de fide instrumentorū. c. inter

d d Priuilegia reijciuntur ex certis causis.

dilectos. Tertio si refert se ad prius priuilegiũ, & illud priùs non habetur; extunc istud posterius quod se ad primum refert, nihil valet, quia nouum priuilegium nullum ius tribuit priori, sed duntaxat cõfirmat illud: vt ff. de re. iu. l. cùm principalis. & extra de confirmat. vti. per totum. Quarto, si nihil speciale habet, quod cõmuni præiudicaret, sicut est in proposito; quia hic est speciale quid communi præiudicans. priuilegiũ etenim est lex priuata, & ita vt aliquid specialis habeat necesse est: vt extra de verbo. signif. c. Abbati. & xxv. q. j. c. ideò permittente. & xij. q. j. c. quia. Quinto, si dolo malo illud acquisiuit: vt extra de rescrip. c. sedes. Sexto, si sit contra communem vtilitatem: vt in autentic. in medio litis. §. j. coll. viij. Septimo, si interposita conditione datur: vt extra de condi. apposit. c. verùm cùm alicui Ecclesiæ, & in gloss. Octauo, si ad definitum tempus datur, tempusque illud expirauit: vt xxxv. q. iij. c. quædam. & §. quod scripsi. Nono, si est datum contra ius alterius, vel in præiudicium alterius iuris: vt extra de decimis. c. suggestum. & c. dilecti filij, extra de verbo. signific. c. quid per nouale. & xxv. q. ij. c. vlt. Tùm etiam amittitur priuilegium, si abutitur eo ad decẽnium: vt ff. de iudic. l. j. Decimo, si priuilegium illud sit, quo vnus liber esse velit à iure prouinciali, vel à iure ciuili, cui subest: vt C. de decurionibus. l. vacuatis. l. exemplo. l. curiales. & l. omnes qui. C. de ca. fru. l. ij. & in autent. vt omn. obedi. iudic. §. hanc. coll. v. Vndecimo, si inchoata iam causa priuilegium sit impetratum, ita quòd sit inhibitorium causæ iam inceptæ: vt extra de testi. c. causam quæ de priuilegijs. c. dudum. & extra vt lite pendent. c. j. & vlt. xij. q. j. c. penult. & vlt. C. vt lit. pendent. l. j. Duodecimo, si contra commune priuilegium speciale sit impetratum: vt extra de rescript. c. sicut Romana. & eod. titu. c. pastoralis. & c. ex parte. & extra eod. tit. c. gratiam. libr. vj. Tredecimo, si ille cui priuilegium dedit in contrarium illius iudicat scienter vel ignoranter: vt c. suborta. in fine. extra de sen. & re. iudic. vel si illo derogauit; & hoc intellige tempore, quo id facere potuit: vt C. de Iud. l. iussio. & c. suggestum. de decimis. ff. de adimen. lega. per totũ. Quatuordecimo si priuilegiati libertati per priuilegium concessæ, verbo vel facto, occultè, vel apertè renunciarunt: vt C. de pactis. l. si quis. ff. de acquirend. vel omitten. hæred. l. recusari. vel alio quouis modo contra illud facit, aut gratiæ huiusmodi derogat: vt ff. de lega. l. cùm pater. & ff. de minoribus. l. auxilium. extra de præbend. c. pro illorum. de consti. c. cùm accessissent, de priuile. c. si de terra. & xj. q. iij. c. priuilegium. & lxxiiij. dist. c. vbi.

Articulus L.

OCcidens aut vulnerãs aliquem [a] eundemque occisum aut vulneratum si iudicio præsẽtauerit, volens eum violatorem comprobare: si in probatione defecerit, ibidem deprẽhendetur, & in culpa, quam vulnerato aut occiso imposuit, permanebit; [b] licèt etiam ille occisus sit homo illegitimus, aut ioculator, dũmodò raptoribus, aut furibus non comparatur, id est,

[a] *Vide infra art. lxxiij. & lxxx. Ja. Menoch. ar. xxxviij. §. ij.*

[b] *Ja. Men. art. cxxix.*

est, quòd non sit prædo, vel latro, vt illorū exemplo debeat per pugilē conuinci.

GLOSSA.

Occidens aut vulnerans aliquem, &c. Concordat ad id ff. de re iudi. l. iij. Notandum tamen circa id, quòd quatuor inueniūtur causæ, cùm vnus *c* alium impune occidere potest. Prima est causa necessitatis, defendendo sese: vt infrà art. xiiij. lib. ij. & item libr. iij. ar. lxxviij. C. ad l. Corne. de sicca. l. is qui aggressorem. & l. si quis. Secunda, cùm quis adulterum apud vxorem inuenit: vt ff. ad leg. Iuli, de adult. l. marito. Tertia, si quid suspicatur contra aliquem de vxore, eique interdicat colloquia vxoris suæ, ille verò desistere non vult; præuentus in aliquo loco suspecto, impune occiditur: vt supra circa ar. xxxvij. & in auten. vt licc. ma. & auiæ. §. his quoq; . coll. viij. *d* Quarta, cùm quis noctu cōprehendit aliquem ei nocere volentē: vt C. quan. lic. vni. vindic. se sine iu. l. liberam. & l. opprimendorum. & in lib. feud. de pac. tenen. §. si quis hominem. *g* Licèt etiam sit homo illegitimus, &c. Isti siquidem nullum iure accusare possunt, in ipsis tamen vnus deliquit; nam etsi infames sint, non sunt tamen latrones nec fures, quòd impune interfici possint; hoc idem intellige de fistulatoribus, & alijs instrumenta tangentibus, tùm etiam ioculatoribus, lusoribus, incantatoribus, seu maleficis; eos etenim interficere non licet: vt C. de maleficis, & mathematicis. l. nemo. & l. quicumque.

c Causæ quatuor, cùm vnus alium impune occidere potest.

d Vide infra lib. ij. art xiij. Iure Munici. arti. xxxvij.

Articulus LI.

PLures sunt noxij, hoc est absque iure, [a] qui non sunt à matrimonio contrahendo interdicti, quia noxij, id est, iure priuati contrahere possunt, & pueros eis æquales procreare; qui etiam pueri parentum suorum in hæreditate erunt successores, si ab eis non discrepēt seruitute. [b] Legitimus vel legitima illegitimo nō succedit. Dicitur etiam secūdùm iura antiqua, quòd proles suis matribus illegitima non existit, id est, puer spurius esse non potest suæ matris, quod falsum est. Mulier enim potest legitimam & illegitimam, mancipium & liberam prolem procreare, vt puta si est ancilla, potest manumitti. Si fornicaria potest contrahere, & in quolibet statu prolē propagare. [c] Si quis in quatuor suis generationibus, hoc est, ex duobus auis, & duab. auijs, ac patre, & matre, indiffamati iuris est, illum in iure suo nemo infamare potest, si non solus ei personaliter priùs derogauit. Si quis bannitus alij sibi æquali duellum obiecerit, suas quatuor indi-

a Iure Mu. arti. xiij. gloss.

b Vide supra ar. xxvij. gloss. et ar. xxxvij. Iure Mu. ar. lxx. gloss. infra li. ij. ar. lxxv.

c Concordat Iure Munici. artic. iij.

get scire generationes, [d] locumque sui banniti, & cum nominet, alias sibi alter poterit duellum de iure denegare. Si quis alterum duelli faciendi gratia inuaserit, apparueritque hoc iure fieri non debere, occupātem cum emenda competēti relinquere necessarium est.

[d] *Vide infrà lib. iij. artic. xxix. Iure Munic. artic. xxxvij.*

GLOSSA.

Legitimus vel legitima illegitimo non succedunt, &c. Scias tamen [e] quòd illegitimus non excluditur [f] nec repellitur secundùm ius cōmune à dignitatibus & honoribus sæcularium: per l. iij. §. spurios. ff. de decuri. & de fili. præsbyt. c. j. & vj. in gloss. penult. Et illegitimus ad actus spirituales legitimatus, intelligitur etiam legitimatus quòad actus sæculares indirectè, per quandam consequentiam: vt in c. per venerabilem, qui fil. sunt legit. & de donat. inter vir. & mulierem, & de dotis post diuor. restitu. c. de prudentia. Quod supra dicitur de illegitimo, quòd videlicet habere dignitatem possit intelligē, in defectu aliorum, alias non: vt C. de dignit. l. ij. & ff. de decu. l. generaliter.

Cùm dicitur: Mulier potest legitimam procreare prolem, &c. Et tales filij succedunt parentibus, nam nati ex legitimo matrimonio vero vel putatiuo, siue ab initio, siue ex post facto, succedunt parentibus suis: qui fil. sunt legit. c. cùm inter. & c. lator. & c. ex tenore. & vide infrà lib. iij. art. lxxij. Et quomodo illegitimus non succedat in bonis paternis, sed in maternis: de hoc vide de renun. c. nisi cum pridem in gloss.

[e] *Illegitimus non repellitur ab honoribus.*

[f] *Iur. Mun. art. iij. Vnde de concubina natus dicitur naturalis filius, quia tenetur in domo concubinæ illa loco vxoris. & talis in bonis paternis ab intestato succedit in duabus vncijs paternæ substantiæ, si alij filij nō extant, nec constet de legitima C. de natura. l. 1. In bonis vero maternis succedit cum legitimis filiis. C. ad senatusconsult. Orfic. . si qua. §. vlt. Intellige tamen de muliere cōcubina, quod sine cū legitimis succedunt: nō de illustri matrona, quia si illa intestata decedit, spurius nō succedit cum legitimis etiam in bona materna: vt eadem lex declarat.*

GLOSSA.

Pro intellectu articuli præsentis, tùm & præcedentium, notandum venit: [g] quòd iure priuati, in triplici differentia inueniuntur. Primò dicūntur iure priuati, qui in iudicio testificari nō possunt; vt sunt hi, qui notati sunt infamia: vt ff. de his qui nota. infam. l. j. ff. de testi. l. iij. extra de testi. c. in omni negotio. Sed nec verba alicuius facere aut procurare eis admittitur: vt extra de accusa. c. omnipotens Deus. Vndè circa id sciendū, [h] quòd testi obijciens inhabilitatem, eādem in instanti probare tenetur: vt C. de testi. l. si quis. Secundò, iure priuati dicuntur, quia videlicet priuantur iure in eorum bonis; ita, quòd illa vendere aut alienare non possunt: vt Instit. de capit. diminut. §. maxima. C. de sen. pas. l. cùm patrem. Tertiò, sunt quidam iure priuati in corpore & bonis; in corpore quidē, quia impunè occidi possunt: vt C. quādo lic. vnicui. sine iudice vindi. l. liberam, & in auten. vt liceat mat. & aui. §. his quoq;. coll. viij. Priuatur etiam bonis ita, quòd non hereditat in successores: vt Instit. de hære. quæ ab intesta. defer. per totum. [i] Primi sunt luſores, & alij quàmplurimi: de quibus supra art. xxxviij. in princ. Secundi sunt illi, quorum bona imperatoriæ maiestati confiscantur: vt supra ar. xxxviij. §. ij. Tertij sūt pacis violatores, de quibus infrà lib. ij. in multis articulis, & isti duplices sunt. Quidam per iudicem pronūciantur esse iure priuati; vt sunt proscripti, adulteri: vt supra ar. xxxviij. Quidam verò seipsos iure priuant facto suo; vt sunt illi, qui noctu in domos irruptiones faciunt alienas, vel cum vxoribus aliorum secretò congrediuntur: de quibus supra art. xxxvij. infrà lib. ij. artic. xxxix. & alijs plerisque locis. C.

[g] *Iure priuatus in triplici differētia inueniūtur: vide supra arti. xxxviij. §. ij. Iure Munic. artic. iij.*

[h] *Testi obijciens inhabilitatē, eandē in instāti probare tenetur.*

[i] *De iure priuatis vide.*

quando

quando lic. vni. sine iud. l. opprimendorum. in auten. vt licc. ma. & aui. §. his quoque. col. viij.

k Matrimonio inhabiles, in triplici differentia inueniuntur: concordat Iure Munic. artic. xxj. glosſ.

Matrimonio inhabiles *k* etiam in triplici differentia inueniuntur. Quidam sunt, qui nati sunt ad id inhabiles, *l* vt sunt illegitimi: vt in auten. qui. mod. natu. effi. legi. §. sancitum. col. vj. Secundò, sunt etsi quidem legitimè nati, ad nubendum tamen inepti redduntur, & isti duplices, quia vel renunciarunt matrimonio, vt sunt spirituales, monachi: vt xxvij. q. j. c. virginem. & extra qui cler. vel mona. per totum. Vel quia demeruerũt ex aliqua causſa, quòd nubere nõ possunt, sicut illi, qui cum duabus sororibus, vel cum matre & filia concubuerunt: xxxij. q. vij. quædam. c. si quis. c. qui dormierit. Tertiò matrimonio inhabiles dicuntur illegitimè nati, isti etsi quidem legitimas superducere possũt vxores, vtilitatem tamen iuris non consequuntur, hoc est, quia pueri eius non succedunt: vt hîc in textu, & supra art. xxxviij. §. iiij. C. ad leg. Iul. maiest. l. si quis. & Instit. de capit. diminut. l. quòd autem. Iure priuati contrahere quidem possunt, & liberos procreare, qui eis succedunt, &c. Intellige de iure priuatis, primo modo acceptis: vt sunt lusores, quia aliàs esſet contra art. xxxviij. supra hîc enim admittitur succeſſio, ibi verò denegatur; dato etiam, quòd iuri restituantur, quod & intelligere idem vult de illis, qui contra imperium aliquid deliquerunt, & ita priuantur iure: vt C. de sent. passis & restit. l. cùm patrem.

l Natus de scorto, mansér dicitur, spurius de cõcubina, nothus de aduitero.

m Generatione similem esſe. §. sit. concordat supra art. xxij. & infrà lib. iij. ar. xix. glosſ.

Nisi seruitute discrepẽt, &c. *m* Hîc tangitur quomodo vnus alteri generatione æqualis esſe debet, nihil enim aliud differminat, quòd vnus alteri similis generatione nõ sit, nisi quando vnus est liber, & alter seruus: vt Instit. de iur. perso. §. sũma. Vndè quando liber superducit liberam, proles genita similis generationis parentibus erit, quia libera. itidem etiam, si seruus superducat seruam, proles eorum seruilis conditionis exiſtet.

Legitimus vel legitima, illegitimo non succedit, &c. De his vide C. famil. hercis. l. quotiens. *n* Exinde etiam sequitur, quòd mulieres testificari non possunt: vt extra de verbo. signi. c. forus. sicut nec testimonio conuinci: vt supra artic. xlvj.

n Extra propositũ iste interpositus est §. glosſa.

Dicitur etiam, quòd proles suis matribus illegitima nõ exiſtit, &c. Pro intellectu istius *o* notandum, quòd pueri vel filij duplices sunt, naturales videlicet, & legitimi. Filij naturales, qui extra matrimonium nascuntur, & isti non minus sunt filij parentum, sicut & legitimi. ius tamen statuit, quòd in hæreditate non succedunt; & hoc ex eo Imperatores constituerunt, vt homines ad matrimonia cogerẽt; manent tamen naturales filij ex natura ipsa. ius etenim positiuũ opprimere non potest ius naturale: vt ff. de reg. iur. l. iura. & l. quod attinet. Instit. de legit. agnat. tut. §. sed agnationis. Et quemadmodum illegitimus non succedit legitimo; ita etiã à contrario legitimus illegitimo: vt supra eod. li. ar. xxxviij. *p* Filij autẽ seu pueri legitimi dicuntur, qui ex iustis nuptijs nobis aduenũt vel nascuntur, & isti hæreditatem tollunt, quia duplex ius ad illam habent, naturale videlicet & positiuũ. Sunt enim & naturales & legitimi filij; illi verò primi non nisi naturales dicuntur. *p* Qui autẽ duplex ius ad aliquid habet, propior est ad obtinendum illud, quàm ille, qui duntaxat simplex ius obtinet: vt Instit. de adopti. §. si verò. in auten. de constanguin. & vteri. fratr. per totum col. vj. C. de edict. diui Adriani tollen. l. finali. *q* Quòd autem quidã sint pueri legitimi, & quidam illegitimi, hoc non ex natura, sed legibus Imperatorũ, qui homines ad matrimo-

o Filij duplices sunt legitimi & naturales. Concordat Iure Munic. art. xxj.

p Duplex ius ad aliquid habens, propior est ad obtinendum illud, quam ille, qui duntaxat simplex ius habet

q Illegitimus an succedat legitimo: vide Iure Munic. artic. lix.

trimonia cogere nitebantur, vt supra tactum est, sancitum fuit, aliàs bona ipsorum hærede carerent. Cùm verò diligẽter reuoluere volumus leges & canones, clarè inuenietur, r quòd quandocumq; cõstitutio aliqua est contra ius naturale, Imperatores seu legislatores inuenerunt & statuerunt modum ad opprimendum sub conditione constitutionem huiusmodi, sicut in proposito fit. Quòd etsi quidem iure positiuo illegitimi non succedunt, dantur tamen conditiones contra id, quòd succedere possunt. Notandum itaq;, f quòd tres modi inueniuntur, quando illegitimus efficitur legitimus, & per consequens succedit. Primò, quando redigũtur in potestatem patris, qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea in curiam datur Imperatoris vel præsidis prouinciæ: vt Insti. de nupt. §. aliquando. Secundo, si matrẽ illius post modùm superduxerit. vt in autent. de fili. ante dota. instru. nat. §. peruenit. coll. iij. Tertio, quàmuis matrem non superduxerit, vel quia forsan eius matrimonio digna non fuit; morte tamen illo ablumpto, per principem legitimari potest: vt in auten. quib. mod. natu. effici. legiti. §. liceat. & §. si verò. coll. vj. & hoc intellige, si alij non supersint legitimi: vide etiam ad hanc materiam Instit. de hære. ab intesta. veni. per totum.

Si quis in quatuor suis progenitoribus, &c. Ex isto apparet, dato quòd suus proauus fuisset diffamatus, vel indiffamatus: istud prodesse vel obesse, pronepoti minime poterit; t quia prædecessorũ honor vel scandalum, non nisi in tertiam deriuatur prolem. Quare & textus de auis, & patribus duntaxat mentionem facit.

Si quis bannitus, &c. Vnde bãnitorum ad hæreditatem tollendã ius est, sufficit enim eidem quòd liber sit & legitimè natus, ex quatuor vt supra progenitoribus, nec opus est vltra progredi in declarando progenitores suos: vt infrà lib. iij. art. lxxij. perinde etiam si duellum alteri inferre velit, progenitores, vt textus habet, declarare eum oportet, aliàs duellum sibi denegari poterit: vt infrà lib. eod. artic. lxiij.

Locumque sui banniti eum nominare oportet, &c. u Locus verò huiusmodi dicitur esse iurisdictio illa, vbi natus est sede scabinali dignus, quòdque scabinus ibidem esse possit.

Occupantem cum emenda cõpetenti relinquet, &c. Vide ad id infrà eod. lib. arti. lxiij. lxiiij. lxix. Instit. vi bonor. rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. l. si quis in tantã.

r *Concordat Iure Munic. artic. iij.*

f *Tres modi, quo facto illegitimus efficitur legitimus, & per consequens succedit.*

t *Prædecessorum honor vel scandalũ, nõ nisi in tertiam deriuatur prole. concordat Iure Munic. artic. iij.*

u *Vide infrà libr. iij. artic. xxvi. Iure Munici. artic. xxxiij.*

2 ARTICVLVS REPROBATVS.

Articulus LII.

b *Nota istã hic copulantiam diligenter. sine enim iudicis licẽtia potest vnus proprietatem alienare suã: ex ar. xxxiij. supra eod. lib. & ita vna pars copulatiuæ erit falsa. ergo tota? Respon. quòd articulus allegatus intelligi debet de rebus mobilibus, articulus verò præsens de immobilibus: vt in fine glos. notatur.*

SIne hæredum a consensu, b & legitimo iudiciali termino, nulli seruum aut proprietatem alienare licet. c Illustres tamen & domini sine his, id est, absq; iudicio ministeriales suos cõmutabunt, dummodò persona commutata poterit designari, Donet autem si quis hæc prætacta contra iustitiam sine hæredum consensu, hæres qui fuerit, ipsam proprietatem veris sentẽtijs postulet, & eam quasi donator obijsset, obtinebit, eò quòd alienauit, quod de iure alienare nõ potuit. Omnia mobilia

c *Vide ad hãc materiam supra eod. li. ar. xxi. Iu. Munic. artic xxlvij. & lxi. & lxv.*

vel

vel se mouētia potest quis sine hæredum consensu alienare, d quàmdiu præcinctus gladio & clypeo, suum dextrarium seu equum, sine iuuamine alicuius, ascendere poterit, dùmmodò dextrarius & strepa ei teneatur, pedibusq; eius lapis vel truncus cubitum in altitudine habens supponatur. Cùm id facere nequiuerit, alienandi, conferendi, seu donandi, aut quidquam faciendi, (vt per id hæredibus post mortem suā auferatur) nullā habebit potestatem. Quæ autem iniustè quis subtraxerit, reddere potest, e in quo receptor nō donationem sed restitutionem poterit cōprobare, & iura ab eo in his priùs possessa obtinere. Si quis in sua infirmitate de suis facultatib9 iniustè quidquam impignorauerit vel alienauerit, vxor eius, sed nec familia, pro his incusari debet, eo quòd ipsa vel ipsi, siue iustè siue iniustè, donationi patrifamilias cōtradicere minimè potuerāt. Si quid verò iniustè legatum fuerit, à legatario illud iustè per sententiam repetatur.

d ARTICVLVS REPROBATVS.

e *Alij textus habent. hoc tamen decrepitus potest deinde restituere, quidquid alicui abstulerit iniustè.*

Mulier pro nulla re sui mariti respondebit, f nisi pro his, quæ tempore mortis sui mariti eius custodiæ fuerunt mancipatæ.

f *Alij textus & rectius habent: nisi pro his, quæ tempore mortis mariti sui apud ipsam retinet. f.*

GLOSSA.

Sine hæredum consensu, &c. Iste articulus est erroneus, & per sedē Apostolicam reprobatus; g ideo, quia eleemosinas, & alia pietatis opera excludit; immò & prohibere videtur illa in extremis, quod est iniquum. Et tractatur hîc de donationibus, quarum alia est inter viuos, alia causa mortis: vt Instit. de donat. in princ. & de vtraq; hîc tractatur. De donatiōe autē inter viuos, tractatur supra eo. li. ar. ix. & art. xxxj. & xxxiiij. & infrà libr. iij. ar. iiij. cum similibus. Vndè scias, quòd donare potest inter viuos paterfamilias & dominus rei. ff. de reg. iur. l. cui ius est don. Ergo nō seruus, nō filius familias, nō pupillus: ff. de pact. l. contra. §. j. & ij. & ff. de acquir. re. do. l. pupillus. non monahus vel conuersus, quia proprium non habēt: liiij. dist. c. Abbati. h nec Abbas seruum Ecclesiæ, nec Episcopus, nisi recompensationem faciat: xij. q. ij. Episcopus. Item compos mentis, non furiosus, vel prodigus: ff. de dona. l. Modestinus. ad fin. ff. de curat. furi. l. Iulianus. ff. de verb. oblig. l. is cui. Nec is donare potest, cui alienatio per leges est interdicta; vt quia commisit crimen læsæ maiestatis, vel est hæreticus: vt de hæret. c. vergentis. & c. ad abolendam. & C. ad leg. Iul. maiest. l. vlti. Quòd autem filius familias donare non potest, fallit in quatuor casibus. nam iusta ratione motus causa mortis donare potest. Item, si habet peculiū castrense, vel quasi. Item, si habet liberam administrationem peculij profecticij, & hoc

g *Articulo præsenti contrariari videtur lex xij. tabul. in hac verba: Hæreditates in testamēto iure factæ ratæ sunto. Quam legē Vulpianus de verbo. sign. cōprobat, tradens non tm propriè ab aliquo dici, legeam obuenire hæreditatem, quæ etiam testamento defertur, quia lege xij. tabul. secundum eius sententiam testamentarie hæreditates cō firmantur: sed & testamento Iustiniani, suis & necessarijs heredes instituti nolens vel inuitè sicut ab intestato l. xij. tabul. heredes fiunt. et sic lex hoc casu hæreditates è testamento delatas confirmat. Ita alio etiam loco lex xij. tabul. contrauenire dice-*

ducitur articulo præsenti, in hæc verba: Vel quisq; donaſſet ſua rei, tunc eſto. Supra dictum tamen noſtra ſecundum eſt: tenendum eſt, quod ſequi, ſed priuilegium Saxonum, nam & ius municipale hoc idem ſuadet, quod hæreditates in dotem agrituduis alienare non licet.

b Donationes quomodo valent, & quomodo non? vide per totum.

hoc ipſum ei ſpecialiter conceſsũ ſit. Item, vbi eſt filius Comitis, vel Marchionis, vel ſenatoris; aliter non, quantumcumque magnus ſit, & diſcretus: ff. de dona. l. filius familias. ff. j. §. j. ij. & iij. Poteſt autem cuilibet donari, niſi per leges prohibeatur, ſiue abſens ſit, ſiue præſens, notus, vel ignotus: C. de donat. l. nec ambigi. & ff. eod. tit. l. abſenti: & C. eod. l. in extraneos, etiam meretrici. ff. eod. l. affectionis. niſi ſit miles, qui meretrici dare non poteſt: C. de dona. inter vir. & vxor. l. ſi ancillam. ergo nec clerici, nec aduocati, quia iſti tres æquiparãtur: xxiij q. j. c. militare. extra de ſer. non ordi. c. cò libentiùs. Item donari poteſt patrifamilias, & filiofamilias, dùm tamen extraneo: C. de donat. l. ſiue emancipatus. Donatio tamen inter coniuges non valet, niſi morte confirmetur: C. de donat. inter virum & vxo. l. donationes. Omne verò quod in dominium alterius tranſire poteſt, donatur: ff. eod. l. in ædibus. §. vlt. Et ita res omnis, cuius commertium haberi poteſt, non ergo res ſacra, vel religioſa, vel ſol vel luna: Inſtit. de inutil. ſtipulat. §. j. & ij. Item, res Eccleſiaſtica dari prohibetur: extra de pignor. c. j. Donatio autem quę excedit quingentos aureos, requirit ſcripturam, niſi vbi perſona donat priuato, vel Eccleſię, vel aliàs cauſſa pietatis, vel magiſter militum militibus, vel priuatus priuato, in recuperationem domus, vel donationem propter nuptias: C. eo. l. ſancimus. in auten. vt non fi. pig. §. illud. coll. v. in auten. de non alie. §. ſinimus. col. ij. C. de donat. propter nupt. in multis legibus. vel ſi remittantur vſuræ futuri temporis: ff. eo. l. Modeſtinus. nec donatio cauſſa mortis ſcripturam requirit: C. de donat. cauſſa mortis. l. fin. Quando dictam ſummã excedit donatio, requirit ſcripturã, & quod inſinuetur ſiue publicetur blicetur apud competentem iudicem, adhibitis perſonis publicis. & debet donator ſuam voluntatẽ exprimere, & quantitatem donationis, & hæc omnia debent redigi in ſcriptis: C. de dona. l. in donationibus. vbi verò donatio non excedit quingẽtos aureos, valet ſine ſcriptura: C. eo. l. penul. §. fi. niſi forte aliter ſit conuentũ inter partes: C. de fid. inſtrũ. l. contractus. vel niſi forte fiat à patre in filium emancipatum, vel niſi fiat in coniunctas perſonas: C. de donat. l. ſi quis. & l. ſequenti. Et ſi plures fiunt donationes, quę omnes cumulatè excedũt dictam ſummam, eſt vna donatio: ff. de donat. cauſſa mor. l. ſenatus. §. fin. Si tamen fuerit perſonalis, quia nulla mentio eſt facta de hæredibus, non requiritur ſcriptura, aliàs ſic: vt C. eod. l. ſancimus. §. fin. Perficitur etiã donatio nudis verbis, licèt olim per ſtipulationem tantùm: C. eod. l. ſi quis argentum. Inſtit. eod §. perficiuntur. Conſenſu tamen vtriuſque, ſcilicet donatoris & donatarij interueniente, aliàs nec nuda ratio, nec cauſſa ioci, vel doctrinæ facta pactio conſtitueret debitorem: ff. eod. l. vt ſupra.

Perficitur etiam donatio nedũ inter præſentes, ſed etiam abſentes, per nunciũ vel epiſtolam, cuius breuitas non nocet: ff. eod. l. per interpoſitam. & C. eod. l. nec ambigi. & l. ſi aliquis. & ſufficit ſolus conſenſus: C. eod. l. donatio. Nec refert an donator dicat, do, vel dabo. nam olim per ſtipulationem fiebat, quæ in futurum concipiebatur: ff. de ver. obli. l. ſtipulatio. & l. quotiens. C. de euict. in certis legibus, & ff. de pact. l. j. §. j. & ſecundùm leges ex nudo pacto in hac cauſſa datur actio: vt C. de donat. l. ſi quis argentum. Donator autem tenetur ad traditionem rei quam dare promiſit, vel ad ipſius æſtimationem, ſi rem tradere non poteſt: vt in dict. l. ſi quis argẽtum.

tum. Et nō præſtat euictionem, ſi quid dolo fecit: ff. cod. l. Ariſto. & ff. de ædili. edict. l. ad res donatas, vel ſi ex præterito ita conuenerit: C. de euict. l. ij. vel ſi donatio à promiſſione incipit: C. de iur. do. l. j. vel niſi quis ex neceſſitate donat: de præbe. c. inter cetera. de iure patro. c. paſtoralis. & vij q. j. c. præſentiū. Et hoc verum ratione fraudis vel maliciæ ſi interuenerit: vt in dictis concordan. Ad quid autem teneatur donatarius, & quando donatio poteſt reuocari: vide infrà libr. iij. circa arti. iiij. & lxxxiij.

GLOSSA.

Dictum eſt in gloſſa articuli præcedentis, quòd leges imperiales occultè & aſſutè quodāmodo iuri naturali adminiculo veniunt, vbi ius naturale per leges & conſtitutiones opprimitur. Vndè ſciendū, *a* quòd tria ſunt ex conſtitutione iuris poſitiui, quæ iuri naturali cōtrauenire cernuntur. Primū, quòd homines, qui à natura ſunt liberi; omnes ſiquidem natura parit liberos, conſtitutionibus tamen ſerui efficiuntur: vt Inſtit. de libertinis. §. manumiſſio. & in auten. quib. mo. natu. effici. ſui. §. ſi quis. col. vij. & infrà lib. iij. art. xlij. Imperatores ergo ſubuenire naturali libertati hominum volentes, varias ſanxerunt conſtitutiones, quibus ſerui liberi efficiūtur: vt Inſti. qui. ex cauſ. manum. hic. vel nō. §. iuſtè. & Inſtit. de leg. Fuſi. Cani. tollen. & C. teſtament. manumiſ. l. cùm conſtitutio. & C. de fidei commiſſar. libertatib. l. ſi quis. & l. fin. C. de Lati. liber. toll. l. cùm dedititij. C. de communi ſeruo manumiſſo. l. in communes. vbi habetur, *b* quòd ſeruus, exiſtens multorum dominorum ſeruus, ſi vnus illorū eūdem dimittere vult, alij obtemperare coguntur, viginti ſolidos pro ſeruo accipiēdo; id enim ſerui pretium ſtatutum eſt: vt C. ea. l. §. ne autem. Secundò, quòd iuri naturali per ius poſitiuum contrariatur, eſt quòd quidam homines illegitimi nuncupantur, & ſunt, cùm tamen à natura omnes homines legitimi ſint: vt in auten. qui. mo. natu. effici. ſui. §. ſi quis. col. vij. in remedium itaque ſunt conſtitutiones, quòd illegitimi efficiuntur legitimi: vt Inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defer. §. fin. & in autent. de inceſ. nupt. §. dubitatum. & in autent. de filijs ante inſtrumen. dotal. natis. §. peruenit. col. iij in auten. quib. mo. natu. effici. ſui. §. naturaliū. coll. vij. C. de natur. liber. l. humanitatis. extra qui filij ſunt legitimi. c. tanta. Tertium eſt, quòd de iure communi poſitiuo quilibet vir bona ſua, etiam in lecto ægritudinis, alienare quidem potuit. Et quia exinde ſæpiùs eueniebat, quòd pueros ſuos indigentes relinquebant impij patres: vt in auten. de nupt. §. diſponat. coll. iiij. quod & contra naturalem charitatem fuit, & eſt. quare in contrarium pleræque ſancitæ ſunt leges, quæ diſponūt, vt hæredibus aliquid relinquatur: vt Inſti. de leg. Falci. §. ſupereſt. in auten. de hære. & Falci. §. fiat igitur. col. j. & ff. de inoffi. teſta. l. iij. *l* Saxones verò ius ſpeciale & priuatum habent, quòd cùm quis donare aliquid vult, vt id faciat, tempore quo donationem facere poterit, neceſſe eſt: nam aliàs ſi donauerit quid, *m* tempore quo ſolus huiuſmodi re vti non poteſt, donatio erit nulla; quia donat illud quod ſuum non eſt, ſed hæredum eius: vt in auten. de mandat. Princip. §. oportet autem. coll iij. in auten. de inceſ. nupt. §. j coll. ij. Indecens namque eſt, quòd quis ſuos indigentes relinquat, extraneos ditando: vt in auten. de trien. & ſemis. §. frequenter. coll. iij.

Notandum præterea, quòd Saxones ipſi ex ſpeciali eorum priuilegio, ſecundùm *n* quod triplicia

a Tria ſunt ex conſtitutione iuris poſitiui, quæ iuri naturali contrauenire cernuntur.

b Seruus exiſtens multorū dominorū ſeruus, conſentiente vno in libertatem ſerui, alij conſentire tenentur.

l Saxones in donationibus & alienationibus ex.

m Donans aliquid, cùm ei id facere non licet, non donat quod ſuū eſt, ſed alterius.

n Ius triplex ſucceſſionis bonorum apud Saxones.

bona sunt, etiam triplex ius succedendi vel alienandi bona illa habent. Primò quædam sunt bona, quæ proprium nuncupantur, & illa alienare non possunt sine hæredum consensu, vt hîc in textu. Secundò bona dicuntur, vt est feudum, & illud vnusquisque dimittere & alienare potest quando vult, nisi forsan illud faciat tẽpore, cùm id facere minimè potest, & eo solus vti non valet; vt tempore ægritudinis, vel cùm ex prouincia cedere vult, quia tunc illa alienatio in fraudem domini, vel successorum eius facta, locum non habet: vt supra art. jx. feud. c. lviij. in auten. de trien. & semis. coll. jx. per totum. Tertiò sunt bona mobilia, & ista duplicia: Quædam, vt sunt serui, mancipia, & illi non omni tempore alienantur, nec diuidi debent, pueri enim vt sic exhæredes essent: vt hîc in textu, & infrà art. lxxij. Alia sunt bona mobilia, quæ de facili de loco in locum moueri possunt, & ista donantur, cùm vir præcinctus gladio, &c. vt textus habet. Vnde multi textum paraphi istius, cùm dicitur: quàmdiu præcinctus gladio, deriuati putant ad omnes indifferenter homines, quod tamen intelligendum non est, nisi de militibus ipsis, & illis qui sunt eorũ stirpis. dicit enim: quòd præcinctus gladio & clypeo, &c. quod pertinet militibus ipsis, iusq; illud primariè specificatim & expressè posuit propter militũ dexteritatem: vt Instit. de iusti, & iur. §. his igitur generaliter. Ciuis verò iure munici. proprium, quod non ex successione, nec ex admortuo sibi venit, alienare potest, si ita est fortis, quòd sine iuuamine tàm diu stare poterit corã iudicio bannito, quòad donatio perficiatur. Mobilia verò donare potest & alienare, dùmmodo perfectæ sanitatis fuerit, & huiusmodi donatio valet, quam actualiter facit alicui, vel coram iudicio, de habendo & possidendo post mortem eius. Dicunt tamẽ aliqui, quòd in lecto ægritudinis dare & alienare potest, quidquid in lecto decumbens vltra aserem lecti porrigere possit. Rusticus præterea donationem facere potest, si vires ostendat suas in tantum, quòd aratrum per spaciũ vnius stadij insequi possit. Mulier autem, si ex domo sine iuuamine viri vel mulieris, ad Ecclesiam ire poterit, Ecclesia autem distet xx. virgis à domo; extunc bona nõ ex morte deuoluta alienare potest. Si verò mulier secùs fecerit, imputaretur sibi quòd ab hæredibus alienare vellet.

Id quod in textu dicitur: Sine hæredum consensu, intelligi debet, de bonis ex morte alicuius deuolutis, secundùm ius municipale. secundùm verò ius villanorum, locum habet de omni proprio, siue sit resignatum hæreditatũ, vel emptum; dura tamen est & inhumana costitutio hæc, quòd non excludit testamenta & eleemosinas.

Veris sententijs postuletur, &c. Hoc est per querelã iuridicam, omnes etenim querelæ & contrauentiones, quæ in absentia alicuius fiunt, tribus vicibus coram iudicio proponi debent: vt infrà eo. lib. art. lxvij.

Quæ autem quis iniustè subtraxerit, &c. Illud etenim quod suum non est, super nullum hæreditare potest: ff. de reg. iur. l. quod in initio. & C. vi. bono. rapto. l. si res. & sequentibus. Nec illud dici potest donatio, sed restitutio.

Si quis in sua infirmitate quidquam impignorauerit, &c. Declarauerat siquidem, quomodo vnus proprium alienare potest, & quomodo non; hîc in isto paragrapho tangitur, quis donationi contradicere non potest, & specialiter meminit de vxore, quæ nec impeti pro eo poterit: vt C. de crimi. expila. hæred. l. aduersus.

Si quid iniustè legatum fuerit, &c.

o Miles quemodo proprium & bona alienare poterit? vide hîc et clarius in textu.

p Ciuis quarum virium esse debet, vt proprium alienare sibi admittatur: cõcordat Iure Mun. ar. xx.

q Rustici quomodo alienare proprium poterit.

r Mulieri quo pacto alienatio bonorũ admittatur.

s Virga quid sit, & quantũ spacij contineat: vide infrà lib. ij art. xiv.

&c. Ille enim qui iustam agendi caussā habet pro aliquibus bonis, maius ius ad illa habere dicitur, quàm ille, qui rem occupat, immò rem ipsam habere videtur: vt ff. de reg. iur. l. qui actionem.

Mulier pro nulla re, &c. Intellige nisi illa possideat, quia tunc vendicabuntur ab ea, vel dolo malo possidere desinat, quia tunc pro fructibus agi poterit: vt C. de crimi. expil. hære. l. aduersus.

Annotat.

PRO intellectu textus articuli nota, quòd quemadmodũ bona duplicia sunt, mobilia videlicet & immobilia; ita & propriũ duplex est, immobile videlicet & mobile. Immobile, quòd de loco ad locũ facilè moueri non potest; & illud iterũ est duplex: stans, vt sunt domus, prædia, &c. & iacens, vt sunt agri, nemora, &c. Mobile verò, quod defacili de vno loco in aliũ moueri potest, vt sunt serui, pecora, pecunię, & alia mobilia. Vndè propriũ huiusmodi dupliciter nobis aduenire dicitur, quia vel illud suis pecunijs, labore proprio acquisitis, cõemitur, vel iudicialiter donatur, vel etiam quod quis acquirit ex locis desertis, quæ antehac nullius erant: vt Instit. de re. diuis. §. insula. vocaturque proprium per nos benè acquisitum, illudque dare possumus cuicumq; voluerimus, & alienari potest sine hęredum consensu: vt Instit. de re. diuisi. §. venditæ. Secundò, proprium huiusmodi aduenit per successionem, vel ex morte alicuius; vt quando bona per me empta & mihi resignata, in meum deuoluũtur hæredem, vocaturque proprium hæreditariũ: vt Insti: de hære. quali. §. sui autem. Et si tandem ad pueros puerorum deuoluitur proprium illud, vocatur hæreditas ex morte deuoluta, seu admortua: vide ad id Instit. de hæredi. quæ ab intestat. defer. & in autent. de hæred. ab. intestat. venientibus per totũ. huiusmodiq; proprium diuendi alienarique, sine consensu hæredum minimè potest, sed meliorari vel deteriorari iuxta posse suum quidem poterit: vt hîc in articulo præsenti, & Iur. Mun. artic. lxj. Proprium verò mobile, quod etiam duplex est; quoddam enim proprium dicitur, vt sunt serui, & hi etiam alienari non possunt sine hæredum consensu. Aliud proprium mobile est, & dicitur omnia alia præter hæc mobilia, & ista alienari possunt sine hęredũ consensu. Si præcinctus gladio, &c. vt textus habet. Vndè & articulus iste cùm dicitur: Sine hæredum consensu, intelligi debet, sine consensu hæredum scilicet suorum. Sequitur ergo secundùm aliquorum expositionem, quòd sine consensu fratris illud facere possunt: vide ad id Iure Mun. artic. xxj. art. lxj. feud. c. liiij.

Articulus LIII.

QVi non sequitur a quando violentia alij illata sibi notificatur; vel qui suam interpositã actionẽ non fuerit prosecutus; vel qui duellũ indixerit iure alicui, qui per ius euadit, hoc est, iure se excusauerit; vel qui in terminis iudicialibus nõ cõparuerit, vel etiam si quid in iudicio iniustè dixerit vel fecerit; debita aliaue adiudicata non soluerit, in qualibet prædictarum causarum iudici mulctam

a *Qui anti violentiarum clamores infe qui non sequ tur: vide infr lib. ij. ar. lxxv.*

id est pœnam præstet. Et in alijs omnibus, quandocumq; pars aduersa emẽdam, id est satisfactionem acquisiuerit, super emendante iudex [b] etiam mulctam obtinebit. [c] Attamẽ iudex sepiùs mulctã in iudicijs ab indisciplinatè agẽtib⁹ consequtur, propter quæ parti aduersæ emenda non prestatur. Impetat etiam, [d] id est alloquatur homo bona aliqua, licet ea non consequatur, ipse nec mulctam, sed nec emendam propter hoc videtur perdidisse, dùm tamen ea non inuaserit. [e] Si quis mulctam vel emendam tempore debito non persoluerit, præco eũ pro his pignorabit, & ea pignora statim in his debitis exponere, hoc est oppignorare poterit, vel venũdare. Non licebit tamen preconi aliquẽ pignorare, nisi ad hoc sententialiter fuerit expetitus. [f] Nemo bis mulctam præstet pro vno actu, nisi violentiam commiserit in die feriato, eaque de caussa in canonẽ inciderit; tũc etenim [g] tã Ecclesiastico, quàm sæculari iudici, in præstanda mulcta condemnetur, vna verò emenda iniuriam passo emendabit.

b Iure Munic. art. xvi.

c Que autẽ mulcta vninsimul, sit: vide infrà li. ij. artic. lxxij. & item lxxij.

d Vide ad hunc passum Iure Munic. art. xxxvi.

e Tempus autem determinatum debitus exsoluẽdi: vide infrà lib. ij. artic. v.

f Vide infrà libr. ij. artic. xxxix. §. penul. ubi dicitur quòd mulcta iudici in vna actione tri per exsoluitur, nec est cõtra paragraphum istum.

g Que autẽ sit mulcta sponsalium: vide infrà li. ij. artic. lxxij. de mulcta verò sæcularium. cod. li. ij. art. lxxij.

GLOSSA.

In qualibet prædictarum caussarum, &c. Et non potest alteri exequutionem istam vltemus committere, quia cùm alicui sit præceptũ, quòd aliquid personaliter exequatur, tunc non potest illud alteri cõmittere, etiam de partium voluntate, quia partes non possunt mutare formam mãdati: de hoc in Spec. tit. de delega. §. excipi. vers. item quod iniunctum. & vide etiam ff. de pollicita. l. de pollicitatione.

§ Nemo bis mulctam, &c. Quia tot pœnæ quot delicta: ff. de priuat. delict. l. nunquam. Nec enim debet quis duplici pœna conteri: vt de iud. c. at si clerici. §. de adulterijs. & ibi concor. in glosi. penulti.

GLOSSA.

Articulus præsens tria nos docet. Primò, quòd omnibus in eorum necessitate auxilio esse debemus, & hoc ibidem cùm dicit: qui non sequitur, istudq; ex honestate quadã euenit, quàm & leges ipsę suadent: vt Instit. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. Secundò æquitatem, ne proximo noceamus, & hoc ibi: vel qui suam interpositam actionem non fuit prosecutus. nullus etenim sine caussa legitima alium accusare debet, vel malefactũ impingere, qui id facit iniustè facit: vt Instit. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. & Instit. de pœna temerè litigantium. l. item actoris. Tertiò docet obedientiam, & hoc ibi: vel qui in terminis iudicialibus non comparuerit. qui enim obedientiam seruat, omnem adimplet legem, & omnia iure facere dicitur; & hoc est tertiũ iuris præceptum: vt Instit. de iusti. & iur.

§. alle-

§. allegato. g Vel si quid in iudicio iniustè dixerit, &c. Innuitur ex inde, quòd vnusquisque honestè se circa iudiciū habere debet. iudex enim in loco Dei ibidem residet, vt habetur in Deuteronomio: rectè iudicate filij hominum, iudicium enim meum est: & C. de vete. iur. enuclean. l. Deo auctore. Vndè circa id sciendum, *h* quòd iudicio ex duplici caussa præsidetur. Primò, ex parte Dei, vt corrigatur excessus in Deum commissus. Secundò, ex parte hominum, qui lęduntur, vel iniuria afficiuntur. Vndè & duplex *i* pœna ibidem soluitur Deo ipsi, vel iudici in loco Dei residenti mulcta præstatur, ex eo, quia præceptum Dei transgressus est: vt xxiij. q. v. c. qui malos. homini verò lædenti emenda soluitur; & hoc in textu tangitur ibi: & in alijs omnibus, quandocùmque pars aduersa, &c. Vide etiam ad id infrà lib. ij. art. xlj. & lib. iij. artic. lxxxvj. gloss.

h Iudicio ex duplici caussa præsidetur.

i Mulcta in iudicio ppter quid soluitur.

Impetat etiam homo bona aliqua, &c. Intelligendum est, si querela huiusmodi diffamatoria non sit, vt hic, quia aliàs emendare cogetur. Contrariari tamen huic paragrapho videtur infrà articulus xxij. lib. ij. vbi dicitur: quòd impetens bona aliqua, in probationeq; testium deficiēs, pœnam soluit? re. quòd articulus allegatus non contrariatur huic præsenti. non enim ex eo soluit pœnam, quòd alloquutus est, vel vendicabat rem aliquam, sed propter mendacium, quia dicebat testibus illud notum esse, cùm tamen eis notum non sit: vt C. si ex falsis instru. vel testimo. iudica. sit. l. falsam.

Notandum prętereà, *k* quòd obediēria sextuplex inuenitur hominum in respectu ad alios homines, & qui eam transgrediūtur pœnam soluunt iure ciuili, secundùm vniuscuiusque dignitatem. Primò, serui respectu dominorum, vndè si transgrediatur seruus, dominus faciet secum pro arbitrio suo, non tamen eum occidere licet: vt C. de emen. seruo. l. vnica. Secundò milites respectu Capitanei; vndè si miles in bello, vel potiùs in conflictu deliquit quidquam, capite punitur: vt ff. de re militari. l. omne. §. contumacia. nec est in contrarium, vt quidam obijciunt, articulus supra xl. qui disponit, quòd seruitio imperij profugus, perdit honorem & feudum, sed non vitam. intelligitur enim ibidem de illis, qui de obsequio seu bello fugiunt; hic verò intelligitur de his, qui ex cōflictu fugam parant. Tertiò, obedientiam tenentur discipuli suis præceptoribus; ibi verò pro excessu parua infligitur pœna: vt extra de sent. excom. c. j & c. cū voluntate. & c. ex tenore. ff. ad l. Aquili. l. v. §. vlti. & l. seq. Quartò, manumissi erga suos patronos; secùs facientes priuātur libertate: C. de liber. l. ij. & iij. Quintò, obedientiam tenentur pueri respectu suorū parentum, trāsgrediētes exhæredantur, & infames sunt, & hoc si excessus fuerit insignis: vt in auten. de hære. & Falci. §. exhæredatos. coll. j. in auten. de trien. & semis. §. frequenter. coll. iij. & in autent. de immensis donat. §. vlt. coll. vij. hoc idem etiam habetur in constitutione Adalberti Imperatoris. Sextò, omnes ad iudicium alicuius iudicis pertinentes, eiusq; iurisdictioni subiecti, obedientiam eidem tenentur, si non faciunt, mulctam soluunt: vt in textu, & infrà lib. iij. art. xxxix. ff. de re iudi. l. contumacia.

k Obedientia hominum sextuplex.

Si quis mulctam vel emendam tempore debito non persoluerit, &c. Paragraphus iste disponit, quo pacto, & per quem mulcta exigitur: ad hunc passum etiam vide C. de exequutione rei iudicatæ. l. j. & l. ij. dicitque, quòd præco illud facere debet, nuncupaturque iuxta aliquorū interpretationem præco, nuncius Dei. *l* & hoc ex duplici

l Præco nuncius Dei nuncupatur ex duplici caussa.

plici cauſſa. Primò, quia ad officium electus, ad ſacra Dei iurat. Secundò, ex eo, quia eſt iudex, vel potiùs exequutor iudicij in loco Dei celebrati: vt xxiij. q. v. c. non ſolùm. & c. non eſt.

Nemo bis mulctam præſtet, &c. Iſtud iam ſupra declaratum inuenies. vndè mulcta ſeu pœna ſpiritualium ſunt ſexaginta ſolidi: vt infrà lib. iij. artic. lxiij. Contingat verò, quòd aliquis in violentia interfectus ſit, nullam mulctam ſpirituali, ſed nec ſæculari iudici ratione exceſſus dare tenetur, morte enim ſua eandem exſoluit, ſi contra vtroſque deliquit.

Quæritur, an ſuſpenſi, capite plexi ſeu decolati, & alij propter exceſſus eorum damnati, in ſacris locis ſepeliri poſſunt? m Re. quòd ſic; quia & ſacramenta illis miniſtrari debent: vt xiij. q. ij. c. quæſitum. & de pœni. & remi. c. quod in te. Nec obſtat, quod forſan allegari poſſit: xxiij. q. v. c. placuit. vbi interdicitur ſuſpēſis ſepultura. canon enim ille diſponit de his, qui ſeipſos ſuſpendunt, vel qui cōfiteri noluerint. Vel etiam intelligitur de illis, quibus iudex ſepulturam denegat. illud enim totum ex iudice depēdet: vt ff. de cadaue. puni. l. corpora eorum. l. ſi quis. & ſequenti. Si verò iudex admittit, ex patibulo deponi poſſunt, & cum conſenſu loci ordinarij ſepulturæ in cimiterio demandari: vt xiij. q. ij. c. quæſitum.

m Suſpenſi, capite plexi, an in ſacris locis ſepeliri poſſunt?

Articulus LIIII.

NON debet cenſitus altiora ſeu maiora pignora, quàm cenſus annualis ſuus conſtat, a pro domino ſuſtinere ſuo. Si quis cenſum debito tempore non perſoluerit, altera die & ſingulis diebus, dummodo in ædibus cenſitorum à domino ſententialiter poſtuletur, duplicatur. Cenſus extra fines ædium non eſt perſoluendus. b Cenſum facilius dominus, vel eius qui ſibi agrum collocauerat nuncius, ſi per cenſitum fuerit denegatus, obtinebit: quod etiā de decimis fundi, quē quis poſſidet, cenſendum eſt. Si verò cenſum cenſitus perſolutum affirmauerit, & ſi hoc met-tertius, qui id viderunt & audierunt, firmauerit, abſoluetur. Dominus p pretio à ſuo fundo ſibi ſtipulato ſeu promiſſo, ſine licentia iudicis licitè vnum pignorabit. Nullus cenſitorum c ſine cōſenſu domini ſui foueas excidere, vel ligna cædere, vel eius radices poterit extirpare, niſi hæreditario iure fundus ſit ſuus cenſualis.

a Concordat infrà li. ij. ar. xxi. & liij.

b Nota ſecūdum ius feud. quòd cenſitus accuſatus de cenſu, ſi dicat ſoluiſſe, mer tertius ſolutionem iuramēto probabit: ſed ſi dominus dicat eūdē non ſoluiſſe, propior eſt eū cōuincere quā ille negare, et ſi conuincitur altera die duplum ſoluit. & ſic conſequenter ſi non ſatisfacit ſentētiæ, & inſte, capi poteſt, quia occaſione ſtatutæ pœnæ C. de uſur. & fruc. lega. l. legaterum. ibidē plura vide de ſolutione cenſuum. Iaſ. c. lxv.

c i. Locator ſecus in emphiteota, vt infra cōſuetudine articulo.

GLOSSA.

NON debet cenſitus, &c. d Nota, quòd in traditione rei ſuæ poteſt quilibet imponere cenſum ſeu ſeruitutem, prout velit: de cenſib. c. quanto. de iur. patro. c. præterea. xviij. q. ij. c. Eleutherius. & ff. cōmunia prædio. l. ſi quis. & C. ſi manci. ita fuc. alic. l. ea quidem.

d De cenſibus & cenſitis hic vide abūdātem, per totum.

An au-

An autem census possit in parte præscribi, vt non detur: vide in Mercu. in regula plus semper. Et quis probet cū allegetur præscriptio, vel cōsuetudo negatiua: vide in Mercu. super regu. sine possessione. An verò qui habet agrum censualem, possit alteri dare ad colendum, & an sine consensu domimini possit maiorem censum imponere: vide iur. feud. c. lx. vel an possit sine consensu domini alteri vendere: vide infrà lib. iij. articul. lxxix. in gloss. & lib. ij. art. lix.

Quàm census annualis, &c. Hîc
e Census q.t. scire debes e quòd census est quædam pensio, quæ de prouentibus alicuius rei persoluitur, quidquid enim annuatim præstatur in quantitate vel summa, potest vocari cēsus: vt ff. de censib. l. ætatem. cū duabus legibus sequent. & de censi. c. cùm olim. & c. cum canonicis. Et potest imponere cēsum dominus rei, id est proprietarius: Instit. de vsufruct. §. sine testamento. sed talis non potest imponere censum, qui vltra ipsius vitam extēdatur, cùm ius eius quod habet, morte finiatur: Instit. de vsufru. §. finitur. Sed citra mortē potest perceptionē fructuum in aliū transferre, non tamen ius agri: ff. de peri. & commo. rei vendi. l. necessariò. §. vlti. & C. de iure do. in pleriſq; legibus. census verò ignorantię non est persoluendus: de cēsibus. c. peruenit. & C. de pactis. l. si certis annis. Caue igitur: nam si agis possessorio, quia census est subtractus, obtinebis, quàmuis etiam nullam causſam probes: de elect. c. querelam. Secùs si petitorio, quia tempus non est modus inducendæ seu tollendæ obligationis: ff. de oblig. & actio. l. obligationū ferè. §. placet. & C. de vsuris. l. creditor. Si verò proponis causſam, ad quam probandam inducis patientiam longi temporis, obtinebis si tempus probes: vt ff. de vsuris. l. cùm de in rem verso. ff. si seru. vend. l. si quis. ff. de aqua pluuial. arcen. l. j. in fin. & l. in summa. §. idem Labeo. f Et si a-
f Census si cāto tempore soluitur quòd nō extet memoria, inpost sēper soluendus erit.
liquis census præstitus fuerit tanto tempore, quòd non extat memoria, in contrarium dic, quòd est vltra soluendus; etiam si non appareat de causſa: vt in allegat. iurib. & xviij. q. ij. c. seruitium. & de verb. signi. c. super quibusdā. §. præterea. Et idem est, si census per xl. annos solutus fuerit, licèt nō liquet de causſa: vt de censibus c. peruenit. j. q. j. c. nullus Episc. x. q. iij. c. quia cognouimus. de excess. prælat. c. sanè. & c. cùm ad quorundam. & C. ne vxor pro marit. l. fin. g Et si præscriptione tēpus non est completum, nōn tamen est census subtrahendus propria auctoritate, aliàs enim spoliatus restitueretur: vt de elect. c. querelam. Sed in petitorio obtinebit, si proponat contra ipsum, quòd non tenetur ad solutionem census, quia sine causſa præstatur, sic intelligitur: c. peruenit. de censib. Et licèt verum sit secūdùm leges, quòd sufficit patientia longi temporis, vt supra; tamen secundùm canones necesse est probatio longissimi temporis: vt notat Hostien. in summa de consuetud. §. obtentus. scilicet tempus quadraginta annorum. Si sterilitas causſatur aut guerra, quòd censitus agrū non possit colere, an excusſatur: vide Ioan. Andre. in addito. Spec. de loca. §. nunc aliqua super ver. cxxxvij. in verbo propter.
g Census nō est propria auctoritate subtrahendus.

Si quis censum debito tempore non persoluerit, &c. Si tamen emphyteota seu censitus persoluerit pensionem seu cēsum tribus annis retro proximis, & hoc probet, presumitur semper soluisse: vt C. li. x. de apochis publi. l. quicumque. vide in Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. xxij. quæritur.

A domino sententialiter postuletur, duplicatur, &c. Etsi ex post differatur solutio per triennium, ca-

um, cadit res censualis in commissum, secūdum glos. & vide in causa ger. intētata, siue de superactiōe.

b Census secundum easdem extimationem monetæ, in qua à principio est impositus.

Si verò censum censitus persolutum affirmauerit, &c. *b* Soluendus est autem census, secundū extimationē monetæ, in qua à principio est impositus: vt de censi. c. olim. vbi de hoc. vide etiam infrà lib iij. art. xlv. Pro cuius pleniori intellectu: docto. in dict. c. olim. & in Cle. ij. de deci. & in c. quāto. de iureiuran. ponunt has conclusiones. Prima, vbi pecunia debetur ratiōe maleficij vel delicti, sufficit quòd fiat solutio in pecunia currenti: art. dict. Cle. ij. de deci. & C. de rei vxo. acti. l. vlt. §. fin. Secunda, vbi pecunia debetur ex cōtractu vel quasi, si talis pecunia effecta sit minoris valoris, datur extimatio pecuniæ, secundùm antiquam & primam monetam: vt de censi. c. olim. Et præmissæ conclusiones procedunt, quando pecunia est diminuta in valore, licèt sit eadem in numero, figura, & quātitate. Si verò pecunia est diminuta in pondere, tunc si debitor talem diminutionem nō procurauit, nec fuit conscius istius fraudis, periculum est creditoris, qui non multū lædetur, ex quo tamen in vsu idē valeat, & nihil est quod possit debitori imputari; igitur non erit in hoc puniendus: c. satis peruersum. 1. vj. dist. Secùs autem, si debitor hanc diminutioué procurauit, vel fuit cōscius istius fraudis, tunc propter ipsius culpam eius est periculum: de iureiuran. c. quanto.

Sine licētia iudicis licitè pignoretur, &c. Hoc nota, quòd vbi pēsio nō est in pecunia, sed in frumento, ibi res inuectæ non sunt tacitè obligatæ, quia non est locatio, sed cōtractus innominatus: secundùm Bald. in addit. Spec. tit. de locat. post Guil. Et emphyteota, qui vult renunciare rei, tenetur soluere cēsum; nam ad id quasi ex contractu tenetur: ff. commo. l. incommodato. §. sicut. Secùs autem qui tenetur propter rem, ex dispositione legali, quia talis cedendo rei liberatur: facit ff. si ieru. vend. l. & si fortè. §. Labeo. ff. de vsufruc. l. si vsufructuarius. & de dam. infect. l. prætor. §. hoc edictum. secundùm Bald. ibidem. Sic autem habet dominus ius hypothecæ, vt si locetur vrbanum prædium, omnia inuecta & illata tacitè obligātur domino etiam ignorante. Sed inuecta in prædio rustico, ita demum obligantur, si domino sciente sunt intromissa. C. loca. l. certi. Et res secundi conductoris non obligatur primo conductori, quia à me conductore conduxit. C. loca. l. nemo. obligātur etiam domino, non tamen ad vniuersam pensionem, sed quatenus donare debet. ff. loca. l. si in lege. §. si colonus. & de pign. acti. l. solutum. §. solutam. & hoc tantùm in vrbano prædio locum habet, secundùm Azo. Et nota, quòd locator ideo potest pro re locata aliquid percipere, quia ad ipsum spectat rei periculum. vt ff. de rei vendi. l. si rauis. & Instit. quib. mod. re contr. oblig. §. item is. Sed dato quòd conductor etiam in se suscipiet periculum rei locatæ, adhuc dominus, scilicet locator potest recipere pensionem, arg. C. commod. l. j. secundùm Ioan. Cal. in c. nauiganti. de vsuris. An autem locator teneatur reficere: vide ff. loca. l. sed addes. §. illud. & l. si merces. §. si vicino. vbi dicitur, quòd sic; nisi pactum aliud inducat.

GLOSSA.

Pro intellectu tàm præcedentium, quàm etiam etiam articuli præsentis notandum, *a* quòd bona tripliciter conferuntur seu possidentur ab hominibus: Quædam possidentur propter officia, vt sunt Scabini, Iudices, Sculteti, & alij officiales; vt Marschalci, Dapiferi, Camera-

a Bona tripliciter conferuntur.

Camerarij. Quædam ex censu; & ita ex conducto sub annuali pensione, & de istis hic textus habet. Quædam in prouisionem data bona possidentur: de hoc vide latiùs seu. c. lx. Alij verò aliam & clariorem ad hunc passum ponunt distinctionem, quòd quidam possident bona ratione officij: vt Scabini, Iudices, &c. Quidam ex cēsu: vt censuales, de quibus hic. Quidam verò, quia exinde seruire coguntur: vt vasalli. *k* Tēpore etenim quo Romani prouincias sibi subiugauerāt, agri omnes & cēsus Romanorū erant, exindeq; militibus stipendia ministrabāt: vt in auten. vt neq; miles. §. cùm domini Dei. coll. viij. & in auten. de man. prin. §. j. col. iij. & in auten. vt iudi. sine quoquo. suffra. §. cos. coll. ij. Postmodū verò difficultatē stipendiorum subterfugientes, possessiones agrorum militibus assignabāt, vt exinde stipendia & victum haberent, obsequium imperio præstantes: vt in auten. de mand. prin. §. publicorum. coll. iij. Milites tādem vlterius agros huiusmodi rusticis ad incolendum conferebant sub certo pacto seu censu, & vocabantur rustici prænotati cēsuales: vt C. de agri. & censi. l. ij. Censualisque, vt sic nulla maiora sustinere debet pro domino, nisi inquātum census annualis se extendat, bonaque censualia tacitè sunt pignus domini in censu suo: vt C. in qui. caus. pign. taci. con. l. si non.

k Tempore subiectarum prouinciarum agri omnes Romanorum erant. Concordat infrà libr. ij. art. lviij. Iure Municip. artic. vij.

l Censualium et dominorum ius triplex.

Sciendū insuper *l* quòd censualis, & dominus suus, triplex ius inter se habent. Primò, quia contractus eorum pro lege habetur: vt C. de loca. & conduct. l. legem. & Instit. eod. ti. §. conductor. ff. depositi. vel con. l. j. Secūdò, quidquid censualis habet in bonis censualibus, hoc totum est pignus seu vadium domino, loco prouentus seu census: vt C. de loca. & cond. l. certi iuris. Et duplex exinde venit vtilitas *m* Prima, quòd dominus potest eundem pignorare sine consensu iudicis, ex eo, *n* quia est pignus domini, quidquid censualis importat ad bona censualia: vt infrà lib. ij. art. lix. gloss. & lib. iij. art. lxxvij. & lxxix. C. eod. tit. l. certi iuris. gloss. Secunda vtilitas, si quis tuo censito aliquid acceperit, vel quomodocumq; vsurpauerit, tibi restituere tenetur, quia est pignus tuum, siue expressum fuerat siue non: vt C. in qui. cau. pign. taci. l. sancimus. & ff. de acquiren. re. domi. l. rem in bonis. Tertium ius inter censualem & dominum est, quòd nullus censitus bona cēsualia alienare seu dimittere potest, ita quòd cēsus in ipso maneret & alter bona occuparet; etiam dato, quòd iam alienasset de facto, nihil iuuabit; verū emptor censum soluere cogetur: vt C. sine cen. vel reli. l. rei annonarię. Notandum præterea, quòd censuales sunt duplices. *o* Quidam pertinent semper ad bona censualia, quidam verò non. De primis textus articuli intelligi debet, secundorum verò ius est tolerabilius quàm primorum, excepto tamē in quatuor casib. *p* Primò, quia alienari possūt cum tempus aduenerit, eisque indictum sit: vt infrà lib. ij. art. lix. Secundò, quia alienantur quamprimùm censum non soluerint. Vndè secundùm leges, si emphiteota censum vel pensionem per triennium dare recusauerit, alienari potest: vt C. de iur. emphi. l. ij. Ecclesiæ verò si ad biennium censualis pēsionem soluere refutauerit, repellitur: vt x. q. ij. c. ea enim. §. & hoc modo. & extra de locat. & conduc. c. potuit. Tertiò alienari possunt, cū proprietarius tolus inhabitare vult domum illam, vel ædificia desuperstruere. *q* Quartò, si censualis in bonis conductis inhonestè se gesserit: vt C. de locat. & conduct. l. ædem quam.

n Nota secūdum ius feud. quod bona quæ ius non obligētur, pignoratitia tamē efficiuntur duplicitter. Primo, bona censualis hominis importata in bona domini. Secundo, bona tuoris importata in bona pupillorū. feud. c. iv.

o Censuales duplices.

p Censuale in quibus casib. bna alienari possunt.

q Vide infrà libr. ij. artic. lix.

m Dominus licitè censualem pignorabit: vide infr. lib. ij. artic. lix. gloss.

Si quis censum debito tempore non persoluerit, altera die duplicatur,

catur, &c. Quærere vnus possit, an id vsura sit, quòd censitus duplum soluit, & an vsura admittatur secundùm leges necne? Quidam dicunt, quòd sic: vt C. de vsuris, & fruct. l. legatorum. & in auten. de ali. & emph. col. ix. & in auten. de vsur. nau. §. si verò. coll. viij. & §. in casu. coll. ix. R^r. tamen & veriùs, quòd vsura accipi non debet, immò interdicitur per canones ex veteri & nouo testamẽto: vt xlvij. dist. c. quoniam multi. Quidquid autem canones inhibent, hoc etiã interdicere leges videntur: vt in auten. de Eccles. titu. §. de regulis. coll. jx. & in auten. quomodo oport. Epis. §. j. & §. fin. coll. j. Vndè & si quis temerariè dicat *f* vsuram non esse peccatum, pro hæretico censeri debet: vt extra de vsur. c. j. in Clementinis. Vndè pro intellectu istius ampliori notãdum venit, *t* quòd vsura dicitur, cùm quis magis accipit quàm accommodauit: vt xiiij q. iij. c. j. Nec secundũ leges & canones, vt supra declaratum est, admittitur, nisi in quibusque casibus. *u* Primò, in fauorẽ Ecclesiarum: vt extra de vsur. c. j. & c. conquestus. & in autent. de alienat. & emphyt. §. si verò præterhæc. coll. jx. Secundò, si quis fideiussor soluerit vsuram pro te, eandem expetere viceuersa ex te poterit: vt extra de fideiuss. c. constitutus. Tertiò, potest vnus pecuniam expetere, quæ statuta est pro excessu aliquo, per modum pœnę; vt quia statutũ est, qui accipit aliquid rerũ Ecclesiæ, in quadruplũ tenetur, & illud extorqueri licitè poterit: vt xij. q. ij. c. in legibus. Quartò, quando accipitur in recõpensam damni susceptí: de quo vide xiiij. q. iiij. c. si quis oblitus. Quintò, cùm id fiat ex rationabilibus caussis & probabilibus debitis, & ita accipi vsura poterit ex prolongatione solutionis: vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonę. Vndè cũ quis solutionem iniquè & dolosè protrahit, expeti vsura ex eo potest, nec propriè vsura dicetur, sed recompensatio damni susceptí: vt ff. pro socio l. secundùm. Quilibet enim damnum suum prouidere potest: vt extra de fideiuss. c. peruenit, & xii. q. ij. c. si quis de clericis. Addunt etiam aliqui pro sextò, quòd vsura accipi potest à Iudæis & infidelibus: vt xiiij. q. iiij. c. ab illo. Sunt enim nostri & Christianæ religionis hostes, quare bona eorum occupare possumus: vt extra de hæret. c. excommunicamus. Septimò, si plus restituat ille cui accõmodatum fuit, ex liberalitate vel mera bona voluntate: vt extra de simon. c. dilectus. Octauò, cùm pecunia cõmodatur ad ostentationem, vt ille qui commodat ditior appareat; & ita ratione istius potest aliquid ab eo expeti: vt ff. de commod. in plerisque legibus. Nonò, potest vnus ex propriq seu bonis, quæ sibi loco dotis cũ vxore sua collata sunt, aliquid vsurpare, nec fructus illos reddere cogitur; ad supportanda etenim onera matrimonij conferuntur: vt extra de vsur. c. salubriter. Decimò, cùm quis aliquid emit ad tempus determinatũ, fructus exinde tollere potest, ac si vẽditio esset perpetua. C. de pactis inter emp. l. commissoriæ. Aduertendum tamen est, si quis aliquid emit, vel vendit rem aliquam, *x* vel etiam accommodat sub certa conditione, vel sub spe, quòd emolumentum sibi exinde aliquod *y* cedat, illa spes lucri facit eum vsurarium: vt xiiij. q. iij. c. putant. Sic etiam, si vnus aliquid confert ea intentione, quòd bonis Ecclesiæ prouideretur, simoniacus fit: vt j. q. iij. c. non solùm in isto tamẽ casu nõ est opus quòd aliquid viceuersa reddatur, sed quòd pœniteat contritionem pro peccatis habendo: vt extra de simon. c. vlt.

Censum facilius dominus obtinebit, &c. Hic ex textu censualis cogi-

v. Vsura an admittatur vide.

f Allegans vsuram non esse peccatum, pro hæretico reputatur.

t Vsura q t.

u Vsura in certis casibus admittitur.

x Spes lucri accõmodatarię vsurarium facit.

y Accedat.

cogitur testimoniũ sufferre sui domini, nisi testimonio solutionem probauerit: vt infrà lib. ij. art. xj.

Nullus censitorum, &c. Hoc ex eo fit, quia ipse bona domini sui deteriorare non potest, nisi forsan bona illa censualia, sint sua hereditaria, quia vt sic facere cũ illis poterit pro libitu suo: vt C. de loca. & conduct. l. ædem quam. & Instit. de vsufruc. §. j. ff. eod. tit l. j. & ij.

Articulus LV.

OMne ius seculare ab arbitrio & electione initium traxit, ideoq; nullus iudex esse poterit, nisi qui ad hoc eligitur vel infeudatur. Eueniat autẽ euidens factum in furto, vel præda violentiaúe, cũ qua perpetrãs fuerit comprehensus; ad hoc licitè a Gograuius, ad minus ab incolis trium villarum seu prędiorum eligatur, factũ illud iudicaturus, & hoc si iudex ordinarius non habeatur.

a De Gograuijs vide infrà arti. lvi. lvij. lib. ij. ar lxiij. Jur. Mun. ar. xlv. & lvij.

GLOSSA.

b Electi ad officia publica illa acceptare tenentur.

A D hoc licitè Gograuius eligatur &c. Vnde nota, b quòd electi ad aliqua officia vel regimina, ea acceptare tenentur: vt nota. in auten. de defens. ciui. §. interim. & ff. de mune. & hono. l. si quis magistratus. & idem est in eo, quem ciuitas deputat in caussa vertente inter se & suum ciuem: de quo notatur circa legem secundam C. de sen. quæ sine cer. quanti.

GLOSSA.

Dictũ est superiùs in prologo huius libri, quòd ius triplicem originem habet, c ex natura, ex cõsuetudine, & ex statuto: vt Instit. de iusti. & iur. §. priuatum. d Naturale autem ius dupliciter aduenit, Quoddam enim est, quod à natura omnibus in commune inditum est, sicut maris & fœminæ coniunctio: vt Instit. de iur. natur. §. ius naturale. Aliud est ius naturale, ex eo dictum, quia natura illud docet omnes homines, nec aliquis hominum illud statuit; sicut cùm quis alicui concredidit vel accommodat quidquam, est naturale, quòd illud viceuersa restituat. vel si quis aliquem percutere vult, vt se defendat; & exinde venit seruitus, & omnes actiones quæ per querelã instituuntur: vt Instit. de iur. gen. §. ius autem. & ff. de vi & de vi ar. l. vim. differentia tamen illorum est, quia ius naturale primo modo acceptũ, ius diuinũ dicitur ex eo, quia Deus est natura naturans, & qui omnia regit & gubernat, illud statuit, manetq; immutabile semper & æternum: vt Instit. de iure natur. §. sed naturalia. & j. dist. ius naturale. Ius autem secundarium naturale, dicitur ex eo naturale, quia ab hominibus iuxta naturæ inclinationem viuentibus sancitũ est. Deus enim omnipotens, qui & natura naturans dicitur, omnia in bonum creauit: vt habetur Genesis j. vbi dicitur: Et vidit Deus quod esset bonũ. Vndè si quis perperam agit, contra naturam facere dicitur; non quòd illud ex natura facere nõ possit, sed quia Deus omnia bona fecit, ille verò cõtra bonum agit. Cùm itaque homines iuxta legem & inclinationẽ naturæ viuebant, illud tandem in consuetudinem reduxerunt, quæ consuetudo pro iure habebatur; & hic tangitur secunda origo iuris, quę videlicet ex consuetudine venit: vt Instit. de iur. gent. §. ex nõ scripto. Et quia adaucta generis

c Vide supra in prologo, & Jur. Mun. art. i. gloss.

d Jus naturale dupliciter aduenit.

humani multitudine, quidam homines, vt potè boni, ius naturale insequebantur, quidam verò, vt potè praui, contrarium faciebant.

e Consuetudo duplex, bona & mala.

e Quare exinde venit cõsuetudo duplex, Bona videlicet, quæ secũdùm naturam & ex iure naturali proueniebat: vt xj. dist. c. in his rebus. Alia fuit cõsuetudo mala & contra naturam, quæ potiùs antiquus error nuncupari debet, quã consuetudo: vt viij. dist. c. consuetudo. Propter has itaque binas consuetudines, necessariò fuit adinuenire ius tertium, quod constitutio Imperatorum vocatur, pro adiuuamine proborum & eorum consuetudini bonæ, ad cõércendum verò malitiam prauorum: vt iiij. dist. factæ sunt autem leges. & C. de vete. iur. enucle. l. Deo auctore. §. cùm itaque. & Institu. in prócmi. §. j Constitutioque *f* seu ius istud scriptum, varijs adinuentum est modis: Primo, ex electione, Imperator siquidem pensatis duabus cõsuetudinibus, illam quæ melior fuit acceptabat, pro legeq; statuit: vt xj. dist. vsus. & nunc superiùs declaratum est. Secundo, quòd populus quandoque aliquã constitutionem fecit, & illam per Imperatorem confirmare petijt: vt Instit. de iur. gent. §. plebiscitum. Tertio constitutiones ortum habuerunt ex mandato Principũ pro bono & vtili Reipublicæ. Apostolici etenim & Imperatoris iusta voluntas ius facit: vt dist. j. c. costitutio. & Instit. de iur. gent. §. sed & quod principi. C. de legi. & constitut. l. leges. Ex quo *g* itaque, vt iam declaratum est, ius ex electione originem habet, necessarium est, quòd & iudices per electionem fiant, frustra etenim leges essent, *h* nisi per iudices custodiantur: vt extra de elect. c. vbi periculum magis. lib. vj. ita quòd nullus suiipsius iudex sit: vt C. ne quis in sua caussa ius dicat. l. j. Eliguntur etiam quandoq; iudices quãdo veri iudices haberi nõ possunt. Pro intellectu itaq; tàm præsentium quàm sequentiũ nota, *i* quòd iudices duplices sunt. Quidam sunt infeudati, sicut Principes, qui & ordinarij ac veri iudices vocantur: vt C. de offici. ciui. iudic. l. honorati. Alij sunt iudices electi, & isti duplicitèr eliguntur; quia vel eliguntur post factũ ex arbitrio, pro aliquo videlicet negotio terminãdo, & amicabiliter cõponẽdo, & isti arbitri nuncupãtur: ff. de recep. arbit. l. j. & sic sunt iudices illius facti & non plus, ab illorumque sententia appellare non licet. *k* ille enim sibi solus in culpa erit qui eum elegit: vt ff. de recep. arbitr. l. diem. §. ſiari. Si etiam eligantur plures arbitri, mortuo vno, electio perit: vt ff. eod. tit. l. item. §. item si plures. Alij eliguntur ante factum, vt sunt iudices vlterius infeudati, vt Comites, Sculteti; & ab eorum sententia appellare licet, iudicareque possunt res pernoctatas. Quandoque verò eliguntur tempore alicuius euenientis facti, & ita ex necessitate, si verus iudex absens fuerit, de quo in textu. eligi tamen debet homo syncerus & cõscientiæ bonę, alias non valebit electio: vt iij. q. v. c. accusatoribus. & ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. qui.

f Ius scriptũ quomodo adinuẽtum est modis: concordat infrà lib. ij. ar. xxvi. et xliij. gloss. Jur. Munic. art. x.

g Vide seq. c. lxv. ad hanc materiam copiosius.

h Leges frustra condererentur, nisi per iudices custodirentur.

i Iudices duplices: concordat Jure Mun. ar. xxv. xxvj. xlvij. gloss. & infrà li. ij. ar. xxij. ibidẽ clariorẽ horũ passu inuenies intellectum.

k De arbitris vide abũde infrà lib. ij. art. xx. gloss.

Omne ius sęculare ex electione initiatum est, &c. Per hoc innuere vult, quòd nulli iudicium cõmitti debet, nisi ad hoc electus sit.

l Iudex quis & qualis esse debeat.

Notandum præterea sequitur, *l* quòd iudex non debet esse periurus, non proscriptus, non excõmunicatus, non Iudæus, neque hæreticus, non infidelis, legitimè natus, non mutus, non surdus, nec iunior xxj. annorum; si aliquid horum deficit, iudex esse non poterit. *m* Vndè & quatuor virtutes iudex vt in se habeat necesse est; iustitiam, quam dimittere non debet, caussa amoris, gratiæ, odij, munerum, &c. *n* fortitudinem; nam & cor-

m Iudex quatuor virtutes in se habere debet: vide hoc idem infr. lib. ij. art. xlij. gloss. Jur. Munic. art. xx.

& corpus exponere debet, bonaque sua, ius & iustitiam defendendo; prudentiam, vt sciat dignoscere inter bonum & malum; & modestiam in cibo & potu, etiam modestus in passionibus animę, ne effundat iram; & exinde contra ius quid dictet, vel inhonestus verbis appareat.

n Iure etiã feudali iudex quatuor in se habere debet, vt non iudicet ex timore, auaritia, propter munera, vel odio: feud. c. lxvij.

Articulus LVI.

a De Gograuionatu vide supra artic. præcedentis.

IN GOgrauionatu, [a] id est subitò electo ad iudicium, non pertinet feudum neque successio, quia de libero rusticorum consistit arbitrio Gograuium illũ eligere ad præsens factum, vel ad tempus designatum. Conferat autem dominus alicui hoc officium in feudum, vt sic dominus ei & suis filijs tenere collationẽ illam, & ad iura feudi obligatur; nisi hoc libera rusticorum electione elidatur, (id est infringatur,) vt potè, quia ex officio deponeretur.

GLOSSA.

Articulus præsens declaratiuus est præcedentis, vbi dicebatur de iudice qui ex electione initium habet. vndè dicit, quòd in Gograuionatu feudum non est, nec successio, hoc est, ad eius officium nullũ pertinet feudum, in quo succedere filij eius possint, sed nec ad officium illud succedunt; electus etenim est ad factum superueniens & non plus, estque quasi arbiter facti illius. arbiter verò eligi potest, sed nõ institui: vt C. de peda. iudi. l. procuratori. & l. placet. Si enim huiusmodi iudices darentur, sententia eorum non ligabit: vt C. qui pro sua iurisdict. iudi. da. poss. l. in causarũ. & exinde liquet [b] quòd quædam contingere possunt per electionem, quæ de iure non valẽt, sicut hîc: & C. de iurisdictione omnium iudicum. l. non quidem. Quærere vnus posset, quo pacto is iudex fieri poterit, Quandoquidem cautum esse legimus, quòd specialis voluntas iudicem non facit, nec iudex auctoritatem à priuatis habet? vt C. de iurisdictione omnium iudicum. l. priuatorum. & ff. si certũ peta. l. eius qui in prouincia. vers. nam etsi tibi in hoc. in gloss. & extra c. cùm veniss. de testi. c Rę. quòd iudices huiusmodi non nanciscuntur auctoritatem vel potestatem suam ex electione rusticorum, sed ex auctoritate superioris iudicis, vel potiùs ex auctoritate iuris: vt C. de peda. iudi. d. placet. & l. quędam.

b Contingere quidam ex electione possunt, quæ tamen de iure non valent.

c Gograuij vnde nanciscuntur auctoritatem?

Gograuium eligere, &c. [a] Vndè iudex huiusmodi Gograuius dicitur propter id, quia causas subitò emergentes iudicat. [g] Conferat autem dominus alicui, &c. Dicere quis possit: quòd is paragraphus cõtrariari videtur primo paragrapho eiusdem articuli. ille enim disponit, quòd in Gograuionatu nullum pertinet feudum aut successio. hic verò dicit: conferat si dominus alicui hoc officium, eidem collationem feudi tenere obligatur. quomodo autem collationem feudi tenere debet, cùm nec illud idem conferre possit. quidquid enim contra ius sit, pro non facto reputatur: vt C. qui pro sua iurisd. iud. da. pos. l. in causarũ. & C. de legi. & constit. l. non dubium. Præterea hîc in isto paragrapho dicit: quòd dominus suis filijs collationem feudi tenere obligatur, quod in primo paragrapho negauit? Rę. pro exsolutione contrarie-

d Gograuius vnde dictus?

trarietatis, quòd etsi quidem in officio Gograuionatus nullū sit feudum aut successio; postquam autem eligitur, & dominus sibi aliquid in feudum conferat pro labore suo, extunc ipse & filij sui sequelam & ius succedendi in bona illa habebunt. quidquid enim dominus confert, infringere illud non debet: vt feud. c. ij. & lxxviij.

Nisi hoc libera rusticorum electione infringatur, &c. Quærere vnus possit, quomodo rustici per vnanimem eorum consensum ius feudi alicui infringere valeant, ex quo quidem inferiores sunt quàm dominus feudalis. inferior autem ius superioris debilitare non potest: vt xxj. disti. c. inferior sedes. ff. de arbit. l. nam magistratus. & ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum? R. quòd etsi quidem rustici ius feudi infringere non possunt, ab officio autem, hoc est, à Gograuionatu, ratione cuius feudum sibi aduenerat, eundem deponere possunt; & ita ex consequenti feudum sibi aufertur. sublata etenim causa & ea non consistente, nec ea quidem quæ sequuntur locum habēt: vt ff. de reg. iur. l. cùm principalis. & C. de legi. & consti. l. non dubium.

Articulus LVII.

SI fur vel raptor captus sit infrà diem naturalem, non cōdemnetur seu conuincatur, [a] vlterius eum Gograuius non iudicabit, sed ad infeudati iudicis spectat iurisdictionē. Ista de Gograuijs, qui ad violentiam in continēti iudicandam eliguntur, sunt promulgata.

[a] *Iure Municip. art. xxx. xxxj. & xxxij. Glos.*

Glos.

GLOSSA.

Non iudicabit, &c. Et si iudicet, sentētia sua est nulla. [b] nam quæ à iudice incompetenti fiunt, non valent: vt C. si à non compet. iudi. l. j. licet sit. arg. contra ff. si quis in ius vocat. non ier. l. ij. & ff. de iudi. l. si quis ex aliena. iudicatum enim intelligitur, si iudicatum fuit ab eo, cui iudicandi ius fuit: vt ff. ad Tertul. l. j. §. fin. Et sic res iudicata habetur pro veritate: vt ff. de reg. iur. l. res iudicata. cùm & in iudicio quasi contrahimus: de quo plenè per Arnold. xvj. q. iij. c. post quingentos.

[b] *Nō competenti iudice acta pro nō factis reputantur.*

GLOSSA.

Notandum pro intellectu textus articuli, [c] quòd fur dicitur ille, qui contrectat rem alienam, pro vtilitate sua eandem conuertendo, irrequisito domino cuius res illa est. Attamen si vnus manifestè vtatur re aliena, non tamen proposito malo nec animo furandi, non efficitur fur: vt Instit. de re. diuis. §. gallinarum. & ff. de fur. l. furtum. & lib. ij. art. xxjx. lib. iij. art. xxij.

[c] *Fur quis dicatur?*

Notandum præterea, [d] fur est duplex, manifestus, & occultus: vt ff. de furtis. l. furtorum. fureisque huiusmōi Gograuius iudicare debet die eodē, quo commissum furtum sit. Si verò pernoctetur negotium, extunc infeudatus iudex iudicabit, & non Gograuius; non enim Gograuij iudicium illud erit, nam & accusatus ad fideiussoriam dari poterit: vt infrà lib. ij. art. jx. Quæritur, si aliæ euenerint iniuriæ, [e] sicut homicidium, virginum vel mulierū oppressiones, an Gograuius illud iudicabit nec ne? quidam dicunt quòd sic; in his enim duobus verbis fur vel raptor, includere videntur omnes aliæ iniuriæ. cùm enim vnus occidit alium, spoliare cū vita eius videtur:

[d] *Fur duplex.*

[e] *Gograuius an alios excessus præter furtum iudicare poterit?*

ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. j. Qui etiam virginem vel mulierem opprimit, castitate & virginali pudicitia eam priuare dicitur: vt in auten. de manda. princ. §. neque. coll. iij. & item, qui alium veneno interemit vel occidit, auferre & ita furari sibi vitam dicitur: vt ff. ad leg. Corne. de sicar. l. j. & l. eiusdem? Respondēdum tamen & veriùs, quòd Gograuius ista non iudicabit; iudicium etenim quod in vitam transit, non adeò largè extendi debet, nec facilè alteri subdelegari. Sed & Gograuius vt ex textu liquet, nullam habet super eo commissam à iure auctoritatem. Vndè quicumque occidit aliquem etiam ex officio, cùm tamen id sibi commissum non sit, vel iurisdictionem ad id non habeat, ille homicida dicitur & nō iudex: vt xxiij. q. v. c. de occidendis. Præterea cuicumque iudicium commissum sit, ille commissionem excedere non debet: vt extra de rescriptis. c. dilectus. concluditur ergo quòd Gograuius duntaxat fures & prædones de die iudicabit, cum factū sit manifestum; & eodem etiā modo facere debēt conseruatores Ecclesiarum, hoc est, illi quibus iudicium commissum est contra manifestos Ecclesiarum raptores: vt extra de officio delegat. c. statuimus. lib. vj. *f* Si etiam contingat iudicium ad pœnam dirigi, in mitiorem debet vergere partem: vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. Quòd autē Gograuio non pertinet iudicare nisi fures & raptores, patet ex articulo lv. & lvj. supra. & hæc de Gograuijs dicta sufficiant.

f Pœna mitior semper eligi debet.

Articulus LVIII.

SI verò Gograuius in tempus eligitur spaciosum, dominus prouinciæ, vt Marchio, vel Comes, eum tenebitur infeudare, [a] & sic coram eo deliberatū rusticorum arbitrium procedit, licitéq; pernoctatas iudicat iniurias, seu violentias. Quando Comes, vel dominus prouincialis [b] iudiciū sui Gograuij ingressus fuerit, cessat iudicium Gograuij, sicut quando Rex intrauerit iudicium Comitis, cessat iudicium Comitis, vbi Rex & Comes ambo sunt actioni præsentes. Sic etiam omnes iudiciorum actiones in Regis presentia nisi actio Regē ipsum attigerit, suspendantur.

[a] *Textus vetustiores habent: & coram eo proscripto fieri poterit, pernoctatasq; iudicat iniurias.*

[b] *Iure Munic. art. viij. glos.*

GLOSSA.

Violentias iudicabit, &c. An autē iudex laicus scire iura teneatur, notatur xxxviij. dist. si in laicis. & de consuetud. c. iij. & insuper. ij. glos. vbi innuitur [c] quòd illiterati possunt esse iudices, si habent naturalem industriam & peritiam causarum, alias non. quia iudex debet esse peritus, nec quærere de aliis quid eum loqui oporteat: vt in auten. de judic. in princ. coll. vj. & de consang. & affin. c. ex literis. in fin. vbi de hoc. & xx. dist. c. j. & notatur in c. scisitatus, de rescrip. in glos. ibid. vide.

[c] *Illiterati iudices esse possunt.*

Vndè etiam dicit lex imperialis: [d] iudicium soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet; vel etiam si ipse iudex eiusdem imperij esse cœpit, cuius est, qui iudicare iussit: vt in l. iudiciū

[d] *Iudicium quando dissolui-tur?*

iudicium soluitur. ff. de iudic. vide etiam infrà lib iij. art. xxxiiij. vnde & alibi dicit lex: potioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia tribuatur: vt in l. potioris. C. de offic. rect. prouin. nam & virtutũ præmia tribui merentibus conuenit, & aliorum honores alijs damnorum occasiõem fieri non oportet: vt in l. vlt. C. de statuis & imaginibus. & in l. singuli. C. de officio diuersorũ iudicum.

GLOSSA.

Si verò Gograuius, &c. Antehac in articulis precedentibus dixerat de iudicibus, quorũ electio & exauctorisatio ex parte communitatis depẽdet. Articulus præsens loquitur de iudice, qui etsi quidem à cõmunitate eligitur, ab officio tamen eundem deponere facultatem nõ habent, subtilemque in eo Imperator processum obseruat, eò quòd in sanciendis cõstitutionibus præsentibus à leuioribus procedit, ne propter duritiam legum & constitutionum Saxones easdem reijciant & abrenuncient, eundemque modum quilibet prudens obseruare debet, quòd à leuioribus & facilioribus in actionibus suis semper procedat: vt Instit. de iusti. & iur. §. his igitur generaliter. Inprimis itaque statuit de iudicibus, qui eligi & exauctorisari à communitate possunt, posthac verò de iudicibus, qui etsi quidẽ eligi à cõmunitate possint, exauctorisari tamen minimè; & hoc in principio articuli tãgit cùm dicitur: Si verò Gograuius in tempus eligitur spatiosum, &c. dominus prouinciæ eũ infeudare tenetur. ¶ Quærere vnus possit, quomodo huiusmodi infeudatio esse debeat, an dominus sibi bona conferre vel iudicio eundẽ infeudare teneatur. Iudiciũ quidem sibi conferre non potest, quia nulla successio in eo esset, ex artic. lvj. supra; Sed & iudicium in quartam manum ex infeudatione sequi non potest, excepta scultetia in Comitatu: vt infra lib. iij. art. lj. & lij. ex quo itaque iudex, vt textus habet, electus scultetus non sit; quare feudum habere in iudicio non poterit. Si etiam quis dicat, quòd bona sibi conferre possit, respondebitur eis, quòd id fieri non oportet, quia si conferat sibi feudi clypeum, non propter hoc iudex feudalis esse poterit? R. itaque melius, *e* quòd non omnia quæ in legibus ponuntur ex præcepto sunt, verùm multa ex consilio fiunt. vndè in proposito de collatione bonorum, Gograuio ad tempus spatiosum electo, est magis consiliũ quàm præceptum. nullus enim inaniter labores expendere debet suos: vt xij. q. ij. c. precariè & vnusquisque expensas laborum suorum habebit: vt extra de simonia. c. cùm sit Romana. Sic etiam est consilium & non præceptum, quod habetur in causa quadã matrimonij: xxxiij. q. iiij. c. sciatis. Intelligendum tamen sanè id, quod de infeudatione dicitur Gograuij, quòd videlicet magis sit consilium quàm præceptum, hoc verum est in Comitatu, quia in Marchionatu præceptũ est; vnde & id quod dictũ est, quòd iudicium in quartam manum per infeudationem cedere non posset, intellige in Comitatu; in Marchionatu etenim licitè fieri potest, nã in Marchia iudicatur sub Marchionis fidelitate: vt infrà lib. iij arti. lxv. In Comitatu verò sub banno Regio; & hæc diuersitas est ex parte prouinciarum: vt xxxjx. distin. c. sciendum.

e Non omnia quæ in legibus continentur, ex præcepto fiunt, verum quædã de consilio.

Et sic coram eo deliberatum rusticorum arbitrium procedit, &c. *f* Vnde rusticorũ arbitrium in proposito accipi debet pro illa rusticorum inquisitione, quam faciunt, cùm videlicet iudicio iam bannito exeunt, & inquirunt seu scrutiniũ faciunt inter se, excessus examinãdo vniuscuiusque: de quo & supra

f Rusticorũ arbitrium.

arti. ij. eod. libr. & hoc intellige in Marchia; in Comitatu etenim aduocatiæ non sunt. vnde & mirabilis obseruatur modus rusticorum in inquisitione huiusmodi excessuum, quia quandoque sciunt & eis notũ est illud, quod examinare debent, cùm autem conuenerint, negant se scire pro primo & pro secundo. Pro tertio verò, postquam diligenti facto examine concordauerint, per iudicem interrogati, iurare eos oportet, quòd nunc primùm in tertia inquisitione eis innotuit super excessu recognito: in defectu quo iurare noluerint, mulctam iudici præstabunt, ex eò, quia bis antehac iudice mentiti sunt: vt C. de modo mulctarum, quę à iudi. l. eos qui.

Quando Rex intrauerit iudicium, &c. g Rex etenim supremus est iudex omnium vbilibet locorũ: vt C. de vet. iur. enucean. l. tanta. & infrà libr. iij. art. xxvj. & lij. Et quia Rex in persona sua in quolibet loco esse non potest, quare loco sui statuit alios iudices, vt potè Principes, illi tandem Comites, vlteriùs verò, Comites constituunt Gograuios in sui absentia: vt C. de peda. iudic. l. placet.

g *Vide infr. libr. ij. artic. xxvi. & art. ij. & Ju. Munic. art. viij.*

Vnde cùm superior iudex aduenerit, cessat iudicium inferioris, tũ etiam, si causa illa ad quam Gograuius electus sit, cessauerit, iudicium etiam eius cessabit: vt extra de appel. c. cùm cessante. & ff. de regul. iur. l. cùm principalis. vide etiam ad hanc materiã C. de offic. diuers. iudic. l. singuli & l. sciant. Si autẽ contingat, quòd iudex similis sibi ad iudicium venerit, eundẽ assidere sibi faciat: vt infrà lib. ij. ar. xij. glos. Si verò superior iudex sit, eidẽ assurgere & de loco cedere debet, vt textus habet: & C. de offi. diuer. iudi. l. singuli. h Præterea etiam iudex assidere sibi faciat viros spectabiles & prudentes, si ad iudiciũ eius venerint, & hoc si soli coram eius officio non agant, hoc est quòd non sint vel pars actorea, vel pars respondens: vt in auten. vt ab illustri. §. quæcumq; procedunt. Quòd si actionem habuerint, i ita quòd agere vel respondere eos oporteat, stare eos necesse est, & iudex sedebit: vt infrà lib. ij. art. xij. in auten. vt ab illustribus. §. quęcũque coll. v. C. de postulan. l. quisquis. in fin. C. vbi senatores & clarissimi. l. finali. §. sedendi. C. de offic. diuers. iudic. l. fin.

h Concordat infrà li. ij. artic. xij. gloss. Jur. Mun. ar. viij gloss.

i Vide infr. lib. ij. art. xij. gloss.

Articulus LIX.

OMnimodas actiones a & iniurias ac pacem fractam, iudex vbicũque locorum in sua iurisdictiõe cognoscere ac iudicare potest: dummodò actio ipsum non tangat, b vel nisi bannitus criminaliter accusatur; super eo etenim iudex nõ nisi in legitimo loco iudiciali sub imperij banno cognoscet. Sub imperij banno c nemini iudicare licet, nisi qs priùs bannum ab Imperatore susceperit. Qui bannum Regalem semel à Rege acceptauit, eum secundariò, si Rex, à qũo eum susceperat, moriatur, acceptare non cogitur. In vna aduocatia non nisi vnus potest esse bãnus. Qui sub banno Regali cognoscit, & inuestituram banni ab ipso Rege nondũ po-

a Vide ad hanc materiã infra li. ij. ar. xij. lib. iij. ar. xv. Jur. Mu. ar. viij. x. xvi. xxvij. xxx. ij.

b Alij textum addunt: excepto, si sit querela occasione proprij.

c Vide Jure Mun. art. xi.

ſtulauit, ſuã pro eo [d] mulctet linguam. Non poterit vllus Comes, qui ſub Regali banno cognoſcit, [e] legitimum habere ſine ſuo ſculteto iudicium, cui ante omnia ſeipsũ debet prębere iudicandum. Et ideo ab ipſo primam, ſi congruum & conueniens iudicãdi tempus fuerit, ſententiã poſtulabit, [f] & poſtmodũ eũdem interroget, ſi ei tumultus & indiſciplinata, hoc eſt, inſolentias, inobedientiam, in iudicio liceat prohibere, quæ dũ ab eo, (quòd videlicet prohibere inſolẽtias eidem liceat) fuerit pronunciatum, tandẽ vnuſquiſq; de eo quod eum tangit, mediante ferendario, ſuam interponet actionem.

d Hoc eſt, eius pœna eſt linguæ amiſſio, et hoc eſt verum, vbi iudicatur ſub bãno Regio, vt in Comitatu. ſecus enim eſt in Marchia, vbi ſub Marchionis fidelitate iudicium exercetur.

e Vide infr. li. iij. artic. iij. Iur. Mun. art. x. xvi. & xvij.

f Iur. Mun. art. xvi.

GLOSSA.

Omnimodas actiões, &c. Hoc tamen ſcias, quòd poteſtates terrarũ non habent merum imperium de iure communi, ſed Præſes prouinciæ ſic. de conſuetudine tamen vſurpant ſibi hoc, vndè quotidie mẽbra mutilant, & condemnant ad mortem ex vſurpatione non ex iure; hanc tamen poteſtatẽ Princeps poteſt reuocare quando vult, nam & omnis conſuetudo poteſt ab eo caſſari: vt de conſtit. c. j. lib. vj. & ff. de ſepul. viol. l. iij. §. diuus. Merum autem imperium & liberũ habet dũtaxat Papa & Imperator, ſed legi ſubnixum habent inferiores, quibus nominatim hoc participãt, vel ex vel ex priuilegio cõcedunt: vt hĩc in l. j. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. Conſiſtit enim merum imperium circa humanũ corpus, gladio materiali vel ciuili conterendum: Quod quia ſumma res eſt, ideo etiam circa illud requiritur ſumma iuriſdictio, videlicet ad hominem capitaliter condemnandũ, cùm homo ſit creatura creaturarum, facta ad imaginem Dei: vt in l. ſi quis. C. de pœnis. Et præſcribitur merum imperium benè ab illo, qui fuit & eſt in poſſeſſiõe territorij, vt dominus vel Iuſtitiarius generalis, licèt diu ea nõ ſit vſus, quia nõ occurrit caſus vtendi. [g] nã iſtis incorporalibus plena poſſeſſio conſiſtit in aptitudine, ſicut in actu: vt ff. de ſeruit. vrban. prædi. l. foramen. Et ſi quis præſcribit iuriſdictionem in incolas, videtur etiam præſcripſiſſe & in forenſes, qui ibi cõtrahunt, vel delinquunt, quia iſta præſcriptio eſt ius reale, vel velut confeſſoria redditur cõtra quemlibet: vt ff. ſi ſerui. ven. l. ſi quis, ſecundùm Baldum.

g Poſſeſſio in corporalibus eque conſiſtit in aptitudine ſicut & in actu.

Vbicumq; locorum, &c. [h] Eſt tamen is locus eligendus, in quo ius ſine incommodo litigantium reddi poteſt: vt ff. de iudi. l. ſi locus, id eſt, vbicumque prætor ſalua maieſtate imperij ſui iudicare poteſt: ſed non in proſtibulo, vel alio loco inhoneſto, ſaluoque more maiorum, id eſt, non extra territorium ſibi commiſſum: vt jx. q. ij. c. j. & ij. Is etenim eſt mos maiorum, vt extra territorium ius nõ dicant; ſicut & illud, quòd aliquis nõ committat iuriſdictionem, niſi is qui ipſam ſuo iure habet: vt ff. de iuriſd. omnium iudic. l. more. & l. fin. Dicit autem notanter, more maiorum, non inferiorum. q. d. iudicum non ſubditorum. vndecumque ergo ſunt ſubditi, ſi iudices ſoliti ſint ius reddere, ab eis vocati, infra territoriũ venire debent, & ibi litigare etiam in itinere, dummodò ſedeant pro tribunali,

h Locus intelligitur quomodo eligatur.

nali, & dummodò non in ſecreto, ſed palam ſedeant: C. de ſentent. & interlocut. omnium iudi. l. cùm ſententiam. is ergo locus dicitur, vbicumque prætor ius dicere conſtituit: vt ff. de iuſtit. & iur. l. penultima. Non tamen derelinquat ſacra palatia vel prætoria pro domibus priuatorum, ne ipſa contingat dirui: C. de offic. rect. prouin. l. fin. Et omninò etiã caueat, quòd locus vtrique parti ſit ſecurus, cõgruus, & honeſtus: ff. de arbitr. l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. & ſequen. & extra de confir. vti. c. cũ dilectę. de appell. c. ex parte. & de teſti. c. cũ olim. *i* Territoriũ autem eſt ſic dictum, quia is ſub cuius dominio conſiſtit, habet ibi poteſtatem terrendi ſuper homines delinquẽtes: ff. de verbor. ſignific. l. pupillus. §. territorium. Extra etiam territorium iuriſdictio ſiue forus non extẽditur: ff. de iuriſd. omniũ iudic. l. fin. & extra de cõſtit. c. ij. libr. vj.

i Territoriũ vnde dictum?

In ſua iuriſdictione, &c. Id eſt in ſuo foro. forum enim in neutro genere eſt territoriũ cuiuſcumq; iudicis, in quo in facinoroſos poteſt animaduertere: vt ff. de ver. ſignific. l. pupillus. §. territorium. Sed forus in maſculino genere, eſt locus vbi iudex pro tribunali ſedet: vt extra de verb. ſignif. c. forus.

GLOSSA.

Satis abundè ſuperiùs declaratũ eſt de iudicibus omnibus, & quo pacto iudices efficiuntur: quidam enim fiunt ex electione, quidam ex commiſſione, quidam verò ex infeudatiõe. De primo habetur ff. de recep. arbit. l. j. & ſupra eo. lib. art. lviij. De ſecũdo, C. de officio eius qui vic. alic. iudic. l. in cauſſa. & ſupra eod. lib. art. viij. De tertio habetur C. de pedan. iudic. l. placet. & ſupra eod. lib. art. præcedenti, tùm & artic. præſenti.

k Iudex ſecularis in certis locis iudicium exercere non poteſt: concordat Iu. Mun. art. x.

Vbicumque locorum iudicium exercere poteſt, &c. *k* Nota tamẽ, quòd iudex ſæcularis in certis locis iudicium exercere non poteſt, ſicut in locis ſacris, proſtibulis, & item locis inhoneſtis: vt C. de ſenten. & interlo. omnium iudicum. l. cùm ſententiam. & ff. de reg. iur. l. omnia quæcumque. & extra de appell. c. qua fronte.

Omnimodas actiones, &c. *l* Sũt tamen certæ quædã actiones, quas ſæcularis iudex iudicare non poteſt. *m* Prima, occaſione bonorum ſpiritualium: vt extra de foro competenti. c. ſi diligenti. & c. ſignificaſti. Secunda, ſi actio eſt contra perſonam ſpiritualem: vt in autent. vt cleri. apud propri. Epiſc. §. ſi verò. coll. vj. *n* Tertia, ſi querela fit contra mortuũ, ignoraturque an mortuus ſit: vt ff. quæ ſent. reſcin. poſſ. ſine appell. l. penul. in fin.

l Nota, Iudex iure prouinciali iudicium exercere debet, quãdo petitur ab ipſo occaſione debiti, manualis facti, quia non excipiunt manuale factũ feriæ, nec dies ligat occaſione feudi, non niſi ante meridiem indicatur, aliàs non ligat ſententia. Iudex locum debet eſſe aptum & honeſtum, aliàs ſententia non ligat: poteſt etiam ille excuſari, ſi non ſit præſens: feud. c. lxv.

m Iudex ſecularis quaſdã cauſas iudicare non poteſt.

n Iure Mun. artic. xxxiij.

In ſua iuriſdictione, &c. *o* Quid ſi duo, quorum vnus ſit actor & alter reſpondens, conueniant ſuum iudicem in extraneo iudicio protunc exiſtentem: an iudicare inter eos debeat necne? R. quòd non; non enim ibi gerit officium iudicis, ſed eſt tanquam perſona priuata: componere tamẽ inter eos negotium poterit per modum arbitrij. Si verò duo extranei & forenſes extraneæ iuriſdictioni ſubiecti, ad iudicem in ſua iuriſdictione exiſtentem, in territoriumque ſuum veniant, cauſſam proſequi volentes, eoſdem iudicabit: vt C. de offic. rect. prouin. l. iuſtiſſimos.

o Iudex an in alia iuriſdictione iudicare valeat. Concordat Iure Munic. artic. xxxiij.

Dũmodò actio eum non tangat, &c. *p* Hoc diſtingue, vel querela ſit ratione bonorum, extunc ex vtroque eligere ſibi iudicẽ poſſunt: C. vt omnes iudic. tãm ciui. quàm mili. l. nemo ex viris. Si verò ſit querela pœnam expetens, hoc eſt, pro vita vel honore, extunc non niſi ſuperior iudex iudicabit: vt C. ne quis in ſua cauſſa ius ſibi dictet. l. j.

p Iure. Mun. art. xxij.

Vel niſi bannitus criminaliter accuſatur, &c. Contra bannitos etenim nonniſi in loco iudicij cõpe-

tenti agendum est: nam nisi in loco iudicij competenti respondere tenentur, ex eo, quia ipsi etiam ibidem vnicuique ius dictare cogũtur. quare & ibidem contra eos agi oportet; & hoc intellige, si actio vergat in vitam vel honorem, vel si actor in Comitatu mansionẽ habet, vel in territorio iudicij domicilium possideat, vel vbi factum nõ sit manuale, aliàs secus erit: vt C. vbi de crimin. agi. opor. l. j. & ij.

q Vide infr. lib. ij. ar. xij. lib. iij. artic. lxiij. Iure Mun. art. x. gloss.

Sub imperij banno, &c. q Id est sub Regia coércioẽ vel pœna statuta, quia ibi mulctã præstare cogitur sexaginta solidos, huiusmodique bannum seu coércioẽm necessariò requiritur quòd Rex cõferat iudici per infeudationem.

In vna aduocatia, &c. Hoc est, in vno Comitatu, non potest esse nisi vnus bannus Regius.

Non poterit Comes sine sculteto legitimum habere iudiciũ, &c. Et hoc ex eo fit, quia inprimis offerre eidem debet seipsum iudicãdum: vt infrà li. iij. ar. lij. & iij q. vij. c. iudicet. & de stat. monach. c. ea quæ. §. si verò. & de cẽsibus c. j. l. vj. & infrà lib. ij. art. xvij. glos.

r Qui iudicare alium vult sine offensa esse debet.

r Sine offensa enim & omni vitio esse debet, qui alium iudicare vult; vndè & iudicium huiusmodi sub banno Regio ante meridiem exerceri sobriè debet: vt infra lib. iij. artic. lxjx.

Inobedientiã in iudicio liceat prohibere, &c. Hoc est, quòd nullus ad iudiciũ pertinẽs, sine cõsensu iudicis exinde discedat, antequã iudicium finiatur; & hoc intelligendum de scabinis, actore & reo.

Insolentias, &c. hoc est demandare debet, ne vnus alium verbo, vel facto, vel alio quouis modo infestet, aut aggrediatur.

s Iur. Mun. art. xvij.

Tandem vnusquisq; de eo quod eum tangit, &c. s Post huiusmodi enim solennitates, tunc primùm iudicium efficitur bannitum, & iudex efficitur iudex, qui antehac fuit vt simplex homo.

ARTI-

Articulus LX.

SIne ferendario [a] quisque agere & se defendere potest, si damnum sibi per hoc eueniens (scilicet vt emissa sibi verba damnosa [b] retractare nõ possit) voluerit sustinere. Iudex ferendarium quemlibet primò postulatũ dare debet, & non alium, nisi iure primus absoluatur. Ferendarium se esse nullus negare potest in iurisditione in qua residet, vel bona possidet, vel in qua ius & actionem prosequitur; nisi cognato vel domino suo, vel vasallo, hæc actio in vitam, vel sanitatem, aut famam si vinceretur, extendatur; tũc contra eos, & pro ipsius inimico, iustè hoc recusabit.

a Ferendarius in proposito dicitur aduocatus seu patronus, siue consiliarius, siue rogatus. vndè & de ferendarijs vide li. iij. ar. xvij. Iur. Mun. ar. xvi. & xlij. gloss. Procurator verò ꝓprie dicitur, qui ex mãdato aliqua administrat negotia. l. i. ff. de procur. & ibi per gloss.

b Et hoc intelligitur, qui per se in iudicio agit, si ex verbis damnũ patiatur, relevare non potest.

GLOSSA.

Iudex ferẽdarium quemlibet, &c. Vndè etiam dicit lex communis: Ait prætor, si non habent aduocatum, ego dabo, non solùm his personis, quibus prætor humanitatẽ solet exhibere; verùm etiam si quis alius sit, qui certis ex caussis, vel ambitione aduersarij, vel metu, nõ inuenit patronum: vt ff. de postulan. leg. j. §. ait prætor. Concordat etiam ad hoc §. aduocatos. in l. nec quidquam. ff. de offi. procõsul. vbi innuitur: quòd iudex prouidere

uidere debet de aduocato fœminis, pupillis, debilibus, & his qui suæ mentis non sunt, aliquo ex eis petente, & etiam non petente, & qui per aduersariorum potentiam aduocatum habere non possunt.

GLOSSA.

A principio libri huius dictum est de hæreditatibus & eorum successione; exinde etenim venit, quòd homines querelas instituunt iudiciarias. nam si vnus nihil habeat, nihil ab eo expeteretur, nec ad iudicium vocaretur; sed nec querela necessariò eidē institueretur; posthac determinauerat de iudicibus, coram quibus querela institui solet, iuxta vniuscuiusque necessitatem: vt in auten. vt omnes obedi. iudic. §. hæc considerantes. coll. v. Hîc in articulo præsenti dat modum & doctrinam, quo pacto & per quem querela formari debeat; & dicit, quòd illud fieri debet per ferendarium.

Vndè pro intellectu articuli presentis aliqua notāda veniūt. Primò quid ferendarius sit. Secundò, quis ferēdarius esse potest. Tertiò, quis ferendarium habere non poterit. Quartò, quæ vtilitas ferendarij. Quintò, quomodo in iudicio ferendarius obtineri debet. Sextò, quomodo denegari se esse ferendarium potest. Septimò, si pretio conueniri possit. Octauò, quam vtilitatem exinde habet, quòd ferendarius est. Nonò, quæ pœna ferendarij, si iniustè egerit. *c* Quātùm ad primum, ferendarius seu patronus est, qui sui amici, vel etiam sui ipsius volūtatem iudici declarat, & contradicit illis, qui suæ volūtati cōtraueniunt: vt ff. de postulan. l. j. & iij. q. vij. c. infames. & in auten. de referendariis sacri. pala. §. j. coll. ij. *d* Pro secundo, ferendarius seu patronus esse non potest, seruus, surdus, infamis, iure priuatus, fœmina, cęcus, puer: vt ff. vt ff. de postulan. l. j. & iij. q. vij. c. infamis. §. tria. Monachi etiam sacerdotes & acolythi; tùm ij qui spirituale feudum habent, coram iure sæculari ferendarij esse non possunt: vt extra ne cleri. vel Monach. per totum. extra de postulan. c. ex parte. xvj. q. j. c. placuit. Sed nec in iure spirituali sacerdotes causſas agere possunt. nisi pro se, suis amicis, & indigentibus hominibus: vt extra de postulan. c. j. & sequentibus. xiij. q. v. c. deniq; & iij. q. vij. c. infamis, §. tria. *e* Ferendarius etiam verbis minacibus causſam agere non debet: vt iij. q. vij. c. infamis. §. tria. §. si quis adeò. Si quis etiam antehac iudex vel scabinus in aliqua causſa fuerit signanter, cùm actio sit pœnalis, in eadem ferendarius esse minimè potest: vt C. de assess. l. vlti. Item infamis si quis fuerit, ferendarius esse non potest: vt ff. de postulan. l. j. & iij. q. vij. c. infames. §. tria. *f* Infamis tamen signanter non magna infamia procurare potest pro parentibus, pro patrono cuius seruus erat, pro eius liberis, sororibus, fratribus, filiarum viris, nurubus seu filiorum vxoribus, vitrico, nouerca, pupillis, mente captis, puellis, & pauperibus: vt iij. q. vij. c. infamis. §. tria. & §. omnes. Pugiles, & qui cum bestijs decertant, ferendarij esse nō possunt: vt ff. de postulan. l. j. §. item senatus. Vndè & pro intellectu dictorū nota versus sequentes:

Non cuicunq; datur quod postulet, immò (vetatur,
Luminib⁹ cassis, mulier, multa ebria passus,
Adiecto pœna, seruus, puer, actor arena.

Vide ad hanc materiā C. de postul. l. j. Accipitur tamen quandoq; ferendarius pro tutore, sæpiusque in iure vnus loco alterius nominatur: vt j. q. iij. c. saluator. & extra de procurat. l. quia in causſis. *g* Quātum ad tertium, hæretici, infideles, Iudæi, ferendarios habere non possunt contra Christianos: vt C. *ut vide.*

c Ferendarius q. t.

d Ferendarius quis esse nō poterit. concordat Iure Mun. ar. xvi. & xlij.

e Ferendarius verbis minacibus causſam agere non debet.

f Infames ferendarij esse possunt in certis causſis.

g Ferendarium quis habere non potest.

de postulan. l. nemo. & extra de hæretic. c. excommunicamus. §. credentes. Qui etiam solus personaliter coram iudicio loqui cœperit, ferendario carere debet: vt supra art. xlviij. clarius tamen infrà lib. iij. artic. xxx.

h Ferendarij vtilitas.

i Quamdiu cõsensus super verba ferendarij non sit, vel si altera pars vrtelegium non quæsiuit, tunc valebit reuocare verba ferendarij: feud. c. lxxvij. ferẽdarius iure feu. nullus esse potest, nisi sit vasallus domini.

Pro quarto, *h* ferendarij vtilitas est, si errauerit principalis, verba eius retractare potest, *i* & hoc ante sententiam latam, sicut hic: & C. de errore aduocatorum. l. errores. *k* Quò ad quintum, ferendarius obtinetur de consensu iudicis ad optata partis. Quòd si ex mãdato iudicis temerariè ferendarius id facere noluerit, iudex postmodum eundem audire non tenebitur, immò à iudicio eũdem propellere: vt iij. q. vij. c. infamis. §. tria. & §. si quis verò.

k Ferendarius quomodo obtinetur?

Pro sexto, *l* ferendarius resistere potest verba alicuius loqui contra suum dominum, vassallum, amicũ, familiam suam, sicut hîc: & ff. de pœnis. l. moris. contra verò alios homines verba loqui denegare minimè poterit, in illa iurisdictione vbi pertinet, vel vbi causas agit; aliter etiam cogi non debet, nisi quod sibi officium interdicatur. *m* Quantùm ad septimũ, an videlicet ferendarius pretio cõueniri possit, anceps & difficilis super eo est quæstio. Vndè si secundùm rei veritatem vnus super eo decidere velit, multos exinde habebit æmulos, sententiæque suæ aduersarios hostes. Dicunt enim quidam: nullum probum decere ad patrocinandum aliquas causas, signanter iniustas, pretio conduci. habetur enim prouerbiorum *j*: Fili mi, si lactauerint te peccatores, ne acquiescas eis; si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem, &c. ne ambules cum eis. Tùm etiã in summa Bernardi doctrina datur, quòd homo prudens in consilijs dandis circumspectus esse debet, in præstandoque auxilio fidelis, hoc autem fieri non potest, cùm vnus ad patrocinandum caussã signanter iniustã pretio cõducitur; fidelitas etenim ac animi synceritas vnà cum iniustitia simul stare non possunt. sequitur ergo, quòd ad ius dandum vel illud promouẽdum, pretio conduci non debet. *n* ius enim in se sanctum est, & ita pecunia illud cõmaculare nullus audeat: ff. de vari. & extra ordin. cognit. l. præses. & C. de vete. iur. enuclean. l. Deo auctore. In contrarium tamen doctrina iufful-tus prophetę, qui dicit: Melius ac tolerabiliùs est, quòd vnus à iusto arguatur, quàm quòd à malis & peruersis laudetur. Secundùm cõmunẽ opinionem respõdeo, quòd ferendarius seu causidicus pretio conduci potest, nec est contra illud, quod dicitur, quòd nullus ad promouendum iniustitiam salariari debet. istud enim de iudicibus locum habet, qui iustitiam vel iniustitiam facere possunt in iudicando vel testificando, quod ferendarijs non competit; nam nec ipsi per se iudicium ferunt, nec testificantur, & ita per iniustitiam nemini nocere possunt. Quòd etiam dicebatur: ferendarium amore Dei & non pro pecunia iustitiam promouere debere, nec eandem pretio seu pecunia cõmaculare, magis est consilium quàm præceptũ. Vndè & in contrarium istius, multa habentur iura, quòd videlicet causidicus pretium licitè pro labore suo accipere possit: vt xij. q. ij. c. charitatẽ. nullus enim suo proprio stipendio alteri obsequium & vtilitatem facere tenetur: vt x. q. ij. c. precariè. Præterea iure cautum esse legimus: quòd iurisconsulti consilia sua pretio impartire possunt: vt xj. q. iij. c. non licet. vbi clarè habetur: quòd pro consilijs pecuniam accipere licet. Sequitur textus capituli: Non licet iudici vendere iustum iudicium; etsi liceat aduocato vendere iustũ patro-

m Ferendarius an pretio conueniri possit?

n Concordat ad id lex xij. tabular. hisce verbis: donũ ne capito, neue dato, neue perendo, neue gerendo, neue potestate quisquis earum rerũ migrasset, noxia pœna par esto. & item in alio loco cauetur. Barbarum iure datum, qui ob rem dicendam accepisse pecuniam cõstitit, capite punito.

o Ferendarius pro labore pretium licitè accipere potest.

patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium: & xiiij. q. v. non ſanè. Quod etiã dicebatur: quòd videlicet prudentia iuris ſancti, emi vel diuendi minimè debet; intelligitur de iudice ipſo. ſententia etenim iudicis nullomodo emi vel diuendi debet: vt in auten. vt iudi. ſine quoquo ſufragio. §. ſic igitur. coll. ij. & in auten. vt liti. iur. §. præſentem. coll. ix. & ij. q. vj. c. ci qui. ver. diffinitiua. & ver. venales. & extra de vit. & honeſta. cleri. c. cùm ab omni. & C. quand. prouo. non eſt neceſſe. l. venales. In iuribus allegatis cauetur, quòd ad iudicium veniẽtes actionemq; ſuam promouere volentes, iurare debent, quòd iudici, nec alicui alteri cauſſam ſuam & actionem meliorem facere volentes, nec quidquam dederunt, ſed nec dare volunt, excepto eorum cauſidico ſeu ferẽdario: & ita expreſsè habetur, quòd ferendarij licitè pro eorum labore ſalarium accipere poſſunt: habetur etiam ff. de varijs & extraordinarijs cognit. l. j. §. ſi cui cautum, quòd cauſidici ſeu aduocati, pro vna quaque cauſſa centum ſolidos accipere poſſunt, & non plus, facit apud nos quinque libras: hoc idem etiam habetur C. de aduo. diuerſo. iudi. l. fori tui. vbi Imperator innuere vult, quòd quidquid vnus ex aduocatia lucratur eius eſt proprium, nec patri ſuo cedit, ſed nec cum fratribus diuidere cogitur; verùm illud ſolus retinet, tanquam miles ſtipendium ſuum. Sed nec iure noſtro Saxonico vſquam legitur, quòd ferendarij pretio cõduci non poſſint, niſi forſan paragraphum articuli præſentis vſurpare ſibi vnus velit, vbi dicitur: quòd ferendarium ſe nullus negare valeat, non tamen ad propoſitũ trahi poteſt paragraphus allegatus. non aliud enim intendit, quã quod is qui alicui iuriſdictioni ſubiectus eſt, vel illic bona poſſidet, vel actiones proſequitur, ferendarium ibidem petenti ſe denegare non poterit; non tamen inhibet paragraphus iſte, quòd ſalarium eis tribui non debeat.

Pro octauo, *p* quam videlicet vtilitatem ferendarius habeat? reſpondendum: *q* quòd eſt miles iuris; Imperatoriã etenim maieſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed & legibus oportet eſſe armatã, vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè poſſit gubernari: vt Inſtit. in prooem. & in auten. vt omn. obedi. iudic. §. j. coll. v. Aduocatus ſiquidem *r* miles iuris dicitur; & quemadmodũ milites belli, ſunt pacis protectores, ita hi ſũt iuris defenſores: vt Inſtit. in proœmi. §, allegato, & C. de aduocat. diuerſ. iudic. l. aduocati. Immò vt ſupra dictum eſt: quidquid ex aduocatia lucrauerit, illud cum nullo diuidere tenetur: vt C. eod. tit. l. fori. *ſ* Quantùm ad vltimũ, quę pœna ſit ferendarij; ſciendũ, quòd ferendarius qui dolosè in negotio agit principalis, ita quòd ſe beneuolè conuincere admittat, vel cõductus per vnum, documentisque & defenſam ipſius reſciens, ad aduerſarium ſe conferat, vel aduerſarij cauſſam defendat in damnum prioris domini, pœna illius eſt pro his exceſſibus, quòd infamis efficitur: vt C. de aduoca. diuerſ. iudi. l. j. & ff. de præuaric. l. ſi is.

p Vtilitas ferendariorum.

q Hoc intelligè de aduocato, non autem de procuratore qui militiam nõ conſequitur. nam officium eius eſt viliſſimum ſecũdum Dynum in re. infamibus. extra de reg. iur. libr. vi. & C. de decur. l. ſi quis procuratorem. l. x.

r Aduocatus miles iuris dicitur.

ſ Ferendariorũ pœna. quę perperam agunt.

Articulus LXI.

VBI quis aliquẽ conuenerit, [a] ibi licitè etiam recõuenietur. Nullus actor priùs interponere tenetur cautionem, niſi ſibi ad agendum alius terminus præfigatũr. Qui fideiuſſorem habere non poterit, [b] nec ibidem habet hæ

a Concordat infrà libr. iij. art. xij. & art. lxxix. Iure Munic. artic. xxxiij.

b Intelligè ergo paragraphũ iſtum in cauſſa criminali, ſecus in ciuili: vide ad hunc paſſum infrà art. lxxij. libr. ij. artic. iij. gloſſ. Iure Munic. art. xcv. & xxvi. gloſſ.

bet hereditatem, illum iudiciaria poteſtas reſeruet, ſi aliquē criminaliter accuſat, vel ipſe accuſatur.

c Iur. Munic. art. xcvi. c Poſtulent vnum ferēdarium duo ſimul, cui illorum eundem dare voluerit, in arbitrio eſt iudicantis. Proponant etiam duo ſimul actiones, in iudice dependet, quem ex eis priùs audire voluerit; ſecùs eſt, ſi vnus eorum priorē actionis propoſitionē poterit comprobare. *d Iur. Mu. artic. xcvij.* d Titubans, *e Textus antiquus habet epiſo. & dicitur ille, qui ſy labus ſæpè repetit, antequā dictionem exprimere poſſit.* e ſi in ſuis dictis ceciderit, ſine damno releuare & meliorare ſua dicta valebit. Si etiam clientulum, cuius verba locutus eſt, per verba ſua titubantia neglexerit, ille per alium aduocatum ſuū poterit ſupplere defectum. *f Exiſtoliquet, quòd illegitimus ferendarius eſſe non poteſt, nā ille in iure ſuo redargui poterit: vt ſupā ar. xxxvij.* Quilibet in terra f Saxonię iure ciuili, dūmodò ſit bonæ famæ, exceptis clericis, ferendarius eſſe poteſt. Fideiuſſorem autem ſtatuere tenetur, ſi ibidem bona aut hæreditatem nō poſſideat, pro mulcta iudicis, & emenda partis aduerſæ exſoluenda, non tamen priùs, niſi eandem demeruerit. Cùm vnus aliquem in ferendarium accipit, ille licitè pro ſuo principali in omnibus actionibus, tùm etiam in ipſius defenſionibus, ſine licentia iterata, pro eo referat ac ediſſerat, quæ neceſſariò ediſſerenda veniunt. et hoc quàm diu iure ſibi alienatus non ſit, vel vnus alium per liberā ceſſionē non derelinquat.

GLOSSA.

Ibi licitèreconuenietur, &c. Vndè ad hoc dicit lex communis: & conſequenter ego conuentus ab aliquo, ſi viciſſim velim conuenire eum, ſtatim quidem hoc non licet, niſi apud eundem iudicem: vt in auten. vt conſequenter. C. de ſen. interloc. omn. iudic. l. cùm Papinianus. vbi inter aliqua dicitur: cuius in agendo quis obſeruat arbitrium, cum habere & contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur: concordat §. cuius in agendo. iij. q. viij. & c. j. & ij. de mutu. pe.

GLOSSA.

Articulus præſens partis reſpondentis quaſdam tangit vtilitates. Euenit enim ſæpiùs ex aſtutia quadam, quòd vnus querulatur & accuſat aliū, præueniēs ne & ipſe accuſetur. Ad obuiādum itaque huic malo ponitur conſtitutio præſens, quòd vbi quis aliquem conuenerit, ibidem etiam per reconuentionem reſpondere tenetur.

Pro intellectu itaque textus articuli præſentis, quædam ex ordine conſideranda veniunt. Primò, quo pacto reconuentionalis querela, & quando inchoari debeat. Secundò, quo pacto formanda ſit. Tertiò, in quibus caſſibus inſtitui

recon-

reconuentionalis querela nō posſit. Quartò, quid faciendum, ſi actor querelā huiuſmodi acceptare recuſet. Quintò, quæ perſonæ querelas huiuſmodi acceptare tenentur, & quæ non. Sextò, in quibus cauſſis per reconuentiōem accuſari vnus poteſt vel non. Quantùm ad primum & ſecundum, ſciendum quòd iure antiquo querela reconuentionalis inſtituebatur in inſtanti poſt propoſitionem vnius contra alium, ſic videlicet, quòd cùm vnus querelam propoſuit ſuam, alter viceuerſa reſponſione nōdum facta, cōtra eundem querelam item inſtituebat ſuam; & ita iudex exaudita vtrorumq; propoſitione & reſponſo, ſimul decernebat negotium vtrumque: vt extra de mut. petit. c. j. ij. & de ordi. cognit. c. cùm dilectus. Quod ſi reſpondere cœperit cōtraria querela ommiſſa, poſthac non audiebatur. Iſtud tamen iure canonico abrogatum eſt: vt extra de reſcrip. c. diſpendia. §. reus quoq;. lib. vj. vbi innuitur: quòd actor contra querelam reſpondentis propoſitā, reſpondere tenetur iudicio durāte. *g* iure verò Saxonico querela reconuentionalis tunc inſtituitur, cùm vnus querulatur contra aliū, per iudicemque reſponſio ſibi decernitur, iſte tandem quærat per ſententiam decerni. ex quo quidē ſibi reſpōdere tenetur, an ille viceuerſa ad propoſita ſeſe iuſtificare ſibi nō debeat; & decernetur quòd ſic: vt C. de ſenten. & interloc. omni. iudic. l. cùm Papinianus. Cū verò ab actore abſoluetur, eundē viceuerſa pars reſpondens conueniat: vt infrà lib. iij. articul xij. *h* Quantùm ad tertium, ſciendum quòd tres ſunt cauſſæ, quando vnus viceuerſa accuſari ſeu reconueniri non poteſt. Prima, ſi quis criminaliter accuſauerit te, eundē criminaliter viceuerſa accuſare nō poteris. Etiam coram arbitris reconueniri vnus criminaliter non poteſt: vt extra de arbitr. c. cùm dilectus. iij. q. xj. c. j. & ſequentibus. nec obſtat in contrarium articulus infrà lxjx. eod. lib. vbi dicitur: Qui mortuum vulneratumúe comprehēdendo iudicio apportauerat, &c. Loquitur etiam ibi de illo, qui comprehendens aliquem pacis violatorem, ipſum conuincere nititur, in defectu ipſemet ſolus condemnatur. hic verò loquitur de illo, qui per querelā aliquid agit; vel dic, quòd ibi loquitur de vero iudice, hic verò de arbitrario ſeu electo. Secunda, ſi accuſas aliquem pro feudo, ille te ſuper proprio accuſare non poteſt, niſi in eodem iudicio ſituatum ſit: de quo vide ſupra art. xiiij. *i* Tertia, reſpondere etiam iure reconuentionali non teneris pro tuo feudo, niſi coram tuo domino: vt in auten. de vſu. feud. §. præterea coll. x. Pro quarto, *k* ſi actor ad querelam reconuentionalem reſpondere ſeſe recuſauerit, etiam reſpondens ad ſuam propoſitionem reſpondere ſeſe defendet; ſed nec iudex eidem iudicium miniſtrabit: vt ff. de procurat. l. mutus. §. pœna. & C. de compenſa. l. neq; ſcriptura. & extra de mutu. petit. c. prudentiam. *l* Pro quinto, omnes perſonæ etiam ſpirituales, ſacerdotes & monachi, ſi coram iure ſeculari actionem intentent, ibidem reconuenti etiā reſpondere tenētur: vt iij. q. viij. c. j. §. cuius in agendo. & ff. de iudic. l. ij. *m* Pro ſexto & vltimo, pars reſpondens actorem accuſare poteſt reconuentionali iure, in cauſis, quæ in alijs iudicijs incœptæ non ſunt; aliàs enim ſi in alio iudicio iam terminatæ ſunt, vel ſaltim inchoatæ aut tranſactæ, quia vt ſic reconuenire vnum non poteſt. De primo habetur extra de reſtit. ſpoli. c. audita. & C. ſententiam reſcindi non poſſe. l. impetrata. De ſecundo: vide in auten. de exhiben. & introduc. §. illud quoque. coll. v. De tertio:

g Querela reconuentionalis iure Saxon: quomodo inſtituitur?

h Cauſæ, quādo vnus reconueniri non poteſt: concordat infrà libr. vj. ar. xij glo.

i Contrariū iſtius vide ſupra eod. li. ar. xiiij. in gloſſ. vbi practica ſuper eo habetur, quòd videlicet reconueniri poteſt.

k Actor querelā reconuētionalis rennens, quid faciendum?

l Querelæ reconuentionales quæ perſonæ acceptare tenentur?

m Quæ cauſſæ per reconuentiōem accuſari poſſunt quæ non?

extra de transacti. c. j. & C. eod. tit. l. cùm mota.

Nullus actor priùs tenetur, &c. id est, nisi lite contestata; extunc ibidem fideiussores statuat, quòd actionem prosequi vult, vel iure eandē dimittere, sicut hîc: & C. de his qui accu. nō pos. l. qui crimen.

n Fideiussoria carens, si detineatur, per id iuri non derogat suo: concordat Iure Mun. artic. xxvij.

Qui fideiussorem habere non poterit, &c. *n* Vndè si vnus siue sit actor, siue respondens fideiussore carens, vt textus habet, detineatur, per id iuri non derogat suo, nec famæ suæ bonæ oberit: vt C. ex quib. caus. infam. alicui irroga. l. infamiæ. ius enim istud dictat & suadet: vt C. de custod. reo. l. de his quos. & C. de priuatis carcer. l. iubemus.

o Iudicis auctoritas & facultas in iudicio.

Postulent si duo vnū ferendariū &c. *o* In paragrapho isto & sequēti expimitur iudicis auctoritas & facultas. Primò, si duo petant simul vnum ferendarium, quod & raro euenit; in arbitrio iudicis est eundem fauere cui voluerit, sicut hîc: & C. de postulan. l. prouidendum. Secundò, si duo sententiam expetant, in arbitrio iudicis est primam ferre quam voluerit: vt C. de errore aduoca. l. j.

p Ferendariorum cautela.

Fideiussoriam autē statuere tenetur, &c. *p* Vtile itaque procuratoribus est, vt à principio litis sibi præcustodiant, per sententiam eis dari petentes: si & in quantum damnum incidāt aliquod, quis euincere eosdem debeat? decernetur, quòd principalis; interroget tandē iudicem, an in eo contentus esse vult? & vt sic manet sine damno.

Cùm vnus aliquem in ferendarium accipit, &c. Per id reprehenditur stultorum quorundam opinio, qui dicunt: quòd ad quamlibet querelam vel responsionem, tàm actor quàm respondens, de nouo ferendarium expetere debeant, qui verba illorum proponat. minimè enim istud fieri debet, vt textus habet, quamdiu iudicium illud duret, quamùis etiam actiōes sint plures, & hoc hîc tangitur: & C. de accusat. & inscript. l. ea quidem.

Et hoc, quamdiu iure sibi acceptus non sit, &c. Quomodo autē ferendarius, & quando, & ob quā causam vni iure adimitur seu denegatur: vide supra art. lx.

Articulus LXII.

NVllus ad actionem *a* in iudicio nondū cœptam cōpellatur, quam diu enim quis voluerit, sibi illatum damnum poterit subticere. Si quis autem iniuriam sibi illatam clamore iudiciario manifestauerit, hanc de iure debet prosequi, quia clamor iudiciarius incœptio est actionis. *b* Si quis in alterius detrimentum gladium suum euaginauerit, gladius iudici applicatur. *c* Pro solo iudiciario clamore nō iure prosequuto, à clamante, iudici tres solidi, nomine mulctæ præstantur. *d* Si verò eum prosequitur, licèt reus, ab eius instātia & impetitione absoluatur, damnum pro eo nullum sentit, *e* si duellia verba interposita *f* nō fuerunt. Qui illatæ sibi violentiæ nescit auctorem, ipse eū suum violatorem in actione nominet absolutè.

a Fallit hoc in casu diffamationis: vt l. diffamari. cum ibid. notat. C. de ingenuis & manu. vbi innuitur: quòd cū quis diffamat aliquem, index ad instātiam diffamati potest tempus illud prefigere, intra quod agere debeat, alias vltra tempus nō audietur: vide etiam ad hanc materiā Iur. Mun. ar. xlvij. glos.

b Nomine gladij intelliguntur omnia arma: Instit. de public. iudi. §. item lex. vide ad hunc passū Iur. Munic. art. xlvij glos.

c Circa id intelligi datur, quòd pro omnibus simplicib. clamoribus, vel excessibus, non nisi tres solidi mulctæ iudici dātur, & vocatur mulcta leuis. pro excessibus verò grauibus vt homicidio, vulneribus enormibus, præstatur mulcta: vt infrà l. ij. art-

a artic. lxiiij. expresiè habetur: vide etiam ad hanc materiam infrà lib. ij. art. xxvij. glos. circa finem.

lutè. g Testes nominati, post sex septimanarū tempora, h vel in continenti, si voluerit, producantur. i Debeat autem proprietas testibus probari, hoc in continenti, vel in proximo iudicio fieri debet. Iudex semper hominē interrogare debet, si dictis sui ferendarij consentiat, sententiamq; quærere debet inter duorum rationes, hoc est, iuxta querelam & respōsionem. k Interroget autem iudex secundùm suum arbitrium, & non secūdùm modum iuris, nec secundùm dicta partium, nihil ad rem facere existimatur. g Sentētia priùs postulata, primò erit pronuncianda. g Actor & reus, in qualibet causa tribus vicibus interloquantur, quousque per præconem ad iudiciū reuocentur. g In omnibus locis est iudicium, in quibus iudex sententialiter, hoc est, per sententias scabinorum, iudicabit. g Manifestè coram iudicio qui ferendarium impetrauit, loqui non debet. Interrogatus verò à iudice, si dictis sui ferendarij consentiat, respōdere cogitur: sic vel non, vel ad colloquēdum seu consultādum inducias poterit impetrare, aut sententiam increpare.

d Textus antiqui habent: si verò causa debito modo prosequatur absq; duello, et ille enaserit p iusiurandum, actor liber erit à pœna. nisi forte eundem duellariter impetiisset.

e Concordat infrà li. ij. ar. xxxvi. Iure Munic. artic. xlvi. & xlvij. & item xxxvij. glos.

f Concordat infr. li. ij. art. xxxvi. glos. vbi habetur: quòd iniustè vendicare vltēs aliqd, quāuis iudex sibi admittat, hoc eum iuuare minimè potest.

g Textus vetustiores habent: qui se obligat per testes aliquid probare, infrà sexhebdomadas, vel statim si vult, vt faciat necesse est.

h Concordat Iure Munic. artic. lxxv.

i Quomodo autem proprietas probatur? vide supra artic. viij.

k Intellige scabinos pro sententia inuenienda.

l Litis contestatio, est formale principium iudicij iure ciuili.

m Citatio nō est propriè principium, sed præludiū iudicij.

GLOSSA.

Incœptio est actionis &c. *l* Sic etiam de iure ciuili, litis contestatio est formale principium iudicij, nec potest remitti per partes, quia ad finem peruenire non potest, vbi non est principium: vt in Spec. de sent. prolat. §. iuxta, vers. quid si de partium. *m* Citatio verò non est propriè principium, sed præludium iudicij: vt C. quando prouoca. non est necess. l. j. in gloss. & in auten. in me. litis §. fin. in glos.

Ipse eum suum violatorem in actiōe nominet absolutè, &c. Per aliquas circumstantias, licèt non expresso nomine, nominatim enim intelligitur, si demonstratione corporis, aut artificij, aut affinitatis, vel alio modo res certificetur: vt ff de leg. ij. l. ij. ff. de cōdi. & demon. l. si nominatim. ff. de leg. iij. l. vxorem §. ij. & de sent. excom. c. constitutionē. vide de hoc lib. vj.

Et sententiam querere debet inter duorum rationes, &c. Et sic patet, quòd nostrum ius comparatur plebiscito. *n* vndè dicit lex Imperialis: Plebiscitū est, quòd plebs plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno, constituebat: vt Instit. de iure natura. §. plebiscitum.

n Plebiscitū ar. concordat Spec. Sax. li. j. artic. xxij. §. fur. Munic. artic. xlvj. & xxxij.

Sententia priùs postulata, &c. Iuxta regulam: qui prior appellat, prior agat. quæ regula habetur ff. de iudic. l. qui prior. & in c. cùm dilectus. de ord. cog.

GLOSSA.

Ex textu clarè habetur, quòd nullus ad querelam cogi debet, nec iudex ipse propter commodum su-

um & auaritiam, quæ est fomes omnis mali. Vndè si quis iudicum ad agendum aliquem cogere velit, signum est, non zelo iustitiæ, sed magis ex auaritia eundē facere velle, quæ maximè à iudice præcaueri debet. o Auaritia siquidē est vna ex quatuor causis, per quas iustum inuertitur iudiciū, & est mater omnis mali: vt in auten. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. coll. ij. & xj. q. iij. c. quatuor. Quòd autem nullus ad actionem cogi debeat, leges etiam ipsæ suadent: vt C. vt nemo inuit. age. vel accus. cogat l. inuitus. & ff. de muner. & hono. l. rescripto. ibid. habetur: Vbi nullus accusator est, ibi & nullus iudex esse potest.

o Auaritia est vna causarum iudicium inuertendi.

Sciendū tamē circa id, p quòd tria genera hominum sunt, qui ex necessitate agere & querulari tenē tur. Primū, tutores pro iniuria pupillorum. si enim tacuerint damnū eueniens, rependere tenerentur: vt C. de arbit. tutor. l. nomina. & C. de administr. tutor. l. tutores. Secundū, pueri mortem seu homicidium suorum parentum, quia aliàs exhæredarentur: vt C. ad Syleian. l. j. Tertiū, vir pro adulterio vxoris suæ, quia aliàs efficeretur infamis: vt ff. ad leg. Iuli. de adult. l. qui domum, & sequentibus. Vndè & instare aliquis posset, textum articuli locum non habere per leges iam allegatas, quia videlicet vnus secundum leges iam adductas ad querulādum cogitur? R. quòd textus articuli, vbi dicitur: quòd nullus ad actionem cōpelli debet, intellige, quòd per iudicem cogi non poterit; sunt tamen certi casus, vt iam tactum est, vbi vnus non quidem ad instantiā iudicis, sed ex constitutionibus & iure ipso suadente, querulare cogitur. Si quis dicat responsionem istam esse insufficientem: nam ius ipsum sine mandato iudicis, nemini demandare quidquam potest, nec iudex ipse absque iuris adminiculo. Si itaque iudex mediante iure præcipit aliquid, iudex ipse mandare videtur? R. Etsi quidem iudex ex officio iuris cogit aliquē ad querulandum, iudicem tamen pœna desuper statuta, ad id præcipiendum compellit, quam & præstare teneretur, si illud omitteret: nam & pœnam desuper statutam, non iudex ipse statuit, sed ius ipsum; & ita ex consequenti ius ad querulandum cogit, & non iudex: vt xxiij. q. v. c. homicidas.

p Tria genera hominum, qui agere & querulari ex necessitate coguntur.

Queritur, q si in homicidio detentus quis sit, cum amicisq; interfecti cōcordauerit, cùm iudice verò minimè, ex eò, quia iudex forsan multum ab eo expeteret, quod ipse præstare non posset: an vt sic actor vlteriùs actionem continuare debeat nec ne, aliàs enim cogi videretur? R. quòd non dicitur vt sic cogi. articulus enim disponit de actione nondum cœpta, instantia verò ista intelligitur, cùm iam actio incœpta sit. Pro intellectu articuli præsentis, r ad hoc quod intelligatur, ad quam actionem seu querelam vnus cogi potest necne? vide differentiam causarū, ex quibus querela incidit. Quædam enim est causa seu actio ipsi actori nociua, non tamen est per querelam incœpta; est tamen pœnalis, ad hanc nullus cogi debet ad querulandum: vt C. vt nemo inuit. ager. vel accus. l. inuitus. ff. de muner. & hono. l. reseripto. Secunda actio ex qua querela oritur, quæ etsi quidē pœnam apportat, nulli tamē est nociua, nisi ipsi soli qui querulatur: sicut si quis querelā incipiens aufugerit, & iste si cœpta est actio, cogi per iudicē potest vt eandem continuet, & aliter nō: vt C. de accus. & inscrip. l. ea quidem. Tertia actio seu querela si non continuaretur, vel iudicaretur, esset nociua toti communitati. Vndè ad prosequendum huiusmodi actiones, nedum cogere aliquem debet, sed etiam non accusatum

q Aff. non incipiens enim parti ponens, ad continuandū actionem cogi potest.

r Differentias causarū vide ad quam vnus cogi potest, & ad quā non: conuenit Iur. Mo. artic. xxvij. gloss.

satum, dummodò factum manifestum sit, conuinciq́ue poterit, punire: sicut est turpitudo contra naturam, fornicatio, hæresis, falsificatio, homicidium: vt in auten. de mandatis principum. §. sed neque. coll. iij. & infrà lib. iij. art. xxiij. Sequitur itaq́ue per modum epilogi, quòd causſa in iudicio cœpta continuari debet: vt in auten. vt liti. iur. coll. jx.

Si quis iniuriam clamore manifestauerit, hanc de iure debet prosequi, &c. Intellige, si ex non prosequutione communitati damni quid afferre debeat, aliàs absoluitur tribus solidis mulctæ, & desistere à querela poterit.

Si quis in alterius detrimentum gladium euaginauerit, &c. De hoc vide ff. ad l. Corne. de sicarijs. l. diuus Adrianus. In propositoq; nomine gladij alia arma & defẽdicula nociua intelliguntur: vt Instit. de publicis iudicijs. §. item lex Corne. & ff. de verb. signific. l. armorum.

§ Doctrina iudicum in eliberando capitno.

Circa id doctrina datur iudicibus ipsis, § postquã enim vnus pro homicidio accusatus fuerit, nõ de facili dimitti debet. excessiui enim corrigendi sunt, ne Deus iram effundat suam: vt xxiij. q. v. c. si audieris. Si verò ad concordiam seu transactionem deuenerit negotiũ illud, & in eo cautus iudex esse debet, ne in suspicionem auaritiæ incidat, quòd videlicet auaritia ductus actionem instigaret. Primùm itaq́ue operari reus debet, vt secum occasione mulctæ pro excessu componat, tandem cum actore seu principali occasione emendæ seu verigeldi determinet. si enim priùs cum actore componeret, cum iudice verò occasiõe mulctæ, propter forsan defectum non concordauerit, extũc videretur iudex nõ ratiõe querelæ propositæ, sed propter id, quòd expetitam pecuniã sibi non dedit, iudicium expetere. Si autem primùm cum iudice composuerit, pecuniam iudex capiet, piet, ex eo, quia permittit illum cum parte componere, si potuerit. Quantùm autẽ mulctæ iudici pro excessibus varijs præstatur, in iure nostro Saxonico in multis locis clarè descriptum habetur.

Pro solo iudiciario clamore nõ iure prosequuto, &c. Hoc intellige, vt in proximè sequẽti articulo declarabitur: & C. de calumni. l. mater. l. qui nõ. & l. calumniæ. Vndè notandũ, † quòd tria potissimũ in querela vitari debent, quã quis desistere vult ad hoc, quòd non incidat pœnã iudicis: Primum, quòd diffamatoriè querelam non instituat; vt pote furem, vel latronẽ eundẽ nominãdo. Secundũ, quòd testes non nominet, nec se ad illos trahat. Tertium, quòd aduersariũ violenter non inuadat; quòd si aliquid horum incurrerit, mulctam iudici & accusato emendam soluere cogitur. Istæ conditiones tãguntur in textu, signanter prima & tertia ibi, cùm dicitur: si duellia verba interposita nõ fuerint. Cùm enim quis duellariter aliquem aggreditur, violẽter inuadere ac diffamatoriè eundem accusare videtur, allegando eum suum malefactorem vel furem esse: vt ff. de iniur. & famo. lib. l. iniuriarum. In coq́ue casũ permittitur actori iusiurandum deferre, vt reus iuret iniuriam se non fecisse, nedum iure nostro, sed & legibus: vt ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. hac lege. Quod etiam ad testimonium producendum non acceleret, si sine damno manere vult, hoc tangitur ibi cùm dicitur: testes nominati, &c. Quòd si testes nominauerit, hoc est, ad testimonium producẽdum se traxerit, defectumq́ue in eis patiatur, damnum incidit: vt infrà lib. ij. art. xxij. & Instit. de pœ. temer. litig. §. itẽ actoris. ¶ Eum absolurè nominet. hoc intelligendũ est propter duo. Primũ, si spoliatus es, nec noueris illum qui id fecerit, instituas querelam in ge-

† In querela quam quis desistere vult, tria potissimũ vitari debent, vt nõ incidat pœnã iudicis.

nerāl contra illum qui id fecerit, quisquis ille sit; commodum exinde non aliud tibi erit, nisi quòd actio non erit pernoctata. Secundū, si violatorem detentum tenes, nomē tamē eius ignoras, querela formari potest in hunc modum: Domine iudex, ego querelam pono contra istum, commonstrando eum, ita quòd à iudice cognosci possit: vt ff. de iniur. l. prætor edixit.

Glossa ista intricata est, & magis sensu eiusdē exēdat se ad plebiscitum, quā ad sententiā: plebiscitū siquidem est, quòd plebs plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno constituebat: vt Inst. de iur. gent. §. plebiscitum.

Iudex hominē interrogare debet, si dictis ferendarij consentiat, &c. Quādiu etenim principalis in dicta causidici non assentit, immutare illud poterit: vt supra art. lx. & C. de errore aduocatorum. l. errores.

Sententiam querere inter duorum rationes, &c. Exinde colligitur differentia iuris Imperialis & Saxonici. *a* iure etenim Imperiali & secundùm leges, iudex solus sententiā pronūciat: vt C. de sent. ex peric. l. j. iure verò Saxonico, iudex aliū interrogat scabinū, qui tandem vlteriùs populum interrogabit: vt Instit: de iur. gent. §. plebiscitum. & ij. dist. c. j. *x* Vndè sententia seu ortulegium non est aliud, nisi decretum & decisio, quā iudex in iudicio facit, per quam vnum absoluit, & aliū condemnat: vt ff. de re. iudic. l. j.

Sententia seu ortulegium quid sit? vide hoc idem infr. lib. ij. art. xxj. lib. ij. art. v.

Interroget autem iudex secundùm suum arbitrium, nihil ad rem facere existimatur, &c. Doctrina ex eo datur, quòd iudex æquū sese præstare debet vtrique parti, tàm actori quàm respondenti, secus faciens, iudicium Dei inuertere dicitur, fructusque exinde proueniens, in amaritudinem æternæ damnationis conuertetur: vt xj. q. iij. c. quicumque.

y Iudicum querella.

In omnibus locis est iudicium, &c. *y* Ex eo triplex doctrina datur. Primò præcustoditur iudex, vt diligēter præmeditetur, in cuius loco residet; loco etenim Dei officium exercet, quare iustam sententiā

tentiam pronunciare debet, secus faciens, denegare Deum videtur: vt xj. q. iij. c. existimant.

z Actoris doctrina.

z Præcauetur etiam actor, ne proximum suum in dammum inducat, quodque actionem sibi iniustè non intentet: vt xj. q. iij. c. nolite. *a* Admonetur etiam respōdens, vt innocentiam & iustitiam suam solerter & prudenter defendat. *b* si enim non defenderit, opprimetur, & errori consentire videbitur: vt lxxxiij. distin. c. error. Vndè tutiùs est, quòd in eo casu ferendariū habeat, ne per sua verba de facili in damnum incidat.

a Respondentis regula.

b Veritas non defensa opprimitur.

Articulus LXIII.

QVI duellum indicere voluerit *a* sibi in generatione coæquali, is iudicem petat, vt sibi de iure liceat suum comprehendere seu inuadere violatorem, quem ibi prospicit constitutum: cùm hoc licere fuerit ei pronunciatum, tunc interroget, qualiter eum comprehendere debeat, vt ei proficiat in iure suo: *b* pronunciabitur, quòd mansuetè, in sui superiori foramine vestimenti: postquam eum vt sic comprehenderit, & eundem cum licētia dimiserit, quo pacto id accidit, actor debet enodare; hoc tamē cum interlocutione, vel in continenti est faciendum. Tenebiturque

a Concordat Iure Munic. art. xxxv. vide hoc idem in forma.

b Textus vetustiores habent: decernetur quòd mānsuetè seu disciplinatè, attingendo eum circa oram vestimenti, & quærat tandē si frivolum aut temerariū in detinendo sese ostendat, quod illud in iure suo sibi noceat, sentētiabitur, quod sic. et tandem arripiat eum cum duobus digitis.

eun-

eundem [c] primò incusare, quòd ipse pacem in eo violauit in via Regia, aut in villa, aut vbicumq; hoc factum sit, debet edisserere ac declarare. Secundò, accusabit eum, quòd ipse ei talem iniuriam & plagas apposuit, quas poterit demonstrare per vulnera, & si sanata fuerint, per cicatricem. Præterea accusabit eum, quòd ipsum in tantùm suis rebus deprædauit, vt meritò pro his alicui duellum inferatur. [d] Istæ tres violentiæ & querelæ sunt simul ab eo proponendæ, quas si simul nō proposuerit, eius duellum euanescit. Vlteriùs tandē dicat: ibi ego eum personaliter vidi personalem, & eum cum iudiciario clamore infestaui; quæ si fassus fuerit, benè placeat, vel contentus sum; si verò negauerit, ego eum vincam sicut terræ incolæ vel banniti, si Regalis bannus in eo loco extiterit, esse iuris promulgabunt. [e] Posthac reus petat actionis varendam, quæ ei est facienda. [f] Licitè tamen potest quis actionem suam ante varēdæ præstitionem, in statū perducere meliorem. Post varendam factam reus ille suam præbeat innocentiā, quæ est iuramentū & duelli acceptatio, si fieri potest, [g] putà si mutilatio nō intercessit. [h] Quilibet homo, potest duellum sibi in generatione deteriori, sed non deterior meliori denegare. [i] Negare etiam potest quis duellū, si post meridiem ei inferatur, nisi priùs fuerat initiatum. Iudex verò clypeum cum gladio reo, si indiget, ordinabit. Duellum etiā vnus litigātium cognatus, si ipsi inuicē sunt cognati, potest prohibere, si metseptimus suo iuramento tātam inter eos esse cognationem, vt de iure inuicē certare non debeant, manifestet. Iudex cuique duos præbere debet, qui videant, quòd secundū consuetudinem præparentur. Quantū voluerint, de corio & lineo induant, dūmodò frontes, id est, capita atque pedes permaneāt enudati. In manibus non nisi simplices habeant chirotecas: nudum in manu quilibet habeat gladium, & cum vno vel pluribus, secundùm cuiusque arbitrium, præcingatur: Clypeum

c Hoc est, tenebitur declarare, ob quam causā ipsum ad duellū receperit.

d In actione duelli tres querelæ simul proponendæ.

e Concordat Iure Munic. artic. xxxv. & xli.

f Ante varenda præstitionem, querela meliorari potest.

g Textus antiqui habent: nisi est, si non cau- officio mēbri licuisse, ut tu innocentiam tuo & gladio declarare posset, quia aliàs dare pugilem pro se poterit.

h ARTICVLVS REPROBATVS.

i Duellum quomodo denegari poterit

pertm ligneum corio tectum, & non nisi vmbonem ferreum in manu ferant, & vnam tunicam induant, cuius manicæ vsq; ad cubitum se extendant. Iudex circulo pacem, ne quis eos impediat, debet sub pœna capitis demandare. Cuilibet eorū iudex vnū, qui arborē seu phalangam eius ferat, ordinabit, qui ferentes neminem eorū vllatenus impediāt. Sed si eorum quis ceciderit, vel vulneratus fuerit, vel arborē petierit, & iudex hoc licētiauerit, arborem interponant. Postquam circulo est pax nunciata, tunc petere debent, circulum sibi à iure licentiari, quem eis iudex licētiabit. k De vaginis ferrū auferant, nisi hoc eis à iudice concedatur. Ante iudicē accedere debent prę-parati & iurare, actor videlicet, quòd illa accusatio vera sit, & reus quòd innocens sit, vt sic eos Deus adiuuet in suo duello. Splendor solis eis diuidatur quando procedunt. Si reus vincitur, condemnatur. Si verò vicerit, donata sibi ab actore emenda, & iudici mulcta absoluetur. Actor in circulū prior veniat, & si reus venire protraxerit, iudex eū debet tribus vicibus per prę-conem de domo, in qua præparatur, adhibitis duobus bannitis euocare: quòd si in tertia vocatione non venerit, actor surgendo se debet duello prę-sentare, l & verberando contra ventum eum superabit in querela contra eum proposita, ac iudex eum, tanquam duello esset superatus, condemnabit.

k Textus vetustiores habent: ferratura in fine vaginarū, absq; licentia iudicis non portabunt.

l Alij textus habent: bis percutiat seu feriat cōtra vētum, & tertiò figat in terrā.

GLOSSA.

QVI duellum indicere voluerit, &c. Iste articulus & sequens, videlicet lxiiij. sunt per ius canonicum damnati: vt extra de purga. cano. c. ex tuarum. & de purg. vulga. per totum. *m* Et est duellum, duorum voluntaria corporalis pugna, gratia odij exaggerandi, gloria criminis purgandi, secūdùm Ioa. de Lig. in c. ij. de cleric. pugnan. in duel. *n* & est prohibitum iure canonico & etiam ciuili, quia naturalis ratio dictat conseruationē vniuersi, maximè speciei. Sed duellum tendit ad mortem & ad annihilationem: Ergo lege canonica & ciuili prohibitum est duellum: vt in iuribus supra allegat. & C. de gladiat. l. j. Item, quia absurdissimum esset, à fortitudine assumi iustitiam, quod est delictorum occasio. Nec est fortitudo, quæ non est cum iustitia laudanda: vt in auten. vt omn. obed. iudi. in prin. coll. v. & ex hoc proueniunt corporum & etiam animarum pericula: de tornea. c. j. & talis abusus est inprescriptibilis,

m Duellum q. t.

n Duellum prohibitū iure canonico & ciuili.

quia

quia per id Deus tentari videtur contra Euangelium Matth. iiij. & Lucæ iiij. & de purga. vulg. c. fin. & per totum.

o Iuramentū non est deferendum in criminalibus.

Post varendam reus ille suam præbeat innocentiam, &c. *o* Iuramentum verò non est deferendum in caussis criminalibus, vbi requiruntur probationes luce clariores: vt in c. vlt. de iureiur. cum concor. ibid. in gloss. Tamen conscientia benè probatur per iuramētum: vt notatur de testi. c. præsentium. & de sent. excō. c. si verò aliquis. Sicut & ignorātia: vt nota. de electione. c. innotuit. & eodem tit. c. vt circa. li. vj. Et iuramentum nō extenditur ad ea, de quibus nō est dictum vel cogitatū, vel verisimiliter cogitari potuit, de iur. veniēs. & c. quanto. & c. quinta vallis.

p In iuramēto magis debet attendi animus, quā verba.

p Et in iuramento magis debet attendi animus quàm verba: xj. q. iij. antecessor. & ibi. arg. Et est ex parte iurantis personale: C. de iureiur. propter calum. l. principales. sed ex parte eius cui iuratur, est reale: extra de dolo & cōtu. c. veritatis. xij. q. ij. longinquitate. Hoc est quod dicimus, quòd iuramentum transit ad hæredes recipientis, non ad hæredem iurantis; nec sortitur hæres forū ex iuramento defuncti: vt notat Ioan. Andr. in nouel. de foro compet. c. vlt. lib. vj. Dic tamē, quòd iuramentum quātum ad spiritualitatē, quæ ei inest, nō transit ad successorem iurantis, sed benè transit, quantùm ad robur contractus; nam ex persona hæredis robur contractus non mutatur.

Vt sic Deus eos adiuuet, &c. Cū aliqua iuramenta sunt contraria, necesse est sequi periurium, quod iudex admittere non deber. Iuramenta etiam talia non confirmant ea, quæ de sui natura sunt illicita, & quorum obseruantia immittunt peccatum, aliàs sic de iureiur. ad nostram: & c. veniens. & c. quinta vallis. & c. cùm contingat, cum similibus.

GLOS-

GLOSSA.

LEX & constitutio præsens occasiōe duelli pro speciali iure Saxonibus data ac sancita est, quia aliàs priuilegium non esset. *q* constitutio etenim, quæ nihil singularis aut specialis in se continet, priuilegium nuncupari non potest; nam priuilegium semper aliquid speciale habet: vt iij. dist. c. priuilegia, & extra de verb. signif. c. Abbate. & ff. de legatis. iij. l. vxorem.

q Priuilegium nūcupari non potest, nisi aliquid specialis contineat.

Duellariter alloqui in proposito, agere in vitā ipsius dicitur; non tamē semper vnus duellum alteri inferre admittitur, nisi quādo aliter damnum suum probare non poterit, vt sic enim duellum iustò admittitur ex parte illius, qui ius habet. vndè duellum *r* ex legibus Romanis ortum habet: vt Inst. de hære. quæ ab intest. defer. §. per cōtrarium. ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. de re iudicata. l. commodis. ff. de his qui not. infa. l. athletas. C. quæ res pignor. oblig. l. spem. & ff. de donat. l. donationes.

r Duellum ex legibus ortum habet.

Dicere quis posset, quòd duellum non est singulare Saxonibus ipsis, vt iam dictum est, nam & in legibus admittitur? R. quòd solis duntaxat Saxonibus admissum est pro omnibus actionibus criminalibus duellū inferre. In legibus verò pro nulla alia caussa duellū admittitur, nisi cui obiectum sit super fraude imperij: vt ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. & C. ad leg. Iul. maiest. l. iij. Contra istā responsionem instare quis posset, eam insufficiētem allegando; nam & secundùm leges, vt communiter pro omnibus actionibus criminalibus duellum admittitur, & ita non erit cōmune Saxonibus ipsis: vt in libr. feud. de pac. tenen? R. quòd à tēpore Caroli Imperatoris, vsque ad tempora Frederici, duellum fue-

rat speciale Saxonibus duntaxat ipsis datum, Fredericus verò ex iure priuato Saxonum, statuit illud pro cõmuni iure; & ita à tempore eius duellum commune esse cœpit: vt in li. feu. de pace tenen. Is iudicem petat, &c. Doctrina ex isto elicitur, quòd quamùis iniuria vnus afficitur, iudex tamen sui esse non debet, verùm actionẽ iure prosequatur suam. si enim solus per se iniuriam iudicare velit, causãm suam iustam, iniustam efficiet: vt in cõstit. Frederic. l. habita. col. x. Vndè duellariter alloqui volens aliquẽ, tria in se habere debet. *f* Primũ, quòd ille quem alloquitur, sibi sit in generatiõe æqualis. Secundũ, quòd illud faciat ante meridiẽ. *t* Tertiũ, quòd illas tres querelas proponat, vt textus habet, quodque suus consanguineus non sit: vide ad id lib. feud. de pace tenen. §. ij. & §. si rusticus. De duello autem loqui, parùm vtilitatis est; ex consuetudine enim venit, & est deuentum ad testimonium septem virorum.

Dicere quis posset declarationem glossæ sibi esse cõtrariam, dictum etenim est duellum esse commune, ita, quòd pro omnibus passim decernebatur iniurijs; iterum verò dicitur non esse adeò commune, ex consuetudine enim venit? ℟. Nullam in eo esse contrarietatem. duellum enim antehac commune fuit pro omnibus iniurijs, posthac verò abrogatum; nã & iustus quandoque duello vinci possit. quare non nisi in tribus admittitur casibus. *u* Primò, occasione prædæ manifestæ, cùm aliter contra prædonem probari nõ poterit: sicut hìc, & infrà lib. ij. art. lxxij. lib. feud. de pace tenend. §. ij. tum etiam, si quid fraudis contra imperium fecerit. Secundò, occasione sententiæ coram imperio reprobatæ: vt supra art. xviij. & infrà lib. ij. ar. iij. & art. xij. §. viij. *x* Tertiò, si mortuum quis pro violentia

f Duellariter alloqui vnus volens aliquẽ, tria in se vt habeat necesse est.

t Iure Munic. artic. xxxv.

u Duellum nisi in tribus admittitur casibus.

x Nota, quòd iuramentum calumniæ non est vsitatũ iur. Saxonico, attamen cùm actor proponit contra reum, intelligitur habere causãm & ita creditur sibi absq; iuramẽto, qui si falsò accusat, & non cõuincat, sustineat pœnam illam quam reus ferre cogeretur: & hoc in criminalibus, vbi reus innocens sit. Sed si respondens sit reus, & possit actorem cõuincere strepitu iuris ex industria sua, non debet in eum extẽdi corporalis pœna sed vero gelde emẽdet, & hoc cũ pœna & emẽda, iuxta causa

olentia inculpare velit, vt articulus sequens; & exinde liquet, quòd in certis casibus duellum abrogatũ est, in aliquibus verò admittitur. abrogatiõem enim iuris vitare debemus: vt in auten. quib. mo. nat. effic. §. tribus. col. vj. Quòd autẽ duellum deuenit ad testimonium septem virorum, est statutum Alberti Imperatoris, & vocatur cõstitutio noua; *y* & secundùm eandem miles acquirit ferendarium, potestque se defendere prædæ sibi obiectæ, & etiam conuincere prædonem aut furem mertertius; ciuis metquintus; rusticus simplex metseptimus. Si verò reus testimonio septem virorũ sese defendere poterit, propior est, quàm quòd actor eum conuincere deberet: *z* quia ius in huiusmodi casibus fauorabilius est reo quàm actori: vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. ff. de acti. & obli. l. Arrianus. ff. de peti. hære. l. nec vllam. C. de dona. inter vir. & vxo. l. maritus.

sa exigentiã: vt Institu. de pæ. te. lib. §. i. & absoluitur respondẽs liber ab actore. Quòd si actor conuincat respondentem, & actor iniustè agat: extunc contra actorẽ damnatio iterum sequitur: xt. q. iij. nolite. vide hoc eodem lib. feud. c. lxxij. de iuramẽto calumniæ vide infrà lib. ij. ar. xxij. & lxij.

y Miles, ciuis, rusticus, secundum sui statum diuersè vnum cõmunicant.

Articulus LXIIII.

z Concordat Iure Munic. art. xxxv.

PERsimile [a] & eodem etiam modo mortuus, si in rapina vel furto occiditur, superari debet. Si verò septem virorũ testimonio mortuum actor conuincere poterit, [b] duello se præsentare contra eum non tenetur. [c] Quòd si vnus, quicumque ille sit, ex mortui cognatis, ipsũ mortuum duello à reatu imposito excusare voluerit, ipse omne dirimit testimonium, mortuusque si prosciptus non apparuerit,

a Vide supra art. L. & infrà eod. artic. lxix. Iu. Mu. art. xxxviij.

b Textus antiquiores habent: non oportet ipsum duellũ inire.

c ARTICVLVS REPROBATVS. *Concordat infrà lib. ij. ar. lxxxvij. & lxxxviij. Iu. Munic artic. xxxvij.*

crit, sine duello non condemnetur.

GLOSSA.

PER simile & eodem modo, &c. Erroneum est, vt supra proximo articulo, & vide quod ibi scripsi, & supra eodem lib. art. xviij & infrà lib. ij. art. xij. cum similibus. & intellige quod est erroneum in ista parte qua actor approbat duellū, secus verò, vbi admittit probationem. Et nota hic, *d* quòd statutum, consuetudo, & iuramentū, non possunt quemquam astringere ad peccandum; & ideo talia super hoc disponentia iura non valent: vt notatur de verb. signific. c. constitutionem. lib. vj. & ibi in concordant. & vide de delic. puero. c. fin. in gloss. & per Hostien.

d Statutum, consuetudo, & iuramentum, non possunt vnum astringere ad peccandum.

GLOSSA.

Articulus iste immutatus est per constitutionem nouam Marchionis Ottonis, seu veriùs per statutū Alberti Imperatoris, vt præcedenti articulo tactū est, ita, quòd malefactor conuinci debet per testes, sic scilicet: quòd miles conuincere aliquem posset mettertius, ciuis metquintus, rusticus metseptimus; & id in Marchia seruabatur. Quęrere vnus possit, ex quo quidem constitutio noua, occasione huiusmodi probationis, sancita fuit, an ius vel lex, de qua articulus præsens disponit, robur & vigorē adhuc habeat? Quidam dicunt, quòd locum minimè habet; consuetudo etenim seu plebiscitum alicuius prouinciæ, quæ in vsum venit, ius opprimere dicitur, huiusmodiqúe consuetudo pro iure habetur: vt xj. dist. c. Ecclesiarum. & ff. de iurisdic. omn. iudic. l. j. & C. quæ sit lōga consuetudo. l. j. & ij. &. tamē & melius, quòd articulus præsens in hunc diem locum habet, non obstantibus cōstitutionibus in cōtrarium datis: constitutiones etenim illæ locum habent in proscriptis & bannitis, qui in aliquibus locis prouincię proscripti declarati sunt; conuincuntur etenim iuxta constitutiones, vt iam dictum est. Qui verò proscripti vel banniti non sunt, & ita nec conuicti, sicut in proposito: Mortuus in furto, vel rapina occisus, qui necdum superatus est, quare defendi contra accusatorem poterit. *e* nulli enim facto credendum est, nisi sufficiens appareat probatio: vt C. de accusat. & inscrip. l. si quis homicidij. Quòd etiàm constitutio illa non contradicat articulo præsenti, quodque accusatus defendi poterit, vt iam dictum est. Ex his liquet, si etenim mortuus, vt prætactum est, per testes defenderetur: extunc liber dimitteretur mortuus, & actor homicida pronūciabitur; quia qui mortuū vel vulneratum iudicio præsentauerit, si in querela deficit, vt violator & homicida solus condemnatur: vt infrà art. lxix. & C. de calumniato. l. vlt. Si ergo ita esse deberet, quòd mortuum isti defenderent, actoremque in vita conuincerent, esset cōntra ius Saxonicū, quod disponit: Quod videlicet quiuis propior est vitam, sanitatem, aut bona sua defendere, quàm aliquis eum conuincere poterit: vt supra eo. lib. art. viij. xv. & xviij. infrà lib. ij. art. xxxvj. lib. iij. art. xxxviij. Præterea fieri etiā posset, si accusator ex odio aliquē occiderit, & vltra id malefactum contra eum iuramāto probare vellet, & per consequens mortuum (qui forsan innocens est, excusareque se non potest, conuincere:) vt de pœnis. l. qui sententiam. Concluditur itaq; si nulla probatio sit, quòd occisus proscriptus esset, duello pro ipso decertatur. si etenim id non esset, extunc septem testiū iuramento ex cuiuscumque parte, siue sit actor, siue reus producto,

e Facto credendum non est, nisi appareat probatio.

vitam vnius auferent. *f* inter duo tamen mala minus malum est eligendum: vt xiij. dist. c. nerui testiculorum. Sed istud minus malum est, quòd duello decertent, & statuant iustitiam suam in Deum, quàm quòd ex iuramento vita vni auferatur; nec obstat, quòd occisor huic mortuo in iudicium apportato, furtum, prædam, vel aliquid aliud simile, ad caput vel collū eius alligāret, per id pacis violatorem eum probare volens, quia si eum interficere potuit, etiam potens erat in caput vel collum eius alligare quid quid voluit.

f Inter duo mala, minus malum est eligendum.

Si proscriptus nō apparuerit, &c. Ex isto sequitur, vbi sufficiens probatio apparuerit, quòd pro his duello decertare non oportet, & in eum sensum duellum per ius canonicum prohibetur: vt extra de purgat. vulga. per totum.

a Venientes ... habēt: ... etiam con... ... ad ... ellam rece... ... veleni ... ... esum ... ... est, pro... ... fregit, vel ... ... ualatus fu... ... e, cautionē ... terpōnēs, vt ... mparet. et ... terminū ... mparet assi... ...

Articulus LXV.

ET prout supra dictū est, a vincitur etiam is, cui in comprehensiōe duellum illatum est, & qui promisit, cautionemq; ad comparēdum interposuit, in terminis tamen non comparuerit sibi assignatis. In iudicio condemnatus, si vitam aut manum redimat, sine iure & infamis erit. b Qui etiam alicquem actionem iniuriarū passum iudicio exhibere promiserit, quod si facere nequiuerit, cum suo absoluetur verigeldo, & per hoc iuri non derogat suo. c Verigeldus post tres menses a tempore eius acquisitiōis persoluetur. Omnia debita ante solutionis diem, cui debentur, licitè persoluantur, dummodò in eo loco fuerint soluta, à quo creditor ea securè deportare poterit. d Ipse autem soluens ad id testimonio indiget duorum virorum, qui solutionem viderunt, vel quòd argento, aut cum nummis vsualibus debitū persoluere sese obtulit, quam solutionē creditor minus iustè acceptare recusauit.

b Textus ve... ... iores ita ... unt: pacis ... atores, su... ... que esset ... e pro vita ... sanitate, ... ius ad fide... ... iam re... ... erit, essēt ... ex mino... ... tate flatu... ... promittēs ... ... sfunden... ... ra, nonne ... ... vel face...

c Verigeldus post tres menses a tempore eius acquisitiōis persoluetur. Omnia debita ante solutionis diem, cui debentur, licitè persoluantur, dummodò in eo loco fuerint soluta, à quo creditor ea securè deportare poterit.

re non valuerit, eorum recōpensam solvere tenebitur: non tamē per id iuri fideiussoris derogatur: vide ad hāc materiam Ju. Municip. ar. xxxi. gloss.

d Ipse autem soluens ad id testimonio indiget duorum virorum, qui solutionem viderunt, vel quòd argento, aut cum nummis vsualibus debitū persoluere sese obtulit, quam solutionē creditor minus iustè acceptare recusauit.

c Verigeldus quando exsolvitur.

d Et sic solutio debiti probatur tribus testibus, debitum antē post mortuam manum, septem.

GLOSSA.

CVM suo absoluetur verigeldo, &c. Sic ergo proceditur contra fideiussorem: vt si promisit sub certa pœna illum exhibere, agitur ad pœnam promissam: vt hic, & infrà lib. ij. art. iiij. & lib. iij. art. jx. Et in terra Saxoniæ pœna non potest esse incerta, cùm sit per iura municipalia iā taxata, & hæc pœna semper de iure cōmuni esset fisco applicanda: vt in l. mulctarum. C. de modo mulcta. & hæc vera sūt, quādo fideiussor absque dolo reum nō exhibet. si enim dolo facit, quòd reum non exhibet; tunc poterit fideiussor extraordinariè puniri, vel ad tempus relegari, vel fustibus affici, vel fortè acriùs contra eum procedi: vt in l. si quis reum. ff de custo. & exhib. reo. & C. de fideiuss. & mādato. l. si Barsatoram. & C. ad Turpili. l. ij. Nec in causa criminali fideiussor admittitur pro defensione rei, quia ad crimen publici

blici & priuati iudicij prosequendum, frustra procurator interuenit, præterquam pro illustri persona: vt ff. de pub. iudic. l. penult. §. ad crimen. & C. de iniur. l. fin. Item, quia sic puniretur qui non deliquit, quod iura nolunt: C. de pœnis. l. sancimus. Non enim fideiussor, qui reum non exhibet, est occidendus: xxiij. q. v. cùm homo. In ciuili verò caussa potest fideiussor reum defendere, eius in se suscipiendo iudicium: vt C. de fideiusso. l. sancimus. de his vide in Spec. iij. part. titu. de accusar. §. sequitur. ver. sed si dedit. & sequẽ. Scias tamen fideiussorem liberari lata sententia: vt in l. Græca. §. & post litem. ff. de fideiussor. secundùm Baldum.

Aut cum nummis vsualibus debita absoluere præbuit, &c. *e* Hic & infrà lib. ij. art. xj. tangitur aliquid de oblatione, quæ est interpretatiua solutio. requiritur enim quòd oblatio fiat congruo loco & tempore, vbi debetur, & quòd alius cui offertur, non habeat impedimentũ, quominus recipere possit: C. de solut. l. obsignatione. & ff. de solut. l. si soluturus. & ff. de pigno. l. creditor. Requiritur etiam, quòd pecunia obsignetur, & sub sigillo in sacco recludatur, & deponatur in ædem sacram, si is, cui offertur, eã recipere nolit. nec enim prodest oblatio sine cõsignatione, vel ècontra: C. de vsuris. l. ij. & l. acceptam. Item, necesse est quòd totum offeratur non pars. C. de solution. l. obsignatione. nisi ab initio ita conuenerit: ff. mandat. vel con. l. qui mutuam. §. j. Vel vbi non confiteor, nisi partem debiti: ff. si certum peta. l. quidam. Item, necesse est quòd deposita duret, aliàs si offerens in proprios vsus conuertat, non est tutus: ff. de vsuris. l. debitor, & C. de vsuris l. acceptam in fin. & valet oblatio, si fiat bona fide & cum effectu per alium, sicut dicimus in solutione vera. Nec obstat. ff. quæ in fraudem credit. l. ait prætor. §. illud. quia intelligitur, quãdo verbo tantum fit oblatio, & sic in fraudem. requiritur etiã, quòd fiat oblatio ei cui debetur, vel eo absente iudici; & si iudex deficiat, tunc alijs honestis personis: C. de vsuris. l. si creditrici. non enim imputatur mihi, si non habeo cui soluã: ff. de fidei commis. l. vlt. hæc oblatio operatur, vt debitor liberetur, quamùis & pecunia amissa sit taliter deposita: ff. de arbitr. l. arbiter. & de postulan. c. j. §. si pecunia. in fin. Et hæc vera, quando debitũ consistit in quantitate; nam si species debetur, tunc sufficit sola oblatio: ff. de solut. l. qui decẽ. §. j. & l. si debitor. per interitum enim rei quæ debetur, nulla mora præcedẽte contingit liberatio. ff. de solutio. l. verborum. & de verbo. obligat. l. si ex lega. & l. nemo. §. j. vide etiam notata infrà ad hãc materiam. & l. mora. & in l. si ex legati caussa. ff. de verb. obligat. in repert. per Bart. & Salycet.

e De solutionis oblatione vide.

Et licèt petitio pecuniæ ante diem fieri non potest, si tamen ante diem præstandæ pecuniæ, agatur ex iusta caussa ad interponendam cautionẽ, fiat ad hoc cõdemnatio: vt in l. omnibus. ff. de iudi. & vide etiã ibidem glossam cum remiss.

GLOSSA.

EX articulo præsenti colligitur, quòd vbi sufficiens probatio apparuerit, duello decertare nõ est necesse, prout & superiùs tactum est; Præterea doctrina ex articulo isto datur, *f* quòd vnum ius ex alio trahitur, similesque casus vno & eodem iure decidi possunt: vt C. de veter. iur. enuclean. l. Deo auctore. §. nulla. Hæc tamen similitudo non plus durare aut valere potest, nisi in quantum iure scripto cõfirmari poterit: vt C. de veter. iur. enuclean. §. nulla.

f Similes casus vno & eodem decidi iure possunt.

In iudicio condemnatus, &c. Contrarium istius videtur esse infrà lib. ij. art. xv. §. tamen, vt ibidem declaratum est: & C. ex quib. cauſſ. infam. alic. irroga. l. non damnatos.

Sine iure & infamis erit, &c. Hoc intellige prout supra circa artic. lj. interpretatum habetur.

Qui etiam aliquem actionem iniuriarum passum, &c. Dixerat siquidē superiùs de fideiussoria occasiōe pecuniarum bonorum mobiliū, hæreditatū, feudi, &c. hîc tangitur de fideiussoria in actionibus criminalibus, hoc est cùm vnus fideiussoriam præstat pro aliquo, cōtra quem querela in vitam vel sanitatem dirigitur. Vndè circa id notandum, quòd quamùis fideiussoriæ seu stipulationes communiter omnes, siue sint iudiciales, cautionales, siue communes, iudicijs interponuntur: vt ff. de præto. stipu. l. j. in principio, & Insti. de interdi. Sunt tamē aliquæ fideiussoriæ cautionales, quæ à iudicio naturā habent, & illarum est quadruplex vtilitas. *g* Prima, ad cauendum pro futuro damno, cùm videlicet corā iudicio promittitur pro damno, si posthac euenerit; vt si vicinus tuus domum habeat ruinosam, malam, vel huic simile, ex qua timendum est de ruina domus tuę; iudex tenetur prouidere cautionem de damno tuo: vt ff. de damn. infect. l. j. & l. dies cautioni. Secūda cautio, quæ ex iudicio venit, est cùm promittitur ad sistendū & parendū iuri: vt extra de dolo & contuma. c. actor lib. vj. & supra art. lxj. infrà lib. iij. art. xvij. C. de Episc. & cleric. l. generaliter. Iure nostro Saxonico huiusmodi cautio vocatur euictio, seu potiùs varenda: vt supra art. xlvij. ff. rem rat. habe. l. j. & l. procurator. §. si quis. supra eod. lib. art. xlvij. Tertia cautio est, quam tutores faciunt pupillis: vt supra art. xxiij. in auten. vt hi qui oblig. §. si verò. coll. vj. C. de fideiuss. tutor. & curat. l. eligere. C. de contrario iudic. tutę. l. si pater. *h* Quarta, cùm vnum cautione interposita coram iudicio sistere promiserit, sicut hîc in textu, & hoc contigit dupliciter. aliquādo enim vnus fideiubetur occasione debiti, & vt sic fideiussor pro ipso respondere potest, & omne ius illius in auxilium defensæ accipere suæ; si conuincatur, soluere pro illo cogitur, siue sit multū, siue parū: vt infrà libr. iij. art. jx. & x. C. de fideiuss. & manda. l. fideiussor. & ff. eod. tit. l. sicut reus. Aliquando verò fideiubet vnus aliū, contra quem actio criminalis instituitur, vt hîc in textu, & vt sic fideiussor respondere pro ipso non cogitur, ex eo, quia ius ipsius sustinere cum non oportet, quare soluto verigeldo absoluitur: *i* vt C. de fideiuss. & manda. l. sancimus. ff. de custo. & exhiben. reo. l. si quis reum.

g Fideiussoriæ cautionales vtilitas.

h Fideiussorum differentia, ac eorundem cautela.

i Rationes vide in gle. infrà artic. x. lib. ij.

Et per hoc iuri nō derogat suo, &c. Etiam si ad fidem eūdem sistere promiserit, sed nec ad vitam fideiussoris quidquam intentari debet: vt C. de fideiuss. & mandat. l. sancimus. §. quòd si. Vndè & circa id notandum specialiter, *k* quòd fideiussoria in criminalibus facilior est, quàm occasione debiti, quia prima absoluitur verigeldo, quæ ad summum nisi ad decemocto talenta extenditur: Fideiussoria verò occasione debiti, seu in actionibus ciuilibus, sæpiùs grauior fit, vt ex iam declaratis liquet. Vndè & doctrina iudicib. datur. *l* cauere enim iudex vnusquisque debet, quòd cū actio pernoctata non sit, nullum ad fideiussoriam dare præsumat, ne incurrat grauitatem aliquā. *m* Datur etiam & fideiussoribus alia doctrina, quo pacto vnum cautione eliberare debeant. Fideiussor etenim eliberare per fideiussoriam aliquem volens, iudicem adire debebet pro primo, pro secundo, & pro tertiò per sententiam interrogare,

k Fideiussoria in criminalibus facilior est, quam in ciuilibus. Concordat infrà lib. ij. art. x. lib. xij. art. ix. Iur. Mun. art. xxvij.

l Iudicum cautela.

m Fideiussorum doctrina.

gare, ex quo quidem fideiussorem seu cautionarium pro homine detento sesè præbet, an ad fideiussoriam dari non debeat, interponatque ibidem fideiussor solidum scabinalem. Si iudex dicat velle illum ad cautionem dare sub centum talentis; In contrarium fideiussor instare potest, detētum viceuersa statuere velle coram iudicio, vel pati id quod ius dictauerit; iterum instando, an ad cautionem dari non debeat? decernetur, quòd dari debet; si ad maiorē summam decernere fideiussoriam velit, appellari poterit. Si verò secundùm statutū verigeldum, fideiussorque decem octo talenta perdere voluerit, eundem statuere nō cogitur, dummodò in eius potestate non sit, vel eum præsentare non possit. &c.

Verigeldus post tres mēses, &c. vt C. de fideiuss. & man. l. sancimus.

Omnia debita ante solutionis diē, &c. vt C. de solut. l. obsignatione. ita vt soluatur in eo loco, vbi obligatio facta sit; *n* quēadmodum enim debitum soluere vnus nō tenetur, nisi in eo loco vbi solutionem promiserit: vt Instit. de action. §. loco. ita etiam debitor non absoluitur, nisi soluat in illo loco vbi sese obligauerat: vt C. de solut. l. obsignatione in fin. & ff. de fidei. & mandat. l. fideiussor. §. qui certo.

n Debitum non nisi in eo loco exsoluitur, vbi promissum est.

Ipse autem soluens testimonio indiget duorum, &c. Ex isto colligitur, quòd contra Saxonem probatio per iuramentum venit, prout & supra art. xv. & xxiij. tactum est. Vndè & communiter Saxo iurare poterit, cùm sibi iniuriari vel damnum inferre quis velit, *o* sed in damnum alterius ipse iurare nō potest, quia alter propior est sese expurgare, sicut & in proposito: Si alicui solutio debiti facta sit, illi verò admitteretur iuramentum, quòd nullam cepisset solutionem, iuramento auferet pecuniam soluentis, aliam enim facere cogeretur sibi solutionem, quod fieri citra iustitiam non debet.

o Jure Saxonico defendēdo iniuriam suā vnus, iurare potest, sed non in damnum alterius.

¶ Nota, quòd ad querelam occasione debiti triplex inuenitur responsio, *p* & vna quæque speciale ius habet. Si dicis quòd mihi nihil teneris, tibi iuramentum venit. *q* Si dicas, quòd te quietum & liberū ex huiusmodi debito feci, ego contradico cum meo iuramento. Si dicas quòd soluisti, trium hominū venit iuramentum. ¶ Dicere vnus possit, quòd ista coincidere in vnū videntur, quia si mihi soluisses, vel te liberum dimiserim, nihil mihi tenereris; quare tutius esse respondētem cum vno iuramento absolui, quàm cum pluribus? ℟. quòd non coincidunt signanter, si fideiussores sint. *r* dato enim, quòd tu iuraueris, mihi nihil deberi, per id fideiussores eliberare non poteris tuos, quia illi adimplere tenentur, quod mihi sine dolo promiserunt, promissumque recognoscere sine conditione. Si verò solutionē probaueris per testes, fideiussores ipsos eliberas: vt Institu. de excepti. §. cōparatæ. & infrà lib. iij. ar. lxxxv. fideiussores enim omnem defensam principalis in se accipere, & ea vti possunt: vt Instit. de replica. §. exceptiones.

p Occasione debiti expectati triplex responsio.

q Nota, aliquis legans solutionem, illā prouidere debet. hoc dicunt Maydeburgē. verum est, si rem aliter dicit factam, secus si tertio: vt in addito. infra lib. ij. artic. v.

r Juramentum debitoris non eliberat fideiussores.

Vel debitum persoluere sese obtulit: &c. vt C. de solutionibus. l. obsignatione. & l. cum à quo.

Articulus LXVI.

QVI in facto comprehensus fuerit criminali seu manuali, statim debet iudicio præsentari, *a* & septem virorum testimonio actor eum vincere debet: quemadmodum & proscriptus superatur, si factum proscriptionis

a Concordat Jure Mu. ar. lxx. & cxv.

onis poterit testificari. Attamen nulli sua vita propter eam proscriptionem aufertur, [b] in qua non nominatim positus fuerat condemnatus. [c] Qui vitam aut manum liberauerit ei condemnatam, infamis iudicetur.

b Alij textus habent: cùm ex nomine proscriptus seu cõdemnatus non sit.

c Paragraphus iste pertinet ad precedentem articulum.

GLOSSA.

QVI in facto comprehensus fuerit, &c. Vndè etiam dicit lex: Qui accusare volunt, probationes habere debent. Actore enim nõ probante qui conuenitur, & si nihil præstiterit, obtineat: vt in l. qui accusare. C. de eden. Item alibi dicitur: Sciant cuncti accusatores eam rem se deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa aptissimis documẽtis, vel iudicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita: vt in l. vlt. C. de probat. Item ad hoc concordat C. eod. tit. l. actor. vbi dicitur: Actor quod asseuerat probare se nõ posse, profitendo reum necessitate monstrandi contrarium non astringit, cùm per rerum naturam factum negantis probatio nulla sit. Item alibi cauetur: Ei incumbit probatio qui dicit, non ei qui negat: ff. de probat. l. ij. Item dicit canon: Non statim qui accusatur reus est, sed qui conuincitur criminosus: vt xv. q. viij. c. sciscitãtibus.

Qui vitam aut manum liberauerit, &c. Vndè dicit etiam lex imperialis: Non damnatos duntaxat iniuriæ, sed pactos quoque perpetuum infamat edictum: vt in l. nõ damnatos. C. quibus ex caussis alicui infamia irrogatur.

GLOSSA.

PRO intellectu textus articuli nota, [d] quòd factum manuale dicitur, quod in recenti patrãtum est: vt infrà libr. ij. art. xxxv. & in recenti querulatur, in instantique iudicatur, hoc est, quòd ille malefactor in instanti conuinci debet, quare nec ad cautionem dari, vt supra dictum est: & C. de custod. reo. l. in quacumque. vbi dicitur: In quacumque caussa reo exhibito, siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri vt noxius puniatur, innocẽs verò absoluatur. &c. Ibidẽ vide super eo legem nobilissimam.

d Manuale factum q. r.

Et septem virorum testimonio actor eum vincere debet, &c. Hìc clarè apparet, quòd Saxo testimonio cõuinci potest, propter excessum, qui corporaliter probari poterit, probatioque huiusmodi in tantũ valet, in quantùm apud malefactorem res corporaliter inuenitur, vel in facto comprehensus sit, vel quia in fuga arreptus: vt ff. de fur. l. fur est manifestus. & l. siue igitur. infrà libr. ij. artic. xxxv. & lxxj.

Quemadmodum & proscriptus superatur, &c. [e] Proscriptus etenim septem testimonio virorũ cõuincitur, vbi non solùm proscriptio nominari debet, sed & factum proscriptionis testificari oportet. Quærere vnus possit, nonne sufficeret proscriptionem solam probare, factum proscriptionis omittendo. nullus enim proscribitur, nisi pro facto aliquo? R. quòd nõ sufficit; verùm necesse est, quòd & factum illud probetur; nam proscriptus, vt communiter, proscribitur propter id, quia contumax fuit, iudicioque comparere spreuit, & ita proscriptionem incidit: vt C. quomodo & quan. iudex sen. profer. l. cessante. Quare & actor contumaciam illam, tùm & proscriptionem subsequentem, testimonio septem bannitorum, aut aliorum

e Proscriptus quemodo conuincitur?

PRO

liorum ad ius pertinẽtium prohorum hominum, testificare tenetur: vt supra art. viij. & infrà lib. iij. ar. lxxxviij. C. de accusa. & inscrip. l. singuli, & alijs plerisque ibidem legibus.

In qua non nominatim positus fuerat, &c. Contrarium istius videtur esse supra art. lxij. vbi dicebatur: Qui illatæ violẽtiæ nescit auctorem, ipse cũ nominet absolutè? R. quod articulus iste non contrariatur paragrapho allegato, quia etsi quidem, vt art. lxij. disponit, nominari potest absolutè; præsens verò paragraphus dicit: quòd absolutè nominatus in proscriptione, vita tamen ei adimi non poterit: vide etiam ad hanc materiam infrà art. xv. & C. ex quib. causs. alic. infam. irrog. l. nõ damnatos.

Infamis iudicetur, &c. Hoc intellige, vt supra circa articulum lj. declaratum est.

Articulus LXVII.

QVI coram iudicio impetitur, [a] præsẽsque ibidem non fuerit, vicinum ei iudiciũ pro termino assignetur. Qui autẽ [b] pro violẽtia inculpatur, ter citabitur, datis sẽper inducijs duarum hebdomadarum. Si verò bannitus inculpatus sit, itidẽ ter citabitur, datis semper sex septimanarum inducijs sub banno imperij, & ad legitimũ locum iudicialẽ. Qui tribus edictis citatus nõ cõparuerit, proscribetur; [c] pro nulla tamen alia causa; nisi quæ mortem, [d] vel membri amissionem inferat, proscribi poterit.

[a] *Textus vetustiores habent: quando contra absentem fit querela, ad proximum citari debet iudiciũ.*

[b] *Nota, quòd quãuis ex beneficio huius iuris, ter reus debeat citari, nihilominus, si in primo & secũdo iudicio cõtumax fuerit, tenetur ad expensas. l. sancimus. C. de iud. secundùm dicta. & ita l. qui ante kalendas ff. de verb. oblig. vide etiam ad hunc textum infrà libr. iij. ar. xxxix. & lib. ij. art. iij. ibi in continẽti fateri debet vel negare, &c.*

[c] *Quæ autẽ querela ad cutem vel carnẽ dirigatur, vide infrà lib. ij. art. xij. & item lib. iij. ar. xiij. De assignatione verò termini ad excusandum se super eo, cùm quis inculpatur: vide infrà lib. ij. art. lxxij. Quo pacto verò in facto vnius conuincatur: vide supra eo. li. artic. lxvi. Quomodo autẽ proscriptio testificatur: vide infrà lib. iij. arts. lxxxviij.*

[d] *Hoc est, nullus proscribi debet ex cõtumacia, vt textus habet, nisi actio vel querela in mortem vel membri amissionem vergat.*

GLOSSA.

IN textu duplex [e] actio tãgitur, ciuilis videlicet & criminalis, & secundùm id etiam duplices termini ad comparendum assignantur: ciuilis actio, vt est occasione debitorum, damni illati, &c. terminusque seu tempus in huiusmodi actione datur ad proximum sequens iudicium. actio verò criminalis est, cùm quid in pœnam querulatur; vt pro furto, præda, homicidio, incendio, & his similia, & in ista terminus assignatur ad tres quindenas, vt clarè in textu habetur: & C. de dilat. l. siue pars.

Nota, quòd in actione criminali tria necessariò consideranda veniunt. [f] Primum, quòd querelam cautione fideiussoria ex vtroq; interponi oportet: vt supra art. lxj. infrà lib. ij. art. jx. C. qui acus. nõ poss. l. qui crimen. & ff. de accus. & inscript. l. si cui crimen. Secundũ, quòd in huiusmodi actione procedi non potest in alieno iudicio, nisi vbi commissum est nefas, vel vbi domicilium habeat ille, contra quem agere quis vult: vt supra art. lx. vel respõdere ibidem fuerit stipulatus: vt infrà lib. iij. art. xxv. & C. vbi de crimin. agi oport. l. quæstiones. Tertium, quod cùm ad iudicem causa delata est, transigi vel ad concordiam venire non potest. accipiat verò si quis pecuniam ex concordia in causa huiusmodi, is redditur infamis: vt supra ar. xxxviij. & C. ex quib. caus. alic. infa. irroga. l. non damnatos.

Ter citabitur, datis semper inducijs, &c. Postquam enim vnus contra aliũ conqueritur, assignabitur sibi terminus iudicialis ad quin

[e] *Actio ciuilis & item criminalis q. v. Concordat infrà eod. lib. art. lxxi. lib. iij. art. xv. ja. Mante. arti. xvi. xvij. & lxxij. gl. j.*

[f] *In actione criminali tria considerande.*

denam. Quindena verò aduenien-te querela renouata, iterum datur tempus ad quindenam, & tandem pro tertio: Si verò pro tertio ter-mino non comparuerit, querela re-nouabitur, & accusatus tandem proscribitur.

Si uerò bannitus inculpatus sit, &c. Vndè si contra bannitum seu scabinorum sede dignum actio in-iuriarum proponitur, ter triplica-tæ qȝindenæ, seu triplices sex septi-manæ terminus erit. Ratio, quia bannitorū prouincia, est sedes sua scabinalis; qui ergo eum accusar, à sua prouincia eū euocare & tra-here dicitur: sed cuilibet tali ter-minus datur ter sex septimanę, hoc & leges ipsæ admittunt: vt C. de dilationibus. l. quoniam.

Dicere quis posset, hanc decla-rationem, quantùm ad bannitos, minimè locum habere, nec enim extra suam prouinciam euocari vi-dentur: nam coram proprio iudi-ce, & in suo loco iudiciali accusan-tur; quare nec tàm longas induci-as ad respondendum habere de-bent? Rȝ. quòd etsi quidem in suo iudicio contra bannitum querula-tur, quia tamen ille propter que-relam assurgere & sedē suam sca-binalem seu officium deserere co-gitur; quare ex sua prouincia tra-hi videtur: vt C. ne quis in sua caussa iudicet. l. j. & infrà lib. ij. artic. xij.

g Et illa ser-uabit actor, annum integrū antequàm dimendat, post intromissionem verò infrà an-num & diem, potest intro-missioni con-tradicere, & proprium ob-tinere persolu-to debito, et in vis impensis, secundū May deburg. vt in-frà eod. libr. artic. lxx.

Qui tribus edictis citatus, &c. Exinde patet, quòd non propter querelam factam, nec propter de-bitum, sed propter contumaciam, quia videlicet non comparuit, v-nus proscribitur.

Pro nulla tamen alia caussa, &c. Si enim vnus conqueratur occasi-one bonorum tribus vicibus, ex cōtumacia intromissio ei dabitur.

g Si in debito pignoratio: vt infrà cod. lib. ar. lxx. §. j. & ij. & ita nō proscribitur: vt C. de dote. l. fin. & Instit. de perpetu. & tempora. acti. §. non autem.

Articulus LXVIII.

QVI alium bacula-uerit, [a] ita quòd lo-ca tumescant læsa, [b] vel cuti eius cruentas scissu-ras sine carnis vulnerati-one imposuerit, si hoc corā iudice, præcone, vel scul-teto, & villanis, cum scis-suris recentibus propone-tur, & si ille ad emendan-dum, vel ad excusandum se non præsentauerit tem-pore deputato cum scissu-ra hac aut eius cicatrice, [c] in proscriptionem conde-mnetur. [d] Cum interpo-sitione duelliū verborum potest quis aliū capere ad duellū. [e] Sine carnis vul-neratione, vt percutiēdo, trudendo, & iactando, & alijs diuersis modis potest etiam quis occidi aut vul-nerari, in quibus perpe-trans, manus vel vitæ sup-plicium incurrit, aut pro-scriptionem. Pro quacū-que culpa aliquis proscri-bitur, si in ea proscriptiōe cōprehensus iudicio præ-sentatur, vltimo supplicio subijcitur; [f] si actor factū & proscriptionem edoce-re poterit. Si verò reus à proscriptione se absolue-

[a] *Concordat Jure Munic. ar. lxxxix.*

[b] *Textus ve-tustiores ha-bent: aut san-guinolentam fecerit absque carnis vulne-re.*

[c] *Q. d. tunc pacis violator collum dame-retur, cùm vi-olentiam ma-nualis facto p-bari possit, vt hic, & lib. ij. ar. xxxvi. & xxxvij.*

[d] *Textus an-tiqui habent: cum vulnerit cicatrice, & verbis duella-ribus, potest v-nus alium ad duellum pro-uocare.*

[e] *Quòd si vulnera car-nis fuerint, manū demc-retur: vt in-fra lib. ij. art. xij. et non vitam: vt li. ij. art. xvi. in fi. & lib. iij. art. xxxvij.*

[f] *Concordat Jure Munic. artic. v.*

rit, &

rit, & iudicio se voluntariè absq; detentione præsentauerit, ipse iuris beneficia sentit, quasi proscriptionem nunquam sustinuisset.

GLOSSA.

VEL sculteto & villanis, &c. Vide infrà lib. iij. artic. xxxvij. & lib. ij. artic. xvj.

Vel ad excusandum se non præsentauerit, &c. An autem contumacia sit crimen, notatur in repetitione c. finem de do. & contu. circa materiam rubricæ, quod scire est vtile, ibi vide; & licèt sententia super crimine lata est perpetua: C. de pœnis. l. seruus. secus tamen, si super contumacia, de constitut. c. ex literis.

Potest etiam quis occidi, &c. Nam appellatiõe occisorum, continentur etiam, qui per vim qualitercunq; sunt interfecti, puta iugulati, strangulati, saxo, fuste, aut lapide percussi, vel cum telo necati, aut veneno extincti: ff. ad senatusconsultum Sylla. l. j. §. occisorũ. C. de malef. & mathem. l. j. & ff. ad leg. Aquil. l. sed etsi quẽcũque. & l. qua actione. §. occisum.

Pro quacumque culpa, &c. Et sic videtur *g* quòd proscriptus vel bannitus habetur pro confesso; sicut & aliàs haberi potest ex forma statuti. Sed an ista ficta confessio infamet, quod videtur: vt C. de interdict. matri. l. si tutor. Sed cõtrarium est verum, quia ista ficta confessio ex contumacia, non infamat ob dicta legẽ, quia ibi ex facto oriebatur fictio, scilicet decreto, non ex contumacia: de hoc per Bald. in addit. Specul. tit. de sent. probat.

g Proscriptus an pro confesso habeatur?

GLOSSA.

Auctor priuilegij Ecke de Repkau hunc articulum posuit ad similitudinem cuiusdam specialis querelæ, determinauerat etenim antehac de querelis ciuilibus, postmodum verò de criminalibus. querela verò de qua articulus præsens dicitur mixta, hoc est, quia nec est præcisè ciuilis, nec per directum criminalis, quæ & in legibus actio iniuriarum nuncupatur: vt ff. d. iniur. & fa. libel. l. iniuria. Vtide pro intellectu textus clariori *h* sciendum, quòd iniuria dicitur omne illud, quod contra ius fit, vel quod iure non fit; hic autem iniuria propriè accipitur pro cõtumelia: vt ff. de iniur. & fa. l. iniuria. & Inst. eod tit. §. generaliter.

h Iniuria qd sit? Concordat Iur. Mu. art. lxxxix gloss.

Notandũ præterea, *i* quòd iniuria seu contumelia triplex inuenitur. Prima dehonestans & damnosa; vt si quis alium tanquam debitorem accusat & pignorat, cùm tamen sibi nihil debeat vel teneatur: vt Instit. de iniu. §. iniuria autem. *k* Secũda dehonestãs & pœnalis, vt cùm quis percutitur, vel alia simili iniuria afficitur, vt hic in textu, & infrà lib. ij. art. xvj. Tertia est dehonestans tantùm, sicut cùm quis verbis impetitur inhonestis: vt ff. eod. tit. l. j. & infrà lib. ij. art. xvj. Instit. eod. tit. §. j.

i Iniuria seu cõtumeliatriplex inuenitur.

k Concordat Iure Munic. art. lxxxix.

l Huiusmodiq; iniuriæ itidem & actiones earum commiscentur ad inuicem, quia illud quod est damnosum & dehonestans, etiã fit pœnale, aut in corpore, aut in bonis, aut in honore: & item illud quod est pœnale, in his tribus enumeratis, etiam est damnosum; & quemadmodum causæ huiusmodi querelarum miscentur ad inuicem, ita & querelæ commisceri possunt, sic videlicet: quòd quandoque ciuiliter, quandoque criminaliter instituti poterint. Et quàmuis criminaliter quandoque instituãtur, potest ciuilis fieri; & hoc cùm accusatus iudicio comparet, absoluatq; se à facto cũ mulcta & emenda, & ita manet ciuis in statu suo:

l Actiones iniuriarũ, & ciuiliter, & criminaliter institui possũt

vt lib. ij. art. xvj. & xxx. & lib. iij. art. xlv. E diuerso etiam si actio ciuiliter instituatur, ita quòd sine clamore iudicialiter proposita, ad pecuniamque taxata sit, ille verò venire, aut iudicio constitui neglexerit: actio illa efficitur pœnalis, & reus proscribetur, & istud totum dependet in actore, qualiter querelam instituere vult: vt Instit. de iniur. §. in summa. ff. eo. tit. l. constitutionibus. Intellige tamen aliquam contumeliam esse leuem, & de ista loquitur hic, eandem actor quomodocumque vult proponere potest, & sibi non nisi sua cedit emenda.

m Iniuriam augmentantia.

m Considerandū insuper, quòd quædam sunt iniuriam augmentātia, seu iniuria ipsa diuersimodè adaugetur & extenditur, videlicet ex facto, vt cùm quis alium vulnerauerit, magis deliquit quàm si simplicibus & leuibus eundē percusserit verberibus.

n Iniuriarū generela specialia.

n Secundò, locus facit atrociorem iniuriam, vt si quis baculo percussus fuerit in foro publico, vel in Ecclesia, magis puniendus venit, quàm si priuatim hoc fecerit. Tertiò, ex parte personæ cui infertur, sicut si puer deliquerit in patrem, vel vilis persona in magnificam. Quartò, ex parte membri læsi, vt si in oculum percusserit quis alium, maior iniuria, quàm si in dorsum eundē verberauerit: vt Instit. de iniur. §. atrox. & C. eod. tit. l. iij. Attendēdum præterea

o Iniuriam vxoris cuique uiri potest.

o quòd querela huiusmodi iniuriarum quædam habet specialia. Primum, iniuriā mulieri mihi desponsatæ illatam, possum ego querulari eius pater, & ipsa sola; infertur etenim iniuria nedum sibi soli, sed & patri, & mihi viro suo: vt Institu. eod. tit. §. patitur. & ff. eo. ti. l. item. §. spōsum. Secundum, iniuriam seu cōtumeliam mihi illatam, nec vxor, nec pueri intentare possunt; ego enim illorum tutor sum & nō econtra: vt Instit. de iniur. §. patitur. & ff. eo. tit. l. quòd si viro. *p* Tertium, quia contumelia seu iniuria secundùm personam nobiliorem vel viliorem rependi debet. facilius enim absoluitur in vilem personā delinquens, quàm si in nobilem vel magnificam personam deliquerit; emendæ etenim pro excessibus iuxta vniuscuiusq; generationem exsoluuntur: vt infrà li. iij. art. xlv. & Instit. de iniur. §. pœna.

p Presentē articulum cōfirmare videtur lex xij. tabul. in hac verba: Defūcti iniuria nō affecuntor, si iniuriā alteri faxit, xxv. asses aris pœna sunto: re, persona, tempore, loco, atrociores iniuria iudicātor. hanc tamē legem Labeo iurisconsultus in libris quos xij. tabul. conscripsit nō probauit: quandoquidem ab iniuria faciēda nemo etiā inops xxv. assibus deterreretur, Luciique Neratij facto, huius legis iniquitatem ostēdit, qui os hominis liberi, manus suæ palma verberauit. p delectamēto habuit: deinde seruo suo sequenti, eruditam plenā assum pertāti, iubebat secundum xij. tabulas numerare. Vnde post ea secundum eundem Labeonem prætores hanc legē abolescere, & relinqui censuerunt, iniuriæq; æstimandæ

Circa id inter nonnullos, qui articulum prēsentem iusque Saxonicum, tùm & paragraphum allegatum Instit. de iniur. §. pœna. nō intelligunt, quædam exoritur cōtrouersia. innitēdo enim paragrapho prætacto dicunt: quòd is qui iniuriam vel cōtumeliam patitur, taxare eandem ad summam pecuniariam prout voluerit possit, & secundùm quod taxauerit, rependi eidem emenda deberet, & hoc hisce verbis: Domine iudex, ego querelam instituo contra N. quòd ab ipso iniuria affectus sum, verberatus, vel famæ meæ bonæ leuipēdium passus, quam & æstimo seu taxo ad decemocto libras. Accusatus tandem si recognoscat, actor taxatam emendam decemocto libras expetat: Si verò negauerit, iurare cogitur; id tamen fieri minimè debet, secundùm ius Saxonicum. Emenda etenim vniuscuiusque est statuta & determinata, nec aliam maiorem soluere oportet; nisi prout secundùm vniuscuiusq; generationem statuta est. Sed nec ius Imperiale, & prēsertim paragraphus allegatus Instit. de iniur. §. pœna, discrepat in eo casu à iure Saxonico; nō enim intendit, quòd actor iniuriam sibi illaram querulans, eandem præcisè taxare & decernere deberet: verùm æstimare quidem iniuriam sibi factā potest, in arbitrio tamen iudicis erit eandem vel decernere, vel minuere. Si enim secundùm voluntatem actoris æstimatio iniuriæ sequi deberet,

recuperatores se daturos edixerunt.

beret, idem esset & actor & iudex, quod fieri minimè debet: vt C. ne quis in sua caussa ius sibi dic. l. j. Hoc itidem etiam euenit iure nostro, quòd sententiam inuenien. decernunt, non secundū quod partes optauerint, sed prout eis æquū & iustum videbitur. Et quia iure nostro Saxonico, vt supra tactum est, emendæ & pœnæ secundùm vniuscuiusque generationem taxatæ sunt & statutæ, quare de facili per iudicem inuenitur. Vndè dato, quòd quis pro contumelia aliquā magnam summam, vt potè decem octo libras, vel simile in iudicio postularet, reus iustò iurare potest, quòd non demeruit tantum contra eum, quòd decemocto libras soluere cogeretur, quia emenda secundùm Saxones non nisi ad triginta solidos extenditur, [q] & illa vocatur maxima emenda.

q Maxima emēda ad triginta solidos extenditur: concordat Iu. Munic. artic. lxxxvij. Iudices tamē ob contumaciam & delictū inobedientes punire possunt. l. 1. ff. si quis ius dicē. non obtē. per. & Instit. de iniur. §. in summa. vide etiā ad id C. de modo multarū per totū

Pro quacumque culpa, &c. Q. d. contumelia seu iniuria coram iudicio proposita, magna siue parua, siue vulnera sint liuida, siue sanguinolenta, reus proscribitur si emendare non vult, nec iudicio cōparet. dato quòd querela inprimis criminaliter instituta non sit, nec in vitam se extēdebat; proscriptio tamen quæ propter id subsequuta est, in vitam eius extenditur: vt ff. de iniurijs. l. prætor edixit. & Instit. eod. tit. §. in summa. C. de bonis proscrip. & damna. l. si quis.

Si verò reus à proscriptione se absoluerit, &c. Ad id vide C. de sent. pas. & restit. l. casus.

Quasi proscriptionem nunquā sustinuisset, &c. Quia quòd sibi proscriptio damni attulit, illud gratia, quòd videlicet à proscriptione se eliberauerat, adimplet: vt infrà lib. ij. art. iiij. C. de sen. pas. & restit. l. vltim.

Articulus LXIX.

Qui etiam mortuum vulneratumúe [a] cōprehendendo iudicio appulerit, [b] & ipsum violatorem esse, cum duello vel sine duello superare prętēdat: si in hoc defecerit, ipsemet vt pacis violator condemnetur.

a Hic locus est, vbi iure Saxonico habetur pœna talionis.

b Concordat supra artic. l. & infra lib. Munic. artic. xxxvij.

GLOSSA.

Qvi etiam mortuum vulneratū, &c. Et sic hic est casus, vbi locum habet pœna talionis. nam aliàs per statutum vel per consuetudinem potest tolli inscriptio ad pœnam talionis: vide in Spec. de libel concep. §. fin. post pri. & in l. momentarię. C. vndè vi. secundùm Bald.

c De pœna talionis vide supra artic. l. & infra libr. ij. artic. Lxxij. in fin. glos. & artic. lxxi. in textu & glos. fin.

GLOSSA.

Per constitutionem presentē prę-cauetur, ne quis ex odio alicui iniurietur, sed vel maximè ne alium occidat, occisoq; crimen aliquod impingat, sed nec allegare debet aliquam extraneam caussam & falsam, vt condemnetur aliquis, quia aliàs peccare in eo dicitur. [d] vt inueniens aliquem in lecto decumbentem cum vxore, parcensq; honestati vxoris, dicit eum præuentum in furto, & conuincit eū, periurus efficitur, quia iurat & impingit sibi factum, vt potè furtum; quod tamen reus non patrauit: vt supra artic. lxij. & li. iij. art. lxxxviij. & xxij. q. ij. c. animaduertendum. immò & homicida efficitur: vt xxiij. q. v. de occidendis. Est etiam inuersor veri & recti iudicij, propter amorē coniugis suę, quod grauissimum peccatum est: vt xj. q. iij. c. quatuor. & extra de reg. iur. c. vlt. lib. vj. Aduertendum etiam

d Adulterū præueniens apud vxorem, non debet sibi furtū impingere crimen.

e quòd iudex vulnerato seu damnato aliam pœnam decernere non debet, nisi à iure decretam, etiam si damnatus petat, f quia vt sic reus erit animæ & sanguinis eius; sānguinis quidem, quia eum occidit, & non sententia iudicij decreta: vt si decernatur rota plecti, iudex caput amputare facit, iniustè agit; iste enim potestatem habet creaturam occidere Dei, sed iudicio dūtaxat ipso hæc facultas data est: vt xxiij. q.v. c. iudex. Monendi ergo iudices veniunt, vt non ex fauore vel odio sententias pronunciēt, pœnasque à iure statutas excedere non debent: vt infrà lib. ij art. xiij. C. de pœna iudic. qui ma. iudic. l. de eo. & xj. q. iij. c. non licet. Animę verò ipsius reus erit, quia qui metu pœnæ aliam sibi eligit, & petit mortem quàm quòd sibi decreta sit, seipsum interficit; qui verò seipsum interficit, inter damnatos computatur: vt. xxiij. q. v. c. placuit. Iudicis verò officium est trāsgressores punire, vt salui fiant, non vt condemnentur: vt in auten. de mand. princip.

Si in hoc defecerit, &c. Vndè qui aliquem interficit, interfectūque iudicio apportat, si illum non conuincit, vt homicida condemnatur. notum enim est, quòd ille eum interfecerit, & ita facto suo conuincitur, vt textus habet. & C. de calumnia. l. fallaciter. & l. quisquis. & in lib. feud. de pac. tenen. coll. x.

Articulus LXX.

COnqueratur autem si quis tribus vicibus a super bonis, ipse extunc mittetur in possessionem eorundem, b de qua eum eijcere non conceditur, nisi per si per iustam querelam. Illi autem immissiōi potest alter, vt pote eiectus, in annali spacio contradicere cum suo iuramento, c si ab eo prędicta bona in tribus legitimis terminis iudicialibus extunc proximis, ab impetitionibus defendantur. Agatur autem actione debitorum contra absentē, & qui ad hoc iudicium non pertineat, ei, vt infrà quindenā persoluat, vel iuri suo se excusset, à iudiciaria auctoritate denuncietur: quòd si nō fecerit, pro debitis debet pignorari, d & per tres qn denas pignus, si postuletur, debet accommodari: quòd si nō postuletur, nihilominus per sex hebdomadas reseruabitur: & si infra hoc tempus se ab actione non absoluat, postmodùm se absoluere non valebit, nisi legitimè impediatur: Pignus illud tādem exponatur aut vendatur, si pro debitis non poterit obligari, & si plus valuerit, reo reddatur. e Si verò minus, iterū pignorando debita adimpleantur. f Contra quem actio iniuriarum cum clamore iudiciario proponetur, dū adhuc

e Iudex damnato aliam non debet infligere pœnam nisi a iure decretam.

f Concordat infrà li. ij. ar. xxij. vnde ex isto liquet, q. in lex non debet pœnā iuris mitigare. per l aut damnum. § proinde. ff. de pœ & l. essi ieneruir. C. ex q. caus. infam. irroga.

a Alij addūt: qua sibi dicit pertinere præteriam huius vide Iust. Mnar. xxxij. glos.

b Concordat infrà lib. ij. ar. xxxij. & lxx. lib. ij. artic. lxxxij. Iure Municip. art. xxix. & cxxxix. clarius tamē ar. cxl. Vnde & accusatus fūdum, hæreditatesq; iacentes in annali spacio eliberare poterit: vt supra circa ar tic. lxvij.

c Id est, oportebit ipsū bona illa per omnia defēdere, & proximis tribus iudicijs omnibus de se querulātibus respondere.

d Hoc est, pignus debet dari ad fideiussoriam credituri, vt illud denūciet tribus vicibus de quindena in quindenam.

e Alij textus habent: totiēs pignoretur, quoad debitū integrè persoluatur.

f Concordat infrà li. ij. artic. lxxij. & Iure Munic. artic. xxxvi.

adhuc iniuria non sit pernoctata, g si actor septem virorum testimonio factū poterit comprobare, statim reus proscribetur. Si verò ordinarius extra suam degerit iurisdictionē, tunc actionem præconi h in loco iudicis manifestet, & quā citò iudex ingressus fuerit iurisdictionem, ipsū proscribet. i si actor actionem suam primò inchoatam cum testibus manifestet.

g Secus si pernoctata fuerit, quia tunc ad fideiussoriā dari poterit.

h Vtilitas exinde erit, quia vt sic factum nō erit pernoctatum.

i Textus vetustiores habent: & si hoc testari poterit prima die cū iudex ad iurisdictionē venerit, reus proscribetur, ac si violentia eodē die contigisset.

GLOSSA.

Conqueratur autem si quis tribus vicibus, &c. Vndè etiam dicit lex imperialis: Consentaneum iuri fuit, temporibus ad præsentiam partis aduersæ præscriptis, præsidem prouinciæ, inpleta iuris solennitate, & aduersario tuo ternis literis, vel vno pro omnibus peremptorio edicto, vt præsentiam sui faceret, commonefacto, si in eadem contumacia perseuerauerit, præsentis allegationes audire, quod vel successor eius facere curabit. A quo ter citatus, si contumaciter presentiam sui facere neglexerit: non absre erit, vel ad cogendum eum, vt sese representet, vel possessionem bonorum cui incumbit, ad se trāsferre, & aduersarium petitorem constituere; vel auditis defensionibus tuis, id quod iuris ratio exegerit, iudicare. vt in l. consentaneū. C. quomod. & quan. iudex.

Aut vēdantur, &c. Et nota, quòd sententia per quam pronunciantur bona rei conuenti debere vendi, est interlocutoria, non diffinitiua, & ideo potest reuocari, vbicumque cumque subest rationabilis caussa: de verb. signific. c. dilecto. secundùm Innoc.

GLOSSA.

Pro intellectu textus articuli quędam ex ordine notanda veniunt. Primò, quomodo bona alloqui debent. Secūdò, quæ vtilitas aut damnum ex allocutiōe bonorū prouenit. Tertiò, vbi allocutio huiusmodi fieri debet, vt valeat. k Quātùm ad primum, bona tunc alloqui dicūtur, quando tribus vicibus desuper querela fit, vt hùc in textu: & ff. quib. ex causs. in poss. eat. l. prætor ait. nec is qui vt sic bona alloquitur, damnū aliquod sustinet, si postea repellatur, dummodò violenter & cum iniuria se illis bonis non intromiserit: vt supra art. liij.

k Bona quomodo alloqui dicuntur?

Pro secundò, l vtilitas allocutionis est, quòd postquam actor ad possessionem bonorum etiam cū iniusta querela venerit, eundem ejicere non licet, nisi iure mediante: vt infrà lib. ij. art. xxiiij. & ff. ne vis fiat ei, qui in possess. mis. fu. l. prætor ait. §. hoc interdictum. & ff. de damn. infec. l. dies. & ff. qui. ex causs. in poss. eat. l. vlt. m Item, vtilitas alia eiusdē est, quòd quidquid commodi nacta possessione ceperit, siue ex prouentibus, siue fructibus, reddere non tenetur; dato, quòd ille viceuersa possessionē ex eo lucretur: vt infrà lib. ij. art. xliij. Si etiam quid pro melioratione bonorum impenderit, restitutio sibi venit. vt ff. de bonis aucto. iudic. posse. l. prætor ait. & extra vt lit. non contest. c. quoniam. n Pro tertio, si allocutio vel vendicatio bonorum valere debet, necesse est quòd coram iudicio fiat: vt C. vbi de crimin. agi oport. l. j. & C. vt nemin. lic. si. iudic. auctorit. l. sæpè. Circa id sciendum, si contingat te bona alteri dimittere, vendere, vel donare, vbi & vsucapio desuper cessit, veniatque vnus

l Vtilitas allocutionis bonorum.

m Vtilitas possessionis.

n Allocutio vel vendicatio rei vt valeat, quæ requiruntur?

vnus vel plures bona impetendo, asserendoq; quòd illorum sint bona huiusmodi, non attentoque iuris ordine, eundem bonis spoliet, violenterque ab eo auferant, istud promisso tuo non nocebit: sed si impetitor ad iudicium venerit cũ querela, illic emptorem varendare te oportebit, si te ad varendationem vocauerit; primò enim tunc fit vera impetitio & non priùs: vt infrà lib. iij. art iij. & C. de eden. l. edita. ff. quib. ex causs. in poss. eat. l. j. Instit. de bonor. pos. §. vlt. extra de empt. & vend. c. fin. Vbi innuitur: quòd venditor de euictione non tenetur, nisi lis mota ei denunctietur.

Illi autem immissioni potest alter in annali spacio contradicere, &c. Intellige, quòd non simpliciter ille iurare debet, verùm iudicio comparere eum oportebit, impedimentum seu necessitatem declarando, cur ad responsionem nõ venerit. si enim extra iudicium iurauerit, & tandem istum ex possessione eijciat, iuri contradicere videbitur: vt infrà in multis passibus & ff. ne vis fiat ei qui in possess. l. prætor ait. §. hoc interdictum.

In annali spacio, &c. Quid si ille in possessionem missus, possideat sine contradictione vltra annum & diem, *o* an possessionẽ prescribat, vel an ille alter bona huiusmodi iusto impetere possit? Intellige sub distinctione: distinctio etenim facilem rei intellectũ præstat, quia vel illa bona quæ in possessione habet sunt mobilia, vel hæreditas seu propriũ, vel feudum. Si sint mobilia, & hoc dupliciter; quia vel intromittitur actor iure successiõis hæreditariæ, quod habere se dicit ad bona illa, & tunc intromissus præscribit anno & die contra aliũ: vt supra art. xxviij. vel intromittitur ex iuridica sententia, seu ex inchoatione actionis vigore aresti, & processus iuridici; & tunc ipso facto præscribit: vt infrà lib. ij. art.

o In possessionẽ bonorum missus, an præscribit, & quã citò?

ar. xxxvj. & xliij. supra art. xxviij. Et hoc ex eo fit, quia per sententiam & decretũ sibi adiudicata sunt bona huiusmodi. *p* Sententia autem rescindi non debet: vt C. sen. rescind. non poss. l. impetrata. Si verò proprium sit siue hæreditas, extunc hæres, qui iure hæreditario intromittitur, non præscribit contra alium hæredem, nisi in triginta annis, & anno & die: vt supra cod. lib. ar. xxix. & C. de sacrosan. Ec. l. fin. Si verò dixerit ille, proprietatem sibi violenter acceptam, actorque intromissus sit, absque responsione iuridica intromissioni huiusmodi poterit iste contradicere in annali spacio, vt hic: & ff. ne vis fiat ei. l. ait prætor. §. hæc actio. Si verò feudum sit, anno & die præscribetur: vt infrà li. iij ar. lxxxiij.

p Concordat infrà lib. ij. art. iij.

q Qui prescribi vel non prescribi possunt? vide ad hunc passum Iure Munic. art. xxxi. clarius verò art. xxvi. gloss.

Habita iam est sufficiens bonorum distinctio, considerandа vlteriùs sequitur distinctio personarũ, quę prędscribi vel nõ prędscribi possunt. *q* Vndè puer præscribi non potest, nisi ad ad annos veniens tacuerit, dato, quòd sententia desuper lata sit: vt C. si aduersus rem iudic. l. cùm & minores. Item in militia existens etiam præscribi nõ potest, immò contradicere poterit omnium illorum, quæ tempore cùm in militia fuerit acta sunt: vt C. de rest. mili. l. si quid. & l. si cũ. Præterea & ille cui negotium pertinet, & qui contradicere deberet, super negotio ignorauerit, postmodùm contradicere poterit: vt C. de iur. & fact. ignor. l. error.

r Vndè adiudicium pertinentes dicuntur, qui ad iudicem citari sunt, vel alias citatum venerunt: Iure Munic. ar. xlvi. sen. c. Item. gloss. Item ad iudicem pertinere dicitur homines omnes alicuius iurisdictioni subiecti, qui ex debito & necessitate iudicio Burggrabij, scabini, vel alterius iudicis interesse coguntur, & sub ea significatione articulus præsens intelligi debet. supra art. ij. infrà lib. ij. ar. lxi.

Agatur autem actione debitorum, &c. Doctrina per id datur, ne creditor debitum suum à debitore vi extorqueat, verùm iure contra eum agat: vt Instit. vi bono. rapto. §. sed ne dum. & C. vnde vi, l. si quis in tantam.

Et qui ad hoc iudicium nõ pertineant, &c. Quærere vnus possit, quomodo iudex demãdare potest illi, *r* qui ad iudicium non pertinet, quandoquidem suæ obedientiæ nõ

tiæ nō ſubeſt; nam nec ſuus iudex eſt, quare nec ſententia lata eum ligabit: vt C. ſi à non compet. iudic. l. fin. & extra de conſuetud. c. ad audiētiam. & extra de offic. delega. c. cum ſuper. & de iudic. c. at ſi clerici. & ij. q. j. c. in primis. & C. qui pro ſua iuriſdi. l. in cauſſarum. & xj. q. j. c. vlt? R. ſub diſtinctione, quòd aliqui iuri obedire tenentur, quāmuis ad iudicium pertinentes non dicantur: vt ſunt homines mercatores, qui hinc inde commercia habent. Iſti &ſi quidē ex debito ad iudicium, vbi aduenæ ſint, pertinere minimè dicuntur, citari tamen, comparere eos oportet. quare & textus articuli ſanè intelligendus eſt, vbi dicitur: qui ad iudicium hoc non pertinet, id eſt, qui ad ius iſtud ex debito nō tenetur, & non ſimpliciter qui ad ius non pertinet, quia vt ſic eſſet falſum. Hoc etiam intelligi debet de his qui in alia iuriſdictione bona habent, in alia verò pro debito conueniuntur: vt extra de foro cōpetenti. c. Romana. Vndè & paragraphus iſte ex ſequēti textu clariùs intelligitur, cùm dicitur: eidē iudiciaria auctoritate denūcietur, hoc ideo fit, quia ex debito illi iudicio eum adeſſe non oportuit, & ita nec contumax pronunciari debet, ſi illic non adſit; denūciabitur itaque illi per iudicē, vt ſolutioni ſatisfaciat, vt textus habet. *f* Nā nec ſententia ligat aliquem, niſi ille præſens ſit contra quem fertur; vel ex contumacia, ſi friuolè non comparet: vt iij. q. jx. c. caueant. C. de procurat. l. quia abſente. ff. de pœnis. l. abſentem.

f Concordat infrà lib. ij. art. xxiij.

Pro maiori huius declaratione nota, *t* quòd abſentię quinque sūt genera. Prima probabilis & neceſſaria, vt in militia exiſtens. Secunda probabilis tantùm, ſicut ſtudioſorum. Tertia neceſſaria tantùm, ſicut in relegato vel proſcripto. Quarta voluntaria ſine contumacia, vt mercator in negociatione exiſtens. Quinta per contumaciā, ſicut qui ex proteruia iudici obedire renuit: de his vide ff. de reſtitutione in integrum. l. vlt. In prima, ſi fuit legitimè defenſus, admittitur ad appellandum; ſi non ſit defenſus legitimè, vel nullo modo defenſus, reſtituitur ad totā cauſſam. In ſecunda legitimè defenſus ad nihilum. non legitimè defenſus, vel nullo modo ad appellandū tantùm auditur iure ſuo, non per reſtitutionem. Vbi nullum potuit relinquere procuratorem, vel relinquit, ſed mortuus ſit, in totum reſtituitur. In tertia ſimiliter, ſi nō habuit procuratorē, vel relinquit, ſed mortuus eſt, perſimile vt in ſecunda. In quarta, vbi non contumaciter, ſed voluntariè abeſt, non dicitur reſtitui, quia nec lædi per ſententiā poteſt. *u* In quinta, ſcilicet vbi cōtumaciter, ſi eſt fictè cōtumax, auditur appellans, ſi verò cōtumax fit, nō auditur appellans, niſi veniat ſedēte iudice pro tribunali. Vndè verū contumacē dico, qui apertè dicit ſe non venturum, ad quem ſufficit vna nunciatio; fictum verò illum intelligo, qui inuenitur & dixit ſe venturum, vel nihil dixit, non tamen venit, ad quem requiritur trina denūciatio: ſi autē non inuenitur, dicunt quidam non poſſe fieri contumacem etiam fictè: de his abundè vide ff. de reſtit. in integr. l. vlt. in gloſſ.

t Abſentia quinque genera: concordat feud. c. xxxviij.

u Contumacia eorum qui ſua dicentes obtemperant litis damno erecturr. Contumax eſt, qui tribus edictis propoſitis. vno p tribus quod vulgo peremptorie dicitur, diuersa ſententiā ſui facere contendit pœnam tamen cōtumacię non patitur, quem aduersa valetudo vel magnis cauſſa excusatio defendit. contumaces enim non videntur, niſi qui cùm obedire deberent non obſequantur, id eſt, qui ad iuriſdictionem eius cui negat obſequi pertinent: ff. de re iudic. l. contumacia.

Niſi legitimè impediatur, &c. De impedimentis verò legalibus vide infrà lib. ij. art. vij.

Illud tandem exponatur aut vēdatur, &c. Iſtudq; iudex facere debet. exinde ſequitur, quòd vnus quiuis ſe bonis ſuis contra creditorem tueri poteſt, quæ iudex vel diuendet, & creditorem contentet, *x* vel creditori præcisè dabuntur iuxta taxam iudicis, iſtudq; neceſſariò creditor pati tenetur: vt in auten. de fideiuſſ. c. ij. coll. j. *y* Vndè &ſi quidem in contrarium militare videtur infrà articulus xl.

x Concordat iure Munic. art. xxij.

y Mulierū prærogatiua attende magnas, mulier

libr. iij. vbi dicitur: Qui nummos soluere debet, si pro his pignora præbuerit, per id liber non fit. Tu tamen articulū allegatum intelli-ge, vt ibi in glossa declaratur. tueri enim se pignore poterit in defectu paratarum pecuniarū, nec fidefragus per id efficitur, pecuniam promittendo, vt pignus aliud præstet.

Contra quem actio iniuriarum, &c. Dixerat superiùs de his, qui pro debito iudicialiter accusantur, quòdque terminus eis præfigi debet, nec in instanti iudicari. In paragrapho præsenti datur item doctrina, quòd pro iniuria vel pace fracta accusatus signanter, cùm factum sit manuale, in instanti iudicari debet. Paragraphus tamen iste ibi cū dicitur: statim reus proscribetur, contrariari videtur superioribus, vbi dictum est, quòd sententia contra absentem lata non valet, nisi contumax sit. In proposito itaq; vt sic proscriptus forsan ignorabat quod accusatus esset, & ita contumax reputari non debet, nec contra eū sententiari? R. quòd proscribitur non propter cōtumaciam erga iudicem; ius enim præcipit, vt nemini nocere debeamus: vt Insti. de iust. & iur. §. iuris. Sed quia inobediens iuri fuit, & ita reputatur, quòd & iudici inobediēs fit. maius enim includit in se minus: vt ff. de reg. iur. l. in toto.

Cum testimonio factum poterit comprobare, &c. Ita quòd probatio illa sit sufficiens: vt C. de iudic. l. iudices. & l. placuit.

Statim reus proscribetur, &c. Per id reijcitur quorundam stultorum opinio, qui dicunt: quòd terminus præfigi debet in diem tertium, & aliàs pleraſque fictiones adinueniunt, textus etenim clarus est paragraphi præsentis: Quod si actio non sit pernoctata, in instanti accusatus iudicari debet; pernoctata verò si sit, ad quindenam terminus præfigi, vel ad fideiussoriam dari poterit: vt hic, & C. de custo. reorum. l. in quacumque.

Si verò ordinarius, &c. Exinde non aliam acquirit vtilitatem, nisi quòd actio pernoctata non erit; ex isto etiam sequitur, quòd præco se intromittere in iudicium non debet, quod terminare non posset: sicut hic, & C. de pedaneis iudicib. l. placet.

enim dari in carcem non potest in causa ciuili, etiā criminali. C. de custo. reo. l. xy. §. hodie. Vnde si pro fiscali vel priuato pulsetur, per virum aut alium legitimè respondeat. quòdsi noluerit vel respondere, vel prosequi lite suā. legitimè in rebus suis executio procedat: si verò tale sit crimē, quòd necesse ē eam custodiri, si quidem fideiussorem dari potest, ipsi credatur: si verò iuraueret, fideiussorē dare nō posse, tunc aliam cautionem præter de iudicij obseruatione. Sed si crimen grauissimum sit, de quo accusatur, in monasteriū vel alterius mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Iudices autē qui hoc nō seruant, si maiores sunt, xx. librarum auri pœnam soluant. si minores, decem soluent. Obediētes autem eis

in p̄dictis casibus, spoliati cingulo, dētur in exilium. Carcer mulierum separatus esse debet a viris: ibidē vide, quòd mulier p̄scribi non potest in iure suo, quia est sp. tutela, etiam puer: vide ad hunc passum infrà lib. iij. artic. xvij. glos.

Articulus LXXI.

QVAndo natus Gograuius, vel iudex ordinarius, hoc est infeudatus, aliquem proscripserit, idque coram Comite attestando manifestet, [a] ipse contra reū statim Comitis inducit proscriptionem, & tandem Comitis proscriptio [b] imperij acquirit condemnationem.

a Textus vetustiores habent: Comes teneatur dictā proscriptionē sua sententia confirmare.

b Concordat supra artic. xxxviij. & lxxij. Iura Mu. art. v.

GLOSSA.

QVANDO natus Gograuius, &c. Hoc intellige in Comitatu, cùm verò dicitur, vel iudex infeudatus, hoc fit in Marchionatu, & exinde sequitur, quòd non nisi isti duo inferiores iudices proscriptionem inferiorem manifestare possunt ad superiores; Gograuius verò ad tēpus electus, id facere minimè potest, sed nec aliquem proscribere: vt supra art. lvij. C. de pedaneis iudicibus. l. placet nobis. Si ergo neminem proscribere potest, quare nec testimoniū dare super proscriptione, eandem ad superiorem iudicem deferendo.

Ipse contra reum Comitis inducit proscriptionem, &c. Dictū est superiùs, quid damni euenit huic, qui per negligentiam non comparet, postquam super bonis eius querela

querela proponitur; tum etiam, quid incommodi patitur criminaliter accusatus, cùm ex proteruia nō comparet. Paragraphus iste declarare vult, quid mali sustinet is, qui ex negligentia proscriptiōem tollerat; secundùm leges etenim bona ipsius publicantur: vt C. de requiren. re. l. vlt. Ratio istius est, quia is qui in imperij proscriptionem incidit, ad maiora arctari non potest, nisi vt bona eius publicētur: vt C. de bonis proscriptorum & damnat. l. deportati. secūdùm Saxones verò, non pro omni proscriptiōe vnus priuatur bonis, sed dūtaxat pro illa, quæ iam auctoritate imperij confirmata sit, daturq; in textu modus, quomodo id fieri debeat, & dicit: Postquā Gograuius, hoc est iudex inferior Comitis vnum proscripserit, eundem superiori suo iudici hoc est Comiti, publicare debet, &c. vt textus habet.

e Proscriptum iniustè non appellare potest

Quæritur, si iudex infeudatus vnum iniustè proscribat *e* an appellare possit necne? Rō. quòd nō; qui enim per inobedientiam non comparuerit iudicio, vt est in proposito, ille sententiam reprobare non potest, nec iure spirituali, nec ciuili: vt C. quorum appellat. non recipi. l. j. & C. de iudicijs. l. properandum. §. cum autem heremodicium. Importatio verò proscriptionis ad maiorem iudicem, maius importat incommodum & damnum proscripto; & quantò ad superiorem deuenitur, tantò maioris auctoritatis est. Inconsultè ergo aliqui pronunciant dicentes: quòd qui proscriptus sit in vno loco, proscriptus haberi deberet in omno loco; erroneū enim id est, vt ex articulo præsenti liquido apparet. Si enim proscriptus in vno loco, deberet esse proscriptus in omni loco, extunc proscriptio inferioris iudicis, vel feudalis, esset tantæ efficaciæ, sicut proscriptio imperij, ita quòd vbique interfici posset. nacto enim testimonio inferioris iudicis super proscriptione alicuius, posset tandem in alia iurisdictione proscriptum insequi, & contra eum agere; & per consequens ex officio eundem ad mortē inducere, quod fieri non debet: vt infrà libr. iij. art. xxiiij. Consilium itaque datur, quòd iudex cum alienа vel extranea proscriptione vnum in suo iudicio conuincere nō facile permittat, & qui secus facit homicida est. nam qui hic proscriptus est, in alia iurisdictione non dicitur proscriptus: vt infrà lib. iij. ar. xxij. Proscriptio etenim est sententia quædam, sed sententia contra absentem lata non ligat: vt C. si à non compet. iudic. l. vltim. & extra de consue. c. ad audientiam. & ij. q. i. c. in primis. Vndè id quòd hic dictū est, intellige de proscriptione inferiorum iudicum. ad hanc materiam vide etiam, C. de pedaneis iudicibus. l. placet. & C. de offic. qui vices alteri. iudic. obtin. l. in causa.

Pro intellectu clariori textus articuli præsentis notandum, quòd contra cōtumacem proceditur duplici querela, secundùm quod etiam dupliciter inobedientia committitur. *d* Primò proceditur contra cōtumacem querela ciuili. vocaturque ideo ciuilis, quia tàm actor quàm respondens ante querelam, in querela, post querelam retinēt possessionem, & ciues manēt; & qui vt sic inobediens est, perdit causam: vt C. de iudic. l. properandum. §. cum autem heremodicium. in auten. de exhibend. & introduceen. re. §. si verò. coll. v. ff. de re. iudic. l. contumacia. Alia est querela criminalis, quæ pœnā expetit, & vocatur ex eo criminalis, quia contumax punitur. huiusmodi verò contumaces quandoq; cōtumaces redduntur iudicio vel iudici ipsi inobedientes, & hoc iterū dupliciter: vel personaliter seu præsentialiter, vel non præsentialiter, si sunt inobedientes iudicio

d Querela duplex, ciuilis & criminalis: concordat supra lib. i. art. xxvij. li. ij. art. ix. Iure Mun. ar. xvi. xvij. & lxxij. gloss.

præsentialiter iudicantur in pœnā: vt supra art. xx. & infrà lib. ij. art. xj. ff de publi. iudic. l. inter accusatorem. & C. de accusat. l. accusationis. §. nemo tamen. & in auten. de mand. princip. §. sed neque coll. iij. Si verò est inobediens, nō præsētialiter proscribitur: vt Insti. de capit. diminut. §. minor. & ff. ad l. Iul. pecu. l. iij. Quòd si in eadem proscriptiõe perseuerauerit: extūc Inferior iudex in proscriptionem Comitis eundem inducet. Si nec istud iuuare voluerit, in bānum Imperatoris deueniet: imperij verò bannum si anno & die tollerauerit, bona sua cõfiscabuntur: vt supra ar. xxxviij. C. de bon. proscrip. & damna. l. si quis. & Instit. de hære. quæ ab intestat. defer. §. per contrarium. & ff. de bon. damna. l. j.

Et hoc coram Comite attestando manifestet, &c. Istud verò actor cum literis inferioris iudicis superiori iudici oblatis, probare poterit. Si verò inferior iudex sine actore testificare vellet, hoc facere potest oretenus, & iurare superiori iudici illum esse proscriptum, vt eò audentiùs illum in maiorem imponat proscriptionem: nam & oculatus iudex quilibet esse debet, ne alicui in iudicio præiudicet. eadem enim hora, qua iudex iudicium contra accusatum exercet, etiam contra eundem in hanc vel in illam partem horribile Dei extenditur iudicium: vt C. de iudic. l. rem non nouam. & xj. q. iij. c. abijt Iudas. & xxij, q. v. c. cauete. Instit. de obligat. quæ ex quasi delic. nascun. §. j. ff. de vari. & extraordi. cognit. l. vlt. in auten. iusiuran. quod præstatur ab his, qui administr. accip.
§. Iuro ego.
coll. ij.

FINIS PRIMI LIBRI.

SAXONVM LIBER SECVNDVS.

Articulus I.



LLustres & Spectabiles personę, vbi per iusiurādum se confœderauerint, vel inuicē conspirauerint, nisi imperium excipiant, cōtra imperij delinquent maiestatem.

a Concluditur ibidem, quòd pueri ex contractu sui patris citari quidē possunt, periuri tamen non efficiuntur ex iuramento patris eorum. nullus enim periurus dicitur, qui non iurauit.

b Principes duplices. concordat supra lib. 1. art. vij. & infrà it. ij. art. lxxij. Iur. Mu. art. vij.

GLOSSA.

Illustres & Spectabiles, &c. De iuramento vniuersitatis an transit ad successores, vide in dominicali quæstione, quæ incipit: Bononiensis *a* & est xxxviij. Vndè pro intellectu textus articuli præsentis, notandū *b* venit, quòd Principes sunt duplices, superillustres seu patricij dicti, & sunt hi qui alios Principes feudales habent: vt Inst. qui. mod. ius pa. potes. sol. §. filiusfamilias. & in auten. de consti. quæ dignit. & Episc. §. quidquid col. vj. vt sunt Electores imperij. Alij sunt Illustres tantum, qui & inferiores Principes vocantur: vt in auten. vt ab illustr. & qui super eā dignitatem sunt §. quæcumque. coll. v.

Et Spectabiles personæ, seu vt textus alij habent, domini, &c. Per id intelliguntur omnes domini feudales, qui vasallos habent; quilibet enim vasallum habens, dominus dicitur, respectu sui vasalli: vt in auten. in constitutione Imperatoris Frederici. §. præterea.

Periusiurandum confœderauerint, &c. Sensus articuli est: quādocumque homines inter se conspirauerint vnus alteri auxilio fore, imperium excipere debent: vt in auten. in constitutione Imperatoris Frederici. §. illud quoque. Quòd si nō exceperint, lædere imperium dicuntur, vt textus habet: & C. ad leg. Iuli. maiest. l. si quis. Quæritur, *c* quæ pœna contra huiusmodi coniuratores statuta sit? Rn. sub distinctione, vel in huiusmodi coniuratione nō excluditur imperium propter obliuiōem, extunc pœna Principum est centum pondo seu libræ auri, *d* quælibet continens septuaginta duos denarios aureos. Quilibet verò denarius aureus valere debet *e* solidum communiter currentem: C. de suscep. præpo. l. quotienscumq;. & hoc intelligitur, si circa id in malum opinio quædā sit. Si verò propter malitiam non excluditur imperium, demerentur vitam, bona, & honorem: vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. per contractum. & C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. ff. eo. tit. l. cuiusque. Sed etsi quis pro illis interceserit, infamis efficitur: vt C. eod. tit. l. quisquis. §. denique. huiusmodi verò conspiratores acriùs puniuntur, si contra imperium aliquid fecerunt, quā si contra personam Imperatoris. Imperator enim interire potest, nō autem

c Pœna coniuratorum, imperium non exceperint.

d Libra auri quantū valeat: concordat infrà lib. iij. art. xiv.

e Solidus, qui est aureus, à soliditate dictus, quia de solido auro fit. C. de veter. numm. l. vnde solidi, qui est aureus exvi. constituūt libram vnā auri, vt gloss. habet. & C. de suscept. præpo. & arca. l. quotienscūq;. Libra verò auri gentes hic quinque solidos, id est Rhen. C. de arge. præpo. lib. xij. emus. Hic dem etiam habetur, quòd xx. lib. auri vnus aureus est.

autem imperium: vt C. ad leg. Iuli. maiest. l. quisquis. *f* Confœderationes verò huiusmodi inter Principes, prouincias, ciuitates, si legibus contraueniant, seruari non debent, nisi fiant propter pacem: vt infrà eodem lib. art. x. & de pace tenenda inter subdit. §. hac edictali. & §. conuenticula. *g* Nec immeritò; conspirationes etenim, quæ in damnum alicuius fiunt, vel contra consuetudinem, seruari nō oportet: vt xxij. q. iiij. c. si aliquid. Quæritur, *h* ille qui iurat & non adimplet promissum, forsan propter id, quia ius illud facere vetat, an efficitur periurus necne? Resp. sub distinctione, *i* quòd periuriū fit quadrupliciter: Primò, cū quis ignoranter peierat, vel non rectè iurat, putans illud verum fore, pro quo iurauerit, huiusmodi periuriū fore potest sine peccato: vt xxij. q. ij. c. beatus. Secundò aliqui iurant scienter, falsè, & illi mortaliter peccant: vt xxij. q. ij. c. homines. Tertiò quidam falsè iurant ex insania, & istud periurium quandoque est mortale, quandoque veniale: vt xx. q. iiij. c. qui sacramento. & xxv. dist. c. qualis. Quartò euenit periurium, quando promissum vel fides non seruatur, & est quandoque peccatum: vt xxij. q. iiij. c. si aliquid. Quandoque verò nullum peccatū est, sicut in his quæ seruari non oportet: vt xxij. q. iiij. c. in malis. & C. de legib. & constit. l. non dubium.

Quæritur, in quem peccatum periurij vergit, *k* cū quis propter metum pœnæ promissa adimplere non audet, an in iudicem, qui pœnam instituit, vel in illum, qui propter coactiōem non adimplet? Resp. *l* quòd coactio est duplex: Quædam euenit ex violentia, & isto modo qui alium ad periurium cogit, est peior homicida, quia homicida corpus quidem interficit, iste verò animam ipsam occidit: vt xxij. q. v. c. ille qui. Alia coactio fit iure, & hoc dupliciter: vno modo, quando iudex cogit facere aliquid ex officio, vt cùm decernit & iudicat suspendere furem, iste nō peccat: vt xxiij. q. v. c. de occidēdis. Alio modo, quando alium admittit vti iure suo, vel continuare & adimplere ius suum, & non cōtradicit; dato, quòd sciat illum iniustè iurare, nec vt sic peccat, quia iudicium permittit istum iurare, & non iudex: vt ij. q. v. per totū. Iudex etenim iudicare non debet secundùm notitiam & scientiā suam, sed secundùm declarationem & allegata: vt xv. q. v. præsbyter. *m* & Instit: de offic. iudi. §. superest. & iij. q. vij. c. iudicet. & extra de offic. ordi. c. j. in glo. de eden. l. qui accusare.

f Confœderationes contra leges facta reyecienda.

g Conuenticula seu cōurationes in ciuitatibus, vel inter ciuitates aut personas, omnibus & singulis sub pœna vnius libræ auri interdicuntur. itidem etiā inter mercatores conspiratio, ne merces aliter vendērent, quàm vt inter eos pactum sit: C. de monopo. l. 2.

h Iurans & non adimplēs forsan propter id, quia leges illud vetāt, an efficitur periurus?

i Periuriū cōtingit quadrupliciter.

k Peccatū periurij in quē derivatur?

l Nota, coactio est triplex. Quædā est timorosa & honesta: quædā est honesta & deifica: quædā inhonesta, & tamen timorosa. Timorosa & honesta est, quæ imponitur Christianis, vt secūdum legem Dei viuant. Honesta et deifica, vt est monachorū, et q̄ se religiōi tradunt, obedientiam q̄ promiserunt. Coactio verò inhonesta & timorosa, vt quæ fit in vitam alicuius, vel quā do aliquis expellitur de bonis feud. c. xxxix.

m Ibidem in glossa notatur: quod præsbyter sciens aliquem in mortali peccato, eidem cōcedere eucharistiam debet: vt de cōsecr. dist. ij. non prohibeat. Item, cùm Episcopus inuehi in se viderit, si quid mali inde accidat, ei non est imputandum: vt xxxij. q. v. c. de occidendis. Vnde & si quis adinstantiam Episcopi ueret, non tamē Episcopus eū cogere dicitur ad periuriū, sed Canon: vnde ad obuiandū malo periurij, vel ille debet secreto admoneri, vt nō permittat eū iurare, vel quòd declaret

Articulus II.

NEgligat si Comes [a] vnū iudicialem terminum, illum solum perdit actor: si verò pluresin actione iniuriarum per eum negligātur, actionem de nouo incipere necessarium est. Agat si quis contra præsentem pro feudo aut proprietate, [b] quæ fide bona possidet, ipseque si dixerit, propter hoc sibi terminum non esse priùs assignatum, vsque ad proximum iudicium inducietur, hoc est, proximum sibi iudicium assignabitur. In secunda verò actione, si legitimo adueniente iudicio inducias gratiā petierit

petierit

petierit, hoc ei erit concedendum, postea tandem respondebit.

cum fore probatum apud Episcopum, antequam falsè iuraverit. alij dicunt, quòd simpliciter audiendus est.

GLOSSA.

AGAT si quis contra præsentem, &c. Dicunt quidam: quòd qui volunt alium convenire, primò sibi debent denunciare: arg. ff. de seruit. prædi. vrban. l. quidam. Sed dic, quòd hodie fit ex vrbanitate, & non ex necessitate: vt notatur Instit. de acti. §. appellamus.

a Nomine Comitis iudex quilibet intelligitur in proposito.

b Si verò anno & die non possederit, in instanti respõdere tenebitur: vt infrà lib. iij. artic. xxxvij.

GLOSSA.

Negligat si Comes, &c. Sensus articuli præsentis, quòd Comite absente actor non poterit querelam facere, prout sibi expediret, & ita illud duntaxat perdit, quòd videlicet querelam facere nõ potest. Sicut si ante quindenam querelã instituisses, & hodie aduenięte quindena, iterum querulari deberes, Comesque illo tempore non adsit, qui iudicio præsideat, & ita iudicium negligatur: cogeris iterum querulari post quindenam, & illud spacium erit quatuor septimanarum ab institutiõe primæ querelæ, & nihil plus amittis, nisi illos inter medios quatuordecim dies. Si verò plures negligat terminos iudiciales, vt textus habet, querelã de nouo instituere necesse est. *c* Nulla enim querela esse potest, vbi iudex præsens nõ est: vt iiii. q. iiij. c. j. & extra de verb. signifi. c. forus.

c Querela nulla sine iudice esse potest

Quæritur, cùm vt sic per incœptam querelam bona impetuntur seu alloquuntur, an illud vera impetitio dici possit necne? Quidam dicunt quòd non, opinionem fundantes suam super l. res. C. de litis contestatione, vbi dicitur: Res in iudicium deducta non videtur, si tãtùm postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita. inter litem enim contestatã, & actionem editã, permultum interest: Lis enim tùm videtur cõtestata, cũ iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. Sequitur ergo per modũ epilogi, quòd quàmuis negociũ sit coram iudice propositum, non statim tamen fit litis contestatio. nec enim postulatio, nec libelli editio, aut debiti petitio, faciũt litis cõtestationẽ, sed narratio cum contradictione, ita in propositõ videtur, quòd non sit vera allecutio; hoc tamen intentionis non est nostræ, nam vt sic tempus præscriptionis continuaretur adhuc contra actorem. Aliter itaque sentiendũ, quòd statim, postquam iudicialiter querela proposita sit, etiam si non adsit qui illud defendat, hoc est, quòd se negligat, bona illa impeti vel alloqui dicuntur, nisi forsan respondens de querela nesciat: vt ff. de vsuca. l. in vsucapionibus. Ad legem verò allegatam pro prima opinione, vbi dicebatur: quòd nec postulatio, nec libelli editio, aut debiti petitio, sed sola narratio cum contradictione litis contestationem facit. Intellige, quòd ibi loquitur de allocutione, quæ efficiat vt bonorum possessor bona illa non præscribat, vel vsucapiat.

Agat si quis contra præsentem, &c. Ratio autem, cur respondenti terminus vlterior ad respondendũ præfigitur, est, vt se ad responsionẽ recolligat & præmeditetur: actor siquidẽ satis antehac ad querelam instituẽdam deliberauerat. *d* reo enim licere debet, quod & actori: vt ff. de reg. iur. l. non debet. & ff. de eden. l. j. §. j. Terminusque seu dilatio ad respondendũ reo, secundùm Saxones, datur ad bina proxima iudicia. Secundùm verò canones & leges dantur xx. dies: vt iij. q. iij. c. inducię. §. offeratur. & in auten. de exhiben. & introdu. re. §. sancimus. coll. v. & hoc ex eo fit, quia Saxones habent determinata tẽpora iudiciorum,

d Reo licere debet, quod & actori: ẽcarat supra lib. i. art. xv.

Legi-

Legistæ verò & Canonistæ non: e Vndè nec iudex abbreuiare potest dilationem reo, quia nulli debet minuere gratiam vel beneficiu iuris: vt in auten. constit. quæ de digni. §. illud. coll. vj. & ff. de re iudic. l. iiij. §. si quis. In contrarium aliquę licet sentiant leges: vt ff. de iudic. l. no nunquam. & ff. de re. iudic. l. ij. ℞. tamen non obstantibus legibus allegatis, quòd terminus præfigi debet, vt in auten. de iudicibus. §. oportet. in fin. coll. vj. Vel dic, quòd leges primùm allegatæ, dicunt terminum esse præfigendum; leges verò vltimò introductæ sentiũt, quòd terminus præfigi non debet; intellige, nisi expetatur à parte, & hoc etiam articulus circa finem innuere vult, cùm dicit: In secunda verò actione, si inducias petierit, hoc erit ei concedendum, alias si velit respondere, in instanti poterit: f actori verò dilatio non datur: vt C. de dilationibus. l. si quando. actor enim præmeditatus in querela esse debet: vt ij. q. ij. c. inducię. §. spacium.

e Dilatio reo non datur ad deliberandũ, quæ nisi petẽte abbreuiari.

f Actori dilatio non datur.

Articulus III.

INdicetur si cui duellũ, a qui ex abrupto & non p̃cuſtoditus venerat, nec sibi propter hoc terminus fuerat assignatus, ipse si inducias desiderat, secundũ sui generationem habebit; non tamen antea, nisi postquam duellum fuerit stipulatum, id est, compromissum. Sex septimanarum inducię bannitis, alijs verò, vt pote ministris, vel alijs liberis, quindecim dies largiuntur. In qualibet alia actione cum quis accusatus fuerit, in cõtinenti fateri debet vel negare.

a Duellum indicere vel duellariter prouocare non est locus in prouincia nisi criminaliter vel ciuiliter queratur: citerna. infra libr. 2. art. xxvi. & cxxv. fin. Munt. artic. xxxiij & xxxv.

GLOSSA.

Ipse si inducias desiderat, &c. Et pendente dilatione cõquiescit iudicis officium, nisi partes consentiant: C. de dilationibus in plerisque legibus, & notatur in c. significante de appellat.

GLOSSA.

Articulus præsens disponit de termino assignãdo, si cui duellum ex improuiso indictũ sit. Quomodo autem duellum indicitur, vide supra lib. j. art. lxiij. Vndè sensus articul. est ibi cùm dicitur: Qui ex abrupto & non præcustoditus venerat, hoc est, dato, quòd ibi præsens astet, dato etiam, quòd in alia causa ibi compareat: si eo inpræcustodito aliquis duellariter eundem alloqui vellet, terminus sibi assignari debet secũdùm sui generationem. Nec obstat, si quis forsan dicere vellet, quòd iudex ad duellum vnicuique apparamenta ministrat: vt supra lib. j. art. lxiij. quare non necessariò ad duellum prouocato, vlterior datur terminus? Tu tamen respondes, quòd etsi quidem iudex subministrat clypeum & gladium duellariter decertanti, vltra id tamen necessariò alia apparamenta habere debet, quare dilatio sibi datur, vt textus habet.

Cui etiam propter hoc non fuerat terminus assignatus, &c. dato etiam, quòd in alia causa terminũ habeat prefixum, & in eo prouidetur sibi ne ab aduersario facilè obruatur; cuilibet enim astutiæ per ius obuiatur, sicut & morbis per medi-

decim

medicamenta: vt in autent. hæc constitutio innouat constitutionē. §. quod medicamenta. coll. viij.

Secundùm sui generationem, &c. Huic paragrapho contrariari videtur c. erit autem. dist. iiij. vbi dicitur: quòd ius debet esse æquale diuiti & pauperi. si ergo bannitus vel nobilis, longiores haberet inducias in duello sibi indicto, quā simplex homo, ius non inseruiret æquè pauperi sicut diuiti. Pro intellectu istius nota, quòd leges sunt duplices: communes videlicet, & istæ debent esse per æquum omnibus communes, et priuilegiatæ, quæ videlicet certis personis causa honoris statutæ sunt; huiusmodi personæ specialibus priuilegiis eximuntur, & præferuntur alijs: vt C. de officio diuers. iudic. l. j. ij. & iij. & in auten. vt ab illustribus. §. quæcumq;. coll. v. vbi multæ nobilium personarū declarātur prærogatiuæ.

b Iura nobilium & plebeiorum quandoque discrepant.

Non tamen antea, nisi postquā duellum fuerit stipulatum, &c. Cōtrarium istius sentire videtur articulus lxj. supra lib. j. vbi dicitur: quòd nullus actor cautiōem interponere tenetur, nisi ad agendum alius sibi præfigatur terminus; Hic verò dicit: quòd non antea inducię dabuntur, nisi postquam duellum fuerit stipulatum. R. quòd vnum non contradicit alteri. superiùs enim in articulo allegato intelligere vult de actore ipso, vt ex verbis ipsis cognoscere licet, articulus verò præsens de respondente ipso disponit. ℊ Quærere vnus possit, an sufficiat huic qui ad duellum prouocatus sit, promissio sese sistendi pro termino deputato? R. quòd non sufficit, sed requiritur cautio fideiussoria: vt suprà libr. j. art. lxj. Quid si hæreditatem seu propriū ibidem habuerit? R. quòd si tantùm proprietatis habet, quantùm eius verigeldus sit, cautionem statuere non tenetur: vt infrà eod. tit. art. v. & in eo prærogatiuam habet: vt C. de offic. prætoris. l. ij. c. Quòd si nec proprium, nec fideiussores habeat? R. quòd iudiciaria potestas eundem detinebit; nō tamen duro & tenebroso carcere detineri debet, sed nec lædi in corpore, membris, vel sensibus aliquibus, nec catenis durè arceatur, vt exinde pedes lædātur: vt C. de custod. reo. l. in quacumque.

e Concordat Jure Munic. art. xxvij.

In qualibet alia actione, &c. In eo casu ius nostrum Saxonicum, cū iure cōmuni & Imperiali discrepat; ibi enim datur terminus ad prę meditandum, porrigiturq; in scripto caussa pro qua impetitur: vt extra de libelli oblatiōe. c. j. ij. de verb. signific. c. sæpè. in Cle. in gloss. daturque dilatio xx. dierum: vt iij. q. iij. c. inducię. §. offeratur. & in auten. de exhiben. & introdu. re. §. sancimus. coll. v. hīc verò dicit: quòd in omni alia actione extra duellum, ex improuiso indictum, excepto etiam si Comes vel iudex præsens non sit, in continenti fateri vel negare debet. R. quòd vnum nō contrariatur alteri; *d* nā & secūdùm leges sunt certi casus, in quibus etiam reo ad præmeditādum nulla dilatio datur. Primò, cū sunt breues lites, vel inter personas pauperes & viles, paruæq; conditionis, cognoscere illas statim oportet absque aliqua expensa: vt C. de sen. ex pericu. recitan. l. nisi breues. Ex quo itaque iure Saxonico responsio quælibet breuis est, quia si stat in recognoscendo vel negando: quare nec indiget dilationis termino. *e* Secundò, cùm Episcopus sui iudicij subiectos iudicat: vt in auten. vt cleri. apud propri. Episc. §. j. coll. vj. & hoc ex eo, quia controuersia & negocium est illis notum. Ex quo itaque negocia iuris Saxonici ex querela & responsione nota appareant, quare dilatio termini nulla datur? Tertiò, cùm agitur contra illos, qui pecora ex stabulis furantur: ff. de abigeis. l. j. & C. eo. ti. l. j. Quartò, cùm

d Causse. in quibus reo etiam secundum leges ad præmeditandum dilatio nō datur.

e Jure etiam feud. c. lxv. certi habētur casus, vbi reo dilatio ad respondendū nō datur. Primò cùm negotiū in nostra recognitione stat, hoc est cùm ad recognitionem datur. ibi dilatio non admittitur, sed recognoscere vel negare cū oportet. alias causas ibidem vide, quæ concordant præcisè in forma cum glossa præsenti.

tò, cùm agitur cõtra suspectos tutores: vt ff. de suspect. tutor. l. iij. §. non tantum. Quintò, cùm agitur in caussa manualis facti: vt supra lib j. art. lxvj. & C. de accusationibus. l. ea quidem. Sextò, cũ agitur occasiõe pœnalis negocij, sicut cùm quis baculo percussus sit: vt ff. de accusat. l. Iouia. Septimò, cùm iudicatur super falsificatione literarũ scribentium vel portantium, vel cõtra falsos testes: vt C. de proba. l. vlt. & C. de testi. l. nullũ.

In continenti fateri vel negare debet, &c. Intellige tamen, quòd reus super propositiõe actoris iure sese defendere potest, quòd vtique dilationem, etsi non longam habebit; sicut si occasione debiti eum impetat, interrogare eum potest, vnde debitum illud veniat: vt infrà lib. iij. art. xlj. in fin. & extra de libel: oblat. c. ij. Exindeque dignoscere vnus poterit, si negare vel affirmare debeat: vt ff. de eden. l. j.

Articulus IIII.

QVI se à proscriptione exuere voluerit, iudex si requisitus sit, ad comparendum ei [a] pacẽ debet pronunciare, vt tutò iudicio cõparere possit. Postquam sese vt sic iuramento expurgauerit, [b] iudex & populus verbis & digitis eum absoluere debebunt, quemadmodũ eum proscriptioni incluserant. Si conetur eũ quis indebitè impedire, & ipse sese iureiurãdo à proscriptione liberauerit, vlteriùs proscriptus non est reputandus: paxque sibi indicetur, fideiussoresq; tandẽ idẽ ponat, vt in tribus sequẽtibus iudicijs se præbeat responsurum, si quis ab eo quidquam expetat. Si verò in his tribus terminis eum nemo inculpauerit, ab actione sententialiter absoluetur. Exuet autẽ se qs à proscriptione in absentia actoris, & si promittat, fideiussoresque ad comparendum statuat, & non comparet, rem stipulatam nõ actor, sed iudex tollit, id est, pœna iudici cedit, non actori, si eum secundò proscribat, sicut de iure facere tenetur. [c]

[a] *Concordat Iure Munic. artic. cxiij. & infrà libr. iij. art. xxxiij.*

[b] *Practicã uide, quo pacto vnus a proscriptione expurgatur.*

[c] *Textus Germanicus et alij vetustiores id quod sequitur, vltra id habet: quisideiussor iã ad comparendũ statuerit, legalegue nominet impedimẽtũ: hoc suus fideiussor facere tenetur, et nullus alter nuncium. Paragraphus tamen iste infrà art. vij. in forma habetur: concordat Iure Muni. artic. xij.*

GLOSSA.

QVI se à proscriptiõe exuere voluerit, &c. Et sic patet, quòd sententia proscriptionis seu banni potest retractari & reuocari sicut sententia mulctæ, quia est interlocutiua: de hoc per Bald. in addition. Spec. de sentent. prolat.

Ei debet pacem pronunciare, &c. & sic etiam dicit Dynus in l. is qui reus. ff. de publi. iudic. Præstare debet securitatem bannito pro communi, quod non offendatur, donec inchoata accusatio sit finita contra eum.

Proscriptus est reputandus, &c. Bannum enim generale vel speciale, inordinatè vel sine caussa factũ, vel datum alicui, non habet vim legis nec sententiæ, nec interlocutiuæ neque diffinitiuæ: C. comminat. epist. l. programma. & notat

Dy. in

Dy. in l. iiij. ff. de re iudic. hoc etiam scias, quòd bannitus semel, sæpiùs banniri potest ob diuersa crimina, & citabitur vbi consueuit habitare: vt in Spec. de accusat. §. sequitur. vers. quid si bannitus.

GLOSSA.

In articulo præsenti tria ex ordine documenta ponuntur: Primũ, quo pacto ille, qui iniustè proscriptus sit, à proscriptione sese eliberare debet; ille etenim qui pro violentia accusatur, in instanti proscribitur, antequam negociũ pernoctetur: vt supra libr. j. art. lxx. §. iij. *d* Et quia quandoque euenit, quòd actor iniustè vnum accusat, testesque minùs iustè testificantur; vndè ex malè informatis, iniustè vnus iudicatur, citra tamẽ culpam iudicis: vt Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. §. si iudex. Ad obuiandum itaque huic malo, est articulus præsens, quòd ille, qui se iniustè proscriptum nouerit, procedere debet, vt textus habet, sed & à proscriptione liberari: vt C. de custod. reo. l. j.

d Concordat iure Munic. art. cxiij.

Nec obstat, si quis dicere velit, proscriptus est per sententiã proscriptus. *e* Sententia autem rescindi non debet: vt C. sentent. rescin. non pos. l. j. Etiamsi Imperator literis demandet, iudex minimè sibi in eo obedire debet: vt C. eod. tit. l. vlt? R. quòd ibi loquitur de sententijs legitimè latis. sed quia iste iniustè fuit proscriptus, & ita sententia nulla, nec habuit vim legis, nec sententiæ interlocutiuæ nec diffinitiuæ: sed fuit iniustum quid, & ita illud iniustum hîc reuocabitur, & non sententia: vt in auten. hæc constitutio innouat constit. §. j. coll. viij. & ff. de re. iudic. & effect. senten. l. j. & ff. eod. tit. l. si se. §. condemnatum. Hoc modo etiam intelligi debet illud, quòd in Euangelio legitur: *f* Quidquid Apostolicus ligauerit, hoc erit ligatum; hoc verum est, si verè & iustè ligauerit; si verò minus iustè, contrarium erit: vt xxxv. q. ix. c. loci. §. his ita.

e Vnde sententia est discussio & iuris facta, qua vnum condemnat, & aliũ excusat: concordat supra lib. i. art. lxij. & libr. iij. artic. v.

f Quidquid Apostolicus ligauerit, hoc ligatum erit, quomodo intelligitur?

Secũdum documentũ est, quòd si proscriptus sese expurgare voluerit, iudexque sibi id negauerit minus iustè, & ille iuramento se absoluere voluerit, pro non proscripto haberi debet. Q. d. si absque sentẽtia & iudicio bannito iurauerit, quòd ipse iniustè & absque culpa in proscriptionem venit, iuramentumque præstitum testibus probaturũ se offert, ille perampliùs proscriptus nõ erit. illud etenim quòd iniustè contradicitur, pro nihilo reputatur: vt C. qui pro sua iurisd. iudi. dare dariue pos. l. j. & ij. q. vj. c. ei qui. §. diffinitiua. & extra de senten. & re. iudi. c. inter ceteras.

Si in his tribus terminis eum nemo inculpauerit, &c. Et ita erit liber, impensæque & pœna sibi refundetur: vt infrà eod. lib. art. viij. & Instit. de pœna temer. litigan. §. hæc autem.

Tertium documẽtum est, si dolosè accusatus agat, ita quòd se à proscriptione exuat, fideiussoresque ponat ad se repræsentandum, non tamen comparet: textus habet, quòd iterum debet proscribi, & actor euadet victor, iudexque verigeldum obtinebit.

Nota hîc speciale quid, quòd postquam vnus occasione iniuriarum aliquem fideiusserit, pecuniaria mulcta, quæ pro ipso præstatur, *g* iudici cedit; hoc tamẽ intellige, si importunè non comparet. Si verò fideiussor iudicio se ostendat, & nõ posse habere illum, quem fideiussit, se declaret, parti cedet actoreæ verigeldus: vt infrà libr. iij. art. jx. quòd si pro debito fideiusserit, debitum actori exsoluet.

g Contrarium istius videtur infrà lib. iij. art. xx. vbi dicitur: quòd verigeldus cedit actori. Resp. quòd hic loquitur de illo qui est proscriptus, ibi verò dicitur de nõ proscripto: & ita ibi accipit verigeldum actor, hic verò iudex.

Exuet autem se à proscriptione in absentia actoris, &c. Intellige de illis, qui non citati, vel quibus terminus non fuit assignatus, proscripti sunt; quia aliàs si terminum

præfixum habuerint, exindeque proscribantur, sine voluntate actoris à proscriptione se exuere non possunt: C. sen. rescin. non pos. l. impetrata. ff. de execu. re. iudic. l. miles.

In additionibus vbi dicebatur: Hoc fideiussor facere tenetur, &c. Fideiussor enim respondere tenetur loco respondentis, omnemque defensam & cautelas, quibus respondens vti potuisset, in subsidium accipere potest: vt in auten. de fideiuss. §. j. coll. j.

Articulus V.

QVI tantùm de proprietate, quantum pretij summa sui constat, verigeldi habet, [a] is in ea iurisdictione, si contra eum actio iniuriarum mouebitur, [b] ad statuendum fideiussorem compelli nō debet. [c] Post quindenam reddenda sunt debita, quę in iudicijs acquiruntur: post sex hebdomadas mulcta, & post mulctā per qndenā præstatur emenda. [d] Si autem emēda prius quā mulcta acquisita fuerit, tunc post sex hebdomadas emēda, & vltra post quindenam mulcta debeatur. In creditoris domo lucēte sole debitum est persoluendum, & si ibi in iurisdictiōe creditor domum nō habuerit, in vicina domo iudicis persoluatur.

[a] *Concordat Iure Munic. art. xxxij.*

[b] *Vide Iure Munic. arts. xxxiij. & xcij.*

[c] *Debita quā de exsolui debent.*

[d] *Iure Mu. art. xlvi.*

Glos-

GLOSSA.

QVI tantùm de proprietate. &c. Concordat etiam lex communis sed generaliùs. cùm dicit: Sciendū est, possessores immobilium rerū satisfacere non compelli [e] Et possessor is accipiendus est, qui in agro vel in ciuitate rem soli possidet, & qui solam proprietatem habet, non creditor, qui pignus accepit: aut cùm aliquis precario detinet, possessor est intelligendus: vt in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. De huiusmodi satisdatione vide etiam supra lib. j. art. lxv. & infrà eod. lib. art. x. & lib. iij. art. jx. & infrà art. lij. & Instit. de satisdat. §. sed hodie. & in Spec. eo. tit. per totū. Sed quid si quis possidet immobilia, quæ valent decem, & ciuiliter cōueniatur in centū? [f] Dic, quòd satisdabit ad minus in eo, in quo excedit; quia quòd iuris est de toto quò ad totum, idem est in parte quò ad partem: vt ff. de acquir. hæred. l. si seruus. & notatur in dic. §. sed hodie. De huiusmodi satisdatiōe, de qua hic, tangitur etiam supra ar. proximo, & infrà lib. iij. art. xvij. Fixus ergo, & non suspectus de fuga, possidens immobilia hic taxata, in causa criminali, aut pro modo & quantitate debiti in ciuili, non tenetur dare fideiussores, vt in iuribus allegatis.

[e] *Possessor quis dicatur*

[f] *Vide de satisdatione eius, qui est in calculo.*

In creditoris domo, &c. Vide quod notatur circa artic. xl. infrà libr. iij. qui concordat cum isto §. vbi inuenies, quid sit de iure communi.

GLOSSA.

QVI tantùm de proprietate, &c. Superiùs lib. j. art. lxj. & infrà eo. lib. art. jx. habetur, [g] quòd tàm actor quàm reus fideiussores statuere cogūtur: & hoc intellige in criminalibus actionibus, vt etiam clarè habetur ff. de prætor. stipulat. l. prætо-

[g] *Concordat Iure Munic. art. xxxij.*

prætori. & C. de his qui accusare possunt. l. qui crimen. In præsenti articulo dicta limitat sua, enumerãdo aliquos, qui fideiussoriam interponere non coguntur, vt textus habet.

Dicere quis posset, quòd ius nõ per æquum inseruiret omnibus, ex quo quidem istum qui proprietatem habet, à cautione liberat; qui verò proprietate caret, ad fideiussoriam cogit, quod tamen minimè fieri debet. ius enim tàm diuiti quã pauperi vt inseruiat necesse est: vt iiij. dist. c. erit autem. & Instit. de iusti. & iur. §. iuris? & nullam in eo esse diuersitatem; fideiussoria etenim coram iudicio propter id fit, vt eo certiùs ex vtraque parte actio terminetur: *b* ille ergo qui bona sua in vadium ponit, plus assecurat *i* quàm ille, qui fideiussores statuit: vt ff. de reg. iur. l. plus cautionis. Etiam pignus quandoque loco fidei datur, vndè quàmuis vnus probus & fidei bonæ homo sit, pignus tamen acceptatur loco suæ fidei, vt & ille, qui accipit pignus, certior sit. Præterea dicere vnus possit, ius istud non æqualiter deriuari quoad omnes; accusatus etenim criminaliter pro pace fracta, vel alijs iniurijs, rationeque istius quia proprium haberet, fideiussoriam statuere non cogeretur, potiùs integrum verigeldum, qui est decemocto talenta, vel tantũ proprij perdere mallet, quàm vitam amittere suã. pellẽ enim pro pelle, & cũcta quæ habet homo, dabit pro vita sua: vt habetur Iob. c. ij. Sed nec istud aliquã facit diuersitatẽ ex caussa iam allegata: nã nec omnes accusati occiduntur, sicut nec omnes ægroti moriũtur; *k* quilibet etenim pro bono & probo reputari debet, antequam contrarium de ipso probetur: vndè & in proposito, postquam vnus accusatur, non statim reputari debet quòd reus sit, sed nec in instanti detineri: vt C. de exhibend. & transmit. re. l. nullus. Intellige tamen, quòd accusatus non statim detinetur, si manuale factum non sit, aliàs in instanti captiuabitur; dato etiam, quòd multas haberet possessiones: vt supra lib. j. art. lxvj. & lxx. infrà eod. li. art. xxxv. C. de custod. reo. l. si quis. & in auten. de manda. Princ. §. neque coll. iij. Vndè etsi quidẽ vt iam allegatum est, quòd ius æqualiter inseruire debet omnibus: *l* immutatur tamen quandoq; ius, & fit duriùs respectu personarum, ita quòd seueriùs extenditur contra vilem hominẽ, quàm erga spectabilem, etiam in eodem excessu: vt ff. de pœnis. l. capitalium. & C. de custod. reo. l. de his. & Instit. de iniur. §. atrox.

Post quindenam reddenda sunt debita, &c. *m* Intellige de iure nostro Saxonico; contrariũ enim habetur C. de vsurp. rei iudic. l. vlt. vbi datur tẽpus quadrimestre soluendi debitum iudicialiter acquisitum. concordando tamen legem allegatam cum iure nostro respõde: quòd ibi loquitur de magna debitorum summa, hic verò de paruis debitis articulus intelligi debet, immò legi iam allegatæ contrariari videtur: ff. iudic. sol. l. j. & ff. de regu. iur. l. in omnibus. vbi cauetur, quòd quicumque aliquid sine determinato tempore promiserit, vel cùm quid adiudicatũ sit, in instanti exsoluere tenetur. Pro corrigendis tamen legibus allegatis respõde: quòd etsi quidem in instanti debitor efficitur, non tamen in instãti pignoratur, nisi post quindenam; non enim statim creditor cum sacco ad tollẽdam pecuniam venire debet, nisi fortè in instanti soluere promisisset: vt ff. de solut. l. quod dicimus.

Post mulctam per quindenam præstatur emẽda, &c. Ex isto sequitur, quòd solutio emendæ quandoque inducias habet sex septimanarum, quandoque octo. quidquid

l Ius quandoq; durius extenditur contra viles personas, quàm contra spectabiles.

m Iur. Mag. artic. xxxij. & xcvij.

l Iure Mag. a. t. xxxv.

i Nota. Q debitores non sunt cogendi vltra duo augmenta ad solutionem, sed ordine iudiciario vsitato negantes, C. de actionibus & obligationibus, salsit hoc, si debitor fuerit fugus: vt in l. ait prætor. §. debitorem. ff. quæ in fraudẽ sunt creditorum, & allegans solutionem, debet illam probare.

Hoc dicunt Maydeburg. esse verum, si reus dicit alterius fore solutionẽ factam. secus si tertio.

k Quilibet præsumitur bonus reputari debet, antequam contrarium probetur.

enim primùm in iudicio lucratur, primum exsolui debet: & est contra illos, qui dicunt, quamprimùm emenda decernitur, quòd in instãti solui deberet, contrarium enim istius hic habetur.

In creditoris domo, &c. Hic exprimitur tempus & locus solutionis. Quid si creditor debitum acceptare nollet? R. quòd ibidem relinquat debitum apportatum: & si illum in domum intromittere nolet, sicut benè poterit: vt Instit. de re. diuis. §. apium quoque. extunc in domum proijcere debet, vel ante ianuam ponere, habito testimonio, & absoluetur: vt infrà art. sequenti. & C. de soluti. l. obsignatione.

Articulus VI.

QVI suam veram in iudicio emẽdam, id est, satisfactionem despexerit, vlteriùs nullam habebit. [a] Omne persolutũ debitum duobus hominibus [b] solutionem videntibus & audientibus, debitorem probare necesse est. [c] Qui ad iudicium nõ venit, cum ad hoc tencatur, mulctam præstet; nisi se iustè excusauerit. [d] Donationem si quis viderit, & ei non contradixerit, & a sententia quam audiuerit, [e] non appellauerit, [f] postmodum ei contradicendi & appellandi facultas denegetur. [g]

[a] *Debiti soluti quo pacto probatur?*

[b] *Paragrahus iste intelligi debet per si serui. C. de noxa inxta l. testiũ facilitatẽ. C. de testi. loquitur enim de solutione debita non in scriptis contractis, quia alias quando debitũ est contractum per scripturã, semper probãda est etiam per scripturã, vel quinque testes idoneos, qui deponãt, quòd præsentes fuerũt solutioni, perdita verò scriptura, & casu probato, duo testes de vera numeratione deponẽtes sufficiunt: vt in ea. l. testiũ facilitatẽ. C de testi. habetur, vbi et in glo. ibidem limitatur id esse verum de quinque testibus, si quantitas excedat quinquaginta aureos, alias sufficiunt duo testes in rebus exiguis: vide ad id Iu. Munic. ar. xxxi.*

[c] *Concordat Iure Municip. ar. xlvij. glos.*

[d] *Vide Iur. Mun. ar. xxx.*

[e] *Textus Germanicus addit: in instanti non contradixerit, vel in instanti non appellauerit.*

[f] *Quomodo autem se excusare debeat: vide infrà eo. libr. artic. xx. gloss. & lib. iij. artic vij.*

[g] *Concordat Iur. Mu. ar. x. xi. xiij. & xx. glos. Vnde & paragraphus iste intelligi debet iuxta art. xij. infrà eod. libr. quòd sententia huiusmodi si valere debet, sedendo in sua sede à scabino in iudicio à iudice interrogato, inuenire debeat: vnde sẽtentia huiusmodi inuẽta, immediatè incepari debet secundum nostrum. ernõ intelligitur de illis sententijs, quæ extrajudicialiter à cõmissarijs &c. & quæ in scriptis proferuntur. contrarium*

GLOSSA.

Omne persolutum debitum, duobus hominibus, &c. Facta enim non præsumuntur, nisi probentur; & sic ea quę non apparent, nõ præsumuntur: vt C. de probat. l. j. C. de non numerata pecunia. l. assẽueratio. c. de consecr. dist. j. c. solennitates. de pœ. dist. j. c. Petrus. de fide instru. c cùm Ioannes. Sic ergo allegans solutionem, ipsam probare tenetur, cùm & excipiendo reus fit actor: vt ff. de exceptio. l. j. & ff. de probat. l. in exceptionibus, & hic. Qualiter verò & quot modis fiat solutio, vide in glossa & infrà lib. iij. circa articulum xl.

GLOSSA.

PRO intellectu textus articuli notandum, *b* quòd tria sunt, quæ ex vsurpatione maioris auctoritatis amittuntur: Primum, quando aliquis sibi vsurpat maius ius, quàm sua propagatio sibi tradiderit, ius vt sic suum innatum perdit: vt supra lib. j. artic. xvj. Secundum, si mulier vsumfructum dotalitij loco proprij sibi vendicet, dotalitium vt sic amittit: vt supra libr. j. art. xxxij. Tertium, vt textus habet, si quis emendam maiorem, quàm ei ex genealogia pertineat, expetat; vt si rusticus emendam nobilium habere voluerit.

Omne persolutum debitũ probari debet cum hominibus, &c. Hic liquido apparet, quòd Saxo contineri testimonio potest contra illos qui aliter sentiunt.

Solutionem videntibus & audientibus, &c. Quid si vnus viderit & non audierit, vel ècontra. Pro intellectu istius nota, quòd solutio contingit quatuor modis: *i* Primo, quando illud idem restituitur quod accommodatum fuit, & illud videri & audiri potest: vt Instit. qui. mod. re. contra. oblig. §. j. Secundo solu-

am enim habetur: vt in c. quod ad cōsultationē extra de sentētia & re iudicata. vbi dātur decē dies ad appellandum.

do solutio fit ex recompensatiōe: sicut, si tu debes mihi decem, & ego tibi triticum ad vnam diem, ita quòd vnum non excedat aliud in valore: hìc vnus non videtur alteri quidquam debere, quia quantum vnus alteri, tantùm ille vicissim sibi, illa solutio fieri potest, quòd eam quis non viderit vel audierit, vocaturq; in legibus solutio ex recompensatione: vt C. de solutio. l. eius. Tertio, si soluo alicui qui sit mutus, huiusmodi solutionem nisi videre quis potest, ille enim loqui non potuit, & ita me liberum dimittere per verba non valebat. Quarto, si debitum meum in alio debitore tibi abscedam, & tu in illo contentari vis; hæc solutio duntaxat auditur, non tamen videtur. C. de noua. l. ex contractu. ℞ Ex quo itaque vnus non nisi quatuor modis debitor efficitur, hoc est, verbo, scripto, re, & promissione: vt Insti. de oblig. §. vlt. ergo etiā quatuor modis ab ea vnus liberari poterit. naturale enim est, vt eo modo quis liberetur, quo pacto obligatio facta fuit: vt ff. de reg. iuris. l. nihil. Vndè & aliqui paragraphum istum, vbi dicitur, videntibus & audientibus, limitant dicentes: quòd ibi hęc dictio &, magis facit orationem disiunctiuam quàm copulatiuam, ita quòd sensus sit, duobus hominibus solutionem videntibus vel audientibus.

b Tria ex vsurpatiōe maioris auctoritatis amittūtur.

c Solutio cōtingit quadrifariam.

d Debitor vnus efficitur quatuor modis.

Qui ad iudicium non venerit, &c. De hac materia vide supra li. j. artic. Inj.

Donationem si quis viderit, &c. Contrarium istius videtur esse supra ar. xxjx. vbi dicitur: quòd proprietas & fundus, non nisi post tricesimum & vnum annū, diemque, & sex septimanas, aduersus Saxonem præscribūntur. ℞ quòd ibi loquitur de absentibus, hìc verò de præsentibus. inæqualiter enim eis præscriptio currit: vt Instit. de vsucap. §. & cùm hoc. ratioque diuersitatis est. æstimatur enim, quòd ille qui præsens est, taciturnitate sua emptorē colludere vellet. Vel etiam reputatur accedere ad id voluntatem eius, ex quo non contradicit. qui enim tacet consentire videtur: vt in auten. de sanctiss. Episc. & cleri. §. si seruus. coll. jx. & ff. ad municip. l. quotiens. Sciendum tamen, quòd in isto casu vnus iuramēto se absoluere poterit, si forsan contra eum proponatur, quòd donationem vidisset, quàmuis etiam iudicio adesset. nisi fortè ad donationem vel alienationem huiusmodi verbo aut facto iuuisset.

l Vide clariùs ad hanc materiā Jur. Mun. ar. xi.

l Et à sententia quam audiuerit non appellauerit, &c. Contrarium istius habetur de iure communi secundùm canones, & secundùm leges, vbi induciæ dantur ad appellandum decem dies post sententiam latam: vt in autent. de appella. m & infrà, quæ tempora. §. j. coll. iiij. ℞. quòd secundùm Saxones tempus appellandi non nisi iudicio durante admittitur, ex eo, quia apud Saxones interrogātur partes, an sententiam suscipiant nec ne? & si consenserint, eandem posthac increpare non possunt: vt ff. de regul. iur. l. nemo. & C. sentent. rescin. non poss. l. impetrata.

m Tu dic: ratio esse potest hæc, quòd per consuetudinem vel statutum vniuersitatis, potest abbreuiari & prolongari tēpus appellandi. glossa singularis in l. præscriptione. C. si cōtra ius vel vtilitatem publicam.

Articulus VII.

LEgalis impedimenti [a] quatuor sunt caussæ; captiuitas, infirmitas, peregrinatio extra fines terræ, & publica expeditio. Si aliqua prædictarū caussarum, vt ad terminū iudicialem sibi præfixum venire non posset, euenerit, ipse pro eo, dummodò vt iuris est [b] demonstretur

a Concordat Jure Munic. ar. xlvij. glos.

b Textus vetustiores addunt: per nūcium suū, quis quis ille sit.

ſtretur, damnum nō ſentit aliquale, & vſq; ad primū iudicialem terminū poſt cauſſæ ceſſationem inducias obtinebit. Qui autem quòd cōpareat fuerit ſtipulatus, ſi ex prædictis aliqua cauſſa euenerit, fideiuſſor ſuus neceſſitatis cauſſam debet manifeſtare, ſuoque iuramento cōfirmare, & non alter nuncius.

GLOSSA.

Quatuor ſunt cauſſæ, &c. Pro iſtis cauſſis vide materiam & Docto. in c. querelam de procurator. dicit Iacob. de Are. quòd infirmus tenetur cōſtituere procuratorem in his, quæ de facili poſſunt explicari. in alijs autem non: vt notat. ff. pro ſocio. l. idem. & ad ſ. Tertyl. l. ſiue ingenua. ij. §. confeſtim. Et ſi longa infirmitate quis teneretur, tunc daretur curator bonis: Inſtitut. de curat. §. penult. & de procurator. c. ij. de dolo & cōtuma. c. cum dilecti. cum ſimilibus. *e* Et infirmitas non ſua, ſed etiam ſuorum excuſat. Et ſi abſens ſit, habet excuſationes & legitima impedimenta, quæ ſcit præſens, ſi tacet, imputabitur ſibi, & prouidebitur abſenti: vt ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus.

e Infirmitas non ſua, ſed etiam amicorum, facit impedimentum legale.

GLOSSA.

Superiùs declaratum eſt, quid damni euenit, cùm vnus iudicio ſe contumaciter non præſentat, hìc excipit caſus quoſdam, quibus vnus ſe excuſare poteſt, ne damnū incurrat; & ne homines faciliter vel ex leui cauſſa negligentiæ ſuæ excuſationem habeant, determinatè in textu quatuor exprimit cauſſas. *d* Prima eſt captiuitas: vt C. quib. ex cauſſ. maio. in integr. reſtit. per totum. Captiui etenim obtinent illud totum, quidquid conſequi potuiſſent, interim quòd captiui detinebantur: vt ff. de capti. & de poſtlim. & red. ab hoſt. l. bona. Secūda cauſſa eſt infirmitas: vt C. quib. ex cauſſ. maio. in integr. reſtit. l. ij. & v. q. iij. c. ſi ægrotans. Aegritudo tamen huiuſmodi eſſe debet, quæ obſtaculo eſſet quòd venire non poſſit: vt ff. ſi quis caution. l. ij. §. iij. & iiij. Tertia cauſſa eſt peregrinatio. Intellige quòd ſit in peregrinando, interim quòd de iſta cauſſa ſibi notificatum non ſit, alias cum non iuuabit: vt ff. ex quib. cauſſ. maior. xxv. an. in integ. reſti. l. j. in fin. Quarta cauſſa eſt expeditio publica, & iſta excuſat ſemper ante & poſt indictā cauſam: vt C. de reſtit. milit. l. ſi quid. & l. ignorare. immò iſta cauſſa omnem excuſat actionem.

d Vide extra de elect. c. quapropter circa finem.

Quærere vnus poſſit. Ex quo quidem non niſi quatuor neceſſitatis legitimæ deſcribuntur cauſſæ. Quid ſi vnus citatus ſit, vltraque aquam domicilium habeat, nec cōſtitui poſſit propter impetum forſan venti, vel quòd nauem habere non poſſit, vel quia equo ſpoliatus ſit, vel quòd extra regnum in mercantijs exercendis occupetur, vel in obſequio domini ſui extra expeditionem, & abſque ſcitu imperij fuerit: an vt ſic excuſari poteſt iſte necne? Dicunt quidam quòd non; quia hæc impedimenta non cōputantur inter has quatuor cauſas, ergo &c. Præterea, vbi ius aliquam limitat cauſſam, ibi voluntas, cōſtitutio, & interpretatio noſtra locum non habet: vt C. de iuriſdi. omn. iudi. l. priuatorum. Ex quo itaque ius non niſi quatuor legalis impedimenti cauſſas, vt textus habet, poſuit, fruſtra ergo iſtæ apponuntur, nō obſtantibus tamen his allega-

e Quacumque legitima caussa potest excusare vnũ

allegatiõibus? Bz. *e* quòd propter vnamquamq; legitimam causſam parcere hominibus debemus: vt ff. qui & à quib. manumiſſ. liber. in pleriſque legibus. & ſi parcitur; nec iudex contra illos ſententiam proferre debet, quia abſentes ſunt: niſi forſan ex proteruia abſententur: vt iij. q. ix. c. caueant. & C. de accuſat. & inſcript. l. abſentem. Ex quo itaque iſti ex cauſſis legitimis non comparuerunt, pro contumacibus non habentur; quare omnes cauſſę legitimæ eos excuſabunt. Quinimmò & cauſſę quæ hîc in gloſſa introductæ ſunt, ad illas quatuor in textu poſitas reducuntur; vtpote inundatio aquarũ adæquatur captiuitati, quia ſicut iſta, ſic & illa impedit & captiuat animum meum, quòd non poſſum id quod velim; *f* captiuitas enim eſt impeditio propriæ voluntatis: vt Inſtit. de iur. perſo. §. j. Item ſpoliatio equi, ægritudini corporis coæquatur, quia ſicut iſta, ſic per cõparationem vnus illa impeditur. Si quis etiam in negotiatione vel quæritandi victus gratia extra regnum exiſtat, is honeſto & bono operi inſiſtit: & ita in obſequio Dei eſſe videtur, quare refertur ad peregrinationem. Ille etiam qui in obſequ o ſui domini, quiſquis ille ſit, occupetur, in obſequio imperij eſſe dicitur: quia obedit illi, quẽ imperium ſibi præpoſuit, imperatque ſibi iş, qui poteſtatem ab imperio habet; cùm verò mãdat mihi ille qui poteſtatem ab imperio habet, facere videor id quod imperium mandauerit: vt C. de veter. iur. enucle. l. Deo auctore. §. hæc igitur. in fin. & ff. de re. milit. l. deſertorem. §. in bello. & l. omne. §. contumacia. ff. eo. & in Auten. vt neque miles. §. j. coll. viij. Sed & omnes aliæ his ſimiles legitimæ cauſſæ, quibus poſſet ſe vnus excuſare, quòd iudicio non comparuit, ad has quatuor in textu poſitas reduci poterunt.

f Captiuitas q. e.

Dummodò vt iuris eſt demonſtretur, &c. Hoc eſt, debet probare iuramento, & hoc vel nuncius ille, qui iſtud denunciat: vel per illum, qui denunciare facit, poſtquam reuenerit: *g* & in iſto actor optionẽ habebit, quem ex his ad iuramentum admittere velit, an nuncium vel principalem. Quòd ſi veniendo legale impedimentum iuramẽto probare recuſauerit, cadet in ſua cauſſa: vt ff. de re iudic. l. contumacia. §. contumax.

g Iure etiã feudali nuncius, qui legale impedimentũ importat de non poſſe ſiſti in iudicio, reijci non debet quiſqs ille ſit, ſiue ſit ſeruilis, ſiue liberæ cõditiõis: feu. c. xxiij.

Legale impedimentum fideiuſſor manifeſtare debet, &c. Quia fideiuſſor reſpõdere tenetur pro eo, & omnem defenſam accipit, qua reſpondens vti potuiſſet: vt in auten. de fideiuſſor. §. j. coll. j.

Articulus VIII.

ACtio occaſiõe iniuriarum, vel pro pace fracta, cõtra abſentẽ propoſita ſi fuerit: poſtmodũque accuſatus præſens iudicio factus ſit, & actor in preſentia eius cœptam nõ proponat actionem: iudici mulctam præſtabit, & reo condemnabitur ad emendam, ſed & reus ab actiõe liberabitur. a Quòd ſi actor ſuã proſequatur actionem, licèt reus iure ſuo ſe excuſauerit, actor nullum damnum exinde ſuſtinebit, ſi reum per duellia verba nõ impetierit.

a Et hoc eſt verum. ſi reus per ſententiã petat ſe abſolui: ſi verò nõ, & actor poſtmodũ querelã renouet, reſpõdere eũ oportet.

GLOSSA.

ET reo condemnabitur, &c. Abſente ergo actore & reo præſente,

ex negotio nō liquido absoluitur. Et regulariter victus, victori in expensis condemnatur: vt in l. properandum. §. & si quidem. & §. sin autem. C. de iudic. & in auten. de iudic. §, oportet. coll. vj. & C. de Episc. & cleric. de auten. generaliter. & extra. de ma. & obedien. c. vlt. & de pœn. c. calumn. & facit infrà art. xij. ante medium.

GLOSSA.

Dictum est superiùs, quomodo vnus se excusare debet postquā accusatus sit: tùm etiā, quòd respōdens actorem ad impensas non inducat: in præsenti articulo habetur cautela, ne actor respondentē ducat ad expensas inanes: hæc enim duo, iure vt communiter præcustodiuntur: vt Instit. de pœn. temer. liti. §. j. Quare dicit hîc in textu: Si quis contra absentem actionem proposuerit, &c. Qui enim accusat absentem, in præsentia verò eius subterfugit, signum est, quòd falsè contra ipsum querelam proposuit: vt in auten. de exhibend. & introduc. re. §. si verò. coll. v. & C. de iureiuran. propter calumniā. l. ij. §. quòd si actor. & §. sin autē reus. mulctāq;, vt textus habet, iudici præstare cogitur, ex eo, quia transgressus est iuris præceptum, quod disponit, vt nemini nocere debeamus: vt Instit. de iusti. & iur. §. iuris præcepta. & ff. de præuaric. l. accusator. & l. ab Imperatore.

Qui etiam ab actione liberatur, &c. vt C. de aboliti. l. abolitio. vbi habetur, quòd actore absente accusatus absoluitur: vide etiam ad id C. de iudi. l. properandum. §. & si quidem pars.

Quòd si actor suā prosequatur actionem, &c. Contrarium istius esse videtur C. de calumn. l. quisquis. & l. fallaciter. vbi habetur, quòd vnusquisque vitare debet à falsa accusatione, quia aliàs subjbit pœnam accusati? Rs. quòd articulus intelligi debet, quòd videlicet actor nullum sustinet damnum, si & in quantùm accusatus vincula, aut alias grauitates, ex querela accusatoris perpessus non sit; *b* quia aliàs teneretur sufferre similes grauitates: vt in l. allegata. C. de calumnia. & supra li. j. art. lxjx. & C. de abolit. l. fallaciter. Vndè non sine caussa subinfertur in textu: si reum per duellia verba nō impetierit, hoc est, si eū nō diffamauerit.

b De pœnationis vide infra libr. iij. art. lx. glos. fi. & supra lib. i. art. lxix.

Articulus IX.

QVI cùm incœperit respondere, *a* si alius terminus sententialiter ei præfigatur, & in eo non comparuerit, quasi victus condemnetur. Iudex ab actore & reo cautiōem recipere debet, vt iuri se repræsentent: *b* & ipsi respectum & confidentiam habere debent iurium suorū ad iudicium: quia caussa dilata est per sentētiam in aliam diem. Captiui hominis actio, si sententialiter in crastinum fuerit inducta, iudex eum debet ad repræsentandum commodare, hoc est, ad fideiussoriam dare: nisi sit in facto deprahensus manifesto.

a Textus vetustiores habēt: Qui cùm respondere cœperit, & non finita caussa negotiū in aliū prorogetur terminum, re-usij, non comparet, tanquā victus condemnatur.

b Textus aliy ita legunt: et ipsi respectū ad iudicē habere debent, quia per sententiam caussa dilata est in alium diem.

GLOSSA.

QVI cùm incœperit respondere, &c. Concordat lex communis, & vide

vide infrà libr. iij art. xvij. Scire enim debes, quòd iudex est publica persona, qui etiam subiectis præcipere potest, & pro bono eorum agere: vt ff. rem pupilli vel adolescen. saluam fore. l. non quasi. & in c. quamquam. lib. vj. de vsuris.

GLOSSA.

Maxima fuit Imperatorum omniumque legislatorum in eo cura & diligentia, vt ius ipsum & iustitiam ab insultu & impetitione calumniantium tuerentur & defenderent, quodque iustus à nequam homine non opprimatur: vt in auten. de hæred. & fal. §. j. coll. j. vnde & multas super eo sanxerunt leges: vt in auten. hæc constitutio innouat. §. quod. coll. viij. Sed & iure nostro Saxonico, tàm in articulo mox præcedenti, quàm in præsenti hoc idem cauetur, constitutiõcs tàm de actore quàm de parte respondente sancitæ sunt: quo pacto vnus erga alium sese habere debeat, quòdq; vnus alteri actione cœpta non iniurietur: verùm vt ordo iuris exposcit, tàm in agendo, quã respondendo procedant.

Qui cùm inceperit respõdere, &c. Pro intellectu articuli sciendũ, *b* quòd respondere vnus non dicitur, nisi respondeat ad obiecta actoris. Vnde, si tu contra me proponis pro decem, ego verò dico: Domine iudex, ex quo iste & ego vnius iurisdictionis sumus, an illic in iurisdictione nostra maiori iure me cõuenire nõ debeat quàm hic. hoc dicto nondum aliqua facta est responsio; *c* quia quàmdiu me respondere defendo, tàm diu nõ respondeo: sed si affirmo, vel nego debitum, iam respondere incipio: vt C. de litis contestat. l. res. Et in eo non comparuerit, quasi victus condemnetur, &c. Quærere vnus possit, postquam vnus non comparet, & ita nec respondere incipit, an vt sic perdit causam suam nec ne? videtur enim quòd non, ex quo nondum respondere cœpit. ℟. quòd iure nostro tanquam victus condemnatur, vt textus habet; secus autem est de iure canonico, vbi non nisi post litis cõtestationem, contumax in actione superatur, in expensis tamen semper condemnatur: vt C. de iudic. l. properandum. §. sin autem.

b Respondere vnus nõ dicitur, nisi respõdeat ad obiecta actoris.

c Quamdiu me non debere respondere defendo, tamdiu non respondeo. concordat infrà li. iij art. xxx.

Iudex ab actore & reo cautionem, &c. De hoc vide C. de his qui accus. non pos. l. qui crimen. & hoc intellige, si nullam proprietatem in illa iurisdictione habeant: vt supra cod. lib. art. v.

Vt se iuri repræsentent, &c. Vide ff. de prætor. stipulat. l. j. communes. & ff. iudic. sol. l. iam tamen.

Quando actio captiui in crastinum inducta sit, &c. Ex isto intelligitur, quòd in causa pernocta debet vnus ad fideiussoriam dari: *d* in facto verò manuali nõ: cõcordat supra lib. j. art. lxvj. & C. de exhibend. & transmit. re. l. nullus. & ff. de custo. & exhibit. reo. l. si quis reum.

d Ex isto colligitur, quòd captiuus extra manuale factum detentus, per sententiam à iudiciaria potest te eliberari habet, vel quarere causam cur & quare id fieri nõ debeat, & si necesse esset partes aduersa cõsuetudinẽ probare.

Articulus X.

a Articulũ præsentem cõfirmat lex xij tabula. in hæc verba: Feriis surgia amicũto, cæsq; in famium (operibus paratis) talento, vt ita cadat in annuas anfractibus descriptum est. quæ lege innuere vult, quòd feriis festisq; diebus liberi homines quietẽ latium & surgorum, seruis vero rusticorũ operem & laboris intermissionem habeant.

PRoscriptus, licitè diebus feriatis vel ligatis arestetur vel detineatur: a sed in his, nisi sit factum manifestũ, non cõdemnetur. Fideiussores nemo statuere tenetur, vltra mẽsurã sui verigeldi, nisi in debitis recognitis, vel si debita iure contra eũ fuerint comprobata. Tempore feriato non iuratur nisi pax, & nõ nisi super malefacto re in facto manifesto iu-

nec

dicatur. Violentiã in ferijs qui cõmittit, eum feriæ nõ defendunt, [b] similiter Ecclesia & cœmeteriũ nõ defendit illos in crimine, quòd in locis illis commiserunt. Quidquid excepta actione iniuriarum, corã iudice in præsentia partis, tempore feriato propositum fuerit, iudex licitè iudicabit, & reo præcipere debet, quòd vel fateatur, tẽporeq; deputato satisfaciat, aut neget. Feriato tẽpore iudici bannire iudicium non licet. Obligatus ad iuramenti sacramentũ, in proximo sequenti die non feriato illud explebit.

[b] *Concordat iure Munic. vt. xx.*

GLOSSA.

Proscriptus licitè in diebus feriatis, &c. An feriæ messium & vindemiarum cuilibet concedantur: vide in quæstione dominicali Barto. Brixien. xx. quæ incipit: vtrũ feriæ.

Violentiam in ferijs qui committit, eum feriæ non defendunt, &c. Concordat lex communis. C. de ferijs. l. prouinciarum. vbi dicitur: Prouinciarũ Præsides moneantur, [c] vt in quæstionibus latronum, & maxime Izaurorum, nullũ quadragesimæ tempus, nec venerabilem paschæ diem existimẽt excipiendum: ne differatur sceleratorum proditio consiliorũ, quæ per latronum tormenta quærenda est, & cùm facillimè in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorũ salus & incolumitas procuratur.

[c] *Latrones & malefici etiã diebus solennibus torquis applicari possunt.*

Similiter Ecclesia & cœmeteriũ non defendit, &c. [a] Et scias, quòd aliàs fugienti ad Ecclesiam, dabit Ecclesia expensas, in quam fugit: sicut & incarceratis dat expensas custos carceris: de hoc xvij. q. iiij. ç. diffiniuit. [e] Et si stans extra cœmeterium trahit eum, qui stat intus per partem mantelli, quæ manet exteriùs, offendit immunitatẽ Ecclesiæ: vt xvij. q. iiij. c. si quis contumax. facit de sentent. excommun. nuper. & notat hoc Vincen. in c. vlt. de immunit. Eccles. Quæ autem sit pœna violantis immunitatẽ Ecclesiasticam, vide per Hostien. in summa de immuni. Eccle. in §. quæ sit pœna.

[a] *Ad Ecclesiam fugienti, Ecclesia expẽsas submittit.*

[e] *De immunitatibus ecclesiarum vide.*

Quod in eis commiserunt, &c. Vide in c. fin. de immunit. Eccles. de hac materia. & in l. ij. & l. præsenti. C. de his qui ad Eccles. confug. in text. & in gloss.

Feriato tempore iudici bannire iudicium non licet, &c. Sed nec aliquos iudiciarios actus exercere: concordat lex communis C. de ferijs. l. dies. vbi dicitur: [f] Dies festos, Maiestati altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec vllis exactionum vexationibus profanari. Dominicũ itaque diem [g] ita semper honorabilem decernimus & venerãdum, vt à cunctis executionibus excusetur: nulla quẽquam vigeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, aduocatio delitescat, sit ille dies à cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat, respirent à cõtrouersijs litigantes, & habeant fœderis interuallum, ad sese simul veniant aduersarij non timentes, subeat animos vicaria pœnitudo, pacta conferãt, transactiones loquantur. Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes obscœnis quemquã patimur voluptatibus detineri; nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula, &

[f] *De celebratione festorum vide.*

[g] *Dies dominicus omnium celeberrimus.*

la, & si in nostrum ortum aut natalem celebrando solennitas inciderit, differatur. Amissionem militiæ proscriptionemque patrimonij sustinebit, si quis vnquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiscumque iudicis apparitor, prætextu negotij publici seu priuati, hæc quæ, hac lege statuta sunt, crediderit temeranda.

GLOSSA.

Proscriptus, licitè diebus feriatis, &c. Hoc fit ex eo, quia ius præstolari cogitur, nisi forsan sit manuale, vt textus habet: vide ad hanc materiam C. de ferijs. l. prouinciarum. & in auten de mand. princi. §. neque autem. coll. iij.

h Fideiussorum differentia in caussis criminalibus & ciuilibus. concordat supra lib. 1. art. 1xv. gloss. Iur. Munic. artic. xxvij.

Fideiussores nemo statuere tenetur, &c. *h* Hic tangitur fideiussorum differentia. in caussis etenim criminalibus, non tenetur aliquis fideiussores ponere vltra suũ verigeldum, qui se extẽdit ad maximum ad decemocto libras. Contrarium istius videtur esse. C. de fideiussoribus. l. si Barsatoram. vbi habetur: Si Lysias Barsatoram nequam homicidam, quem fideiusserat non præsentauerit, ipse solus Præsidi prouinciæ præsentãdus erit, & secundùm arbitrium iudicis pœna imponitur? R. tamen, quòd quia in legibus verigeldus non est determinatus, quare fideiussor iudici præsentatur, vt lex prætacta habet, iudexque pœnam pecuniariam desuper statuit cõtra fideiussorem iuxta arbitrium suum: iure verò Saxonico, quia verigeldus est determinatus, id fieri non oportet: vt ff. de custod. & exhib. re. l. si quis. & ff. ad l. Iul. maiest. l. lex. & l. cuiusque dolo.

i Fideiussoria in ciuilibus grauiores est, quam in criminalibus.

Nisi in debitis recognitis, &c. Hic tangitur alia fideiussoria, quæ fit in actionibus ciuilibus, & ista extendit se in maius quàm illa prima. *i* Estque mirabile quid, quòd fideiussor in caussis, quæ in vitam se extendunt, minori periculo exponitur, quàm ille, qui fideiubet in caussis occasione bonorum? R. tamen, quòd id ex eo fit, quia etsi quidem fideiussor in criminalibus eliberatur cum suo verigeldo: nihilominus tamen actor proscribitur, & in iure pro mortuo reputatur: vt Instit. de capi. dimi. §. maxima. Pro debito verò, quia se debitorem fecit, si contra illum probabitur, adimplere tenetur; *k* promissum enim & conditio ius limitat omne: vt ff. de reg. iur. l. in toto. & C. qui manumit. non pos. l. vlt. Ille verò pro quo fideiussit ciuis & in statu permanet suo.

k Promissum et conditio ius limitat omne

Tempore feriato non iuratur, &c. Hic tangitur, quòd querelæ nonnullæ progressum habere non possunt propter dies ligatos; quia homines tunc tẽporis seruitijs Dei vacare debent, vocanturque dies illi in legibus feriæ, quasi dies vacantiarum; à querelis enim protũc cessatur.

l Variæ dilationes iuris videsecundùm leges & canones.

Notandum circa id, *l* quòd huiusmodi feriæ seu dilationes iuris, quædam dãtur per iudicem, quasdam iudiciũ ipsum dat. Dies quos iudex dat, quidam sunt propter citationem, quidam propter deliberationem, vel ad prosequendum, vel propter violentiam illorũ quos respondens citauit; sicut si cui bona accepta sunt violenter, ille respondere non tenetur, nisi restitutus sit in bona ablata: vt extra. de restitut. spolia. c. frequens. lib vj. & non nisi in trimestri ad minus, postquã rehabuerit: vt iij. q. ij. c. electis. Citatis dantur tres menses, quia vnusquiuis tribus iudicibus citari debet semper in spacio triginta dierũ iure spirituali: vt xxiiij q. iij. c. de illicita. Ad deliberandũ dantur viginti dies: vt iij. q. iij. c. induciæ. ij. §. offeratur. Ad adaptandũ sese, sicut si vnus testes in promptu habere non posset, datur spacium nouẽ mensium. Ad producendum testes, quandoque tri-

um mensium, quandoque sex, quãdoque nouem: vt iij. q iij. c. inducię. §. spacium. Ad explẽdum verò seu prosequendum iudicatum: sicut si adiudicatur pecuniarum solutio, illeque solutionem prætermiserit, iudex vsuras exinde non expetit, nisi in quadrimestre: vt C. de vsuris. l. vlt. Id tamen totum secundùm leges & canones fit: dicunt etiam quidam, quòd huiusmodi dilationes fiunt secũdùm arbitrium iudicis: vt extra. de appellatio. c. cum sit Romana. *m* Feriæ verò quas iudicium dat, sunt dies certi solennes, in quibus iudicare prohibitum est. Item etiã dies orationum, ieiuniorum: vt xv. q. iiij. c placita. & C. de ferijs. l. dies. & ff. eod. titul. l. si feriatis. *n* Omnium tamen solennitatum dies dominicus est maior & principalior: vt xv. q. iiij. c. j. & item de conse. distinc. iij. sabbato. & in Exodo. Deus enim omnipotens in veteri præcepit testamento ab omni opere mundano vacare debere.

Notandum præterea, *o* quòd dies huiusmodi festiui, secundùm leges, inchoantur à medio noctis: vt ff. de ferijs. l. more. Secundùm ius verò canonicum feriæ inchoantur à vesperis, & terminãtur ad alias veſperas: vt de conse: dist. iij. c. pronunciandum. & extra. de ferijs. c. j. & ij. Præterea sunt etiam alij dies ligati, quos iudicium dat, qui feriæ rusticorum dicũtur, propter communem vtilitatem datæ & impositæ; vt est tempus messis in Augusto, tempus vindemiarum, &c. vt ff. de ferijs. l. j. & istę inchoantur & terminantur iuxta necessitatem & consuetudinem regionũ & prouinciarum. Sunt & aliæ ferię dominorum; vt si quando domini constituunt diem celebrari propter victoriam de hoste partam, vel quòd filius natus sit, & hunc diem subditi sui celebrare coguntur: vt C. de ferijs. l. à nullo. ff. ex quib. cauſſ. cauſſ. maio. xxv. an. ininteg. restit. l. sed etsi. §. si feriæ.

Tempore feriato non iuratur, nisi pax, &c. Pro pace enim iurare tunc potest: vt xv. q. iiij. c. j. & extra. de ferijs. c. omnes.

Et super malefactorem in facto manifesto, &c. Istum enim nec solennis pascharum dies exemit, vt non puniatur: vt C. de ferijs. l. prouinciarum. vbi solennis super eo habetur lex, quam annotatam vide in principio glossæ istius articuli. Vnde ex isto textu liquet, quòd huic, qui in manuali facto detentus non est, præfigitur terminus extra diem feriatum.

Similiter Ecclesia & cœmeteriũ non defendet, &c. Ecclesia etenim & cœmeterium omnes ad illã confugientes excessiuos defendit: vt C. de his qui ad Eccles. confug. l. fideli. *q* Excipiuntur tamen quinq; hominum genera, quos Ecclesia nõ defendit: Primò iudæos. Secundò seruos, qui se armis defendere conantur: vt C. de his qui ad Eccles. confug. l. j. & l. si seruus. Tertiò sunt spoliatores Ecclesiarum, & isti irrequisito Prælato accipi exinde possunt, primi verò expeti debent. Quartò sunt violatores mulierum. Quintò sunt publici scortatores: vt in auten. vt licc. matr. & auiæ. §. quia verò. coll. viij. Illi etiam qui ad Ecclesiam confugiũt, violenter extrahi non debent, verum procurari, ne victus eis subministretur: vt C. de his qui ad Eccles. confug. l. vlt.

Quidquid excepta actione iniuriarum, &c. Intelligendum in negotijs quæ non tendunt in pœnã, illud enim iudicare poterit.

Feriato tempore iudicium bannire non licet, &c. Is paragraphus cõtrariari videtur prioribus dictis, & proximè præcedẽti paragrapho: dictum enim est, quòd paruæ cauſſæ iudicari possunt, sed quomodo iudicabuntur, si iudicium bannitũ non sit? Intellige, quòd iudicium bannĩ-

m De ferijs feriæ per totũ.

n Dies dominicus omniũ solennitatum maior et principalior.

o Nota, secundùm sanctos feriæ triplices inueniuntur. Primo dicuntur solẽnes, vt sũt festa ab Ecclesia instituta: Quatuor tempora. Aduentus, & cũ hoc à Septuagesima vsq; ad festa Paschæ, Rogationum, Pẽtecostes, & tres dies ante festum sancti Joannis, & alia: vt de consecr. dist. iij. pronunciãdũ, & C. de ferijs. l. omnes. Secũdo feriæ sũt repentinæ ex mandato principum: vt cũ principi filius nascitur, et dies natalis solennisatur: vbi etiam iudicium bannire non licet, nec ire prouinciis, nec feudare, nisi sit deprehensus in facto manuali. Tertium etenim

nec dies solennes, nec ligati dies, nec feriæ dominorũ excusant, nullã etenim defensam habet: vt C. de ferijs. l. prouinciarũ. Tertio sũt feriæ rusticorũ: vt tẽpore messis, vindemiarum: Eodem etiam iudicium bannire nõ licet, attamen incœptum antehac cauſſa cõtinuare potest diebus feriatis: seu. c. iij.

p Ecclesiæ omnes ad eam confugientes defendit, exceptis quinq; hominum generibus. Concord. Ju. Mun. ar. ex glos.

q Quinque genera hominum Ecclesia non defendit.

bannire ei non licet, id est, non debet omnes ad iudicium pertinentes conuocare, r ne seruitium Dei impediatur: inter illos tamē quorum actio agitur, & qui præsentes apud eum stant, iudicare potest. Obligatus ad iuramenti sacramētum, &c. Si verò respondens in instanti iuramentum facere vult, factor illud acceptare tenetur: istud tamen pertinet voluntati tàm iudicis quàm respondentis.

r *Qui autē iudicio pertinentes dicantur. vide supra lib. i. art. lxx. & infra lib. iij. ar. lxxi*

s *Iuramentum præstare volens, actor illud acceptare tenetur.*

Articulus XI.

IVramenti sacramentū, si quis pro debito promittat, idque tempore determinato a non exsoluerit expleueritque: in debito condemnatur, nisi legali impedimento se defendat. Et si sacramentum coram iudice sit promissum, iudici pœnam, & actori emēdam erogabit. Si reus paratus sit ad iurādum tempore b & loco statuto, & actor respuerit, aut præsens non fuerit: reus liber est c à sacramento & debito, si desuper testimonium habuerit. Cui argētum vel nummi sunt soluendi, & si ad terminū solutionis nō venerit, vel si venerit, pecuniā tamen accipere noluit, per hoc pecuniam suam non amisit; d illum verò diem noscat se perdidisse. Reus etiam ab obstagio seu equitatura tunc liberatur, si quod promisit: e sed minimè à pecuniarum solutione. In ferijs iudicia bannire non licet.

a *Scilicet sex septimanarū: vt supra li. i. art. lxij. quibus elapsis, si tunc ad proximū sequens iudicij delatorem nō citauerit, & iuramētum iuraturi præstiterit de cōsuetudine, vt victus succumbet, ex textu articuli p̄sentis: si autē in his sex septimanis feria intercesserit, p̄standum iramentum proximo iudicio p̄sti ferijs: vt supra articulo p̄cedēti, nec auditur iuraturus si diceret se iudicij ignorasse.*

b *Opus est ergo p̄figi terminum certū, ne delator semper iuramentum expectare cogatur per totas sex septimanas, vt in precedēti annotatione tactum est.*

c *Persimile est, cùm vnus per testes probare aliquid vult, ille vero testes audire recusat, extūc iste manet victor. vbi enim est eadem ratio, ibidem est iuris dispositio*

d *Hoc est, quillo die tam in solutione retardabitur.*

e *Textus vetustiores habent: Et si debitor promiserit locum alicui intrare, & donec solueret non exire, actore non cōparente, liber erit ab illa promissione & nō à debito.*

GLOSSA.

QVt verò sacramenta pro debitis, &c. f Scias autem, quòd quodlibet sacramentum seu iuramentū debet habere tres Comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiā. Sic enim dicit Propheta Hierem: Et iurabunt, viuit dominus, in veritate, iudicio, & iustitia: vt de iureiurand. c. etsi Christus. ver. Iacobus. xxij. q. ij. c. animaduertēdum. & xxij. q. j. c. & iurabunt. In veritate, scilicet secundùm conscientiam; vt sicut gerit in corde, ita exprimat in ore. Et in iudicio, scilicet vt fiat cum discretione animi & deliberatione; & ideo furiosi iurare non possunt, nec pupilli proximi infantiæ: ff. de arbi. l. diem proferre. §. coram. & de succēss. ab intesta. c. vlt. cum similibus. Et iustitia, vt scilicet id quòd iuratur sit iustum, licitum, & honestum, aliàs periurium erit & temerarium iuramentum: vt de iureiuran. quinta vallis. xvij. q. vlt. c. vlt. & xiij. q. ij. c. si quis, cū similibus. g Pœna autem periurij volūtarij, seu istius qui scienter deierauit est, vt fiat infamis: nec ad testimonium admittitur: vt de testi. c. testimonium. & vj. q. j. infames. immò nec ad quamcumque dignitatem admittitur: vt in regula. infamibus. cum concordātijs ibi notatis. de reg. iur. lib. vj. Et si clericus de hoc cōuincitur, degradabitur: vt xxv. dist. c. vnum. §. nomine autē criminis. In foro autē pœnitētiali imponetur pœnitētia vij. annorum: vt vj. q. j. quicumq;. & xxij. q. j. prædicandū. Hoc crimen enim fornicationi, immò & adulterio,

f *Iuramentum quodlibet tres comites habere debet.*

g *Periurij pœna.*

terio, & homicidio volũtario comparatur; ideo si quis renuit pœnitentiã, excommunicatur: vt xxij. q.j.c.vlr. Et hoc verum, si iuramentum fuit licitum, erit seruandũ, aliàs secus quod dicit: vt notat Hostien. in sum. de iureiur. in §. quæ pœna. Adde supra l.b.j. art. lxij. de testium probatione.

Et pecuniam noluerit acceptare, &c. Dicit autem lex, quòd paratus soluere est similis soluenti: ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. Adde nota. in diuersorio de offerente se paratum soluere, cum allegationibus ibidem notatis.

b Iudex obseruare debet ferias sui fori, non ferias litigantium.

In ferijs iudicia bannire non licet, &c. *b* Et scias quòd iudex debet obseruare ferias sui fori, non ferias litigantium, & sic seruat curia Romana. feriæ enim sapiunt ordinem processus, & tempus est de ordine: vt de fer. c. fin. secundùm Innocent.

GLOSSA.

In articulo præsenti præcauetur obuiaturque astutiæ quorundam litigantiũ. fieri enim potest, quòd hi qui accusantur, & quibus ad instantiam partis iuramẽtum decernitur, culpabiles sunt; vndè & adueniente tempore decreti iuramẽti, iuramentum negligunt: per id forte causam & actionem annihilare volentes, & in eo astutia quadam laborant: fraus autem & dolus nemini patrocinantur: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §.j. Textus itaque articuli id innuit, quòd si cuiquam iuramentum decretum sit, aduenienteque tempore illud non expleuerit, in debito condemnetur, nisi legale impedimentum allegauerit: vt supra eo. li. ar. vij.

i Iuramentum promissi tenetur esse coram arbitris.

Et si fuerit sacramentum in iudicio promissum, &c. Hoc dicitur ex eo, quia contingit aliquando promitti iuramentum *i* coram arbitris, quod si non expletur, lucratur debitum, postquam id coram iudice probatũ sit; acsi etiam coram iudicio actum esset. sententiæ enim arbitrales custodiendæ sunt: vt C. de arbit. l.j.

Ipse mulctam præstet, &c. Q. d. si actum sit coram arbitris, tenere quidem oportet, non tamen mulcta eis præstatur, sicut fit quando corã iudice agitur: vt C. de arbi. l.j.

Si reus paratus sit, &c. Quia sicut respondens si non comparet, pecuniam perdit; ita persimile actor si se negligit, negotio frustratur, & iste à iuramento absoluitur, quia actoris & respõdentis ius debet esse æquale: vt ff. de regul. iur. l. non debet.

Liber est à sacramento & debito. &c. Is paragraphus est contra nonnullos fatuos, qui dicũt, quòd iste eliberari non deberet, verùm in aliud tempus negotium differri.

k Arbitri, testimonio vnũ vincere possũt

Si desuper testimoniũ habuerit, &c. Videlicet coram iudice, vel coram arbitris: vt supra l.b. j. art. vij. Vndè ex isto sequitur, *k* quòd arbitri & differentiarum compositores testimonio vnum conuincere possunt, *l* acsi coram iudicio actum sit: vt ff. de probat. l. j. & ij.

l Videlicet per se, vel per literas sigillatas, sub fide ac honore, & sub iuramento illorum: concordat Iur. Mu. artic. lij.

Vndè ex quo quidem iure vtroque spirituali videlicet & sæculari, sæpius dantur arbitri, ad discutiendum causas eis commissas, querũ sententiæ non semper ex recto veniunt tramite, quæ nec increpari possunt. *m* Ad obuiandum itaque euenienti periculo, quædã ex ordine de arbitris ipsis annotare placuit. *n* Vnde sciendum, quòd arbiter esse non potest seruus: vt ff de arbitr. l. Pedius. §. in seruum. Item, minorennis, seu ætatem non habens, furiosus, seu freneticus, surdus, mutus, arbiter esse etiã non potest: vt iij. q. vij. c. infamis. §. tria. & ff. de arbit. l. sed si in seruum. l. quin etiam & l. cum lege Iulia. In propria etiam causa nullus arbiter esse potest: vt ff. de arbi. l. penult. Contrarium tamen istius videtur esse C. mandati. l. in re. mand. vbi dicitur

m De arbitris & differentiarum cõpositoribus vide hic prolongum procemium, eaſdemq; vtiles annotationes: vide etiã ad hanc materiam C. de arbitris. & ff. de receptis arbitris. & qui arbitrium recipiũt per totum.

n Arbitri q. esse non possũt. vide.

dicitur, quòd quilibet potest esse compositor negocij sui? R. tamē, quòd in l. allegata in C. intelligere vult, quòd quiuis esse potest compositor seu æquator negocij sui. Lex verò adducta ff. de arbitr. intelligit de arbitris ipsis, qui iudices caussarum sunt: siue iustè, siue iniustè pronuncient, sententiam eorum tenere oportet: vt ff. de arbi. l. diem. §. ſtari. Præterea mulier arbiter esse non potest: vt ff. de reg. iur. l. ij. nisi sit matrona clarissima, discreta, & sapiens: vt extra de arbit. c. dilecti filij. Item, iudex infeudatus arbiter alicuius esse non potest: vt ff. de arbitr. l. sed etsi in seruum. §. ij. & hoc secundùm leges, secundùm verò canones benè fore poterit: vt extra de arbit. c. cum tēpore. & c. cum olim. & extra de electi. c. cū caussam. & extra de prēben. c. nisi essent. & de præsumpt. c. literas. Item, in criminalibus & occasione seruitutis, eligi seu ex electione fieri arbiter non potest: quia ad id requiritur iudex ordinarius: vt de restit. in integr. c. penult. & item pro matrimonio, vel in caussa matrimoniali: vt extra de iureiur. c. ma. ii. & extra de in integr. restit. c. caussa restitutionis. §. in matrimoniali. Item, infamis arbiter etiam esse non potest, licèt in certis casibus admittatur: vt iij. q. vij. c. infames. & ff. de arbitr. l. Pedius. Item, si mulier ex parte alterius arbitrum eligat, non tenet: vt ff. de arbitr. l. non distinguemus. Si etiam pupillus absque licentia tutoris in arbitrum cōsentiat, non ligat: vt ff. de arbitr. l. si pupillus. *o* Sententia etiam arbitralis si non sit sub pœna vallata, vel aliquo vadio huic simili, nō valet: vt C. de arbitr. l. j. Vel nisi iuramēto comprobetur, secundùm ius Canonicum: vt extra de arbitr. c. cum tempore. & c. nō sine. Arbiter præterea sententiam pronūciare debet tēpore per partes præfixo; nam si alio tempore proferat, non valet: vt ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. dies. & extra de offic. delegati. c. de caussis. Si etiā sententiam proferat, die sollenni vel feriato, sententia non valet: vt ff. de recept arbitr. l. diem. §. si quis litigator. & ff. de ferijs. l. si feriatis. Caussæ etiā spirituales si per laicū iudicem decidantur, non valent: vt extra de arbitr. c. contingit. & extra de iudic. c. decernimus. Et si plures arbitri eligantur, concordari debent, aliàs non valebit: ff. eo. tit. l. sicuti. & l. item. §. nē si plures. nisi forsan aliter condictū inter eos sit: vt ff. eod. tit. l. non distinguemus §. cū in plures. *p* Si etiam arbitri sententiam, quam edixerunt, in scripto non dederint, non valet sententia: vt ff. eod. tit. in certis legibus. nisi forsan aliter condictum sit: vt ff. de iudic. l. ij. *q* Præterea si plures arbitri eligātur, mortuo uno, aliorum perit potestas: vt ff. de arbitr. l. item. §. item si plures. Possunt etiā illi qui arbitros elegerūt ad id cogi, quod arbitri decreuerint, & hoc fit per iudicem ordinarium: vt in c. dilecti. de arbitr. & in l. iij. §. ait prætor. ff. de arbitr. Vndè & compromissum non extēditur in compromitentis hæredes, si de ipsis nō fuerit cautum in compromisso: vt c. fin. extra de arbitr. Insuper arbitri vltra edicere & decernere nō possunt, nisi illud quod eis committitur: vt ff. eod. tit. l. si cum dies. §. vj. ff. de verb. oblig. l. quidquid. & extra de arbitr. c. cum dilectus. *r* Item, si arbitri tres fuerint, & duo ex eis concordent, tertius cogitur stare voluntati eorum: *ſ* si vero vnus dixerit decem dare, alter sex, tertius verò quinque; qui minus dixerit, illius sententia ligat, quia qui decem aut sex dare dixit, etiā consentire in quinque quòd minus est videtur: vt extra de arbitr. c. si ex tribus. li. vj.

Cui argentum vel nummi sunt persoluendi, &c. Si enim tempus illud

o Sententia arbitralis si non sit sub pœna vallata, nō ligat: concordat Iur. Mun. art. liij. & ita de sententijs arbitralibus vide Gordinem.

p Sententia arbitralis in scripto dari debet.

q Mortuus vno arbitrorū, aliorum perit potestas.

r Arbitri si tres fuerint et duo concordēt alium cē tertius assentire cogitur: vide ad id Iu. Mun. art. liij.

ſ Arbitri in edicendo, ille qui minus dicit, illius sententia ligat.

illud solutionis coram iudicio limitatum sit: extunc debitor in absentia creditoris pecuniã apud iudicem relinquere poterit, & liberatur: vt supra arti. v. Si verò extra iudicium stipuletur solutio, & actor pro tẽpore præfixo non comparet, debitor vt sic satisfacit promisso suo comparendo, & acquirit posthac tempus competens, non tamen per id creditor perdere debitum dicitur. Contrarium illius videtur esse ff. de solu. l. si debitor. vbi dicit lex: si pecuniam creditor accipere noluerit, peramplius in iudicio audiri non debet, non obstante tamen lege allegata. Re. sub distinctione: quia vel solutio adiudicata sit coram iudicio, eamque actor ex certis causis acceptare recusat; respondens coram iudicio pecuniam reponat, vel in proxima iudicis domo, & vt sic ab omni querela liberatur: vt supra eod. li. art. v. Si vero solutio extra iudicium promissa sit, eamque acceptare itidem nollet, per id pecuniam non perdit suam, sed duntaxat diem iuxta condictamen determinatam & respõdens vt sic sine damno manet, si aliquod exinde imminebat in bonis vel in honore; quia actoris culpa factum est, quòd soluto non sit subsecuta: vt ff. de regul. iur. l. in iure. Hancque differentiam verbum illud in articulo positũ, cùm dicitur, accipere nollet, clariùs exprimit. nolle enim aliquid accipere dupliciter intelligitur; vel absolutè, vel sub certo respectu. euenit enim quãdoque, quòd vnus lubens rem habere vellet, sed propter insecuritatem viæ, vel ex alia certa causa eandem nõ acceptat, iste non perdit pecuniã suam, sicut hîc: & C. de solut. l. obsignatione. Sed si vnus rem suam acceptare nõ vult, nec hîc, nec in aliquo alio loco, vbi de iure eam acceptare deberet, iste rem perdere dicitur; & per id soluitur argumentum in contrarium inductum & lex allegata: ff. de solution. l. si debitor offerret.

In feriis iudicia bannire non licet, &c. Dicere quis posset, paragraphum istum esse superuacaneum, nã & supra articulo præcedenti hoc idem dixerat, & ita prius dicta reiterare videtur. Re. quòd non sine causa id factum est, quòd paragraphum præsentem reiterando hîc inseruit. declaraturus enim est auctor priuilegii de pœnis contra iniustas sententias, & de sententiarum increpationibus seu appellationibus, & hoc articulo sequenti: vt ff. de nino. l. præfecti. Quare & breuiter tangit paragraphum prius declaratum, quod videlicet in feriis bannire iudicia non licet. si enim iudicium bannitum non sit, nec sententia inueniri poterit, nec inuentã increpare oportebit; quia vt sic etiam non appellatæ minimè ligant. Circa id notandum, quòd appellationis, quam nos increpationem sententiæ vocamus, t triplex inuenitur modus: u Primus, quòd quædam sententiæ etiam nõ appellatæ, nihil valent, & hoc in quatuor casibus: Primò, si sentẽtia continet expressum iuris errorem: vt C. quando prouoc. non est necess. l. si cum inter te. secus: si error non sit expressus, licèt sit lata contra ius, valet tamen, sed est iniqua: & nisi prouocetur, transit in rem iudicatam; huiusmodique contradictio iure nostro fieri debet in instanti: vt supra eod lib. ar. vj. Secundò, si sententia empta sit, hoc est si aliquid donatur, vt iniustè sententiam proferat: vt ij. q. vj. c. ei qui appell. §. venales C. quãdo prouoc. non est necess. l. venales. Tertiò, si pronunciat sententiam qui est inhabilis ad id, vt in articulo sequẽti à principio. x Quartò, si diebus festiuis seu feriis pronuncietur, sicut hîc, & extra de feriis c. vlt. & ff. de feriis. l. si feriatis. y Secundus appellationis modus, quòd sententia quamuis appelletur,

t *Nota appellare est triplicẽ modum: conuenit cum supra lib. 1. art. 1. vers. Iur. Mu. art. xi.*

u *Sententiæ quædam iure nullius valoris etiã non appellatæ.*

x *Sententia etiam inuentæ non debet infrà feriatos observatos & subsecto seu. c. 1. vers. ij.*

y *Sententia quãuis ab ea appelletur, iuris tamen in certis casib.*

pelletur,

pelletur, manet tamen sententia, & hoc quadrupliciter: Primò, quãdo edicitur ab illis, qui superiores se non habent; vt est Papa, Rex. appellatio enim fieri debet ad superiorem iudicem, istis verò nemo præfertur: vt ff. à quib. appel. non lic. l. ij. Secundò, si appellare vel increpare vellent, qui id facere nõ possunt: vt sunt illi, qui criminaliter accusantur: vt infrà articulo sequenti. §. vlt. & C. quor. appel. nõ recipi. l. obseruare. z Tertiò, si tempus neglexerint increpãdi. iure enim nostro tempus appellandi est in instanti, & iudicio durante: vt supra eo. lib. art. vj. §. vlt. Iure verò spirituali & legibus, dantur decem dies: vt in auten. de appel. & intra quæ tempor. §. j. col. iiij. & extra de sent. & re iudic. c. quod ad consultationẽ. Quarto, à iudice qui fit per electionem vt arbiter, illius sententiam increpare non potest, eundem enim sibi elegit; & ita sibijpsi imputabit, qui iniquum elegerit iudicem: vt ff. de arbitr. l. diem. §. stari. Tertius appellationis modus est, a quando appellatur, & sententia increpatur, iudexque appellans sistere facit vsq; ad tempus illud, quòad per superiorem iudicem sententia declarabitur, an iustè, vel iniustè edicta sit: & istud adinuẽtum est propter duplicem causam, hoc est, propter malitiam & stultitiam illorum, qui sententias proferunt: vt ff. de appel. & relat. l. j.

z Concordat Iure Munic. art. xi. gloss.

a Appellationis virtus, & propter quas causas adinuenta sit.

Articulus XII.

SEntentiã inuenire nõ debet vasallus contra dominum suum, nec ècõtra dominus contra vasallum, nec cognatus contra consanguineum, vbi vitã eorum sanitatemúe, aut honorem attigerit. Bannitus, id est, dignus officio scabinorum, licitè quemlibet sententiare potest, ipse autem à nullo, vbi vitam, honorem, aut hæreditatem attigerit; sed dũtaxat à suis equalibus, sententias aut eorum increpationes patitur. Extra bannum Regium cuilibet sententias est licitum pronunciare, & eis appellando cõtradicere, qui iuris detrimentum non patiatur; & hoc in illis casibus, de quibus extra bannum Regium cognosci potest. Sententia si reprobetur, deferri & appellari debet ad digniorem iudicem, a vltimò ad Regẽ, & iudex ad hoc actori & reo nuncios dabit, vt ipsi audiant, quis eorum coram Rege sententiã obtinebit. Nuncij esse debent banniti, si in Comitatu appellatur. Si verò illud acciderit in Marchia, nuncij esse possunt quilibet pleni iuris, & iudex eis in expẽsis prouidebit: panem & cereuisiam illis præstet abundãter: craterẽ vini ad vnamquamque comestionẽ, & tria fercula, quæ fuerint

a Concordat Iure Munic. art. xi. gloss.

in die vsitanda, duo verò fercula seruis prestabũtur. Cuilibet equo quatuor manipuli intrà diem & noctem erogentur, & in anterioribus pedibus equi sufferrẽtur. Sex debent esse serui, & octo equi ab ipsis habeatur. Et cum ipsi aduentum Romani Principis in Saxonicam nationẽm primò intellexerint, ad curiam eius pergant: & infrà sex septimanarũ tempus confirmatam ab imperio sententiam reportent. Appellans si sententiam nõ obtinuerit, [b] iudici mulctã dabit, & pronuncianti emendam; iudici etiam in expensis damnabitur, quas cum nuncijs expendit Sententia in Comitatu reprobata, ad Marchiam appellari non potest, licèt Comes sit cũ eo Comitatu à Marchiõe infeudatus; & hoc ideo, quia in Marchia non est Regalis bãnus, & in eo iura eorum discrepãt potissimum: ad Romanum ergo Principem appellatur. Sententia si quæratur ab aliquo, qui eam inuenire nescit, suamque ignorantiam per iuramentum declarauerit: extunc pro eadem sententia alter, & tãdem tertius & quartus interrogetur. cum verò ad vltimum deuentum sit, ille inducias habebit, secundùm quod reo, cõtra quẽ sentẽtia inuenitur, inducias datum est. [c] Sententiam inuentã si Saxo reprobauerit, deferẽs ea manui suæ dextræ, & multitudini maiori consentientium, ipse pugnabit septenus cum sibi similibus aduersus totidẽ, & vincentes sententia obtinebũt. Victus iudici mulctam, & vincenti emendã prestare tenetur; quod tamen nusquam nisi coram Rege est faciendũ. [e] Quęratur autem ab aliquo sẽtentia, is si eam prout iuris sibi esse videtur protulerit, dato etiam quòd iuris non fuerit, ipse pro eo damnum nullum sustinebit. Si quis consensum inuentæ sententiæ non præbuerit, & aliam veriorem expresserit, in quam maior pars populi consenserit, illa vires obtinebit: & nullus eorum incurrit pœnam mulctæ, quia ipsorũ nullus alterius sententiam increpauit. [f] Appellare q̃ voluerit sic loquatur: Sẽtentia quam iste pronunciauit,

[b] *Concordat Iure Munic. art. lxxiij.*

[c] ARTICVLVS REPROBATVS.

[*] *Textus vetustiores habent: Pro sententia reprobata antequam pugnatur nisi coram Imperatore.*

[e] *Concordat Iure Munic. art. xiij. §. 6.*

Concordat Iu. Munic. art. c. xiij. §. ij.

[f] *In appellandi, quemodo omnis loqui debet: concordat Iur. Mun. art. lxxiij.*

ciauit, iniusta est, illam reprobo, & ab ea appello vbi de iure fuerit appellandum, idque peto declarari. Increpet si Sueuus Saxonis sententiam, vel ècõtra, hoc ipsi corã imperio determinent, vt supra dictum est. Sententia standosub banno Regio increpetur, & sedendo vnusquisque in sua sede promulgabit eandem. Qui ad illam sedem natus non est, g postulet sentẽtialiter sedem ad ueriorem sententiam pronunciandam, & ibidem sibi cedat, qui priorem sentẽtiam exprimebat. Sententiam tunc ab eo prolatam, offerat se secundùm iura obtinere, & appellet vbi de iure est appellandum, petatque per iudicem nuncios adhiberi. Pro sententia increpata iudex cõsensum populi seu scabinorum non oportet interrogare. Sententiã etiam qui adinuenit, ab ea recedere ei non licebit, h nisi ab isto in cuius profectum pronunciatum est consentiatur. i Qui pro iniuria comprehensus iudicio præsentatur, sententias increpandi non habet potestatem, & is etiam cui duellum indictum est, postquam circuculo includitur.

g *Textus vetustiores sic le legunt: Innẽuit eandẽ prima sententia eidem de loco cedat, & quãcunq; sententiam ille qui increpauit inuenerit, offerat se illam iure obtinere, & deferat vt dictum est expectando nuncios.*

h *Intellige, si scabini consenserint in sẽtentiam inuẽtam, & si ẽe postea quis appellet, ille nisi dominus qui inuenit, dimittere debet. si verò sententia inuẽta fuerit, & in eam non consenserint, dimitti potest sine damno.*

i *In criminalibus appellatio non admittitur.*

GLOSSA.

Appellat quis contra sentẽtiam ad digniorem iudicem tenetur, &c. Concordat l. Imperatores. ff. de appell. & c. dilecti. eod. tit. & ij. q. vj. si quis. & c. placuit. & c. anteriorum. ver. illo videlicet. & ij. q. vij. Metropolitanum. C. de appel. l. præcipimus. & ff. quis & à quo appell. l. j.

Et vincentes sententiam obtinebunt, &c. Maximus abusus est iustitiæ hæc obseruatio, quòd tali & similibus casibus vincentes sint potiores. absurdissimum enim est à fortitudine assumi iustitiã, quod est delictorum occasio. k Nec est fortitudo, quæ non est cum iustitia laudanda: in auten. vt omn. obedi. iudic. in princi. coll. v. & ex hoc proueniunt animarum & corporũ pericula: de torneam. c. j. Est etiã iste abusus impræscriptibilis, quia per id Deus tentari videtur, contra Euangelium Matthæi iiij. & Lucæ iiij. & de purgat. vulgar. c. fin. & per totum.

k *Fortitudo laudanda non est, sinẽ sit iustitia comes.*

Et sedendo vnusquisq;, &c. Vide de re iudi. c. vlt. lib. vj. & quòd ibi nota super verbo sedendo. & infrà lib. iij. art. lxix.

Sententias increpandi non habet potestatem, &c. Et meritò talis appellare non potest. nam cui audientia denegatur, & appellatio ei interdicta videtur: ff. ex quib. causs. maio. l. sed etsi. Et si talis est incarceratus, non debet pro quolibet actu iudiciali de carcere trahi, & ad acta duci: arg. ff ad sena. c. Turpil. l. Dominanus. sed tantùm vt respondeat, & vt torqueatur, vtque audiat sententiam: vt C. de custod. reo. l. ij.

GLOSSA.

Sententiam inuenire non debet, &c. Concordat extra de consuet. c. ad nostram. & extra de iudic. c. at si clerici. ij. q. j. c. inprimis. C. si non à competenti iudice. l. vltim. Vndè circa id sciẽdum *l* quòd sententiarum increpationes iure nostro contingunt trifariam, vt supra præcedenti articulo declaratum est.

l Sententiarum increpationes contingunt trifariã.

Extra bannum Regiũ, &c. Hoc est in Marchionatu. Vel etiam intelligi potest in iudicio villarum in Comitatu, vbi magister rusticorũ iudicat: Marchia etenim sub suo proprio iudicat feudo seu homagio, vt superiùs declaratum est. *m* vnde sub banno Regio iudicare tantum valet in proposito, id est, sub Regis coactione.

m Sub banno Regio iudicare q. t. concordat supra lib. i. art. lix. & infrà libr. iij. art. lxxij. Iure Munic. art. x.

Qui iuris detrimentum non patiatur. &c. Quærere vnus possit, cur id eueniat, quòd in Marchia degentes, sententias à suis inæqualibus tollerare coguntur: dicunt quidã, quòd id fit ex eo, quia prouincia illa adaucta sit diuersæ nationis hominibus: quidam Sueui, quidam Franci, quidam à Rheno; hæc tamen opinio est minus valida? Respondendũ itaque est, quòd in Marchia à suis quidem inæqualibus, coram iudice proprio, hoc est coram Marchione, sufferre nõ coguntur. Si verò alibi iudicium postulauerint, etiam ibidem respondere cogentur, sententiasque acceptare etiam contra velle ipsorum, & id ex quodam plebiscito statutum est, *n* exindeque sequitur iuxta aliquorum declarationẽ, Episcopus in reconuentionalibus iudicijs, secundari sententiæ subesse tenetur: vt iij. q viij. c. accusatores. §. cuius in agendo.

n Aliqui limitant dictũ statut. quòd clericus reconuẽtus coram laico respondere tenetur: hoc verũ est, si reconuentionis negociũ à principali dependeat transsa.

In illis casibus, de quibus extra bannum Regium cognosci potest, &c. Hoc est, quæ in vitam vel honorem non vergunt, aliàs contradiceret paragrapho primo eiusdẽ articuli.

Sed duntaxat à suis æqualibus sententias aut eorum increpationes patitur, &c. Hoc est ab illis, qui in clypeo eis sint æquales, vt sunt ministeriales: vt supra lib. j. artic. iij.

Ad digniorem vel superiorem iudicem appellare necesse est, &c. Quærere vnus posset, an ille iudex superior esse debeat nobilitate, vel ratione sedis? &. quòd ratione sedis vel loci superior esse debet.

Vltimò ad Regem, &c. *o* Nota circa id differentiam in appellãdo inter ius Saxonicum, Canonicum, & Imperiale. iure etenim Saxonico appellatur de vna ciuitate in aliam, ex Marchia verò ad Comitem, & vltimò ad Regem. Secundum leges verò, prouocatur ab vno iudice ad alium, & si intermedio omisso, per directum ad supremum prouocauerit: ille eũ relegabit ad istum, ad quem prius prouocare debuit: ff. de appell. & relat. l. Imperato. Iure autem spirituali omnes intermedij iudices omitti possunt, & præcisè ad Pontificem supremum appellatur: vt ij. q. vj. c. quotiens Episc. & c ad Romanam. & ij. q. vij. c. Metropolitanum. & extra de appell. c. si duobus. & eod. titul. c. Romana libr. vj.

o Differentia appellationis secundum ius Saxonicũ & Canonicũ & Imperiale.

Iudexq; nũcios procurabit, &c. Hoc seruatur apud Saxones. aliàs secundum leges dantur in appellãdo apostoli, hoc est, literæ transmittuntur ad illos, ad quos appellatur: vt ij. q. vj. c. ab eo. Apud Saxones verò nuncij transmittebantur ex eo, quia Saxones pro illo tempore, cùm ius istud eis largitum est, literas non multum curabant; immò nec intelligebant, quare nuncios mittebant suos *p* Vnde vt textus habet, nuncij huiusmodi banniti esse debent ex eo, quia ad ius dictandum sacramento obligati erant.

p Concordat iur. Mun. ar. xi. ex usu tamẽ venit moderno tempore hæc nunciorum transmissio. nam & literæ seu scripturæ etiam apud Saxones appellatio procurantur.

Si verò illud in Marchia acciderit, &c. Sicut est Missnæ, in Brãdẽburgk, Lussacia, Duringia, quia & illi

& illi ius Saxonum habent.

Notandum circa id. Quandocumque dictum inuenis iure nostro, in Comitatu, intelligere debes, in iurisdictione vnius iudicij.

q Comes q t. q Comes etenim secundùm antiquum vocabulum Saxonicũ Groff dictus, iudicem denotat. Vndè vnus Comitatus dicitur, inquantum vni iudici aliqua iurisdictio supposita sit, vel in quantum iurisdictio vnius iudicis se extẽdit, quod & ius ciuitatis dicitur, quod nos municipale ius nũcupamus. Cùm verò mentio est de Marchionatu, vt communiter ius prouinciale intelligere vult, acsi dicat: in reprobandis sententijs non appellatur ex Comitatu in Marchiam, hoc est ex iure Municipali ad ius prouinciale.

Nuncij debent esse banniti, &c.

r Bannitus q. t. concordat supra li. 1. ar. 3. & vi. li. iij. artic. Lxxiij. Iure Munic. ar. x. xvi. & xxxiij.

r Vndè bannitus esse dicitur, qui libet homo nõ diffamatus ex quatuor suis progenitoribus, in illa ciuitate residentibus; quòdque exinde merito ad sedem scabinalem eligi possit.

Quilibet pleni iuris, &c. Hoc fit ex eo, quia ipsi testes esse debent. Si verò notati essent infamia, testificari non possent: vt ff. de ijs qui notantur infamia. lib. j.

Iudex eis in expensis prouidebit, &c. Quid si iudex id facere nolet? R. quòd iniuriaretur, & vt sic amitteret sedem officij, iuri enim contrauenire videtur: vt infrà art. sequenti in fine.

Panem & cereuisiam, &c. Exprimitur mensura expensarum, ne iudex postmodum partes forsan in expetendis impẽsis aggrauare vellet, & in eo præcauetur indemnitati litigantium: vide etiam ad id in autent. de appell. & inter quæ tempora. §. illud etiam. coll. iiij.

Et in anterioribus pedibus equi sufferrẽtur, &c. Per id innuitur, quòd iudex & scabini iustitiam & prudentiam comitem habere debent, & mediante prudentia iudicium exercere, iustitiamque defendere, quemadmodum sufferramenta equorum protegunt equos ne lædantur.

Et infrà sex septimanarum tempus, &c. In contrarium istius sunt quædam leges & canones, qui inducias ad prosequutionem appellationis, illis qui vltra mare inhabitant, concedunt vnum annum: vt C. de temp. & repar. appell. l. fin. §. illud. & in autent. de his qui ingredi. ad appellat. §. j. coll. v. & extra de appel. c. cum sit Romana. ij. q. vj. c. qui scit. §. tẽpus verò. R. quòd id ex eo fit, quia vt sic appellantes curiam insequi eos oportet: Saxones verò appellationem non prosequuntur, nisi cùm Rex cum curia sua in nationẽ Saxonum aduenerit.

f Appellans si infrà sata lia appellationis expeditionem consequi non possit, an ruat in causſa

f Quæritur vlteriùs, quid si appellans in sex septimanis expeditionem habere nõ possit, an ruat in causſa sua nec ne? R. quòd non, quia sex septimanæ de quibus hic meminit, initium habent à tempore prosequendæ appellationis, cùm Rex prouinciam intrauerit. Si verò interim post inceptam appellationis prosequutionẽ alijs publicis occuparetur negocijs, vitio appellanti non dabitur. quis enim cogere Imperatorem potest, vt ipse ius dictet cùm quis voluerit; expectare etenim vnusquisque cogitur, quòad voluntas Imperatoris fuerit. quare vt sic appellans non negligit se: vt in auten. de appel. & intra quæ tempo. §. j. & §. ad hæc. coll. iiij.

Appellans sententiam non obtinuerit, &c. Hic exprimitur pœna illius qui appellat, in appellando tamen succumbit: vide ad id in autent. de his qui ingredi. ad appell. §. quia enim coll. v.

Sententia in Comitatu reprobata, &c. Ex quo quidem iure nostro prouocatio semper fit à iudice inferiori ad superiorem: Marchia que ipsa superior est quàm Comitatus: Comes enim feudum à Marchione

chione accipit, sed qui confert aliquid, superior est illo, cui confertur; & ita sententiam eius approbare vel reprobare poterit: vt ff. de appell. l. ij. Vnde ergo euenit istud, quòd à Comitatu in Marchiã non appellatur? R. quòd ratio illius est, quia etsi quidem Marchio tribuit Comitatũ: iudex tamẽ ipse seu Comes bannum acquirere cogitur à Rege: vt supra li. j. art. lix. sed & Regi ipsi iuramentum præstare, quòd iustè iudicet: & exinde colligitur, quòd potestas & cõmissio iudicij magis dependet à Rege quàm à Marchione.

t Ius Saxonum & Marchiæ diserepat in sex casibus.

Et in eo iura eorum discrepant, &c. t Notandum circa id, quòd ius Saxoniæ & Marchiæ discrepat in sex casibus: Primò, quia in Marchia non habetur bannus Regius. Secundò, quia nec officium scabinale apud illos est. Tertiò, quia nec scultetiæ illic habentur. Quartò, quia in Marchia quædam iudicia transpolita celebrantur. Quintò, quia rustici certam proprietatem in bonis habent, ad ea tamen pertinere non dicuntur. Sextò, quia in Marchia nullus venit ad iudicium marchionale, nisi homines illic benè conseruati.

Sententia si quæratur, &c. Occurrit astutiæ iudicantũ seu scabinorũ, qui vel propter odium, aut fauorem, per iudicem interrogati, sententiã inuenire forsan recusãt, allegantes ignorantiam, quodque eam inuenire nesciunt. Vndè textus dicit: quòd non sufficit allegatio ignorãtiæ, sed requiritur quòd iurent super ignorãtia. Quid si iudex diceret, vt inuicem colloquãtur ad sententiam inueniendam? R. quòd collocutio illa nihil valet, nisi ius ipse solus adinueniat. sententia etenim inueniri debet non ex narratis: sed quilibet ex se, iuxta iuris formam, vt sententiam adinueniat necesse est: vt C. de vete. iur. enucle. l. j. §. hæc igitur. & C. de sententijs & interlocutionibus omnium omniũ iudicũ. l. nemo. & in auten. vt omn. obedi. iudic. §. j. coll. v.

Secundum quod reo induciarũ est, &c. u Induciæ in proposito dicitur esse terminus præfixus partibus, vt iuri compareant. *u Induciæ q. t.*

Sententiam inuentã si Saxo reprobauerit, &c. Ibius passus declarationem vide supra li. j. art. xvij.

Quæratur autem ab aliquo sententia, &c. Contrarium illius videtur esse C. de senten. & interlo. omni. iudic. l. nemo. & C. de iur. & fact. ignorant. l. constituriones. vbi habetur, quòd constitutiones Principum nec ignorare quemquã nec dissimulare permittimus: sententiaque non debet elici exemplo aliorum iudicum etiam peritissimorum, sed secundùm iura & leges. R. quòd causæ quædã sunt quę non afferũt damnum aliquod, sed nec lucri apportãt quidquam: itidem & negligentia quædam esse potest, quæ damnum nulli inferre poterit, vt in proposito fit; ille etenim qui inuenit sententiam, prout sibi iuris videtur, nihil nocere potest, nec damnum alteri affert, nam sententiam increpare ille poterit. Per simile, prout in iure spirituali à grauamine prouocatur: vt extra de senten. & re iudic. c. ad apostolicæ. §. & quia prælat. li. vj.

Si quis inuentæ sententiæ consensum non præbuerit, &c. Per simile, sicut ille sine damno manet, qui non secundùm iuris formã sententiam inuenit, putans esse iuridicam; ita & is nihil incommodi sufferre debet, qui sententiæ non consentit, eam iniustam allegando. vbi enim est similis casus, ibi & simile ius; & vbi vna ratio, ibi eadem est iuris dispositio: vt Instit. quib. mod. ius patri. potest. §. pari ratione. & ff. de verb. oblig. l. à Titio. & Instit. quod cum eo qui in alie. pot. ges. §. istas. & ff. de edendo. l. quædam. §. nummularios. & ff. ad leg. Aquili. l. illud.

Appellare qui voluerit, &c. Hîc diluti

diluit ſtultam nonnullorum opinionem, qui dicebant, quòd in appellando ſcabinis ignominia inferri deberet, de ſede vel ſcamnis eorum ſummouendo & propellendo coſdē, quod magis ridiculū quàm verum eſt: vide ad id ff. de appell. & relat. l. j. §. ſi quis.

x Nota, inter feudalis ſentētiā increpans ſi increpatur, quòd non zelo iuſtitiæ, ſed cauſſa dilationis id faciat, cum iuramēto ſeſe excuſare oporteat, vel nullam præſtare.

Increpet ſi Sueuus Saxonis sēntentiam, &c. Et hoc fit propter id, quòd Sueui Saxonum vxores violārunt, quando Saxones ſub Heſterno Duce in Anglia decertabāt: vt ſupra lib. j. circa artic. xvij. tactum eſt.

y Actor et reus, in iudicio ſedere non debent.

Sententia ſtādo increpetur, &c. *x* Ex his liquet, quòd actor, reus, & procurator, in iudicijs ſedere non debent: *y* vt in auten. vt ab illuſtri. §. j. coll. v.

z Iudex ſedendo iudicet: vide ſupra li. j. artic. xxij. gloſſ.

Et ſedendo in ſua ſede promulgabit eādem, &c. *z* Ex iſto liquet, quòd iudex ſedendo ſententiam pronunciare debet: vt C. de poſtulat. l. quiſquis in fin. & C. vbi ſenatores vel clariſſimi conueni. l. finali. §. ſedendi. & C. de offic. omni. iudic. l. j. & C. de offic. diuerſo. iudic. l. fi. & xxiij. q. j. c. paratus. & iij. q. iij. c inducię. §. ſpacium. Aſſidere tamē ſibi iudex facilè admittat *a* homines ſpectabiles & prudētes, tempore cùm ſententiæ reprobantur: vt in autent. vt ab illuſtri. §. quæcumque. coll. v. C. de officio diuer. iudic. l. fin.

a Iudex aſſidere admittat viros ſpectabiles iudicio ſuo.

Pro ſententia increpata, &c. Ex iſto doctrina datur, *b* quòd appellatione facta, pro nulla re iudex vlterius iudicabit, nec vlterius procedet. appellatione enim ſtante, nihil eſt innouandum: vt in auten. de iudic. §. audic. coll. vj. *c* Vnde & pœna iudicis, ſi appellatione ſtāte vlterius procedat, præfixa habetur. In ſpiritualibus iudex per annum ab officio ſuſpenditur: quod ſi ſuſpenſione facta officium exerceat, efficitur perpetuo irregularis: vt extra de ſenten. & re iudic. c. cùm æterni tribunal. lib. vj. Iure verò ſęculari, ſi fuerit actio ciuilis, perdit officium: ſi verò actio criminalis ſit, per ſententiamq; eius occiditur homo, proximi verò tandem occiſi actionem contra iudicem inſtituant, actio huiuſmodi in vitam & honorem eius cedet: vt infrà art. ſequenti in fin. & C. de pœna iudic. qui malè iudicant. l. vltim.

b Appellatione facta, nihil vlterius intentādum: concordat infrà art. xxij. Iur. Munic. art. xxiij. & xxvj.

c Pœna iudicū, qui appellatione ſtāte vlterius procedunt.

Vndè circa id notandum, *d* ſi ſententiam quis appellare voluerit, iudexq; id denegare velit, quāuis laicus appellans ſit, ipſius & ſuo querulare poteſt Epiſcopo, & ille eum ad id faciendum coget. Si verò tibi nuncios denegauerit, Epiſcopus literas, hoc eſt apoſtolos, dare debet, & ita negocium perficies, ac ſi nuncij tecum miſſi fuiſſent: vt in auten. vt differ. iudi. §. ſi tamen. coll. jx. & extra de foro compet. c. ex tranſmiſſa. & xxiij. q. v. c. adminiſtratores.

d Appellatio ſi non admittatur, quid ſi ciendum ſ

Sententiam etiam qui adinuenit, &c. Paragraphus iſte contrariari videtur priùs dictis, vbi habetur: quæratur autē ab aliquo ſententia, etſi eam, prout iuris ſibi videtur, protulerit, quāmuis iuris nō ſit, damnum nullum ſuſtinebit: ſed nec is, qui inuentæ ſententiæ conſenſum non præbuerit. Hic verò in iſto paragrapho dicit, quòd ab inuenta ſententia recedere eidem non licebit. Si ergo recedere à ſententia ſibi nō admittitur, quare aſſentire eidem cogitur, & ita in damnū incidere poterit? ℣. quòd cùm aſſenſus iniquæ ſententiæ nō præſtatur, vel etiam, quando ſententiā contra iuris ordinem, putās eam iuſtam & iuridicam, quis inuenerit: ſententia huiuſmodi nemini præiudicare dicitur, quia ſententia nulla, & ita recedere ab ea poterit. paragraphus verò præſens loquitur de ſententijs iuſtè adinuentis, ab ea enim is qui eam inuenerat, recedere non poteſt ſine cōſenſu illius, in cuius commodum pronunciata eſt. euenire enim foranp oſſet, quòd ſubterfugere vo-

lens fatigas & labores in appellando potius recedere vellet à sententia inuenta, quàm fatigas in appellando subire, & quia id in damnum parti, cui sententia adinuēta est, cederet. Iure itaq; cauetur hic, ne id fiat sine consensu illius, in cuius profectum sententia promulgata est: vt C. de senten. ex perneul. recitand. l. hac lege.

Qui pro iniuria iudicio præsentatur, &c. Istud superioribus declaratum est: concordat etiam C. quorum apellatio non recip. l. obseruare. & hoc ex eo fit, quia suspicatur, quòd maleficū per id eliberare vellet: vt ff. de pœnis. l. si quis.

Articulus XIII.

NVnc percipiendum venit de iniurijs, [a] quæ iustitia eis debeatur. Fur est suspendendus. Accidat autem villanis in die in villa furtū, quod minus fuerit triū [b] solidorū, hoc ipso die scultetus seu Gograuius eūdem punire potest [c] in cute & crinibus; vel reus eandem pœnam redimere tribus solidis poterit, [d] & vt sic infamis & iuri alienus permanebit. Istud est maius iudicium, quod pertinet ad scultetum; hoc tamen facere nō poterit, si actio pernoctetur. [e] Super nummis & alijs mobilibus benè vlterius iudicabit. Prædicta etiam pœna [f] seu iudiciū, contra iniustas mensuras & ponderа iniqua, & vendibiles res falsificantes, si poterint comprobari, noscitur constituta. Omnes sicarij, & qui aratra, tùm & molendina, Ecclesiasq; & cœmeteria spoliat, traditores, incendiarij, & eorum nuncij, qui eorum agunt profectum, (g alij textus habent: & qui legationes in suas peruertūt vtilitates) plecti debent in rota. Qui aliquem interficit, non tamen seditiosè captiuat, spoliat, aut incendit, & virginem opprimit aut mulierem, seu pacem infringit, & qui in adulterio fuerit deprehēsus, capite plectitur. Qui furta aut spolia celauerint, vel facientibus patrocinium ad hoc præstiterint, [h] conuicti eadem legis seueritate puniantur. Si quis Christianus, Christianaue apostatauerit, vel venenum cui ministrauerit, aut incantauerit, igneis flammis in craticula cōcremetur. [i] Iudex si actionē iniuriarū vel pacis viloatorem nō iudicauerit, [k] ea damnatio iudici inferenda, quam inferre iniurianti dissimulauit. Nemo tenetur ad iudicium

[a] *Textus vetustiores sic habent: ea sunt pœna, quæ pacis violatoribus ex actis excessibus infliguntur.*

[b] *Hoc casu de consuetudine solidus pro floreno accipitur, quia mitior fieri debet interpretatio. Etenim & in legibus florenus, à solidis dicitur ab antiquis: vt supra circa art. 1. eiusdem lib. ij. declaratum est.*

[c] *Concordat Jure Munic. art xxxvm. De Gograuio verò vide supra lib. 2. artic. 1ex.*

[d] *Vide supra libr. 2. articu. xxxviij. et infrà lib. iij. art. xvij.*

[e] *Quia iudex seu illud iudicabit, qui & pertinet esse videtur & superior.*

[f] *Alij textus habent: sadē istā pœna de-*

betur habenti iniustam mensuram et pondus iniustum, resp. vendibiles falsificātes.

[g] *Pœnæ diuersorum criminum. vide infrà eod. lib. art. xvi. & xxxvi.*

[h] *Attende hoc verbū conuicti, quia per hoc videtur dicendum: si ex iniustis criminibus vel auxilia sumpsa teatur, nō tamē testibus de his victus esset, quòd ex eis non habeat locum conuictus communis, confessio præsertim in criminalibus non dicit conuictionem, nec importat quē conuictum esse. vnde videtur cessare vsus casus istius artic. cuius contrarium est. Infrà tamen in annotatio. circa art. xviij. lib. habetur, quòd ex sola confessione potest quis damnari, dummodo sit extra forum, & sine tortura: idem vide.*

dicium iudicis accedere, nec coram eo in iudicio assistere aut comparere, [k] quando ipse alicui iustitiam petenti denegasse probabitur.

Iudicis male iudicantis grauissima pœna.

k Ad hanc materiam vide abūdè Iur. Mun. ar. xi. & xvij.

GLOSSA.

l Concordat Iur. Munic. art. xi. & xvij.

NVNC percipiendum venit de iniurijs, &c. *m* Et quia hic exprimūtur variæ pœnæ malefactoribus infligēdæ, vnde ista infligi debet non maior nec durior: alioquin iudex infamis fit: vt C. ad legem Iuliam de vi publ. aut priua. l. seruos. qui in fine. Hoc verum, nisi causa subsit, alioquin contra: ff. de pœnis. l. respiciēdum. & ff. de his qui notant. infamia. l. quid ergo. §. pœna grauior. & C. ex quib. cauſſ. infam. irroga. l. etsi seuerior. & de transaction. c. fin. in princi. *n* Vbi verò certa pœna statuta non est, debet iudex procedere seruata æquitate, semper in humaniorem partem declinando, & arbitratiè puniendo: vt in dict. c. fin. de trāsaction. & de offic. delegati. c. de causſis. ff. de iure deliberan. l. j. §. j. ff. de vsuris. l. mora. ff. de testib. l. quæsitum scio. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. iij. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. ait prætor. Et si pro vno delicto diuersæ pœnæ statuuntur, quæ tunc sit infligenda: not. in dict. c. de causſis. & ibi vide. *g* Factæ sunt enim leges, vt earū metu humana cōércreatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas: vt iiij. distinct. factæ.

m Concordat infrà lib. iij. ar. lxxxiij.

n Pœna vbi certa statuta non est, in miorem iudex debet declinare partem.

Fur est suspendendus, &c. *o* Et furca suspensus non debet deponi sine licentia iudicis, quam tamen petenti facilè concedere debet. vt nota. in Cle. de pœn. & remiſ. c. j.

o Furca suspensus nō debet deponi sine licentia iudicis.

Quod minus fuerit trium solidorum, &c. Scias autem quod cōstitutio Frederici Imperatoris dicit de quinq; solidis: vt in lib. feudor. de pace tenen. §. si quis. vbi sic dicitur: Si quis quinque solidos valens, aut amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur: si minùs, scope & forpice excorietur & tondatur. Et licèt hoc videatur perquàm durum, lex tamen ita scripta facit: ff. qui & à quib. man. l. prospexit. *p* Si tamen fustes sunt irrogati, vel tortori datus sit vnus ad inquisitionem criminis, non inducunt infamiam: vt in l. nullam. C. ex qui. cauſſ. infa. irrog. Nec etiam ictus fustiū infamiam irrogant, sed cauſſa propter quam fiunt: vt C. eod. tit. l. fustibus.

p Fustium ictus non irrogat infamiā, sed causſa propter quam fiunt.

Omnes sicarij, &c. Secundùm ius autem commune pœna voluntarij homicidij iuxta leges, in sublimibus est deportatio, & omnium bonorum ademptio: in minoribus decapitatio. Sed secundùm canones, si clericus est, deponitur: si laicus, excommunicatur: secundùm Vincet. & Gof. & notat Ioan. And. de homicid. c. sicut dignum. & vide in Specul. ij. parte. de senten. §. vj. versic. si autem. vide plenius infrà eod. artic.

Incēdiarij & eorum nuncij, &c. Vtrum incendiarij sunt excommunicati ipso iure, vide de senten. excommuni. c. tua. in gloſſ. & de foro compet. c. conquestus. & xij. q. ij. cum deuotissimam. in gloſſ. *q* Et incendiarius non absoluitur, nisi damna resarciat, & præstito iuramento, quòd vlterius ignem non adponat: xxiij. q. vlt. c. pessimam de iniurijs. c. si quis. de verb. signific. ex parte in fine. Et debet pœnitere per tres annos: vt in dicto cap. si quis.

q Incendiarius non absoluitur, nisi resarciat damnum.

Qui eorum agunt profectum, &c. Pro hoc vide quod notatur eodem libro circa articulum vltimū de faciente & consentiente, qualiter puniantur.

Aut mulierem virginemque violauerit, &c. Vnde etiam dicit lex communis: Raptores virginū honestarum, vel ingenuarum, siue iā desponsatæ fuerint, siue non, vel quarumlibet viduarum, licèt libertinæ vel seruæ sint, capitis supplicio decernimus plectendos: vt in l. vnica. C. de raptu virgin.

Qui furta aut spolia, &c. Vnde concordat ad hoc lex imperialis, cùm dicit: Interdum furti tenetur ipse, qui furtum non fecerit; qualis est, cuius ope & consilio factum est furtum: vt Instit. de obli. quæ ex delict. nas. §. interdum quoque furti.

Si quis Christianus, &c. Concordat l. nullus. cum sequentibus. C. de malefic. & Mathematicis, & ceteris.

Si quis iudicium iniuriarum, &c. Vide pro concordantia C. de pœna iudic. qui mal. iudi. l. vlt. & Insti. de obli. quę ex qua. delict. nasc. §. j. & quod ibi notatur. & in c. j. de sen. & re iud. in vj. quæ sit pœna iudicis malè iudicantis, etiā hic in glos. & infrà lib. iij art. lxxxvij. & in vsib. feud. de pace iur. fir. in l. hac edictali. §. iudices. Nota quòd valet statutum, quod pro homicidio imponit certam pœnam pecuniariam: vt de delic. puer. c. ij. & hoc verū est de iure Canonico. secus de iure Ciuili secūdum Doct. ibid.

GLOSSA.

In articulo præsenti auctor priuilegij de pœnis malefactoribus infligendis tractat, iustitiaq; vt pro delictis ministretur suadet. Vnde etsi quidem multi misericordiam à iustitia discernere nescientes, legem hanc duram & nimis asperā, immò religiōi Christianæ contrariam esse dicunt: miris etenim modis lex nostra Christiana misericordiā suadet, vt ex multis sacræ scripturæ locis colligi poterit. dicit enim Saluator: Misericordes estote, sicut pater vester misericors est. & item in alio loco: Misericordiā volo & non sacrificium. Præterea alibi habetur: Misericordiæ domini super omnia opera eius. Et item dimittite, & dimittetur vobis. Præterea in oratione dominicali: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. &c. Si itaque iustitiam vnus insequi vult, malefactores puniendo, à misericordia cadere videtur; nec filius misericordissimi patris nūcupabitur. Misericordia siquidem omnes excessus dimittit; iustitia verò pro his pœnam infligit. Si itaque non dimitto; nec pater dimittet mihi. Si iudico aliquem, & Deus ipse iudicaturus est me; sicut scriptum est: Nolite iudicare, & nō iudicabimini: ad Rom. xiiij. & j. ad Corinth. iiij. &. quòd etsi quidem lex Christiana misericordiam suadeat: iustitiam tamē non ommittere facit; immò vtrumque, misericordiam iustitię iungi debere docet. r Quin immò, si quis malefactori pœnam temporalem infligit, misericordia in eo facere dicitur: per pœnam enim temporalē, liberat eum à pœna æterna; ex morteque corporis, animam æternaliter viuere facit. quidquid enim iudex hic sæcularis pro excessu iudicauerit, Deus omnipotens amplius illud non iudicabit: vt xiij. q. ij. c. quæsitum. Vndè si vnus misericordia ductus, malefactorem viuere sinat, aliis similia patrandi animum dabit; & ita occasionem mali de se præbebit: vt xxiij. q. iij. iustum est. & xxiij. q. iiij. c. est iniusta. Tutiùs ergo est malefactorem occidere ad deterrendum alios à simili maleficio, & ad consolationem proborum, qui cōturbari à nequam hominibus fuerunt, vt eò securiùs Deo inseruire possint. Vndè iudex, qui vt sic misericordia motus malefactorem dimittit, ne eum molestet, præcipitè ita est misericors, sicut is qui puero ploranti ad mitigandum eum à fletu cul-

r Malefactorem ex iustitia puniens, misericordiā in eo facere dicitur.

tu, cultellum sibi porrigit, quo tandem læditur & vulneret sese: vt xxiij. q. v. c. qui vitijs. Ad rationes verò in contrarium adductas respondendum breuiter ad illud, vbi dicebatur: Dimittite, & dimittetur vobis; Intellige, si quid contra te excesserit, extunc ex persona tua dimittere debes: *f* si quid verò contra Deum & præcepta eius quis egerit, dimittere minimè debemus; ira enim Dei mitigatur, cùm malefactor punitur: vt xxiij. q. iiij. c. si quos. Illud verò quod dicebatur: Nolite iudicare, &c. Intellige, si iudex non est, & auctoritate ad id præfinita caret, aliàs in officio positus, illa iure facere poterit. Vndè cùm dicitur in textu: Fur est suspendendus. Intellige, nō simpliciter, sed auctoritate ex statuto legis suspendi fur debet, nec illum iudex dimittere audeat, quàmuis etiā cū lachrymis petatur: vt xxiij. q. iiij. c. est iniusta. & ff. de offic. præsid. l. obseruandum. Si etiam pro alia quā demeruit, morte petatur, id facere minimè debet: vt ff. de pœnis. l. respiciendum.

f Excessus contra nos factos, quomodo propinquis nostris ex præcepto diuino dimittere debemus, & quomodo non? & an pœna p via lesa & ex excessu expers debet? vide Iure Munic. art. xvij. glos.

Accidat autē villanis in die furtum, &c. Hīc ex ordine tria tangūtur. Primò de fure diurno, ex eoq; innuere vult: *z* quòd furtum diurnum non est adeò detestabile sicut nocturnum: furetur itaq; vnus de die minus quàm tres solidos, in cute & crinibus punitur, *u* hoc est, ad statuam virgis cęditur, & crines sibi supra in capite in cumulum cōiuncti colligantur.

z Furtum diurnum non est adeò detestabile, sicut nocturnum.

u Concordat Iure Munic. art. xxxvij.

x Nota.

x Dicunt quidam, quòd tempore quo ius istud Saxonibus largitum est, longos deferebant crines Saxones, in maleficioque detenti, crines eorum simul colligabantur, & abscidebantur, seu tondebantur, vt cognosci possint & euitari. *y* Nunc verò cùm breues cœperunt deferre crines, auricula eius abscinditur, vt dignosci possit. De furto nocturno hīc nihil meminit, *z* ex eo, quia qui de nocte aliquem in domo sua occlusa prænenit, in vitam sibi cedit, immò & occidi ibidem poterit: vt C. quād. lic. vnicuiq. sine iudic. se vindic. l. liberam. & hoc ex eo fit, quia malum de quantò communiùs, de tātò grauiùs puniri debet: vt ff. de furtis. l. j. Et propter id etiam fures suspenduntur, nec suspensi sepeliuntur: *a* vel admodum raro, vt reliqui terreantur: vt Instit. de acti. §. planè.

y Dura est ista commutatio, loco criniū auriculā perdere. tu tamē sequaris id, q̄ æquum est.

z Prauētus vnus noctu in domo occlusa alicuius, sine furetur sine non, occidi poterit: concordat supra lib. j. art. l. Iur. Muni. artic. xxxviij.

a Suspensi, quare vt communiter non sepeliūtur: rationem vide Iure Munic. art. xxxvj.

Istud maius iudicium, &c. Secūdùm quod tangitur in textu, quòd videlicet sculteti seu Gograuij, istud quod textus habet, & non aliud maius iudicium obtinēt in pœnalibus.

Obiiciunt quidam, iudicium istud sculteti non esse pœnale, seu criminale, ex quo iste tribus solidis liberatur. R. tamen, quòd iudicium istud pœnale est, quia vt sic in facto deprehensus, si fustes sustinet, verbera huiusmodi eius pœna est: si verò liberatur tribus solidis, vt textus habet, efficitur infamis & iuri alienus; & ista est adhuc maior pœna: concordat ad id supra lib. j. art. xxxvij. & C. ex qui. causs. alic. infam. irroga l. non damnatos.

Hoc tamen facere non poterit, si actio pernoctetur, &c. Tertium quòd tangitur in textu, quòd videlicet Gograuius pernoctata non iudicat, quia iudex infeudatus illud facere debet; ille etenim pro expertiori reputatur: vt Institut. in proœm. §. vlt. & in auten. de iudi. §. j. coll. vj. vbi habetur, quòd indignum videtur habere nomē, sed indigniùs gerere officium iudicis, qui peritia iuris careat.

Super nummis & alijs mobilibus, &c. Ex isto liquet, quòd largiorem ius ipsum tribuit facultatem Gograuio seu sculteto in causis ciuilibus, quàm in criminalibus. *b* res enim quæ maioris importantiæ sunt, etiam maiori p̄uisione indigent: vt ff. de reg. iur. l. nemo

b Res maioris importantiæ, etiam maiori prouisione indigent.

potest. & extra de elect. c. vbi maius periculū lib. vj. Quærere vnus possit, ad quantam summam possit huiusmodi sculretus iudicium extendere suum? Aliqui dicunt, pro quātacumq; summa vnus querelā instituerit; mirum tamen id videtur, quòd is qui etiam pro vno mēbro iudicium exercere non potest, vt super eius tota hæreditate aut proprietate iudicare posset. Vndè iure quidem Cæsareo iudices huiusmodi, qui & pedanei dicuntur, iudicare non possunt, *c* nisi ad decem solid. libras: vt in auten. de iudic. §. audient. coll. vj. Quòd autem iure nostro iudices huiusmodi pedanei seu sculteti maiorē summam iudicare possunt, est *d* ex eo: quia hic non requiritur tanta iuris subtilitas, sicut in legibus obseruatur.

b Accipiendo libra qua cōtineat xx. solidos, et quemlibet solidum p xij. denarios computando: concordat Jure Munic. art. clxij.

d Judex causarum ciuilium potest vsque centum libras coercere: vt hic secundum Saxon.

Prædicta etiam pœna seu iudicium. &c. Hoc est, quia vel ad statuam alligantur, & scopis verberātur, vel redimunt sese, & infames erunt: vt in auten. de collator. §. nullus. coll. jx.

Omnes sicarij, &c. Qui enim interficit aliquem, homicida est. vt vt xxiij. q. v. c. de occidendis. Pro intellectu tamē textus clariori nota, *e* quòd homicidium contingit trifariam. Primò interficit vnus alium ex mera voluntate, animo rapiendi bona illius: & de his loquitur paragraphus præsens. Secundò interficit vnus alium propter pacem: de quo infrà in paragrapho, qui aliquem interficit, &c. & is capite punitur: primus verò rotę apponitur. Tertiò interficitur aliquis casualiter, & is vorigeldo absoluitur: vt infrà eo. li. art. xxxviij.

e Homicidium contingit tripliciter: concordat infrà eo. lib. art. xxxvij. Jur. Munic. artt. xxxviij.

Contingat verò aliquem ligna cędere, vbi nulla via eunti esset, interimq; casualiter interficiatur vnus, quem cæsor arboris illic gradere non putabat, manet sine damno: ad hanc materiam vide ff. ad leg. Aquil. l. si putator. & ff. ad le. Corn. de sicarijs. l. j. §. diuus Adrianus anus. & C. eod. tit. in plerisq; legibus, infrà eod. lib. art. xxxviij.

Spoliat aut incendit, &c. De his vide ff. ad leg. Iuliam. de vi publi. l. in eadem.

Et virginem aut mulierem opprimit, &c. Per id etiam intelligūtur illi, qui vxores suas alijs ad adulterandū exponunt, vel alias probas & honestas matronas, aut virgines ad opprimendum ordinant, lenocinium exercendo.

Et qui in adulterio fuerit deprehensus, &c. Et hi sunt, qui maritatis vxoribus sese immiscent, vel ipsimet vxorati alijs concumbunt. *g* De oppressoribus virginum, vide C. de raptu virginum. l. j. *g* De fornicarijs, ff. ad l. Iul. de adult. l. j. *g* De lenonibus, vide ff. de iniur. l. attentari. & in auten. de lenonibus coll. iij. *g* De adulteris, vbi equè fœmina sicut vir punitur, vide C. ad leg. Iul. de adult. l. reos. Hi enim omnes capite plectuntur. C. de raptu virginum. l. j.

Qui furta aut spolia celauerint, &c. De his vide ff. de fur. l. his qui. & l. si quis. & Instit. de obiig. quæ ex delict. nascun. §. interdum.

Si quis Christianus apostatauerit, &c. *f* Ex isto colligitur, quòd nullus vitā demeretur propter id, quòd fidem non tenet Christianā, nisi Christianus apostata: vt C. de Iudæis. l. Iudæi. & isti ab Ecclesia Catholica reijciuntur: vt xxiiij. q. iij. c. quidam.

f Nullus punitur in vita quòd fidem nō tenet Christianā, nisi Christianus apostata.

Aut incantauerit, venenaq; ministrauerit, &c. *g* De his vide C. de maleficiatis per totum. & xxvj. q. v. per totum.

g Vel etiam futura prædixerit, vel alia similia fecerit.

In craticula concremetur, &c. De his vide ff. de pœn. l. capitaliū.

Iudex si actionē iniuriarum non iudicauerit, &c. Præcustodiendi itaque iudices veniunt, vt ea euitēt. *h* iudex etenim furem dimittens, ipse solus pro fure reputabitur: vt ex textu elici potest: cōcordat etiam de pœna iudic. qui malè iudic. l. vltim.

h Judex furem dimittēs, pro fure reputatur: concordat Jure Mu. art. xvij. glos.

Nemo

Nemo tenetur ad iudicem accedere, &c. Id quod priùs dixerat de iudice, si actionem iniuriarum non iudicauerit, &c. intelligi debet in criminalibus: quod verò hîc loquitur, in ciuilibus actionibus intelligitur. vnde si in primo iustitiã denegauerit, vel solus ipse iniustitiã fecerit, in vitam actio cedit. In secundo, vt hic officium perdit, & illi cui iniuriam fecit, resarcire cogitur: vt hîc. & ff. de varijs & extra ordin. cognit. l. vlt. quinimmò periurus efficitur: vt infrà lib. iij. artic. liiij. Instit. de oblig. quæ quasi ex delict. nascunt. §. j.

Ex leg. xij. tabular.

Lex etiam xij. tabularum articulum confirmare videtur præsentẽ, cùm ait: Furem qui manifesto furto prænensus erit, si furtũ aut noctu faciat, aut interdiu comprehenderetur, & se telo defendat, occidito: ex cereris manifestis furibus, liberos verberato, & ei cui factum luci furtum erit, si se telo non defendãt, adijcito. Seruos autẽ manifesto furto prænensos, verberibus afficito, & è saxo præcipitato. Pueros impuberes prætoris arbitratu verberato, noxamque ab his factam sarciri facito. Furta quæ per lancem liciumq; concepta erunt, sicut manifesta vindicato. Hac lege Caius in lege Aquilia furẽ noctu aut interdiu deprehensum, occidere permisisse dicit, si id ipsum cum clamore significaretur, & si interdiu se fur telo, cùm prænderetur, defenderet: teli autem appellatione interpretatur, & fustis, & ferrum, & lapis, & deniq; omne quod nocendi causa manumittitur, in hac lege significatur. Licèt vulgò quod ab arcu in longinquũ mittitur telum appelletur. In hac lege x. viri sententiam Draconis in aliquo sequi videntur, qui primus omnium Athenienſibus leges statuens, furem cuiuscumque furti, supplicio capitis esse puniendum censuit. Postea verò vt Gellius ait, ab illa lege decemvirali discessum est, & pro parte ad Solonis legem peruentum. Nam si quis super manifesto furto iure & ordine experiri velit, actio in quadruplum datur: pro furto autem concepto & oblato, pœna tripli constituta est, alijs deinde furtis omnibus, quę nec manifesta appellantur pœnam dupli, sicut & Solon, Legumlatores imposuerunt: rursus actiones concepti & oblati furti in desuetudinem secundùm Iustinianũ abierunt. Tu tamen tene priuilegium in casu huiusmodi.

Articulus XIIII.

INterficietur si quis causa necessitatis, [a] & perpetrans propter sui corporis periculum, eum in iudicium adducere non audeat: [b] si venerit absque mortuo, & fateatur antequam aliquis contra eum agat, offerens se de eo iustificari, corporale iudicium sibi pro eo non inferatur. Iudici tamen maior nummorum, sicut solet, acquiritur muleta, [c] & parentelæ interfecti verigeldus adiudicetur, ad quem acceptandum, ad primũ, secundũ, & tertiũ iudicij bannum, agnati mortui citentur, vt recompensam seu verigeldum accipiant pro agnato: & si non venerint, pax reo seruari sententia-

[a] Concordat Jure Munic. art. lxxxviij.

[b] Textum vetustiores ita legunt: & nõ audet ex metu circa eum manere, vt eum ad iudicẽ apportet, & contra eum querimetur.

[c] Hoc est multã ma imã iudex demereatur: de mulctis verò quemodo exsolui debeant, vide infrà lib. iij. art. lxxij. & lxxiij. & item lib. i. artic. liij.

tentiabitur, & cũ verigeldo ſuperſedere pronuncietur, quouſque propinqui per actionem ab eo eundẽ extorqueant: cum huiuſmodique interfecto nullus eũ vincere poteſt, poſtquam ſe, antequam accuſaretur, iudicio præſentauit. Si verò interfectus nõdum ſepulturæ traditus, in iudiciũ apportetur, & contra aduerſarium proponatur: reũ ſtricto modo, hoc eſt, pro collo reſpondere, aut mortuum, vt ſupra dictum eſt, [d] cõuincere eũdem oportebit.

d Quem de autem id fieri debeat ſ. vide ſupra lib. i. art. xiix. et l. & item lxiij.

GLOSSA.

Interficietur ſi quis cauſſa neceſſitatis, &c. An autem quis dicitur homicidium feciſſe in defenſa, iudicis arbitrio cõmittitur, ſicut an iuſtus ſit metus: C. de tranſact. l. interpoſitas in gloſſ.

Corporale ſupplicium ei pro eo non inferatur, &c. Hic ergo magis attenditur cauſſa faciendi, & modus ac animus quàm factum: ff. de fur. l. verum. ff. mand. l. ſi procuratorem. in prin. lxxxvj. diſt. c. non ſatis. xv. q. vi. c. j. de pe. c. quãuis. in vj. Nota, quòd nõ ſolùm tenẽtur de maleficio illud perpetrantes, [e] ſed etiam tenentur alij, tanquã ſocij & auxiliatores, nedũ ex inſultu & coadunatione præbẽtes fauorem, immò ex ſola præſentia, ſi per eam inſultus reddatur timidior ad hoc, quod not. Ioa. Andr. poſt Innoc. in c. continentia. de cler. percuſſ. Oportet autem vt dicantur ſocij auxiliatores, quòd omnes

e De maleficio nedum patratores, ſed & auxiliarij accuſari poſſunt.

omnes in rixa ſint pariter principales, & ad maleficium illud perpetrandum principaliter coadunati: l. ij. homines. ff. vi bon. rapt. Vndè cẽſendi ſunt pariter principales, & omnes tenentur & ſunt puniendi: vt in l. ſi in rixa. ff. ad leg. Cornel. de ſicari. in gloſſ. ordin. & idem ſentit ibi Bart. Et hæc vera, quod poteſt concedi contra alios, tanquam ſocios & auxiliatores, quando eis conſtat de delicto principalis, alàs non: vt not. Bart. in l. ſi is qui. §. ſi tu Titium. ff. de furtis. Pro hoc etiam vide, quod notatur de ſocio conſiliario fauorem dãte & de defenſante: in Cle. j. de pœnis in gloſſ.

GLOSSA.

Interficitur ſi quis, &c. Articulus iſte limitat priùs dicta, vbi dicebatur: quòd omnes ſicarij rota plecti debeant, homicidæ verò gladio puniri: Excipiuntur etenim, qui cauſſa neceſſitatis, & in defenſa aliquem occidunt: vt ff. de vi & vi arma. l. vim vi. Qui enim alium vitam ſibi adimere volentem interfecerit, manet ſine damno: vt C. ad leg. Cornel. de ſicar. l. is qui. & l. ſi quis.

Et perpetrans nõ audet propter periculum corporis, &c. Et hoc euenire poteſt, quia vix forſan ſolus ab eo abſolutus fuit: vel quia ita potens in amicis eſt, quòd eum ad iudicium preſentare non audet, amicorum violentiam timens: vt C. de his quę vi met. cauſ. geſ. ſunt. l. ſi donationis.

f Aliqua gloſſa addunt: etiamſi præſtitum propter metum corporis, ſolus per ſe iudicio nõ cõpareat, niſi enim id addelatum retur, declaratio gloſſæ ſequenda eſt legibus inducta locum non haberet.

Offerens ſe de eo iuſtificari, &c. Iſtius oblationis teſtes eum habere oportet, neceſſitatemque declarare defenſæ, & ita non demeretur pœnã colli, [f] & hoc ex eo fit: nulla enim ſententia contra abſentem lata ligat, niſi ſit abſens ex contumacia, quod hic non fit, cùm vnus ex metu iudicio comparere nõ audet: vt C. de procur. l. quia abſente, &

te, & ff. de pœnis. l. absentem. & iij. q. ix. c. caueant. In contrarium licèt istius esse videtur C. de his qui per metum iudic. non appell. l. j. vbi habetur: Si contra te iure pronunciatum fuerit, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis, acquiescere te statutis oportere. in sacro enim Comitatu nostro timere nihil potuisti. Exquo itaque iudices omnes imperij auctotitatem gerunt, quare nec timere eos vnus debet, sed nec in proposito metum allegare iste poterit, nisi illud probet sufficienter: vt C. de his quæ vi met. causs. l. cum te. & l. metum? R. quòd lex in oppositū adducta, non contradicit priùs dictis. intelligi enim debet, quòd coram iudicio Imperatoris nullus timere debeat. præsumptio enim timoris in curia Principis cessat: nam vbi Princeps, ibi securitas; secus autem fit in alijs iudicijs. vndè etsi quidem iudicia omnia ex Imperatore dependēt; tutiùs tamen vnus prouidetur à violentia in curia Imperatoris, quàm coram alio iudicio. Vel dic: quòd in proposito is, qui propter metum corporis iudicio non comparet, non id facit vt iudicium formidet, sed violētiam timet ab amicis defuncti.

g Hæc glossa declaratio, nō est ad mentem textus artic. præsentis: innuere enī textus vult, quòd dato si compareat reus, antequam cōtra eum quæstum sit, iudex mulctam ab eo acquirit? Resp. itaq; quòd propinq; illius necessi instō pecuniam accipiunt ex eo, quia istud sic statuit, & id fieri admittit. non omnium etenim quæ iure statuta sūt, ratio assignāda erit.

Iudici tamen maior nummorū acquiritur mulcta, &c. Quærere vnus possit, cur id fiat. Si enim deliquit, pecunijs refundere iure non potest, si non deliquerit, cur pecuniam perdit? Quòd autem innoxius sit, & nihil deliquerit, habetur C. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. is qui. & l. si quis. & ff. eod. titu. l. j. §. diuus Adrianus. & ita propinqui iniustè pecuniā ab eo accipere videntur, quòd fieri non debet. nullus enim locupletari debet cum iactura aliena: vt ff. de reg. iur. l. iure naturæ. R. quòd iustè accipiūt pecuniam, quia iste optionem habet, si venire vult & defendere sese, pecuniam retinebit: *g* si verò potiùs præstare pecuniam vult, iste iustò & ſtò & ſine peccato accipit, ex eo, quia cum bona volūtate offertur.

Quousque propinqui per actionem ab eo eandem extorquent, &c. Quæritur quo pacto per querelam id lucrari debeat, exquo quidem priùs citati nō comparuerāt: citatus verò non comparens, ruit in causſa: vt ff. de re. iudic. l. contumacia? R. quòd id vbi dicebatur: quòd videlicet agnati mortui ad primum, secundum & tertium citentur, &c. citatio ibi accipi debet pro denunciatione, & nō propriè pro citatione. nullus enim alium citare potest, nisi eum accusset, vel quòd accusetur, quod nō fit in proposito. propinquos enim in eo casu nullus accusare intendit, sed nec ipsi aliquē accusant; & ita nulla citatio fuit. Quid si questi fuissent, an venire teneantur? R. quod non; quia iudex non susceptat querelam illorum, propter illius qui priùs venerat excusationem, quam & priùs audiuerat; & ita querela illa pro nō incepta habetur: vt ff. de reg. iur. l. non videtur. *g* Si verò interfectus nōdum sepulturæ traditus, iudicio apportetur ab amicis, vt textus habet &c. Quæritur, quid tādem interfector facere debeat in eo casu? R. quòd occisorem alloqui tenetur duellariter seu pœnaliter, ac si eundem solus ad iudicium apportasset: vt supra lib. j. art. lxiiij. & hæc est prima exceptio, *h* quòd non omnes sicarij seu homicidæ rotæ apponi, aut capite plecti debent; istum enim excusat defensa legalis. Eximunt etiam leges à rotæ pœna illos qui parentes occidunt, propter enormitatem facti, aliam eis imponentes pœnam. Vndè nota, *i* quòd qui patres, matres, filios, auum, auiam, consanguineum seu affinem occiderit, seu cōscius criminis existat; neque gladio, neque ignibus, neq; vlli aliæ solenni pœnæ subijciatur, sed insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, vipera &

h Non omnes homicidæ puniendi.

i Occidens patrem, matrem, fratrē, auum, filium, pœna grauissima.

ra & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contubernijs misceatur: & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinũ mare, vel in amnem proijciatur; vt omni elementorum viu viuus carere incipiat, eique cœlum superstiti & terra mortuo auferatur. Si verò hæc vicina non sunt, bestijs subijciatur: vt Instit. de public. iudic. §. alia. C. de his qui paren. & liber. occi. l. si quis. ff. ad leg. Pomp. de parricidijs. l. pen. grauitas enim excessus, pœnam adauget: vt C. ad leg. Iuli. de vi public. l. si criminis. Cur autem id fiat, nota secundùm aliquos declarationem. Canis etenim designat, quòd iste nequam homo honorem parẽtum suorum quem eis debebat non nouit: quẽadmodum & canis, qui cœcus in nonum vsque nascitur diem. Gallus denotat elatum animum, quẽ erga parentes gessit; quemadmodum & gallus elati animi est. Vipera designat parentum infelicitatem. masculus enim viperæ cùm commiscetur fœmellæ, imponit caput in os ipsius, & exinde concipit, propterque libidinem in actu coitus conceptã, abrodit masculo caput & moritur: fœtus iterum cùm nasci debet, abrodũt sese de ventre, & fœmella moritur. Simia similitudinem representat facti; simia etenim multa facit, quæ factis hominum similia videntur, non tamen sunt: sic & iste apparet quidem homo esse, & non est secũdùm factum, ex eo, quia non humanum factum egit, parentes occidendo suos.

a Alij textu habent: dẽgito cautionẽ præstare p eo, ne vnquam aliquis de cetero eundem impetrat in dicta caussa.

Articulus XV.

b Concordat Iure Munic. ar. xcix. glos. clarius vero art. cxvi. in textu.

QVI coram iudicio a caussam inchoauerit, pro qua ipsum varendam præstare oporteat. b Si varenda iam facta, postmodùm alter superueniens, caussam apud iudicẽ proponat eandem, & qui prior egerit, superuenientem iure per sentẽtiam amouere non poterit, eum caussam dimittere oportebit cum recompensa sui dimidia, c aut carere manu dextra, cum qua varẽdam promittebat, & iudici mulctam. d Varenda si promittatur aut prestatur pro rebus hæreditarijs, expeditorijs, aut pro vtensilibus, seu mobilibus, e & si in his varendam ratam non tenuerit, quia scilicet sibi per sententiam infringatur: promissor iudici dare mulctam, & res illas cũ emẽda dimittere cogitur.

c Hæc pœna recessit iã ab vsu modernorum.

d De varenda et eius vtilitate vide infrà lib. iij. ar. xxij. Iur. Munic. artic. xli. gloss.

e Nota, quòd iure communi etiam est caussa similis huic, vt cùm plures petunt rem ab vno: tũc victor tenetur victo præstare cautionem, quòd eũ defendet, indemnem q; conseruet: vt ff. de rei. vendi. l. is à quo. & ff. de petitio hæreditatis. l. vle. Et qui hãc cautionem habet, rem habere videtur ẽ tantum ad hoc, vt hus qui pro eo cauit, respondere pro eo teneatur: ff. ad leg. Falcid. in pleriscq; legib.

GLOSSA.

Quicumque coram iudicio, &c. Aliàs autem secundùm ius cõmune in caussis, in quibus locum habet euictio, re euicta veniunt sumptus ad interesse in euictione: vt in l. si controuersia. C. de euict. vbi dicitur: Si controuersia tibi possessionis, quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo mouetur, auctori hæreditiue eius denũcia; & siquidem obtinueris, habebis quod emisti: si autem euictum erit à venditore successoreue eius, cõsequeris quanti tua interest, in quo cõtinetur etiam eorum persecutio, quæ in rem emptam à te, vt melior fieret, erogata sunt. & vide etiam infrà eod. lib. art. xxxvj.

GLOSSA.

Dictum & abundè declaratum est superioribus de iniurijs, tũ & quæ pœnæ desuper sancitæ sunt: præcedẽti etiam articulo expressit, quomodo factum ex negligentia vel in defensa patratum emendari debeat. articulus præsens casum quendam ponit, si varenda cui promittatur pro impetitione aliqua; vt pote occasione homicidij vel vulneratiõis, quid sufferre ille primus impetitor teneatur, textus in se planus est.

Si varenda iam facta, postmodùm alter superueniens, &c. Quid si fuerit præsens, & viderit negocium agi, verigeldumque & pecuniam tolli? R. quòd postmodũ querulari non poterit, ex articulo vj. eiusdem lib. ij.

Per sententiam amouere nõ poterit, &c. Ex isto sequitur, quòd si quis iure propellitur à querela, tãquam illam non incepisset reputatur: ff. de reg. iur. l. non videtur. vbi habetur: Nõ videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.

Aut carere manu dextra, &c. Et hoc ex eo fit, quia per id emendatur excessus eius, quòd videlicet varendam manu promisit, quam perficere non potuit; quare manũ vt textus habet amittit, qua varendam promiserat. Quæritur, varẽdam manu promittens, eamq; perficere non valens, mediaque recõpensa, vt textus habet, eliberet sese, *f* an fidefragus nũcupari vel incusari poterit nec ne? Quidam dicunt quod sic; ex articulo xxxvij. & xxxviij. lib. j. supra. Promissum enim illud negare non poterit, ex quo coram iudice factum sit: ex art. vij. lib. j. in fine. R. quòd ad vlteriora cogi non debet varendæ promissor, nisi in quãtum verigeldus suus se extendit. ille enim qui coram iudicio promittit quid, nõ aduersario, sed iudici promittere dicitur, & in illo pars vtraque ius suum confidere & respicere debent: vt supra eod. lib. art. jx. Nec iudex contra eum maiora extendere poterit, sed nec alios permittere, vt sibi maiora obijciant, nisi id quod iure descriptum est, & prout ius disponit. nisi forsan sibi vltra id promissum quid sit: vt Instit. de offic. iudic. §. j. Si ergo iste quòd fidefragus sit accusaretur, maior pœna cõtra illũ extenderetur, quã ius statuerat, quia vt sic in isto casu perderet honorem. *g* honor autẽ maior est quàm manus ipsa, quam iste demeruit. pœna autem seuerior extendi non debet: vt ff. de pœnis. l. absentem.

f Varendam manu promittens, & eam perficere non valens, an fidefragus sit?

g Priuatio honoris maior est pœna corporalis.

Cum recompensa sui dimidia, &c. Quæritur, an iste infamis redditur nec ne? *h* quidã dicunt quòd sic; opinionem fundantes suam super art. xxxvij. & xxxviij. lib. j. & art. xiij. supra lib. ij. vbi dicitur: Qui crinem aut cutem redimerit, iure priuatus manet, à fortiori iste qui manum redimit, iure priuatus esse debeat. R. quòd redimens vt sic manum, nihil sibi in iure nocere potest. omnia siquidem in iure complanari debent, quæ per ius specialiter expressa non sunt: Sed quia ius, cùm cutim vel crinem redimerit quis, infames esse non expressit, nisi fures & prædones: vt supra lib. j. art. xxxvij. & xxxviij. & C. quib. ex causs. ali. infa. irrog. l. non damnatos. Quare in proposito iste infamis non erit, sed mitiùs contra eum proceditur. In contrariũ licet istius videatur esse articulus lxvj. in fine lib. j. vbi habetur: Qui vitam aut manum ei condemnatam liberauerit, infamis iudicetur? Tu tamen responde, quòd ibi loquitur absolutè & sine conditione aliqua, cui manus abiudicata sit: hic autem loquitur conditionaliter, qui suum medium verigeldum soluere noluerit, carebit manu dextra: vide ad id C. de transactio-

h Recompẽsa manum redimẽs, an infamis efficiatur?

actionibus. l. transigere. &l. cauſſas. Quæritur, exſoluens vt ſic medium verigeldum, videturiam, vt textus habet, abſolui ab impetitione quacunque, i & quia ab illo quem impetebat plenum ſuſceperat verigeldum, quare medietas videtur ei remanere; & ita colluſio eius eum iuuabit ac promouebit, quod de iure fieri non debet. delictum enim & dolus nemini patrocinātur: ff. de reg. iur. l. non frau. §. nemo? ℟. quòd medium verigeldum dare debet illi, quē varendare promiſerat, & hæc eſt ſua pœna: & cum hoc plenum verigeldū, hoc eſt, pecuniam quam ab eo acceperat, eidē viceuerſa reſtituet: & ita dolus eius eū non promouebit.

¶ Perſimile etiam ſoluitur mulcta & emenda per illum, qui iuramentum promiſerit pro debito, quod tamen non perfecit: vt ſupra eod. lib. art. xj. De huiuſmodi recompenſis habetur etiam Inſtit. de vi bonor. rapt. §. ſed ne dum Quæritur, quid facturus eſt tandem iſte ſuperueniens, quem ille primus iure repellere non potuit? ℟. quòd totum ius querulandi pro ſe habebit, agereque contra reum poterit, ſed & reus ſimilem defenſam habebit. Vndè ſi prius accuſatus pro homicidio vel furto liberatus fuerat, & nunc liberabitur. k in ſimilibus enim ſimile ius pronūciatur: vt Inſtit. quib. mod. ius pa. poteſt. §. pari. & ff. de verb. oblig. l. actio. in fin.

Varenda ſi promittatur, &c. Paragraphus præcedēs dixerat de his, qui varendam promiſſam explere nō poſſunt in cauſſis criminalibus: paragraphus præſens diſponit in ſimili caſu de varenda promiſſa in cauſſis ciuilibus, quæ & mitior eſt, quare & pœna deſuper ſtatuta tollerabilior. iuxta quantitatem etenim exceſſus, etiam pœnæ ſtatuuntur: vt Inſtit. de publi. iudic. §. item lex. & C. ad leg. Iuliam. de vi public. l. crimen.

i *Nota dubium pulchrū & ſolutionem eiuſdem.*

k *In ſimilibus caſibus, ſimile ius pronunciatur.*

Arti-

Articulus XVI.

VArēdam actor quilibet præſtare debet [a] in cauſſa mortis, homicidij, mutilationis, & vulnerum, pro domino ſuo, & pro ſuis agnatis. [b] Qui alium mutilet vulneraueritue, conuictus manum amittit. Quibus iniurijs [c] duello quis vincitur, pœnam demerebit capitalē. [d] Quilibet emendam, ſi eam ſuis non minuit vitijs, ſecundùm ſuam obtinet generatiōem. Quando præco iudici mulctā demeretur pro eo, quòd cū ſuper ſuo neglexerit iudicio; tūc menſuram Regis, id eſt, maldratam [e] pro mulcta præſtet, quæ in triginta duobus virgę quercinę viridis duorum cubitorum lōgitudine verberibus noſcitur cōprehenſa. [f] Qui in ore, naribus, oculis, auribus, lingua, manibus, genitalibus, pedibus mutiletur, aut eorum vſu priuatur, huiuſmodi membra ſi ſint perſoluenda, quodlibet horum cum dimidij verigeldi ſumma perſoluetur. [g] Quilibet digitus & pedica emendatur ſecūdùm

a *Concordat Iure Mun. art. cxvi.*

b *Alij textus legunt: quam cumq; violentiam alteri contra reum per duellum præbuerit, pœnam demerebit capitalem: concordat Iure Mun. art. lxx.*

c *Lex etiam xij. tabularū hoc idem ſentire videtur cùm dicit: ſi membrū rupit noxum, & pacto talio eſto proper os verò fractū nummaria pœna cōſtituta ſunto.*

d *Vide hoc idem infrà lib. xij. art. x. v. gloſſ.*

e *Concordat infrà lib. iij. art. lxx. gloſ.*

f *Secus eſt de iure communi, vbi nunquam fuerunt homines condemnati ad birrum iudicis: vt ff. ſi quadrup. paupe. l. ex hac.*

g *Alij textus addunt: dens.*

dūm

secundùm quod eius est in verigeldo decima pars constituta. h Quotiens qs in vno membro vulneratur aut mutiletur in vno actu, i dummodò tamen nõ occidatur, dimidio verigeldo cõtentatur; quando verò secundariò in alio membro mutiletur, dimidij verigeldi donatio iteratur. Cui sola caro vulneratur, k alij textus habent: qui absque vulnere carnis percutitur, aut mẽdax arguitur, eidem secũdùm generationem suam l præstetur emẽda. Abscidatur membrum alicui, quod ei antehac in iudicio ratiõe mutilationis fuit persolutum, non nisi emendam pro eo cõsequetur.

h *Concordat iure Munic. artic. xc.*

i *Alij textus & verius habent, dummodo non enucleatur ipse, quatenus sanabilia vulnera, in vno impetu vulnerato, vnam recipiat emẽdã aut recompensã medietatem.*

k *Concordat iure Munic. art. lxxxix.*

l *A contrario ergo sensu si vulnera fuerint carnalia vel duellaria, liberari nõ poterit sim plici emenda, sed medio verigeldo in eius actione: in criminali verò in cutim sibi cedit: vt hic in textu. & j. et infr. li. iij. artic. vlo xxxvij.*

GLOSSA.

VArendam quilibet pro m homicidio aut mutilatione, &c. An autem mortuus ex febre superueniẽte post vulnus, dicatur mortuus ex vulnere? Dic, quòd hoc aut constat esse ex malitia vulneris, aut ex alia caussa, aut dubitatur, & tunc statur dicto medicorum. Etsi in loco non est nisi vnus medicus, ei soli credetur circa examinationem vulneris, si sit bonus homo; & in multis locis talis est iuratus, quia agitur de magno prejudicio. Mortuus autem infrà triduum, præsumitur mortuus ex vulnere: vt l. j. C. de emend. propin. de hoc vide in de in Spec. de homicid. & ibi per Bald. in addit. n Sed an tutor pupilli vel ipse pupilus potest reddere pacẽ occisori patris? Dic, quòd solus tutor non potest, sed pupillus, si expediat, cũ auctoritate tutoris & cum decreto iudicis. Præsumitur tamen quòd pax & cõcordia cuilibet expediant, secundùm Bald. vbi supra. Scias etiam quòd fideiussor in processu vulneris non tenetur de morte secuta, quia primus processus ãnullatur mutato titulo criminis, nec est in his eadem forma agendi, nec idem exitus cõtrouersiæ: de hoc in Spec. de fideiuss. §. j. vers. sed pone. Vide etiam in c. ij. de cler. percuss.

n *An tutor pupilli possit reddere pacẽ occisori patris pupilli?*

Et pro suis agnatis, &c. o Quia masculi tantùm & non fœminæ recipiunt compositionem patris, vel alterius consanguinei occisi: vt in Lombar. de homicid. liberi homin. l. si quis.

o *Masculi tantummodo recipiũt compositionem pro mortuo, et non fœmina.*

Conuictus manum amittit, &c. Sic etiam secundùm l. Frederici, quæ est in vsib. feud. tit. de pace tenenda. §. si quis aliũ. vbi pro solo vulnere manus amputatur.

Quilibet digitus & pedica emẽdatur, &c. Pro hoc etiam vide in Mercur. in c. delictum. de reg. iur. in vj.

Cui sola caro vulneratur, &c. Sed quid si statutum dicit, quòd percutiẽs aliquem puniatur in decem, an pluries percutiens, pluries punietur? p Dic, quòd pro quolibet ictu debet fieri punitio; Fallit in occiso, quia ex omnibus resultat vnus titulus criminis, & vnus finalis effectus: de hoc vide in Spec. tit. de sent. §. j. ver. sed pone in statuto. & ibi in additio. dicit Ioan. Andr. quod Iacob. de Arc. distinguit, an statutum dicat, qui dederit alapam, an qui alapauerit? vt primo casu secundùm numerum palmarum, secundo semel tantùm puniatur. Ipse tamen Ioan. Andr. ibidem sic distinguit, cùm quæritur, an ex multiplicitate delicti mul

p *Pluries percutiẽs, an pluries puniatur vide Iu. Mu. art. xc.*

m *Ex febre post vulnus superueniente, si moriatur qs, an ex vulnere mortuus dicatur?*

q An ex multiplicitate delictis etiam pœna multiplicetur?

tiplicetur pœna? q Aut enim ex actu continuato pluries delinquo, aut ex actibus separatis & diuersis. Primo casu, aut sunt eædem species delicti, aut diuersæ. Si sunt eædem, tunc vnum erit delictum, & vna sola pœna puniendum, nisi in plures & cõtra plures personas delinqueretur, quia tunc numeratione personarum plura delicta censentur. Secũdo casu, quando sunt diuersæ species delinquendi, licet ex eodem facto continuato; tunc plura & diuersa sunt delicta, nisi ad eundem effectum omnes species sequerentur. In secundo autẽ membro, principali scilicet, quando separati & diuersi sunt actus, tunc si sæpius iteratus, sæpius in alterius iniuriam vertitur, totiẽs delinquens tenetur, quotiens iterat: Si autem non respicit alterius iniuriam vel damnum, vt quia respicit delinquentis malos mores, tũc ter tantum puniatur in anno & nõ vltra. ad quæ allega, & plenius vide in loco prælegato. vide etiam Bald. in addit. Spec. titul. de contuma. r Et hoc scias, quòd si prouocatus ad iram dixit verba iniuriosa, non tenetur de verbis iniuriosis, quia talis magis repellit, quã impellit: de hoc per Bald. in addit. Spec. tit. de accusa. & vide etiam notata in Spec. ibidem vers. quid si te. & ti. de aduocatis. §. iam nũc. vers. hoc tamen post princ. Non enim debeo seruare honorem ei, qui mihi vituperium facit. ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. prosituta. Adde infrà lib. iij. art. xlv. vbi vide in l. vulgaris est quæstio. ff. de furtis per Angel. & per Ioan. de Sy. in l. defuncto eo qui reus. ff. de public. iudic. & in l. qui seruo. §. si duo serui. ff. de furt. per Angel.

r Ad iram prouocatus si verba iniuriosa dixerit, nõ tenetur de verbis iniuriosis.

GLOSSA.

Varendam quilibet pro homicidio, &c. Et hoc ex eo fit, quia sibi promittere debet quòd eum varẽdare dare vult, & euincere ab impetitione quorumuis: vnde in textu exprimuntur caussæ, pro quibus varenda experi debet; vt est homicidium, mutilatio, vulneratio, &c. & hoc intellige, si homicidium illud, vel vulnus in defensa, vel ex improuisione inflictum est; vel si ad concordiam negocium cessit, vel de iure fieri admittatur; quia vt sic vt textus habet, varenda præstari debet pro domino & sui agnatis. Vnde pro intellectu textus clariori notandum, *f* quòd domini duplicés sunt. Primò, in respectu liberorum famulorum, qui eis bona fide inseruiũt: vt Insti. per quas personas nobis. §. idem placet. Si famulis nostris vt sic quid contigerit, non opus est quòd ipsi varendam præstent pro dominis. pro iniuria enim illorum non competit actio dominis ipsis, sed nullus cogitur ad varendæ præstationem, nisi cui actio & querela competit; suo itaque nomine famulos agere oportet, nisi forsan in contumeliam dominorũ quidquã actum sit: vt infrà artic. xxxiiij. & Instit. de iniur. §. sed si. Nam vt sic etiam domino pro contumelia resarcire tenetur, nisi iuramento se se absoluerit: vt ff. eod. tit. l. lex Cornel. §. hac lege. Secundò domini dicuntur in respectu suorum seruorum illiberorũ, & seruis huiusmodi respondere non oportet si quis in eis deliquerit, sed dominis ipsis: vt Instit. de iniur. §. seruus. Sed nec varendam promittere poterint; verùm dominis actio totalis cedit. Vnde etsi quidẽ huic contrariari videtur §. si quis. Instit. de inutil. stipul. vbi innuere videtur hanc stipulationem esse inualidam. R. tamen, quòd ibi loquitur de iniurijs seu cõtumeliis: textus verò præsens intelligi debet de homicidio vel mutilatione, quæ violenter fit seruo; & ita varendã dominus promittere tenetur, aliàs nullus sibi verigeldus cedet. Vel dic &

f Domini duplices.

die & intellige textum de vasallis, qui sub vno domino infeudati sũt, quia vt sic actionem intentare volentes pro domino, varendam præstare tenentur.

t An frater matris possit vlcisci mortẽ alienius?

Et pro suis agnatis, &c. *t* Quæritur, an frater matris vlcisci possit meam iniuriam vel mortem, sicut mei patris frater, vel mei patruî filius? R. quòd vindicta est duplex: *u* Quidam vlciscuntur facto, quidã vero iure. Istis ex parte gladij ius admittit querelam ex eo, quia pro suis agnatis duellum inire tenentur, hoc est, quia tutores eos esse oportet in omnibus querelis: vt supra li. j. art. xlij. & lxiiij. Institut. de legit. agnat. succes. §. penult.

u Vindicta duplex.

Quid si mulieri quis iniurietur, actioneque intentata, an maritus varendam promittere debeat, vel proximior agnatus? R. quòd maritus, quia ipse est tutor & defensor vxoris quàmdiu vixerit: vt supra lib. j. art. xlv. Instit. de iniur. §. patitur.

Qui alium mutilet. &c. Hoc intelligi debet, cùm vnus ex proposito bono & violenter id faciat. conuictus enim manum amittit.

Quibus iniurijs duello quis cõuincitur, &c. De his vide supra lib. j. art. xliij. & xliiij.

Quilibet emendam si eam suis non minuit vitijs, secundùm sui generationem obtinebit, &c. Hoc est, iuxta clypeum suæ dignitatis: vt supra lib. j. art. iij. & j. dist. c. ius militare. nisi vt textus habet, ex delicto emendam diminuat suam, ita quòd iure priuatus declaretur: vt supra lib. j. art. xxxviij. & infrà lib. iij. art. xlv. §. vlti.

Quando præco iudici mulctam demeretur, &c. Et hoc ex eo fit, quia paucam pecuniam habent. cũ ergo emendare pecunia excessum non possunt, puniuntur corpore: vt in auten. de pac. tenen. §. j. col. x. & infrà lib. iij. artic. lv.

Qui in ore, naribus, oculis, &c. Id quod textus habet, aliter alibi tenebatur. qui enim aliũ mutilauerat, etiam in eodẽ membro mutilabatur ex lege xij. tabul. quæ leges ab Athenienſibus Romam allatæ fuerunt: vt distinc. vij. c. fuerunt. Istud tamen propter paupertatem magis statutum fuit; vt qui nõ haberet vnde pecunia emendaret, membrum perderet: vt Instit. de iniur. §. pœna. Secundùm leges autẽ posteriores, dabatur arbitrio iudicis, vt iuxta excessum pœnam statueret: vt Instit. eodem titu. §. eodem. *x* Saxones autem quia determinatum & à lege statutum habent verigeldum & emendam, secundùm quas eos emendare oporteat, quare nec maior imponi debet, & æstimatio eorum cessat.

x Æstimatio excessuum per iudicem cessat iure Saxonico: vide supra lib. 1. ar. lxvij. gloss.

Genitalibus, &c. Istud intelligi debet, si genitalia abscindantur ex improuisione vel negligentia, quia si studiosè quis alteri, sibiipsi, vel etiam seruo, ex proposito genitalia abscideriț, vel castrandũ procurauerit, medietatem bonorum perdit: vt ff. ad leg. Cornel. de sicariis. l. is qui. vbi habetur: Is qui seruũ castrandũ tradiderit, pro parte bonorum dimidia ex senatusconsulto mulctabitur: & l. eiusdem. §. qui hominem. vbi habetur: Si alicui libero, & ipse etiam liber sit, id fecerit, in exilium mitti debet: si verò vilis conditionis esset, bestijs ad deuorandum datur.

y Lex etiam xij. tabul. in eam sententiam cedere videtur, cùm dicit, Si paterfamilias quis castrauerit, licet præcedente fecerit eundem, quadruplum præstato.

Dummodò tamen non occidatur, &c. *z* Ex isto habetur, quòd pro multis mutilationibus in vna guerra factis, non nisi vnus exsoluitur medius verigeldus: itidem etiam fit in vulneribus duellaribus, quia mutilationes & vulnera duellaria habent similem emendam, similem pœnam, & simile ius, vt superioribus declaratũ est. Quòd autem id ita se habeat, ex his quæ sequũtur liquet. si enim vnumquodque vulnus, itidem etiam & mutilatio medio solueretur verigeldo; extũc excessus in viuum patratus, in ma-

z Vide Jur. Munic. art. xc. gloss.

extenderetur quàm contra interfectum, qui exsoluitur vno integro verigeldo, hoc est, decem octo libris; mutilatio verò & duellaria vulnera nouem libris.

In textu cùm dicitur: Quando tamen secundariò in alio membro mutiletur, &c. Id quod hic dicitur: quòd ei videlicet omnem mutilationem emendare oporteat, contrariari videtur priori paragrapho vbi dicebatur: quotiens in vno mẽbro quis vulneretur, aut mutiletur in vno actu, dùm tamen non moritur, dimidio verigeldo contentatur. R. quòd vnum non contrauenit alteri; ibi enim in priori paragrapho loquitur: cùm quis mutilatur, in vno actu; hic verò de actu secundario, hancque gratiam ius addidit mutilatis, ne ex animo destruantur, nam defendere sese minimè possunt: ad hanc materiam vide etiam infrà art. xxj. in glo.

Cui sola caro vulneratur, &c. Hoc est, cùm vulnera sunt, non tamen duellaria: vt supra art. lxviij. libr. j.

Secundùm sui generationem præstetur emenda, &c. vt Instit. de iniur. §. pœna.

Abscidatur membrũ alicui, &c. Hoc ex eo fit, quia iam antehac sibi exsolutum est.

a Sigillorum falsificatores. Nota, quòd vltra has in textu positas pœnas, sunt & aliæ propter varios excessus in legibus pœnæ statutæ; a vt pote pœna falsificantium literas, vel sigilla falsa adaptantes, & qui conscij sint: si liberi fuerint, in exilium dantur, si serui, capite plectuntur: vt Instit. de publicis iudicijs. §. item.

b Annonæ cõemptores in caristiam. b Qui frumenta cõemunt vt caristiam faciant, vel qui seruant frumenta, vt eò cariùs diuendant. xx. aureorum pœna statuta est: vt ff. ad leg. Iuli. de annona l. ij.

c Thelonenum instituentes. c Thelonea noua si quis instituerit, centum aurei pro pœna statuti sunt, & cum hoc redditur, infamis: vt ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. vnica.

d Plagiarij. d Qui liberum hominem scienter loco sui serui vendiderit, qui & plagiarius nuncupatur in legibus, vel occultat eum in damnum domini, vel consilio adest quòd fugiat, vita punitur: ff. ad leg. Fabiã de plagiarijs. l. j.

e Crimen læsæ maiestatis. e Qui contra imperium fraudẽ cõmiserit, ciuitates aut arces defraudauerit, perdit vitam & bona, si duello conuincitur: ff. ad le. Iul. maiest. l. cuiusque.

f Sepulchrorum violatores. f Sepulchrorũ violatoribus pœna statuta est decem libræ auri: vt C. de sepulchro violato. l. qui.

g Seditiosi. g Constitutiones nouas facientes capite plectuntur: vt C. de seditiosis. l. j. pro seditioso enim censetur.

h Famosos edentes libellos. h Famosos libellos scribens, vel inuentos publicans, capite punitur. C. de famosis libellis. l. si quis.

i Ruptores aggerum. i Aggerum & piscinarũ ruptores, igne cremantur. Qui ad id cõsilium præstiterit, perpetuò relegabitur: vt C. de Nili aggeribus non rumpen. l. si quis. & infrà eo d. lib. art. lvj. gloss.

Articulus XVII.

Filius non respondebit pro patre defuncto, si quãdo fecerat iniuriã seu violentiam. a Pater filium super iniuria accusatum, si iuramento suam probauerit innocentiam, b excipere potest, si ab eo nõdũ sit emancipatus. Si verò ambo in vnius facti cõprehensi essent accusatione: extunc pater filiũ excipere non potest, nisi ipse priùs se ab hac excuset causſa.

a Concordat Iure Munic. art. lxxvi.

b Aliqui tenentur habent: semel excipere potest.

Glos-

GLOSSA.

Filius pro iniuria mortui patris, &c. Concordat Instit. de perpet. & tempora. actio. §. non autem. vbi dicitur: Est enim certissima iuris regula, ex maleficijs pœnales actiones in hæredem rei non competere. quę enim in facto consistunt, personales sunt, & ideo non transeunt de persona filij vel serui ad patrem, vel ad dominum: ff. de verbo. obli. l. fin.

GLOSSA.

Articulus præsens fundatur super certis legibus, in quibus de perpetuis & temporalibus tractatur actionibus: vnde pro intellectu textus clariori notandum, *e* quòd querela duplex est: perpetua videlicet & tēporalis, seu transitoria. Querela transitoria dicitur illa, quæ vna cum persona contra quam querulatur cessat. Perpetua seu perennis actio, quæ etiam ad hæredes deuoluitur: vt Instit. de perpe. & tempora. actio. §. hoc loco.

e Querela duplex, temporalis & trāsitoria.

d Filius pro iniuria patris an respondere cogatur? vide pro & contra.

d Filius nō respondebit pro patre, &c. Ad materiam articuli prę sentis, pro & contra multæ habentur leges, ex vna parte sentire videntur, quòd actio patris etiam in filium deuolui debeat; è diuerso verò id minimè fieri debere concludunt. Quantum ad primum, quòd actio videlicet parentis hæredi pertineat, habetur Instit. de perpetu. & tempor. action. §. pœnales: & ff. de reg. iur. l. totiens. vbi innuitur: totiens in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex sua. & ff. de reg. iur. l. hæredē. vbi habetur: hæredem eiusdē potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus. & item ff. eod. tit. l. hæreditas. vbi dicitur: quòd hæreditas nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus tēpore mortis habuit. Ex his itaque colligitur, quòd si ius totum hæres sui patris accipit, etiam pro excessu eius merito respondere deberet. Ex aduerso verò & proroboratiōe articuli præsentis, sunt aliæ pleræque leges, quæ præcisè dicunt filium non debere respondere pro patre defuncto: vt Instit. de perpet. & tempor. acti. §. non autem omnes. & C. ne filius pro patre. l. patris nomine. & ff. de reg. iur. l. hæreditas. Vnde ad sopiendum hanc iurium & legum allegatarū controuersiam nota, *e* quòd querela quatuor euenit modis: *f* Prima incipit tempore vitæ patris, vergitque in sanguinem; & vt sic filius non respondebit pro patre: vt C. ne filius pro patre. l. patris. Secunda fit post mortem patris, quæ se etiam extendit in vitam vel sanitatem, quam pater propter excessum demeruit; & vt sic filius etiam non respondebit: vt supra li. j. artic. vj. in gloss. filius enim non portat iniquitatem patris, nec ècōtra; nam cuius vita excesserit, ille moriatur, teste Ezechiele prophetа: & Instit. de perpet. & tempor. acti. §. non autem omnes. Tertia querela fit pro iniurijs, quas cōtumelias vocitamus; & in eo casu filius etiam respondere non tenetur, quia nec ipsi filio responderetur, si post mortem patris sui agere vellet: vt ff. de iniuri. & famos. libel. §. iniuria. & infrà libr. iij. art. xxxj. *g* Quarta querela, si mortuus pater tempore vitæ suæ damnum faciat furto, latrocinijs: hæres pro ipso respondebit, in quantum de illo ditatus est, vel hæreditas exinde sit ampliata, vel si pater tempore vitæ pro his fuerat accusatus: vt supra libr. j. articu. vj. Instit. de perpet. & tempo. actio. §. aliquando. & ff. de reg. iur. l. sicuti. Itidem etiam fit in causa damni vel contumeliæ, si tempore vitæ patris iudicialiter pro his cœptū

e Querela quatuor euenit modis.

f Nota iure feudali querela instituī potest tripliciter: ciuiliter, criminaliter, & occasione feud. & secūdum hoc tria plicia iudicia fiunt. Primò, cùm ciuiliter agitur, & in eo casu agi etiā potest cōtra iudicem, & per sententiam obtineri quòd vt locum suum subdeiceret alium, & ita iudex cogitur ius dare & recipere si actio è pœnalis. dato, quòd starnar successui alium, attamen ille super eum iudicare non potest, sed causa & cognitione examinata, & conscriptū ad superiorem iudicem relegare si occasione feudi remittere eum debet ad dominū vel iudicem. feud. c. lxv.

g Nota, si pater contumeliam fecerit verbo aut facto, negotiumq; cœptum

sit. hæres respondere tenetur; & hoc si ad pecuniariam recompensam cesserit negocium, aliter non: vt ff. de actr. & oblig. l. omnes, & Instit. de perpet. & tempo. action. §. pœnales. Ad legem verò in cõtrarium adductam ff. de reg. iur. l. totiens. §. quòd intelligi debet, cùm querela sit pro dolo mortui, ita quòd exillo dolo hæres ditatus sit, quare iustò respondere debet pro commodo suscepto, nullus enim ditari debet cum iactura alterius: vt ff. de conditione indebiti. l. naturaliter. & ff. pro empto. l. cum qui.

Pater filium pro iniuria accusatum, &c. Paragraphus iste etiam super certis fundatur legibus, signanter ff. titu. de noxalibus actionibus. & item ff. si famĩ. furt. fecit. dica. l. vtilissimum, vbi habetur: Si seruus noxã fecerit, dominus duplicem habet optionem, vel cũ actori dare pro excessu, vel noxam redimere.

Pro intellectu paragraphi secũdi vb. dicebatur: Quòd pater filiũ super iniuria accusatum excipere potest, *b* quomodo id sit verũ & quomodo nõ, quædam necessariò notanda veniunt: Primò, quòd pater non plus nisi semel accusatum excipere potest, idq; fauetur sibi de iure Saxonico. nec enim deceret, quòd pater filium pro excessu exponeret, vel perire sinat, sicut dominus seruum exponere potest: vt Instit. de noxalibus actionibus. §. vlt. Secundò, quòd non sit emancipatus; quia vt sic factum filij notiùs est patri, quã si emãcipatus fuisset: vt C. ne filius pro patre. l. j. Tertiò, quòd pater pro filio iurare tenetur innocentiam declarando suam; & hoc propter id, vt filius iniuriæ, quæ contumelia dicitur, iuramento patris liberetur: vt supra lib. j. art. lxviij. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege. & hoc intellige, si actio sit contra filium, vbi ad iuramentum sibi cedat, aliàs solus ipse filius respondere teneretur: vt Instit. de noxalibus actionibus. §. fina. Quartò, quòd pater illius facti & querelæ innocens sit. nullus enim aliũ excusare potest, nisi se priùs excusauerit: vt ff. si famil. furt. fecit. dica. l j.

a Pater tenetur respondere & refundere pecunias, iuxta exigentiam facti. Lend. c. xliij.

b Pater quomodo excipere à iudicio filium possit, & quomodo non? vide.

Articulus XVIII.

SEntentiandum nõ est, qualiter qs debeat puniri, *a* antequam appareat per sententiam victus ad condemnandũ. *b* Nec debet per sententiam ostendi, qualiter hæreditatem aut eius possessionem quis debeat probare, nisi priùs fuerit probatio per sententiam adiudicata.

a Alius textus habet: sententia innotescere debet, qua pœna rei puniri debeat, nisi prius super crimine conuincatur.

b Concordat Iure Mun. art. cxxxix.

GLOSSA.

Ex articulo præsenti doctrina datur, quòd non ad omnia ferendariorum quæsita seu interrogata iudex sententiam ferre debet. ordo enim in ferendis sententijs necesse est vt obseruetur, vt textus habet. Vndè si procurator querelam formet: Domine iudex, principalis meus N. querulatur contra B. quòd sibi equum furto vel præda abstulisset, petitq; sententiam decerni contra furem vel prædonem statutam: in isto casu non statim sententia ad interrogata fieri debet; quia si sententia ad quæsita partis actoreæ ferretur, accusatus ad responsionem & defensam venire minimè posset. primùm itaq; probandum & cõmuncendum est, quòd fur vel prædo sit; tandem quæratur, quam pœnam iure demeruerit: vt C de edendo. l. qui accu-

accusare. *c* nulla enim sentētia in communi & generali ferenda est ad interrogata partis: vt ff. de re. iudic. l. si se. §. condemnatum. & C. de accusat. & inscriptionibus. l. singuli. & l. accusationis. Quid si accusatus admittat actori probationem in caussa quæ in mortem cedit, an iudex sequi debeat? *d* R. quòd sic, si & in quantum etiam factum accusatus recognoscat; *e* quia qui coram iudicio recognoscit, pro victo habetur: vt supra li. j. art. vij. & xviij. §. j. C. de error. aduocat. l. fin. & C. de accusatio. & inscript. l. accusatiōis. §. nemo. Si verò accusatus admittat probationem sine recognitione, illam iudex acceptare non debet. probatio etenim iudici fit & nulli alteri, quia ipse est qui sententiam ferre debet: vt C. quando dies legati, vel fidei. comis. l. j. Nec iudex alicui probationi credat, nisi quæ coram iudicio fit: vt ij. q. j. c. Deus omnipotens.

c Sententia in cōmuni & generali ferri non debet.

d Concordat infra articul. xxij.

e Exinde patet, quòd ex sola confessione potest quis damnari, dummodo sit ex proposito & sine tortura, cum tormentis non valet, nisi præcedant verisimilia indicia, & huiusmodi cōfessio nō debet fieri coram solo notario, nec coram iudice in camera, sed coram iudice ad hoc cum caussarū. C. de cust. re. l. ij. secundum Bald. & ff. eod tit. & istē tit. de confessis. vide supra in annot. circa art. xxij. eod. lib. vbi in parte contrariatur huic declarationi.

Nec debet per sententiam ostēdi, &c. In primo paragrapho huius articuli in actiōe criminali intētio legis declaratur: in isto verò paragrapho in ciuili actione propositū elucidatur. si etenim bona alicuius impetātur, ille verò possessionem eorundem alleget, quam & probaturū se offerat; non statim possessiōis probatio sibi adiudicanda est, nisi priùs decernatur eidem probationem debere fieri. Vnde accusatus si possessionē alleget, possessionis caussa priùs dicenda est, & quomodo in possessionē venit res illa, cui actor contradicat si poterit: si verò posthac accusato possessionis priuatio decreta fuerit, interrogabit quomodo id probare debeat; aliàs si id non obseruaretur, sententiæ inæqualiter decernerētur, quod fieri non debet. Textus in se planus est, ex declaratiōe precedentis paragraphi facilè intelligibilis. curare enim maximè iudex debet, vt in similibus casibus simi-

similes ferat sententias: vt Institu. de actio. §. curare. & Instit. de offic. iudic. §. ij. C. de senten. & interlocutionibus omni. iudic. l. præses. & ij. q. vj. c. & qui appellat. §. diffinitiua. & ff. de re iudic. l. à diuo. §. si super rebus.

Articulus XIX.

PAter corā iudicio filium emancipare, id est, separare à se poterit, quantumcumq; paruę res sint, quibus emancipetur: dūmodo per eum fuerint acceptatæ. Domino seruum iam condemnatum excipere licet, [a] si iurare præsumat, quòd ille seruus suus sit innatus, quòdque facti innocens sit: seruus tamen ille absque iure erit & absque honore.

a Concordat Iure Admitt. art. xij. gloss.

GLOSSA.

PATER coram iudicio, &c. Sed quid si pater emancipauit filium, & donauit ei omnia bona sua: post ea verò pater committit maleficium, quod exigit confiscationem bonorum? Dic, quòd si pater post ea diu ea possedit, præsumitur donatio simulata, & fit confiscatio: secus, si non possedit pater, sed filius. Quidam autem dicunt, quòd præsumitur fraus ex generali donatione, sicut ex generali venditione: præsumitur etiam fraus ex vicinitate maleficij. Vnde donatio vel venditio bonorum omniū delinquentis, maleficio subsequuto non valet propter fraudem, ex quo bonorum perditio imminebat: aliàs benè valeret donatio præsenti-

um, non autem præsentium & futurorum simul: de hoc in Spec. tit. de donat. ibid. per Bald. in additi. Formam emancipationis vide in Specu. titu. de natis ex libero ventre ad finem. & in §. præterea per emancipationem. Instit. qui. mod. ius pa potes. sol. pater enim habet filios in sua potestate, & non mater: vt Instit. de pat. potest. §. ius & C. de adoptionibus. l. mulierē. & ideo filius agnationem patris sequitur, & non matris: Instit. de legi. agnat. tut. §. j. & ff. ad munic. l. j. Et hoc etiam scias, quòd idē honor debetur parentibus, etiamsi non habeant filios in potestate: vt ff. qui satisd. l. ij. §. prætor ait. & ff. de in ius vocan. l. parentes. & ff. de obsequi. l. j.

GLOSSA.

In præcedenti articulo habitum est de filio, qui nondum emancipatus est; hîc verò declarare vult secūdùm quem modum, & in quo loco filius emancipari debeat: Articulusq; præsens super certis fundatur legibus, & signanter super §. præterea. Instit. quib. mod. ius patriæ potest. solui. ibidem amplā inuenies ad hunc passum materiā, & antiquam in hoc negocio consuetudinem; tum & postmodum latam obseruationis legem. *b* vbi habetur, quòd emancipatio antea quidem ex antiqua legis obseruatione per imaginarias procedebat venditiones; ita, quòd consensus Imperatoris adueniat, parentesque quodam ficto modo filios vendebant, venditores tandem in contiti eos manumittebant, idque obseruabatur vsq; ad tempora Imperatoris Iustiniani, qui omnes Romanorum leges illuminauit, in luculentamque redegit formam: vt Instit. in proœm. §. omnes. & C. de veter. iur. enuclean. l. Deo auctore. §. cùm itaq;. Iustinianus tandem statuit, quòd quicumque filium suum à sua potestate dimittere vel emancipare voluerit, vt id corā iudice faciat necesse est: *c* vt Instit. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. §. sed emancipatio. & §. nostra. vnde & articulus præsens in eo concordat, cùm dicit: pater coram iudicio filium, &c. & hoc ex eo fit, ne forsan post hac negare quisquam eorum id vellet. id enim quod coram iudicio actum fuerit, negari minimè poterit: vt supra lib. j. art. vij. Ad hanc materiam vide etiam supra libr j. art. xiij. in textu & in gloss. abundè, Specialiter tamen sciendum est. *d* quòd etiam emancipatus patrem enutrire necessariò cogitur, si ad paupertatem deueniat: vt ff. de liberis agnosc. vel alen. l. si quis à liberis. in princ.

b Emancipatio quomodo fieri debet

c Concordat supra libr. 1. artic. xiij.

d Emancipatus patrem necessariò enutrire cogitur.

Dummodo per eum fuerint acceptatæ, &c. Ex isto sequitur, si filius emancipari recuset, pater eo inuito id facere minimè poterit. *e* emantipatio etenim fieri debet cū commodo vnius; nullus enim cōtra velle suum ad aliquid cogi debet: vt C. de pactis. l si quis in cōscribendo, nisi forsan filius sit inobediens vel excessiuus; quia vt sic ex certis causis exhæredari poterit: vt in aute. de trien. & semis. §. frequenter. coll iij. & supra lib. j. art. xvij. glos.

e Emancipatio fieri non potest contra voluntatem alicuius.

Domino seruum iam condemnatum excipere licet, &c. *f* Quæritur, quare seruus condemnatus solo domini sui iuramento liberatur, cùm tamen si decem etiam pro homine libero iam condemnato iurare velint, sententia iam lata nihil proderit: vt supra art. vj. §. vlt. & C sent. rescin. non post. l. impetrata? R. quòd hoc fit ex eo, quia quando homo liber condemnatur ad vitam, est eius damnum proprium. Sed cum seruus sententiatur, est damnum domini sui, & ita absoluit iuramento innocētiam suam, eundemque liberat: in tantūque iuramentum valet, *g* ac si iuraret, quòd

f Rationem vide, cur dominus seruum cōdemnatum iuramento liberat.

g Absurda hæc est glossæ declaratio, hominem iumēto appropriās, homo siquidē etiam seruitis conditionis sit, rationalis tamē creatura est: sed & iura naturali contrariatur, vbi nulla differētia est inter hominem liberū & seruum.

ret, quòd iumentum ſuum vel equus, nullum intulliſſet damnum: vt ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. hac lege. Dominus enim in eo caſu eũdem defendere poteſt: vt C. de accuſationibus & inſcriptionibus. l. ſi cuidam.

Abſque iure erit & abſque honore, &c. Quærere vnus poſſit, cur id fiat, quòd infamis reddatur, an eſt ex parte domini, quòd videlicet iniuſtè iuraſſet? R. quòd non; ſed ex eo infamis redditur ſeruus ille, quia fuit victus & condemnatus: vt ſupra libr. j. art. lxvj. & C. ex qui. cauſſ. infa. irrog. l. ſi furti.

Articulus XX.

FRatres ſororeſúe [a] indiſtinctorum fratrum ſororumúe, in ſucceſſione hæreditaria fratribus vel ſororibus, à patre aut à matre in generatione [b] præferuntur, diſtinctis. Textus vetuſtiores vltra id habent paragraphum ſequẽtem: [c] Indiſtinctorũ fratrum pueri, æquè ſimiles ſunt cum diſtinctis fratribus, in hereditate percipienda.

a Hoc eſt, q̃ ex vtroq; parente fratres, ſororeſúe ſunt

b A contrario ergo nõ ſuccedunt cũ patruis, contra autem ceſſante C. de legib. hæred. & auten. vt fratrũ filij §. hoc. col. ix.

c De ſucceſſionibus vide ſupra lib. 1. ar. xij. & xvij. & Inſtit. de legi. agnat. ſucceſſ. §. nos verò.

GLOSSA.

Fratres ſororeſúe, &c. Ad hoc dicit lex cõmunis: Ceſſante ſucceſſione lineæ deſcendentis, & eius quæ ſola ſit aſcendentis, vocantur primò frater, fratriſque præmortui filij in ſtirpes. *g* Dico autem de fratre eiuſque fratris filijs, qui ex vtroq; parente contingũt eum, de cuius hæreditate agitur, quæ perſonę veniunt etiam cum proximis gradu aſcendentibus, ſi ſuperſint. Et quidẽ prædicti fratris filius præfertur frattibus defuncti, qui ex vno tantum parente cognati erant. Poſt fratres autem ex vtroque parente & eorum filios, admittuntur ex vno latere fratres ſororeſúe cum ipſorum defunctorum filijs in ſtirpem: vt in autent. ceſſante. C. de legit. hæred. & Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. §. cùm filius. & §. fin. & in auten. de hæred. quæ ab inteſtat. §. reliquũ. & §. ſequen. coll. jx. cum. §. fin. *d* Nota, ſecũdùm ius Municipale Scabini Maydeburgenſes pronunciant: Vbicunque diſtinctus & indiſtinctus concurrunt, ſcilicet præmortuæ mediæ ſororis filius, & integri fratris filia, præfertur indiſtinctus: ſi autem vicinior quis eſſet, ſit diſtinctus vel indiſtinctus, ille ſemper præfertur; vt quia mortui medij fratris filius propior eſt quàm integræ ſororis pueri puer; id tamen ſeruatur iure Prouinciali, nõ Municipali.

d Regula ſta, quòd videlicet medij fratres in aliud deſcendant membrum, non intelligitur vltrius, niſi inter integrũ & medium fratrẽ qa quæprimi medij fratris filius concurrit cũ integri fratris filij filius: ſtatim medij fratris filius propior erit ad hæreditandũ, quàm integri fratris filij filius: & hoc eſt quod dicitur hic in gloſſa. Si autẽ vicinior, &c. poſtmodũ verò ſubiungit exẽplum: vt quia moreni fratris filius, &c.

GLOSSA.

Dixerat ſiquidem ſuperiùs de diuiſionibus & ſeparatiõibus, quæ voluntariè eueniunt, vt inter patrem & filium, cùm videlicet pater filiũ emancipat: is articulus determinat de ſeparationibus & diuiſionibus, quæ natura ipſa facit inter fratres vel ſorores, cùm dicit: fratres, ſororeſúe, &c. Concordat ad id ſupra articulus tertius, lib. j. cùm dicitur: indiſtinctorum fratrum filij &c. *e* Ratio autem iſtius eſt, quia indiſtincti propinquiores ſunt in gradu quàm diſtincti: vt etiam ſupra habitum eſt lib. j. art. xvij. & Inſtit. de legit. agna. ſucce. §. nos verò. Tùm etiam quia indiſtinctus duplex ius habet ad ſuccedendum, diſtinctus verò non niſi vnum: ſed qui duplex ius habet ad aliquid, maiori iure tollit illud, quàm ille qui ſimplex ius habuerit: vt Inſtit. de

e Rationem vide quare indiſtincti præferuntur diſtinctis.

adoptionibus. §. si verò. C. de edicto diui Adriani tollendo. l. fin. §. fin.

Indistinctorum fratrum pueri, &c. In primo paragrapho dixerat de successione indistincti fratris, quòd videlicet propinquior est in succedendo quàm medius frater: de quo etiam habetur in auten. de consanguineis & vterinis. §. quia igitur. coll. vj: is patagraphus determinat de pueris indistinctorum fratrũ, quòd æquè propinqui sunt intollenda hæreditate patruorum, sicut medius frater, vt in exemplo: me mortuo mei indistincti seu integri fratris pueri, & distinctus seu medius frater, æquales erunt in accipienda hæreditate mea. & hoc est, quòd supra lib. j. art iij. dictum est, quod fratres distincti cum fratribus indistinctis non sunt in eodẽ membro, sed transeunt in gradum remotiorem: vt etiam habetur in auten. de hæred. ab intestat. venientibus. §. si autem. coll. jx.

Pro intellectu textus articuli prę sentis *f* nota, quòd hæreditatem per me derelictam, proximius & maiori iure hæreditat pater, quàm integer frater. Item, integer frater propior est quàm medius frater ex parte patris mei, vel matris meæ. Item, integri fratris pueri & medius frater, æquales sunt in hæreditando. Item, patruelis meus seu mei fratris indistincti filius, proximior est quàm medij fratris filius: vt in auten. de consanguin. & vterin. fratribus. §. quia igitur. col. vj. & in autent. de hæred. ab intestat. venientibus. §. consequens. §. reliquum. & §. si autem. coll. jx.

f Successionis regulam vide.

a Textus vetustiores ita legunt: plenam recompensam & satisfactionem recipere debet quilibet homo, licet careat usu alicuius membri, quod coram iudicio non vsq̃dit, nec tutorem in duello acquisiuit, nec solutionẽ pro membro susceperit.

Articulus XXI.

PLenum Verigeldum [a] & plenam emendã habet quilibet homo, licèt in aliquo membro defectum patiatur: dummodo illum defectum iudicialiter non publicauit, & exinde tutorem in iudicio, id est, protectorem in duello non acquisiuit, vel ei actus non sit sententiando ꝑsolutus. Censitus quicumque sit, sua relinquit in fundo censuali ædificia suis hæredibus; nisi forte militaris sit, qui huiusmodi ædificia vxori in dotẽ dederit. (Textus vetustiores vltra id, hoc ꝙ sequitur, addunt:) Si aute absque herede vacauerint ædificia, nec sunt in dotẽ collata: dominus feudi potest ea in vsus conuertere suos vnà cũ censu. [b] Mulier si habeat dotalitium, id est, vitæ prouisionem in feudo vel proprietate: ædificia in ea ab ipsa derelicta cedere nõ eius hæredibus, sed cui dotalitiũ cedit, videntur. [c] Et sicut proprietario aut infeudato, sine domini sui voluntate, ædificia meliorari vel peiorari cõceditur: sic mulieri in suo dotalitio concessum est. [d] Pater si habeat filium seu hæredem in feudo, qui non sit hæres in iure prouinciali: illi potiori iure ædificia in

b Alij textus ita legunt: si mulier vitæ prouisionem habeat in ꝓprietate vel in feudo, & ibidem etiam ædificia sint post mortem eius derelicta: ipsa non poterit suis hæredibus ædificia delegare, sed post mortẽ eius cedunt fundo, seu illi, cui bona huiusmodi vacant.

c Nota, quòd vsufructuarius non tenetur ad refectionẽ domus & ædificiorũ: vt ff. de vsufructu, & quemadmodũ quis vtat vel vtatur fruct. legatorum l. sequẽt.

d Vide ad hunc passum Iure Munic. art. xcv. glos.

feu-

ctum

feudo collata debentur, quàm hęredi iure prouinciali. Conferat si dominus alicui feudum (alij habēt: fundum,) indistinctè, ædificia fundi eius erunt: nisi à domino nominatim excipiantur in conferēdo.

GLOSSA.

Sensus paragraphi primi articuli præsentis, quòd verigeldus æquè persoluitur mutilato, itidem & emēda: si forsan post mutilationem vulneretur, vel alia affectus sit iniuria, ac si etiā sano existenti id cōtigisset, cū conditionibus tamen, vt textus habet. Ratio, verigeldus etenim soluitur propter dolorē & iniuriam, quam quis ex negligētia & improuisiōe alteri infert, sed æquè dolor infertur, mutilatio ex vulnere vel iniuria; ergo iustè eundē habet verigeldum. vbi enim est eadē ratio, ibi & eadem iuris dispositio: vt Inst. qui. mo. ius patr. potes. sol. §. pari. & ff. de verb. oblig. l. à Titio. & Instit. quòd cum eo qui in alie. pot. negot. gest. esse dicitur. §. istas. & ff. de edend. l. quædam. §. nummularios. & ff. ad leg. Aquil. l. illud. Secunda ratio, quia emēda præstatur ratione honoris & ad recognoscendum, quòd is qui emendam soluit, iniustè egit contra illum cui soluitur: exquo itaq; mutilatus æquè grauitatem sustinet ex iniuria illata sicuti sanus: ergo etiam per simile verigeldo & emenda honoratur & condonatur: vt ff. de iniur. l. illud. & Instit. ad leg. Aquil. §. his autem verbis. & §. illud.

Et exinde tutorem in iudicio non acquisiuit, &c. In proposito tutor pro pugile accipitur, quem mutilatus acquirit in duello: vt supra lib. j. art. xlviij.

Quæritur, si tutorem vt sic acquisierit, an sine verigeldo erit nec ne? R. quòd sic in mēbro illo propter cuius defectū se pugnare non potuisse declarauit. præsumitur enim illud sibi antehac persolutum fuisse, & ratione istius pugnare solus recusauit. Si verò vulneretur in membro eodem, emendare illud oportet, vt supra eod. lib. art. xvj. habitum est: & hoc est quod textus habet, & exinde tutorem in iudicio, hoc est, defensorem in duello non acquisiuit, vel ei actus sententiando non sit persolutus. In contrarium licèt istius videtur esse quædam certæ leges, vt Instit. de iniurijs. §. pœna. vbi dicitur: quòd iniuria ex vulnere alicui illata, datur arbitrio iudicis taxandi vulnus illud? R. tamen id verum esse secundùm leges, non autem iure nostro, vbi vniuscuiusque rei verigeldus est determinatus.

Censitus quicumq; sit, &c. Hic declarare incipit, quomodo ædificia apud ciuitates vel villas permanere debent, & quia ædificia villarum hæreditates esse videntur, immò sunt, quia hæreditant in hæredes quicumque sint, siue pertinēat ad bona censualia, siue non.

Nisi fortè militaris sit, &c. *e* Quęritur, an militaris homo censualis esse possit? Quidam dicunt, quòd sic: multi enim militaris ordinis in bonis residēt emphyteoricis seu censualibus. R. tamen, quòd de iure miles super bonis censualibus residere non debet. Vnde pro intellectu istius *f* sciendū venit, quòd bona cēsualia sunt duplicia: Quædā bona habent in se censum quēdam, eademq; possessor forsan habet in feudum; & vt sic milites bona cēsualia habere possunt, datoq; quòd feudum sit: ædificia tamen hæreditant in eorum prouinciales hæredes. hoc præcustodito, quòd fundus feudum non sit, *g* quia omnia ædificia cedunt fundo: vt Iustit. de re. diuis. §. cùm in suo. Secundò

e Militares an censuales esse possint? concordat infrà lib. iij. ar. lxxvi. et lxxx. ex gloss.

f Bona censualia duplicia.

g Ædificia cedunt fundo.

Quæ-

cundò bona cēsualia sunt, ex quibus alteri census soluitur, & ista militares de iure tenere nō debēt. Vnde circa id nota: si ædificia huiusmodi censualis vxori dare velit, dominus censualis illud prohibere poterit, ne ædificia destruerentur & exportarētur: vt supra lib. j. art. xx. quia exinde census desolaretur, censualis verò ditaretur cum iactura aliena, quod fieri minimè potest: vt ff. de conditiōe indebiti. l. naturaliter. & l. vlt. ff. de reg. iur. l. iure. & C. pro empt. l. eum qui. Quòd autē milites bona huiusmodi habere non possunt, habetur in auten. vt neque miles, neque fœde. §. cùm domini Dei. col. viij. vbi dicitur: quòd bona per milites possessa, infeudata esse oportet, aliàs perderent clypeum militarem.

b Nota, quòd iure feud. potest hæreditari bonorū possessio in filiū: iure verò prouinciali hæreditatur æquè in filiam sicut in filium: sed in mobilibus diuidendis etiam filiæ succedunt iure feud. hoc idē habetur lib. ij. art. lviij. Feudū tamen pater conferre vni filiorum potest ante omnē diuisionem: feud. c. vi. Notandū præterea: ex quo quidem nullū feudum in filias cedit, si contingat, q pueri habeant castrum, quod ad ius feudale pertineat, vel alia bona, & pueri inuicem se obligent, q sorores nec filiæ sortem in his habeāt, in idq; sorores & filiæ consentiunt, filiq; seu pueri moriantur sine hæde feudali, relinquentes patruos: an patruus maiori iure ad illa bona pertineat iuxta contra-

Mulier si habeat dotalitium, &c. hoc dicitur propter id: si forsan hæredes mulieris dicere velint, ædificia ista loco dotis mulieri esse data, mulierque ædificia huiusmodi apportata hîc ea locauerat; & ita loco hæreditatis eis iustò cedere: vt infrà lib. iij. arti. xxxviij. & ex eo fundamento destruere & auferre illa vellent, quòd fieri non debet. Verùm ædificia illa in fundo manebunt, dato quòd per mulierem meliorata sint, quod & exēplo in textu probatur. sicut enim dominus fundi accipere ædificia derelicta cogitur, qualiacumque sint, etiam peiorata; ita à contrario, si meliorata fuerint, tollet. quia qui sentit damna, sentiat & commoda: vt ff. de reg. iur. l. secundū. & Instit. de legit. patro. tutel. & itē ff. de contrahen. empti. in plerisque legibus.

b Pater si habeat filium, &c. Dixerat siquidem in præcedentibus paragraphis de obseruatione, quæ fit in ædificijs inter dominum & censualem, inter hæredes mulieris, & illū cui post mortē cedit vitæ prouisio: hîc in paragrapho isto differen-

ferētiam quandā tangit iuris prouincialis & feudalis. [i] hæres enim iure prouinciali etiam filia esse potest: iure verò feudali non, nisi filius. Et quia iure communi ædificia ad hæreditatem pertinēt; quare limitat & conditionem ponit in textu, si & in quantum in feudo ædificia sint, &c. conditio enim ius limitat omne: vt ff. de regul. iur. l. in toto.

Conferat si dominus alicui feudum, &c. Hoc fit propter id, ne villæ desolarentur: vt Instit. de re. diuisi. §. cū in suo. §. appellatione.

ctū? Respō. ommissis in contrariū opinionibus: si contractus fuit, & probari potest per vasallos, quòd filiæ vel sorores renunciarunt bonis illis, Vasalli tamen esse debent domini illius, qui bona huiusmodi confert: cūe ad patruos maiori iure cedet. sed si probare non poterit: extunc filiæ succedunt Jur. feud. c. vi

i Jure prouincialis etiā filia hæres est: iure verò feudali non nisi filius: cōcordat Jure Mun. ar. xxv. & xxvi. ibiff.

Articulus XXII.

QVidquid contra iudicem quis est probaturus, in ea probatione iudicis testimonio nō indigebit, si actio seu inculpatio non excedat mulctā seu pœnam simplicem, sed hoc cum duobus sententiā inuenire solitis probabit. [a] Si verò altius actio proposita extēdatur: præfectus seu scultetus, aut p̄co, ad testificandum loco iudicis apponetur, vel ipse iudex solus. Qui suam intentionē seu testimoniū per scultetū aut præconē, aut cum scabinis impleuerit: iudex propter veritatem ipsorum testimonij facti [b] testis efficitur, licēt factum priùs ignorabat. Neget autem iudex se esse testem fraudulenter, hoc est, si

a Alij textu habent: si verò debitum vlterius se extēdat, &c.

b Concordat infrà libr. iij. art. xxv. Jur. Munic. artic. xxxij. clariùs verò art. ij.

est, si testificari noluerit temerariè & fraudulēter, nihilominus probans suam adimpleuit intentionem. c Monachetur etiā quis adultus, licèt coram iudicio id factum non sit, hoc tamen contra ipsum probabitur, sicut in primo libro artic. xxv. §. clericus diuidet. exaratum est. Vbi cum septē testibus debet quid probari, pro eo testimonio xxj. sunt interrogandi. d Si idem aduersus quem testimoniū producitur, in testem nominatur: e ipse de iure sub sacramento suo debet sibi in his notis dicere veritatem. f Impleatur autē proponentis probatio per eundem, vlteriùs contra eum non indigebit probatione: sed confessus iudici mulctam dabit, & proponenti emendam, sicut emendare debuisset, si in probatione defeciisset; ex eo, quia contra iustitiam & suam conscientiam cum compulit ad probandum.

c *Vide supra lib. i. ar. xxv.*

d *Textus veteriores habent: obligatus ad probādum, si testimonium deferat solo actori, actor qui eum ad probationē compulit, per sacramentum testimoniū ferre oportet: concordat supra lib. i. art. vi. Iure Mu. art. xvij.*

e *Ex isto §. colligitur, quòd delato alicui iuramento, is cui defertur, referre illud eidem viceuersa eidem minimè poterit per l. Marcellus. ff. de acts. rerum amo. in fin. vbi dicitur: Si qs delatum sibi iuramētum referre velit, nō videtur prætor permisisse, & itē duabus l. sequentibus. Vide etiā ad id l. xij. ff. de iureiuran. in prine. & supra circa art. vi. lib. i. in annotat. & itē infrà lib. iij. ar. xi. glos. 3 sta-*

mē qui huius-

GLOSSA.

Vbi cum septem testibus, &c. Hic vult secundùm gloss. quòd producens potest simul tot nominare, & sic in vna productione vtitur quasi tribus dilationibus. Si tamē pauciores ciores, vel solùm septem à principio nominet, sibi præiudicat: & ex post non potest plures inducere, quia suspecti essent de subordinatione, si primi in testificando deficerent; quia testes hoc modo iure deponūt publicè in præsentia partium. secus autem secundùm ius commune.

modi defert iuramentum. si sibi non creditur, tenebitur iurare, quòd non animo calumniandi huiusmodi iuramentum sibi defert: vt in dicta l. Marcellus clarè habetur.

Sicut emendare debuisset, &c. Ex ista litera habent scabini Maydeburg. istud, quòd omnem actionem cum testibus propositam sequitur emenda & mulcta ex parte succumbentis, prout sæpè rescripserunt in iure.

f *Alij textus habēt: ille autem si proprio confitētis fuerit testimonio, vlterius cōtra eum non indiget probatiōe.*

GLOSSA.

Superiùs lib. j. ar. vij. & ar. viij. declaratū est, quòd ad obiecta Saxo negatiua iuramēto superappositō liberatur, excepto eo, quod corā iudicio actū sit; quia vt sic index eum conuincet in aliquibus casibus metseptimus, in aliquibus mettertius: hoc idem etiam meminit supra lib. j. art. xviij. Dicere quis posset: quòd secundùm ius istud iudices omnes inconuincibiles esse viderentur, ipsi verò alios conuincere possent. Pro exsolutione huius dubietatis g nota, quòd iudices triplices sunt: Veri iudices qui vexillo feudi infeudantur, qui & iurisdictionem habent iudiciumque; vt sunt Principes & liberi domini. Secundò sunt, quos isti primi vlteriùs infeudant cū iure suo in prouincia; vt sunt Comites sculteti. Tertij sunt commissarij, qui substituuntur à Principibus. Ius etiam triplex est: spirituale, sæculare & feudale. h Iudex vlteriùs infeudatus conuinci testimonio potest in duobus: Primò, si ius ab eo expetitur, ille verò recusat; & tunc in ciuilibus cautis cōuincitur mettertius, vt hic in textu. in criminalibus verò metseptimus, quia sibi pro vita cedit: vt eod. lib. art. xiij. Nequaquam enim iudex omitte-

g *Iudices triplices sunt: cōcordat supra lib. i. arti. xv. Iur. Mun. ar. xvi. xvij. & xlv. glos. feud. c. xi. & lxi. vbi habetur: 3 iudices triplices sunt, ex electione, infeudatione, & commissione: ibidem plura vide.*

h *Concordat Iure Mu. art. xvij. glos.*

re debet, vt malefactorem non iudicet, misericordia forsan ductus. ius etenim maiorem complecti-tur misericordiam, quàm iudex ipse: vt in auten. de iudic. §. oportet. coll. vj. ff. de recept. qui arbit. l. Celsus. Secundò testari contra iudicem potest id, quod corã iudicio actum sit, si negare vellet: vt in auten. vt nulli iudi. liceat haber. §. & hoc. coll. ix. & ff. ad senatusconsul. Trebel. l. iij. & C. senten. rescind. non poss. l. neque. & id obseruatur de iure seculari. Iudex commissarius testimonio etiã conuinci potest, si magis inclinatus fuit vni parti quàm alteri, vt subiectus respectu domini: vt xxij. q. v. c. de forma. & extra. vt lite non contest. c. accedens. Vel si vnius domini sint. v. q. iij. c. accusatores. Vel si vnius familia fuerit: vt ff. de iurisdi. omn. iudic. l. qui. Vel si inimicus sit: vt iij. q. v. c. vlti. & id seruatur de iure spirituali. Pro tertio iudex feudalis contestari etiam & cõuinci testimonio potest iure feudali cũ vasallis domini: vt in vsibus feud. coll. x. & id iure feudali tenetur.

Si verò altiùs actio proposita, &c. Quærere vnus possit: quomodo iste scultetum aut præconem in testem acquiret, ex quoquidẽ quãdo iudicium iudicum vlteriùs in feudatorum, vel magistrorum villæ, qui & Gograuij dicuntur, exercetur, ibi raro scultetus fit. Præco etiam, dato quòd præsens sit, forsan propter metum testificari non audet, aut circa factum non fuit, sed suus prædecessor? R. tamen, si huiusmodi querelę fiunt, actorque prout iuris est probauerit; extunc scultetus vel præco testis illius necessariò erit, & creditur sibi: vt infrà libr. iij. art. xxv. §. j. Sic etiam iudex in legibus credere cogitur illi, qui super suis expensis iurauerit: vt in auten. de iudic. §. oportet coll. vj. & ff. de recep. qui. l. Celsus.

Iudex propter veritatem ipsorum testis efficitur, &c. In contrarium istius sunt leges & canones, qui dicunt: quòd testis nullus esse potest, nisi illud quod testificatur viderit, vel audiuerit: vt extra de testi. c. præterea. & c. licet ex quadam. Exquo itaque is non aliud testificari potest, nisi de auditu, quòd videlicet causam huiusmodi coram se recitari audiuit. vt. quòd in capitulis allegatis loquitur de rebus quæ videri possunt, sicut, si vnus interemptus sit, vel huic simile. Vel dic: quòd ibi loquitur, quòd nullum testimonium fieri potest, prout ex relatu didicit, sed quæ solus certitudinaliter scit.

i Vel dic: quòd ibi nõ vult intelligere, quòd visus & auditus vtrumquè necessarium sit ad testimonium, sed distinctiuè vnum eorũ sufficit. k hîc verò textus intelligi debet, quòd videlicet iudex testis erit horum, quæ coram ipso insinuabuntur. facilius enim insinuatio seu narratio testificatur, quàm negocium ipsum; quia iste qui narrat, potest postmodum excusare sese: vt in auten. vt differen. iudic. audi. §. si tamen. & §. propterea. coll. ix. Vnde iudex si protunc præsens non fit, vt supra lib. j. art. lxx. recognitionem dare tenebitur, quidquid scabini coram ipso testificantes recognouerint.

Neget autem iudex se esse testem, &c. Ad hanc materiam vide C. in constitutione græca de testi. l. vltima.

Monachetur etiam quis, &c. Auctor priuilegij intentionem cõtinuando suam, paragraphum præsentem ponit, quòd nõnulla etiam extra iudiciũ acta, testimonio conuinci possunt, exemplificando de monacho. Ratio autẽ, quòd monachus ad diuisionem non admittitur, supra lib. j. art. xxv. expressè habetur; quia est mortuus mundo: vt in auten. de sanctis. Episco. §. si verò. coll. ix. & xx. q. iij. c. j. Vnde notanter in textu dicitur adultus;

i Vide supra lib. eod. artic. vi. gloss.

k Hucusque non satisfacit canonibus in contrariũ adductis: in amplioremhuius sententiam vide infra lib. iij. art. xxv. & item Iure Municip. art. xxxvi. & ibi Labetur: quòd iudex in sto. testificabit narrata scabinorũ vel sententiã, qui viderunt vel audierunt, idq; ex officio recipitur. sciũt. plura enim ex officio admittuntur, quæ alias priuato denegantur.

dultus; quia si puer monasterium intruderetur, non per id iuri nocebit suo: vt supra lib. j. art. xxv. & xx. q. ij. c. si qualibet. testificariq; istum vt sic religionem suscepisse oportet, vt in art. allegato expressum est, cum septem viris in generatione æqualibus, quia tangit feudum; quare sui æquales in generatione ad testificandum esse tenentur: vt feud. c. ij. & item in vsib. feud. coll. x.

Vbi cum septem testibus probari debet, pro eo testimonio xxj. sunt interrogandi, &c. Intellige, qui in iure illo sunt possessionati. vnde maxima circa huiusmodi testes debet esse aduertentia: si testes huiusmodi suspecti non sint, iure priuati, proscripti, aut excommunicati; quia alias de facili reijcientur: vt supra libro j. art. xxxviij. & xl. & libr. iij. artī. xvj. iur. feud. c. xiij. ibidem super interrogatorijs testium plura vide. vnde & textus intelligi debet, quòd testibus aliquis probare quidquam volens, *l* testes huiusmodi nominare eū oportet, quos iudex ipse cogere potest ad edisserendum veritatem, ab eisdemque, vt textus habet, (vbi dicitur, sunt interrogandi) perquirere, & interrogare de hora, loco, tempore, si ex auditu, vel visu, negocium ei notum sit, & alia plura, quæ longum enumerare esset; nam & res sunt finitæ, nomina verò infinita: vt ff. de præscrip. verb. l. natura.

l De testium interrogatorijs vide.

Si idem aduersus quem testimonium producitur, &c. Intellige, si aliquid patrasti, recognoscereque nolles propter rebellionē, admittereque te testibus conuinci, homines cogere volens ad iuramentum contra te: actor potest testificari teipso, dicendo quòd negocium istud melius tibi notū est, vt sic recognoscere vel negare sub iuramento te oportebit. Si recognoscis, omne perit testimonium, vt textus habet. Ex isto sequitur, quòd qui alterū cōuincere testibus vult: ipse solus super eo interrogatus, sub iuramēto veritatem recognoscere tenetur; & huiusmodi casus in legibus positiones nuncupantur: *m* vt extra de fide instrumentorum c. cùm Ioannes. & in eo casu is, contra quem testimonium producitur, & sibiipsi defertur, in instanti respondere potest, vel ad deliberandum accipere si vult. Secundùm canones verò, vtsic pro veritate publicanda interrogatus, iurare cogitur: vt C. de iur. deliberan. l. si curatores. & ff. de iureiur. l. iusiurandum. & ff. de interdict. action. l. interdictorum.

m Item positio facienda est peraurame tum credulitatis: gloss. in l. 1. in fin. C. de confessis.

Contra eum non indigebit probatione, &c. *n* Qui enim confessus est, pro victo habetur: C. de accusat. & inscript. l. accusationis. §. nemo. & C. de probationibus. l. frustra.

n Confessus pro victo habetur: Concordat supra lib. ij. art. xviij.

Sed confessus iudici mulctā, &c. Præceptum enim iudicis & legem transgressus est, ex quo proximo nocere voluit: vt Instit. de iusti. & iur. §. iuris præcepta.

Et proponenti emendam, &c. vt Instit. de pœna temerè litigantiū. §. hæc autem. & in auten. de exhiben. & introduc. reis. §. plurimi. coll. v. & in auten. de iudic. §. oportet. coll. vj.

Articulus XXIII.

QVamdiu vir vxore carere non poterit aut noluerit, *a* legitimam ei accipere licitum est vxorem, licet ei tres vel plures moriantur: & ècōuerso, mulier legitimos successiuè accipit plures viros, & tam cum vltimo, quàm cum primo liberos

a Concordat canon c. quòd si dormierit. xxxv. q. 2. vbi dicitur: quòd dominus septima matrimonia non damnat.

potest procreare, [b] & eos in bonis parentum, & in iure succedere nemini dubium existit. [c]

Textus vetustiores habent: & ipsos haeredes reluxere in iure vel hereditate

GLOSSA.

Lex xij. tabularum matrimoniū cōmendare etiā videtur, propter fortè cōservationē humanæ speciei, & sensa mysteria Reipub. oppositum etenim illius, putat celibatū, vetare in hac verba: Cælibes esse prohibento. Vnde Camillus & Postumius censores æra cænæ nomine, eos qui ad senectutem cælibes pervenerant, in æarium deferre insserunt. Cumq; aliquem constitutionē incensarent, à censoribus responsum est: Naturā sicut nascendi, ita gignendi legem præscribere, & parentes nutriendorum nepotū debito allegasse. Vnde Plato vxorem à trigesimo anno vsq; ad quintum & trigesimum esse ducendam statuit: quod si aliquis non faceret, cum pecunia & probro multandum existimauit: secus tamē suadet lex nostra Christiana, tu sequaris id quod melius est.

Articulus præsens de statu matrimonij disponit, qui & primus est omnium ordinum mundi, præstatque immortalitatem omnibus hominibus. Adā enim viuere in progenie sua dicitur: vt in autent. de nup. §. j. coll. iiij. Vnde matrimonium ex tribus potissimum commendatur: [d] Primò, quia est antiquius omniū ordinum. exordium etenim à Principe naturæ habet, & inter primos homines constitutum. Est item sanctum, ratione auctoritatis & statuti Dei, à Deo etenim ordo ille constitutus est. Illud autem quòd à Deo statutum est, perfectum habetur: homines siquidem constitutionesq; humanæ immutari poterunt, ordo verò iste immutabiliter manet. Est etiā sanctior propter intraneas virtutes; in illo etenim occlusi manēt omnium ordinū effectus. Sed & tres theologicales virtutes in se cōplectitur, in eo enim est fides; quòd si vnus ex eis fidem nō seruat, perfectio matrimonij destruitur: vt xxviij. q. j. c. j. inest etiam spes vera, qua etenim deceaussa homo procrearet & educaret pueros, nisi speraret ad honorem & obsequiū Dei id fieri, vt exinde æternam cōsequatur vitam: vt xxvij. q. j. c. nuptiarum. Est praterea charitas in Christo, quando statum matrimonij seruat præcisè propter Christum, & vxorē diligit sicut seipsum in Christo: vt xxvij. q. j. c. nuptiarum. Nec matrimoniū dicitur esse virginitatis amissio, sed est consensus voluntatis: vt xxvij. q. ij. c. coniunx. Ratione etiam ordinis istius spiritualis gloriosissima virgo Maria mater Dei facta, non ratione copulationis matrimonij, sed virtutis diuinæ id ordinantis: de hoc vide xxvij. q. ij. c. omne. In isto ordine est etiam vera paupertas, quia is nihil retinet, qui seipsū alteri tribuit; quomodo enim illi proprij aliquid habere possunt, quorū corpora indiuisa manēt? vt exponitur per doctores super illo passu Euāgelij: Ecce nos relinquimus omnia. & item: Et erunt duo in carne vna. Est etiā ibi vera obedientia; præcepit enim Deus Euā esse sub potestate viri. Ordo præterea iste est vtilior omnibus; quia si ordo matrimonij nō esset, alij ordines cessarent. est enim cōstitutus ante omnes ordines, & est perfectus in seipso; alij verò ex ipso dependent. Hoc expressit omnipotēs Deus in primi hominis plasmatiōe cùm nō alium ordinem religiosorum, sed duntaxat matrimonij statuit: vt habetur Genes. j. In hoc ordine includi debent omnes homines ad Deum pertinentes, vel corporaliter, vel similitudinariè. matrimonium etenim designat castum amorem, quē Deus pater habet erga sponsam suam Ecclesiam Christianam. Designat etiam filij Dei vnitatem cū humanitate. Denotat præterea gratiā Spiritus sancti ad electas animas.

d Matrimonij laudes vide, quodq; ex tribus potissimum commēdatur.

Legitimam ei licitum est accipere vxorem, &c. [e] Notandum circa id, quòd quinq; genera hominū contrahere nō possunt: Primi, qui castitatem vouerunt, & hoc dupliciter, secundùm quod votum seu promissum duplex est: Simplex videlicet & solenne. Primi, vt qui propter votum benedictionem ab Episcopo accipiunt; & istud nō dirimit matrimonium. Alij, qui monasterium intrant; & istud impedit matrimonium: vt xxvij. distin. c. vlt. Secundò, quando vnus alteri fidem dat, & hoc dupliciter, vel per verba de futuro simpliciter: vt xxvij. q. ij. c. non est. & istud non impe-

e Quinque genera hominum cōtrahere non possunt.

impedit matrimonium cõsummatum. Vel est arra desuper data, & sic tenet: vt xxvij. q. ij. c. non. *f* Vel fit per verba de præsenti, & istud dirimit omne matrimonium: vt extra de sponsalib. per totum. Tertiò contrahere nõ potest cum illa, quæ tuo consanguineo despõsata fuit; & hoc si ipse vel illa septẽnium excedebant: vt extra de spõsalib. impub. c. literas. & c. accessit. Item, infidelẽ superducere nõ potest: vt xxij. q. v. c. caue. & c. si quis. Quartò, compatrem tuum vel commatrem vxoris, qui post factum matrimonium compater fit, superducere minimè potes: vt xxx. q. iij. c. j. Item, nec illam cum qua manifestè adulteratus es: vt supra libr. j. artic. xxxvij. & hoc, si tempore prioris mariti sibi fidem dederas. Vel in mortem quis eorum machinatus est, vel consensit: vt xxxj. q. j. c. relatum. & extra de eo qui duxit in ma. c. significauit. & eod. tit. c. cum haberet. Quintò, tuæ vxoris consanguineam superducere minimè licet: vt xxxv. q. j. c. cũ igitur. & ea. q. iij. c. coniunction. & extra de consangui. & affin. c. non debet.

f Ad hanc materiam de matrimonio vide abundè lib. i. artic. ij. xxi. xxxvij. xlij.

g Coniugati quomodo in actu matrimonij sese gerere debeant?

Notandum circa id, *g* quòd actus matrimonij quolibet tempore sine peccato fieri potest; & hoc si est proposito prolis: vt xxxiij. q. iiij. c. vir cum propria. Vel proposito libidinis refrenandæ, ut adulterij euitandi. Prima causa fuit in statu innocentiæ, secunda in statu culpæ, cùm Adam mãdatũ Dei transgressus est: vt xxxij. q. ij. c. sicut non omnis. §. his ita respondetur. & in alijs canonum locis inuenitur.

a Alij textus addũt: ex parte iudicis, vel iudicij.

b Concordat supra lib i. ar. lxx. infra eo. libr. art. lxx. libr. ij. artic. lxxxij. Jure Muni. artic. xxix. artic. cxxxix. & cxl. copiosè in gloss.

Articulus XXIIII.

NEmo eijci debet à sua possessione, a licèt malè possideat; b nisi bonorum possessio in ipsius præsentia ex iusta actione auferatur, vel in suis legitimis terminis citatus nõ compareat. Vnusquisque potest sua iusta bona etiam iure amittere seu alienare, c si ab eo obligẽtur, vendantur, resignentur, vel si à feudi domino inuestitura per anni circulum non petatur, d aut si fuerint iure prouinciali aut feudali abiudicatæ, vel qualitercumque, non coactus, ea iure desinat possidere. Vnde ob hoc non licet aliquem à possessiõe eijcere sua, nisi iustè ad iudicium citatus, & per sententiam à possessione eiectus sit.

c Concorda Jure Munic. art. xx. gloss.

d Textus vetustiores addunt: aut si censũ aut seruitium domino debitum nõ persoluerit infrà annum.

GLOSSA.

NEmo eijci debet à sua possessione &c. Vnde dicit lex: rectè possidenti ad defendendam possessionem, &c. vt in l. j. C. vnde vi. Prædo enim secundùm rigorem iuris non est spoliandus, & debet restitui: vt l. j. §. qui à me. ff. de vi. & vi armat. & in c. in literis. de restit. spol.

Vel in suis legitimis citatus terminis, &c. Et sufficit quòd iudex infeudatus, vel eius nuncius iuratus, hoc recognoscat: et si nõ est iuratus, satis est, quòd postea iuret, se debitè citasse iudicis mandato, secundùm Bartold. Quid autem si de iure communi denuncio? vide in Specul. de citat. §. nunc de temporum. ver. sed nunquam credetur.

e Iure communi possessio multis amittitur modis.

Vnusquisq; potest sua iusta bona, &c. Nota per istos actus hic expressos, hoc iure Municipali amittitur possessio; e & secundùm leges communes amittitur inundatiõe, si res est immobilis, & idem si mobilis, & demergatur in mari, vel in flumine: ff. de bon. auct. iudic. possid. l. cum vnus. §. vltimo. & l. qui vniuersas. §. item quod. ff. de acquiren. possess. Item, si mortuum intulero caussa perpetuæ sepulturæ, quia locus efficitur religiosus, quem possidere non licet. Idem est, si vicinus meus ex secundo decreto in possessionem domus meæ fuerit positus, me de damno infecto nolente cauere. Item, si in alterius potestatem perueniam: vt in dict. leg. quæ vniuersas. §. j. ij. & iij. Item amittitur longo tempore: vt ff. de vsucap. l. furtum. §. fundi. Et in amissione possessionis rei mobilis & immobilis est differentia. nam rei mobilis possessionem amittimus, si subrepta fuerit etiam ignoranter: vt ff. de acquir. vel amitten. possess. l. rem. Sed immobilis, si deiectus vel suspicatus fuero, me posse repelli: ff. eod. l. si id quod. §. vlt. Ferarum autẽ & bestiarum possessionẽ amittimus, quàm citò in naturalem libertatẽ se receperint. Si autem inclusæ erunt, à nobis possidentur. ff. eod. l. possideri. §. itẽ feras. Fallit hoc, quia gallinæ vbicumque euolauerint & alia animalia mansueta, nostra remanẽt, & qui ea retinet furtum cõmittit: Instit. de re. diuis. §. pauonum. & §. ceruos. & §. in his. & §. gallinarũ. Item amittitur possessio corpore & animo, vel etiam animo solo, sed solo corpore non amittitur: ff. eod. l. j. & l. si quis. & l. possideri. §. in amittenda. Et sic si incipias ab animo sufficit: sed si à corpore, vtrumque exigitur simile. C. de iure deliber. l. potuit. Instit. de iur. natur. §. penul. & C. de inoffici. donat. l. si totas. vide etiam infrà eod. li. circa art. xliiii.

Vendantur, &c. Nemo enim potest pacisci, vt non liceat sibi vti rebus suis. C. de contrahen. emption. l. dudum.

Aut resignẽtur, &c. Vnde dicitur in lib. feud. Poterit etenim vasallus sine domini voluntate feudum refutare, & post refutationẽ ad seruiendum non tenetur, sed eũ quidem tunc offendere nõ debet: vt de vasallo qui cõtra constitutionem Lotharij beneficium alienauit. c. si vasallus in fine. vide de alien. feud. paterni. in textu, & per Bald. Potest autem quis renunciare iuri suo scripto, temporali, corporali, & incorporali: vt not. in sum. Hostien. de renunc. in §. quæ possunt. dummodo sit is ad quem pertinet: vt de regulari. c. ad apostolicam. & c. statuimus. & de crimin. fal. c. vlt. & hoc intellige per se vel per alium, habentem speciale mandatũ: vt de offic. deleg. cum olim ab. §. quia verò. & ff. de iureiuran. l. iusiurandum. §. si procurat. Item, si habeat generale mandatum ad liberam administrationem: ff. de procurat. l. procurator. Et dummodo renuncians non sit furiosus, nisi habeat dilucida interualla: vij. q. j. c. quamuis. & C. de curat. furio. l. penult. Et dummodo non sit minor deficiente ætate, vt notat Hostien. in sum. de reg. §. & qualiter. & §. & vtrũ. Et ita quòd renuncians sit voluntarius, aliàs contra: vij. q. j. c. quamuis. & de his quæ vi metusúe caussa. c. ad audientiam. Taliter autem renuncians iuri suo, decetero non habeat ad id regressum: ff. de ædili. edic. l. quæritur. §. si venditor. Et satis absurdum esset, quem redire ad id, cui renunciandum putauit. C. de reb. cred. & iureiuran. l. si quis. Et quod semel repudiatũ est, reintegrari minimè conceditur. C. de condi. incer. l. cum quidam. ante finem. sit ius quodcumque, vt promunt iura prædicta: & ff. de success. edict. l. j. §.

l. j. §. qui semel. & in auten. de testi. §. quia verò. coll. vij. & viij. q. j. c. quã periculosum. & c. hoc nequaquam. xvij. q. ij. Gonsaldus. xviij. q. vlt. dudum. xxj. q. ij. si quis iam trãslatus. xxiij. q. iiij. si illic. xcv. dist. Episcopus. de renun. post translatiõem, & de caussa posse. pastoralis, cum similibus.

GLOSSA.

In articulo præsenti tùm & præcedentibus, ius statuit & præcipit diuersi generis hominibus, ne aliquẽ à possessione eijciant sua. Primò præcipit huic cuius bona sunt, siue sint mobilia siue immobilia; sicut ego tuũ possideã, quod auferre mihi non debes, nisi iure id facias: vt Instit. vi bono. rapto. §. quia tamẽ & §. sed nedũ. Secundò inhibet iudicibus ipsis, ne aliquem ex possessione eijciant, nisi iure victus sit: quinimò nec sententiare audeant quomodo quis possessionem probare debeat suam, antequã ei probatio decernatur: vt supra eod. li. art. xviij. habitũ est. & C. de probationibus. l. siue. Vnde & iudex superintẽdere debet, ne quis à sua propellatur possessione. ius enim id fieri suadet: vt C. de eden. l. edita. & l. vlt. Dato etiã, *f* quòd iudex omnia ex amussim sciat iniustè possideri actorem, nihilominus ad probãdum faciat querelam suam, & hoc ideo: quia dato, quòd iste iniustè possessionẽ nactus sit, actor verò sufficienti probatione candẽ possessionem non destruat, possessor accusatus obtinet bona; & hoc est quod textus habet, licèt malè possideat. hoc idem etiam habetur Instit. de interdic. §. commodum. & C. de eden. l. qui accusare volunt.

f Iudex sciens aliquẽ iniuste possidere aliquid, eundem ejcere nõ debet, nisi iure vincatur.

g Sententia contra absentẽ non ligat: concordat supra lib. i. ar. lxx. Jure Munic. arti. lxxij & cxxxix. glos.

Nisi bonorum possessio in ipsius præsentia, &c. *g* Sententia etenim contra absentem lata non ligat, nisi ille ex contumacia absens sit: vt hic, & ij. q. jx. c. caueant. & C. de procu. procurat. l. quia absente te.

Vel in suis legitimis terminis citatus non compareat, &c. hoc est, quòd tres termini iudiciales sibi præfigantur: vt supra li. j. art. lxx. & C. quomodo & quan. iud. sen. proser. l. ij. & l. tres. & id est contra illos iudices, qui pro primo pro secundo, pro tertio non citatos iudicant.

Non compareat, &c. nisi legale impedimentum importauerit: vt supra eod. li. art. vij. & C. quomodo & quan. iud. l. cum non. & C. qui ex caus. ma. in integrum rest. l. j. ij. & iij.

Vnusquisq; potest sua bona iure amittere, &c. *h* Hic in textu ponuntur quinque modi, quomodo vnus rem possidere desinit: Primò per venditionem, vt supra lib. j. art. jx. & ff. pro emptore. l. qui cũ. & l. qui fundum, & hoc tangitur in textu cùm dicitur, vendantur. & hoc est verum de venditione reali & sufficienti, vbi & pecunia desuper tollitur. Si enim sub conditione venditio fiat, vt in exẽplo: vendo tibi rem prout Petrus taxauerit, si id facit, venditio accipit effectum: si verò non taxauerit, venditio perit, & res mea manet: vt Instit. de empti. & vendit. §. pretium. & ff. pro emptore. l. j. Secundò desinit res esse per obligationem, & hoc tangitur in textu ibi: si ab eo obligentur. *i* Vnde vendere aliquid & obligare, non alio differunt, nisi quia istud eximi potest, illud verò non: vt C. de pign. l. creditores. *k* Vnde circa id nota quædam specialia in pignore: *l* Primò, quòd pignora præscribi non possunt. Secundò, quòd ad pignus computatur id, quod pro necessitate pignoris expositum est. Tertiò, si vadium vtilitatem afferens oppignoratum est; illa vtilitas ad summam capitalem defalcari debet. Quartò, si vadium vendatur per eum, qui inuadiauit; is cui vadium pertinet, electionem habet

h Aduerte modos, quomodo res vnius desinit esse ad hanc materiã vide abunde Jur. Mun. ar. cxxxix. & cxl. glos.

i Venditio & obligatio quo differunt.

k Specialia quædam in pignore vide: eã curiat Jure Mun. ar. xx. & cxl. glos.

l Vnde & secundùm iura da. c. iv. Pignus nũquam præscribet. quamdiu pro. bari potest. q. res obligata sit: vide ad hanc materiam C. in quib. caus. pig. tacit. cõtra per totũ.

habet, vel contra venditorem querulari, vel super bonis debitū quærere. Quintò, quòd nullus potest vadium lucrari, *m* nisi is cui locatum fuerat. Sextò, qui vadium accipit vel lucratur, debet fideliter illud conseruare, si id facit, absoluitur; si forsan vadium perderetur. Septimò, quòd aliquando res erit ex ipso pignus, quāuis per directum nō impignoratur: vt qui bona tenet sub censu, & qui tutor est pupillorum; illius res importatæ in bona censualia domini, loco pignoris erunt, istius verò pupillorū: vt C. de pig. per totū. & C. in qui. caus. pign. tacit. contra. per totū.

Sciendū præterea *n* quòd sextuplicia bona sunt quæ pignorari nō possunt: Primò dotalitium mulierum: *o* vt Instit. quib. alien. lic. vel nō. §. j. Secundò bona minorērium, nisi pecunia cedat in cōmodum eorum: vt C. si alie. res pign. data. sit. l. curator. & in auten. de non aliena. aut permut. rebus. Eccles. §. si autem creditor. col. ij. Tertiò, pueri & liberi homines. *p* Quartò, res quæ sunt in bonis meis cēsualibus, aut sub pacto & cēsu locatis; vt sunt boues, aratra, quādiu census mihi non exsoluitur: vt C. qui. res pignor. oblig. pos. vel non. l. qui filios. & l. executores. *q* Quintò sunt res sacræ, nisi fiant in redemptionem captiuorum: vt Instit. de re. diuisi. §. sacræ. & in auten. de non alienan. rebus Eccles. §. si verò creditor. coll. ij. Item pro tertio principali, rem vnus desinit possidere ex resignatione iuridica, & hoc tangitur in textu cùm dicitur: resignētur, &c. hoc intellige iure prouinciali, tùm etiā feudali. nihil enim naturaliùs esse potest, & magis conuenies naturali æquitati, quā voluntatē domini volētis rem suā in alium trāsferre ratam haberi: vt Instit. de re. diuis. §. per traditionem. & C. de vsucap. transformat. l. vnica. Pro quarto, res vnius desinit esse ex negligentia, & hoc tangitur ibi; vel si à feudi domino inuestitura per anni circulum nō petatur, & istud fieri etiam potest iure prouinciali: vt supra lib. j. art. xxviij. & xxix. Tum etiam iure feudali, quia qui feudum in anno & die à domino non petit, iste posthac in expectendo negligitur: vt feud. c. xxij. & in auten. de vsu feud. const. Imperiali. §. præterea. collat. x. Pro quinto rem possidere vnus desinit, si eidem iure fuerit abiudicata, & hoc tangitur in textu; aut si iure fuerint abiudicatæ, &c. hoc est, si ille, contra quē conqueritur, tribus vicibus citatus non comparuerit, ratione contumaciæ bona illa sibi abiudicabuntur: vt supra lib. j. art. lxx. & C. quom. & quan. iudex sentent. profer. l. cessante. Quid si iste se negligat, & actor iniustè petat, *r* an ex istius negligentia actor ius ad illa bona consequi possit? Aliqui dicunt, quòd non; propositū fundantes suum in certis legibus, signanter Instit. de iusti. & iur. §. iuris præcepta, vbi habetur: quòd nemini nocere debemus. & item l. quod ab initio. ff. de reg. iur. vbi habetur: quod ab initio iniustum est, etiamsi centū annis steterit, iniustum erit. Et itē, nullus ditari debet cum iactura aliena: vt ff. de reg. iur. l. nemo. & in c. non firmatur. de reg. iur. li. vj. non obstantibus tamen iuribus in contrarium adductis Rō. quòd legibus Imperatorum, quæ in cōmunem omnium vtilitatem ex ordinatione diuina sancitæ sunt, vt distinct. viij. c. quo iure. statutum est, quòd bona etiam illi, qui ius ad ea habuit, abiudicantur, immò priuatur bonis illis: vt ff. quibus mod. in poss. eat. l. iiij. & C. quomod. & quan. iudex senten. profer. l. ij. & l. ab eo. & Insti. de offic. iudic. §. j. istudq; contingit ex cōtumacia partis, quòd videlicet ius aufert bona vni, & alteri eadē tribuit: vt in auten. de exhibend. & intro-

m Casum istum vide Ju. Mu. art. cxl. gl. ff.

n Bona quæ pignorari non possunt?

o Vide circa id nota, si cum consensu mulieris vir dotē impignoraret, vel alienaret, & mulier post mortē viri acquirit bona vicenersa: exhic contra mulierem agi potest de dolo, ex quo dolo sè consenserat.

p Nota, secūdū ius feudale differentia est inter pignorationem, feudū, venditionem, cōductionem. pignus fieri potest in tribus: In hereditate seu in priu. Secundo, in mobilibus. Tertiò in cēsibus, exactionibus, &c In proprietatibus nō fit, nisi coram iudicio, scabinis, et aliis ad iudicium pertinētibus. Item hereditas impignorari potest, vel se illa quis emunere, cùm pro aliquo fi-

deiusserit, sine consensu heredum, nec desuper, quāuis coram iudicio actum sit, aliqua erit prescriptio. hæc enim post mortem illius, qui obliganit, hereditatē illam exemere poterunt: feudo. c. lv.

q Impignoratæ res eius arbitrio si fuerit, non debent vltra solitū exigi, torqueri ab hominibus exactiones vel datia, nisi id q tribuebant dominis propriis: quia non debet pejorare bona, sed præseruare, nec nouas exactiones statuere in prouincia obligata. feud. c. lv.

r Ex negligētia ius non attentās, occasione bonorum citatus, amittit bona?

introducen. re. §. si verò. coll. v. & extra de eo qui mit. in possess. c. j. & ij. & C. de iudicijs. l. properandum. §. si autem. *f* Sciendum tamen circa id, quòd & siquidem is cui bona alloquuntur, negligatq; se iure humano, & ex constitutionibus, perdit bona prætacta, non autem iure diuino. iudicium etenim humanum decipere homines potest, iudicium tamen Dei minimè. Deus enim nemini nocere, verùm ius suum vnicuique tribuere suadet: vt Instit. de iustic. & iur. §. j. Sed & bona sic ex contumacia perdita, recuperari iure possūt per iustas querelas, antequam occupator præscribat.

f Concordat iure Munic. art. cxl. gloss. final.

Ad iudicium citatus, &c. Existo articulo clarè habetur, *t* quòd absens ad omnes actus citari debet, & ad omnes querelas singulatim, & hoc si accusatus præsens coram iudicio non sit, vel illud non fateatur, quia aliàs iam victus esset: vt C. de confes. l. vna. infrà eod. lib. art. xlv. libr. iij. art. xxxjx. ff. de confess. l. vna. in fin. & xxj. dist. c. nunc autem. aliàs sententia non ligat, nisi absentes contumaces sint: vt ff. quæ sent. sine appellat. rescind. pos. l. j. & extra de cōstit. c. Ecclesia. & extra de senten. & re iudic. c. cum æterni. lib. vj.

t Concordat infrà libr. ij. art. v. gloss. fin. iure Munic. art. lxxij.

Articulus XXV.

CONqueratur si quis contra vnū, [a] quod aliqua violenter possideat, & ibidem manifestum spolium apparebit, si tunc iudex ad hoc cum violentiarū clamore citatus fuerit, insequi tenetur in cōtinenti, quàmdiu illum prospicere poterit, & actori super prædam [b] & similiter deprædantem, & suos complices iudicare. [c] Post modùm debet ei suam in hac re restituere possessionem, [d] si reus iure hoc prohibere non poterit. Vbi autem iudex actori nō iudicat, vel iudicare non valebit, Rex cùm in Saxonicam aduenerit nationem, & actio coram eo comprobetur, illud iudicabit.

a Ad hanc materiam vide iure Mun. art. cxxxix.

b Alij textus habent: & actori plenam iustitiam exhibere de spoliatore & eius complicibus.

c Concordat iure Munic. art. cxij.

d Textus veustiores ita legunt: & protinus oportet actori restituere spoliata, ni si reus id facere iure prohibeat.

GLOSSA.

Et suos complices iudicare, &c. Vnde etiam dicit lex communis: Vbi aut vis facta dicitur, aut momentānea possessio postulanda est, ibi loci iudicem aduersus eum, qui possessiōem turbauit, conuenit iudicare: vt l. vnica. C. vbi de posse. agi oporteat.

Postmodùm debet ei suam in hac re restituere possessionem, &c. Ante omnia enim ante restitutionem aduersario respondere nō tenētur: vt in c cum dilectus, de ordin. cognit. & in c. frequens de restitut. spol. lib. vj. Datur autem restitutio contra eum, qui deiecit, vel mādauit, vel ratum habuit deiectionem ab aliquo factam: vt ff. de vi. & vi. arm. l. cum à te. vbi dicitur: quòd contra primum deiectorem agi potest, & non contra secundum: vt ff. eodem tit. l. iij. §. cùm procurator, vbi dicitur: Si procurator vel familia armis deiecerit, dominus sic deiecisse videtur, si mandauit vel ratum habuit. Item datur cōtra vniuersalem hæredem & successorem: ff. de vi. & vi. arma. l. j. in fin. & l. iij. §. vlt. sic etiam datur successori: ff. eod. tit. l. j. §. hoc interdictum, vbi dicitur:

e De restitutione spoliatorum vide hic per totum.

citur: Hoc interdictum hæredi & ceteris successoribus competit, secundùm leges autem non competit contra successorem rei, vel cõtra emptorem, vel donatarium: ff. eod. tit. l. cùm à te. & notatur in c. cùm ad sedem, in gloss. penult. de restit. spol. Hic enim peccata suos debent tenere actores: vt in l. sancimus. C. de pœn. nec factum alterius debeat alteri obesse. C. de inoffic. testa. l. si quis suo. versus finem. & in reg. non debet. cũ concordan. ibi notatis de reg. iur. lib. vj. Sed secundùm canones etiam datur contra illum, qui scienter recipit rem à deiectore, sic in vitium succedendo: vt in c. sæpe de restit. spol. de iudic. c. quia. cum similibus. Sed quia omnium bonorum emptor loco hæredis est, ideo vbi hæres non vsucapit, nec ipse: vt notat gloss. in l. j. ff. de vsucap. & ff. pro empt. l. j. & poterit etiam talis vt hæres conueniri: vt in l. nõ intelligitur. §. cùm ex caussa. ff. de iure fisc. Et nota, quòd de intellectu dictæ legis, cùm à te. dicit Guil. in Spec. de restit. spol. §. vlt. verf. fin. vbi dicit, quòd locum habet in ignorante: & c. sæpe. eod. tit. in sciente. Vide etiam de ista lege de restit. spol. olim ij. in gloss. magnã, dicit etiam Bartol. in dicta l. quòd ipsa lex etiam intelligitur, quando primus deiciens est soluendo, aliàs secus alleg. ff. de furtis. l. itaq; circa princ. Conditione tamen ex dicto decreto sæpe benè potest agi contra tertium, sed non interdicto istius legis, cùm à te. secundũ Bartol. ibidem.

GLOSSA.

Superioribus dixerat de vtilitate possessionis, articulus præsens docet, quid ille facere debeat, qui ex sua eijciur possessione; & quinque ex ordine ponuntur documenta: *f* Primum, quòd nullus suijpsius iudex sit, & hoc tangitur ibi cùm dicitur: conqueratur si quis contra vnum. qui enim suijpsius iudex esse vult, bonaq; violenter aggreditur, iure nostro in vitam sibi cedit; nisi id faciat tempore & hora cùm sibi res aufertur, vel in facti fuga: vt supra eo. lib. art. xiij. & infrà lxxij. & item lib. iij. art. viij. Secundùm leges verò, talis perdit omne ius, quod in bonis illis habuit, si bona huiusmodi sua fuerunt. Si verò aliena sibi violenter vsurpare conabatur, restituere tenebitur illi, cui pertinebant, & cum hoc tantundem satisdare eidem cogitur: *g* vt Instit. vi bon. rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. l. si quis in tantam. Secundum docetur hic, quòd iudex sententiam dare non debet, *h* nisi præcedant primum probationes, hoc tangitur ibi cùm dicitur: & ibidem manifestum spolium apparebit. Hoc idem etiam leges suadent: vt C. de eden. l. qui accusare. & de accusat. & inscript. l. singuli. Tertium docetur, quòd iudex sententiam prædonis ferre debet contra illum, apud quem spolium inuenitur, & hoc ibi cùm dicitur: & similiter deprædantem. hoc idẽ etiam cauetur legibus: vt ff. ad leg. Iul. de vi publica. l. in eadẽ. & C. vnde vi. l. inuasor. Quartum docetur, quòd eandem sententiam ferre debet contra adiutores seu complices, prout contra principalem tulit, & hoc ibi: & suos complices iudicare. *i* Dicuntur verò complices, qui iuuant explere alterius voluntatem: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. interdum. quamuis etiam nihil plus fecerint, nisi quòd cum scitu, voluntate, & hospicio conscij sint, vel furta aut spolia diuidãt, æquè culpabiles iudicantur: *k* vt supra eo. lib. art. xiij. C. de his qui latro. vel alijs crimin. reos occul. l. eos qui. & l. fi qui. Quintũ docetur, quòd iudex actorem in suam debet restituere possessionem, & hoc tangitur ibi cùm dicitur: postmodum debet

f Nullus sui ipsius iudex esse debet: concordat infrà eod. lib. artic. lxx. lib. iij. ar. xiij. Iure Mu. art. xxvj. & xii. & item cxij. gloss.

g Intellige, si putauerit esse sua, aliàs vt prædo iudicabitur.

h Iure Mu. art. cxij.

i Complices qui dicantur?

k Vnde furta restituus debent partes: vt infr. libr. iij. artic. xiij. in gloss.

debet ei ſuam in hac re reſtituere poſſeſſionē. Et hoc eſt contra nonnullos fatuos, qui dicunt: Si quid furto vel præda ablatū ſit, quòd iudex qui deſuper iudicat, tertiū denarium pro fatiga exinde habere deberet. iſtud enim falſum eſt, nam iudex exercere iudicium debet ratione officij, quia eſt infeudatus: vt ſupra lib. j. art. liij. gloſſ. Et ſi obijciat quis, quid faciendum erit, ſi iudex infeudatus non ſit? reſpondebitur, quòd iudicium exercere non poterit. Si iterum inſtet quiſquam, quòd Gograuius non pernoctata iudicat furta, qui tamen infeudatus non eſt? ℟. quòd iudicium eius nō extēditur vltra tres ſolidos, nec exinde tertius ſibi cedit denarius: vt ſupra lib. j. artic. lviij. & ſupra eod. lib. art. xiij. Vnde, etſi quidem nonnulla iura oppoſitum ſentiant, dicuntq;, quòd iudex de rebus furtiuis vel præda ablatis aliquid accipere debeat: vt infra eod. lib. art. xxxj. & xxxvij. Intellige tamen ad hunc ſenſum, quòd cùm fures & prędones inueſtigantur in aliam vſque iuriſdictionem, reſque illæ furto vel præda ablatæ recuperantur: extunc illis qui ſic fures inueſtigârunt, tertius cedit denarius. Quod ſi nullus venit ad recuperandas res illas: iudex tertiū accipit denarium. *1* ab illis tamen qui ſuæ ſubſunt iuriſdictioni nihil accipere debet: vt infrà eo. li. ar. xxxj. & xxxvij. Secūdùm autem rei veritatē, iudex ex huiuſmodi rebus furto vel præda ablatis, nec quidquam accipere debet; & quòd id ſit verum, probatur per paragraphum vltimum, artic. xxxj. infrà eod. lib. ij. vbi dicitur: Quòd licet poſſeſſor earū morte puniatur, res nihilominus reddūtur illi cui pertinent. Et item, ſi iudices quidquam accipere debeāt, ſententias vēdere viderētur, quod fieri non debet: vt C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. l. venales. & l. vlt. & ij. q. vj. c. ei qui. verſ. diffinitiua. nitiua. & verſ. venales. extra de vi. & honeſt. cleri. c. cum ab omni. Nullum etiam ſententia lędere debet, niſi eum qui demeruit. Is verò cui furto vel præda bona ablata ſunt, nil mali facit: vt in auten. de mandat. princip. §. quod ſi. & §. oportet. coll. iij. & in auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. volumus. coll. ij. Si quis fortè dicat, quòd iſtud iudici cederet ratione mulctæ; nam ex aliunde eam repetere non poterit; quæritur ab eo, quis demeruit mulctam huiuſmodi? ſi reſponderit fur vel prædo, replicabitur iterum ſibi, quòd mulctam in huiuſmodi bonis demereri nō potuit, nam nec ſua fuerunt: vt infrà eod. libr. art. xxxj. Et item, nequā ille demeruit vitam, quare bona aliena cum hoc mulctando perdere non potuit: vt ſupra lib. j. art. lij. & in auten. de mandat. princip. §. oportet. coll. iij. Si enim dicatur, quòd actor mulctandus venit. ℟. quòd nulli pœna infligi debet, abſque ſua culpa. Is verò qui iuſtam inſtituit querelam, ſine culpa manet: vt ſupra lib. j. art. liij. & C. de modo mulctarum. l. eos qui. Cōcluditur ergo cū textu, quòd ſpoliato poſſeſſio viceuerſa reſtitui debet, reſque furto vel præda ablata: vt C. vnde vi. l. vi pulſos.

1 Concordat Jure Munic. art. xxxvij.

Articulus XXVI.

MOneta denariorum in aduentu domini noui eſt renouanda. *a* Monetarius ſi vnū falſum expoſuerit denarium in emendo res aliquas, morte cōdemnatur. Monetę tres denarij cum medio ſi inueniantur apud eum, qui iuri ſuo furando aut ſpoliando

a Concordat Jure Munic. art. viij. Alij textus habēt: moneta denariorū renouari debet, quando nouus dominus curam ſuſceperit.

liādo derogauit, [b] perdit manum; niſi oſtēdere poterit varēdatorem à quo denarios ceperit. Qui verò pleni iuris eſt, ſi apud eum ſolidus nummorum falſorum inueniatur: eoſdē, & nihil ampliùs amittit; & ſi plures habuerit abſque varendatore, manū perdit. [c] Falſificet autē monetarius ſuos nummos, vel nō cudat eos prout iuris eſt, nemini poteſt crimen imponere falſi, vt exinde ei ſatisfacere teneatur. Moneta nummorum cudi debet æqui ponderis & valoris. Nemini licet forum erigere, vel monetam de nouo inſtituere, ſine cō ſēſu eius loci ordinarij ſeu iudicis: etiā Rex in ſignū ſui conſenſus ſuam ad hoc mittere debet chyrothecam. Nemini etiam nummos cudere licet, qui alijs ſint ſimiles, ſed habeant differentias competentes. [d] poſtquàm nummi prohibentur, licitè cum eis poſt hoc per quindenam debita perſoluantur & pignora redimentur. [e] Qui autem poſt tempus deputatum cum eis emerit, cudens eos licitè frangit, dūmodo æs ementi reddat.

b Textus aliy habent: reus eſt cutis vel capitis: vide ad ad Jur. Munar. xcix. gloſſ.

c Alij textus habent: in cute punitur.

d Concordat infra lib. iij. art. xl. gloſſ.

e Textus veteſtiores habent: ſuccedit monetario eoſdem frangere, fractoſque reſtituere, & non retinere.

GLOSSA.

QVI verò pleni eſt iuris, ſi apud eum, &c. Quid ſi pecunia fuerit approbata, & poſtea apparet reprobata. Item ſi alius iſtam pecuniam expendit vt bonam: de his nota in Specul. titu. de pignor. §. hæc rubrica. poſt princi. in addit. per Ioan. Andr.

Hoc etiam ſcias, quòd de iure tria ſunt neceſſaria in qualibet moneta, *f* ſcilicet proba materia, iuſtum pondus, & imago ſeu ſubſcriptio Principis, quorum altero deficiente, non cenſetur proba, ſed falſa & reprobata moneta: vt probatur & notatur ff. de contrahen. emp. l. j. & C. de veter. nummis. pot. l. j. lib. xj. iuncta. l. quintus. §. penul. ff. de auro & argento lega. & notatur per docto. in c. quāto. de iureiuran.

f Tria ſunt de iure neceſſaria in qualibet moneta.

GLOSSA.

LEX præſens eſt contra conſuetudinē quæ in Marchia obſeruatur, vbi ſingulis ānis ſemel moneta renouatur: in Epiſcopatu verò Maydeburgen. bis. *g* Vnde & circa id dubium exoriri poſſit, an magis conſuetudo inueterata ſeruari debet, vel potiùs ius ſcriptum, vt articulus habet? *h* Sciendum, quòd noua conſtitutio propellit antiquā legem: vt ff. de legi. & ſenatuſcō. l. de quibus. & conſuetudo vnius ciuitatis præponitur etiam legi ciuitatis illius, ſi per deſuetudinem eidem abrogatum eſt: vt ff. commu. prædior. l. venditor. §. ſi conſtat. Vnde inter cetera lex allegata ff. de legib. & ſenatuſcon. infraſcriptum continet paragraphum, quem & hîc inſerere placuit: Inueterata conſuetudo pro lege nō immeritò cuſtoditur, & hoc eſt ius quod dicitur moribus cōſtitutum. nam cùm ipſæ leges nulla ex alia cauſſa nos teneant, quàm quòd iudicio

g Ad hanc materiam vide ſupra lib. i. in prologo. & art. xiij. lib. iij. art. lxxvij. Jure Munic. art. i. gloſſ.

h Conſuetudo inueterata an magis ſeruanda ſit quā ius ſcriptum?

dicio populi receptæ sunt: meritò & ea quæ sine vllo scripto populus probauit, tenebunt omnes. nam quid interest, suffragio (id est consensu in scripto redacto) populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissimè illud etiam receptum est, vt leges non solo legislatoris suffragio, sed etiam tacito omnium cõsensu abrogentur. *i* Et exinde, vt in glossa ibidem annotatum est, sequitur, quòd lex per duo corrigitur: Primò per aliam superuenientem legem, & hoc planum est. Secundò per consuetudinẽ, vel potiùs desuetudinẽ legis alicuius; & hoc vel cõsuetudo est generalis, & tũc generaliter vincit legẽ; vel specialis, & sic specialiter vincit legẽ in illo loco: vt ff. cõmunia prædiorum. l. venditor. §. si cõstat. & hoc est verum, si consuetudo sequitur legẽ: nam si præcedat, vincitur à lege. Ad hanc materiã vide plura in loco allegato: ff. de legib. & senatusc on. Ad quęstionem verò motam, vbi per modum dubij propositum est. ℣. quòd articulus iste consuetudini non derogat, dicit enim: quòd in aduentu domini nummi noui sunt renouandi; non tamen vetat, quòd singulis annis non renouentur.

i Lex ex duob. corrigitur: vide supra lib. 1. art. iij. Iur. Mun. art. 1.

Qui iuri suo furando vel spoliando derogant, &c. Vel etiam qui occasione furti obiecti concordiam ineunt: de his vide supra lib. j. art. xxxvij. & xxxviij. & item C. ex qui. caus. ali. infam. irroga. l. non damnatos.

Monetæ tres denarij cum medio si inueniantur, &c. Hoc in signum istius fit, quia ipse furto vel spolio naturam suam ex quatuor elemẽtis susceptam dehonestauit, & nõ est iam perfectus homo quatuor elementorum, sed quasi ex semiquatuor: *k* sic etiam parricidæ denegantur quatuor elemẽta, nec sibi aẽr viuo conceditur, nec terra mortuo ad sepeliendum: vt Instit. de publ. iudic. §. alia. & supra eod. lib. artic. xiiij. C. de his qui liber. vel parent. occid. l. si quis. & ff. ad leg. Pom. de parricidijs l. j.

k Parricidij pœna.

Qui verò est pleni iuris, &c. Huic enim non adeò erit imputandũ, cùm pecuniam malam, quam credit esse bonam, expendit: vt ff. de solut. l. qui.

Si monetarius vnum denarium, &c. Quia magis sibi obest denarius, quàm alteri solidus, ex eo, quia maiorem illorum notitiam habet quàm alter; quòd si plures inueniantur denarij, manum amittit. vbi enim excessus maior, ibi & pœna adaugetur: Instit. de publ. iudic. §. alia.

Falsificet autem monetarius suos nummos, nemini potest imponere crimen falsi, &c. Ratio, quia vnusquiuis obijcere sibi possit falsitatem. contra alium enim agere non potest, qui illo crimine notatus est: vt vj. q. j. c. qui crimen. & C. de testi. l. quoniam.

Moneta debet esse æqui ponderis, &c. *l* Ita quòd vna nõ sit grauior & ponderosior alia, tum etiam in qualitate & valore æqualis sit, secundùm quod in aliqua prouincia statuitur.

l Moneta æqui põderis & valoris esse debet.

Nemini licet forum erigere, &c. Et in eo prouiditur Reipublicę, ne videlicet homines depauperẽtur, in monetaq; iactura fiat aliqua: vt C. de nundinis. l. qui.

Sine consensu iudicis, &c. Ex isto habetur, quòd omnes Principes iudices vocitãtur: vt infrà li. iij. ar. lij. Paragraphusq; articuli intelligi debet, quòd pro erigenda noua moneta, subditi suo iudici, hoc est Principi seu præsidi prouinciæ, insinuare debent: vt infrà libr. iij. art. xliiij & xlvij. & ille tandem negocium ad imperium deducet, ita quòd Imperator ad id suum præbeat consensum, vt textus habet: & C. noua vectigalia institui non posse.

Nemini etiam nummos cudere licet,

licet, &c. Ad hanc materiam vide C. de falsa moneta. l. j. ij & iij. per totum, vbi Imperator contra illos, qui falsam cudere audeant monetam, pœnas statuit condignas; vnde & leges prænotatas hîc inserere visum est. *m* Quoniam nonnulli monetarij adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscãt necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi: vt inuestigati tradantur iudici, facti conscios per tormenta illico prodituri, ac si dignis supplicijs sint addicendi. Accusatoribus etiam eorum immunitatẽ permittimus: cuius modus, quoniam dispar patrimonium est, à nobis per singulos statuitur. Si quis autem militum huiusmodi personam suspectã de custodia exire fecerit, capite puniatur. Appellandi etiam priuato licentia denegetur. Si verò miles, aut promotus in gradu huiusmodi crimen incurrerit: super eius nomine & gradu ad cõpetentes iudices referatur. Domus verò vel fundus in quo hæc perpetrata sunt, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel negligentia punienda est, etsi ignoret, fisco vindicetur: nisi dominus ante ignorans, vt primùm reperit, scelus prodiderit perpetratum. tunc enim possessio vel domus ipsius, proscriptionis iniuriæ minimè subiacebit. Sin verò longissimè ab ea domo vel possessione abfuerit, nullum sustineat detrimentũ: actore videlicet fundi vel seruis, vel incolis, vel colonis, qui ad hoc ministerium præbuerint, cum eo qui fecit, supplicio capitali plectendis. Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credimus, vt viduæ nec in proximo constitutæ, domo sua vel possessione careant, si nulla apud ipsas tàm grauis conscientiæ noxa resideat. Impuberes verò si etiam conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum: quia ætas eorum, quid videat, ignorat.

m Falsificãtium monetã pœna secundũ diuersi status hominum.

Tutores tamen eorum si in proximo fuerint, quoniam ignorare eos quid in re pupilli geritur non oportet, hæc pœna expectabit, vt de rebus eorum, si idonei fuerint, tantùm fisco inferatur, quantum à pupillo fuerat inferẽdum. Et item alia lex disponit: Si quis nummos falsa fusione formauerit, vniuersas eius facultates fisco nostro præcipimus addici. In monetis etenim tantùm nostris cudendæ pecuniæ studium frequentari volumus: cuius obnoxij maiestatis crimen cõmittunt: & præmio accusatoribus proposito, quicumque solidorum adulter poterit reperiri, vel à quocumque fuerit publicatus; illico omni dilatione semota, flammarum exustionibus mancipetur. Et item alia lex sequitur: Si quis super cudendo ære, vel rescripto aliquo, vel etiam annotatione nostra, sibi arripuerit facultatem, non solũ fructum propriæ petitionis amittat, verùm etiam pœnam quam meretur, excipiat.

Articulus XXVII.

QVI valuarum, pontium, siue aquarum theloneum non persoluerit, *a* quadrupliciter refundet. Theloneum autẽ forense qui non dederit, triginta solidos pœnę dabit. Quatuor euntes pedestres vnum denarium, & vnus equitum dimidium præstet nummum. Currus oneratus quatuor denarios in eundo & redeũdo soluet: & hoc dabitur in theloneo aquarum; in pontium

a Theloneũ non soluens, qd demereatur?

um autem ſoluetur dimidia pars. Clerici & militares, familiaq; eorum, à theloneo ſunt exempti. [b] A thelonei etiã datione immunis eſt omnis, qui pontium & nauium non indiget transfretatione. De iure etiam pretium ſoluere non tenetur à conducto, cui placet corpus & res committere periculo ſeu fortunæ. [c] Qui alijs præbet conductum, à damno præcauere & præcuſtodire ipſis debet. Currus vacuus dimidium ſoluit thelonei reſpectu onerati; dimidius verò currus ſeu biga, vnũ pro theloneo dabit nummum. [d] Si quis tranſitum agro nouo impoſuerit, per vetitaſq; vias per agros ierit, pro qualibet rota vnum nummũ ſoluet, & equitans, nomine emendæ dimidium. Si verò ager fuerit ſeminatus, damnum reſarcire tenentur; & id facientes, licitè pignorantur. Quod ſi reſiſterent pignorationi, cũ clamore violentiæ, arreſtentur, quem clamorẽ cum tribus ſolidis eos emẽdare oportet, & deſuper iura pignoris ſuſtinere.

b Alij textus habent: quilibet etiã eques in curru vel vehiculo, liber eſt à theloneo, ſi nauem non indigeat vel põte

c Concordat Iure Munic. art. viij. Textus vetuſtiores vltra id addunt: quòd ſi non fecerit, eũ damna reſarcire oportebit.

d Vide infra art. xlvij.

GLOSSA.

c Itinerum & põtium refectionẽ agnoſcit Eccleſia.

QVI valuarum, pontium, &c. c Hic ſcias, quòd refectionem itinerum & pontium agnoſcit Eccleſia, quia reſpicit pietatem, vnde dicit lex Imperialis: Ad inſtructiones itinerum pontiumq;, etiam venerabiles Eccleſias & diuinas domus tàm laudabili titulo libẽter aſſcribimus; quia non eſt inter ſordida munera numeratum: vt in l. ad inſtructiones. C. de ſacroſan. Eccl.

Quadrupliciter refundet, &c. Poſſet tamẽ conſuetudo vel ſtatutum operari, vt non ſoluentes theloneum vel gabellas, amittunt bona: vt ff. de publica. & vectigal. l. cõmiſſa. Et qui eam gabellam imponunt, & pro qua cauſſa, vide in repetitione regulæ poſſeſſor. de reg. iur. libr. vj. Quomodo etiam regulariter quilibet ad vectigalia & huiuſmodi ſoluenda teneatur, vide in l. omnium. C. de vectigal. & commiſſ. Immò videtur, quòd fraudans gabellam rerum vectarũ, perdit illas ipſo iure: ſecundũ Domini. in c. cum ſecundum de hæreti. lib. vj. & ibid. concord. in gloſ. ſuper ver. ommittens. quæ tamen intelligitur in ſpeciebus illicitis.

CLerici & milites, &c. Vnde dicit conſtitutio Frider: Nulla communitas vel perſona publica, vel priuata, collectas ſeu exactiones angarias ſeu parangarias, Eccleſiis aut alijs pijs locis, aut eccleſiaſticis perſonis imponant, aut inuadere præſumant: quod ſi fecerint, & requiſiti ab Eccleſia vel œconomo reddere contempſerint: triplũ refundant, & nihilominus banno Imperiali ſubiaceant, quod abſque ſatisfactione debita nullatenus remittatur: vide etiam in c. quamquam de cenſib. lib. vj. & cod. tit. præſenti in Cle. & in l. ij. & l. præſbyteros. C. de Epiſcop. & vbi dicitur: Præſbyteros, diaconos, ſubdiaconos, atque exorciſtas, lectores, at-

res, atque ostiarios; etiam personalium munerũ expertes esse præcipimus.

Et eorum familia, &c. Familia & etiam mulieres. nam secundùm leges, mulieribus quæ cum maritis Reipublicæ causſa absentibus peregrinatæ sunt, ad exemplum militum subueniri solere non est ignoratum: vt in l. j. C. de vxor. milit. *f Mulier honorem viri obtinet.* f Mulier enim honorem viri obtinet: vt in l. filij. §. ij. ff. ad municip. Et ad hoc, quod hic dicit de familia, dicit lex communis: Omnibus quoq; clericis huiusmodi prærogatiua succurritur; vt coniuges clericorum ac liberi, eorũ quoque ministeria, id est mares, pariter & fœminæ, eorumq; etiam filij, immunes semper ab huiusmodi muneribus perseuerent: vt in l. ij. de Episc. & cler.

Qui alijs præbet conductum, &c. Vide etiam ad id xxiiij. q. iij. si quis Romipetas. Et non soluens iustum pedagium peccat; recipiens verò pedagium debet tenere iter securum: & si damnum detur transeunti, debet sibi id resarcire: de hoc etiam per Hostien. in sum. de censi. §. ex quib. & per Odofr. C. ne filius pro patre auctor. habita. Vide etiã per Bald. de hoc plenè in §. conuenticulas. de pace iuramẽt. firman. coll. x.

GLOSSA.

Quæritur circa id, an theloneum sine peccato exigi possit necne? *g Theloneã an sine peccato exigi possit?* g Quidã dicunt, quòd sine peccato exigi non potest; est enim origo auaritiæ oppressioque hominum. vndè & Christus Saluator noster Mathæum qui & publicanus erat, hoc est, exactionum publicarum quæstor, ad se inuitauit, redargutusq; postmodum à Iudæis, quòd cum publicanis comederet. Ry. tamen, reiectis in contrarium opinionibus; quòd si iustè exigitur, sine peccato fieri potest. ex Imperatorum enim constitutionibus theloneum statutum est propter publicam vtilitatem: illud autẽ quòd Imperatores statuerunt, pro iure habetur, & ita sine peccato accipitur: vt Instit. de iur. gent. §. sed & quod principi. & ff. de origine iuris. l. ij. §. deinde. & x. distinc. c. de capitulis. c. vides. c. quis autẽ. Quòd autem Imperatores theloneum admittant, est textus clarus & rotundus. C. vectigalia noua institui. l. vectigalia. & l. vlti. immò eod. tit. per totum. non enim temerè permittitur nouorũ exactio vectigalium, sed communi vtilitate inspecta, & non propter aliquã auaritiam conceditur. Vnde Christus theloneum esse soluendum approbauit, cùm prehenso per discipulum pisce, dragmaque in eo inuenta, vectigal exsoluit. *h Publicanus vnde dicatur?* h Nec theloneator publicanus dicitur, vt aliqui idiotæ putant, quasi publicus peccator: sed theloneatores publicani nuncupantur ex eo; quia fruuntur publico, vel quia conducũt ab Imperatore aut ciuitate exactionem aliquam publicam, & exinde præstant aliquod tributum. In generaliq; omnes, qui conducunt aliquid à fisco, publicani dicuntur: vt ff. de publicanis. l. j. §. ij. ff. de verbo. signfi. l. eum qui.

Qradruplum refundet, &c. Hoc fit ex eo, quia illud reputatur pro violento & manifesto furto: vt Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. §. pœna. & Instit. de acti. §. quadrupl. *i Theloneum non soluens, an furtum committat, & an suspendi debeat?* i Propter tamen huiusmodi theloneti non solutionẽ vel transgressionẽ, nullus suspendi debet. dato quòd furtiuè vsurpet id, quod soluere tenetur; non enim furtiuè illud accipit, vt furto conuinci possit: vt infrà eod. libr. art. xxix. *k Actio criminalis ciuiliter semper instituti potest.* k Notandumque circa id, quòd actio quælibet criminalis, ciuiliter semper institui potest; ita quòd querulari potest super pecunijs impensis simplici querela: vt Instit. iniur. §. in summa.

Qua-

torum

Quatuor euntes pedestres, &c. Istud intellige vt in se sonat; & hoc postquam theloneum pro necessitate Reipublicæ instituitur: vt C. vectigalia noua instituì non poss. l. non quidem.

l Homines triplicis generis à theloneo excipiuntur.

Clerici & militares, &c. *l* Hic excipiuntur in triplici genere homines, qui theloneum soluere nõ tenẽtur: Primò clerici, & hoc propter publicum commodum & vtilitatem, vt pote orationes, quas fundunt & fundere debent, pro incolumitate imperij; & hoc nedum de præsbyteris intelligitur, verùm de omnib. qui titulo clericali gaudent; totus enim mundus eorum vtitur orationibus: vt in autent. quomod. opor. Episc. & cleric. §. j. coll. j. Secundò excipiuntur milites, propter eorum obsequia in defendẽdo imperio & Republica, & ita confertur etiam eis donum publicum, immunitas videlicet vectigalium: vt C. de vectigal. & cõmiss. l. omnibus. & in auten. neq: miles, neq; fœdera. §. cum domini Dei. coll. viij. Tertiò excipitur eorum familia, *m* eodem enim iure vtitur familia cum dominis suis: vt C. de Epis. & cleri. l. ij. sed & vxoribus militum eadem immunitas seruatur: vt C. de incolis. l. vlt. & xij. q. ij. Ecclesiarum seruos. & ff. de iurisdictione omnium iudicũ. l. cum quædam puella.

m Familia eodem iure vtitur cum dominis.

Qui põtium & nauium non indiget transfretatione, &c. Per istũ paragraphum excipiuntur à thelonei solutione, qui põtium & nauium vsu non indigent. Et exinde sequitur id quod priùs tactum est, quòd videlicet thelonea & vectigalia, salui conductus, nõ propter auaritiam statuta sunt, sed ad necessitatem Reipublicæ, quare iustò exigi possunt. statuuntur enim thelonea propter viarum reformationem & securitatem: vt hìc, & C. de vectigalibus & cõmiss. l. vectigalia. Excipiũtur insuper à thelonei solutione *n* illi, qui ad pontem pertinent, vel de propinquo residunt; ex eo, quia si non extendat se theloneum pro construendo ponte, vicini impensis suis extruere tenebuntur: vt C. de vectigalibus. l. vniuersi. Clerici tamen & milites negotiantes thelonea soluunt. C. de vectigal. & commiss. l. ex præstatione.

n Ad pontem pertinentes, à theloneo eximuntur.

A damno præcauere & præcustodire ipsis debet, &c. Qui enim sentit commoda, sentiat & incommoda: vt ff. de reg. iur. l. secundùm. Vnde & theloneum nouum imponens sine consensu Principis, violẽtiam cõmittere dicitur; quare & capite pœnam soluit: vt ff. ad leg. Iul. de vi publica. l. vlt. & ff. ad leg. Iul. de ambitu. C. noua vectigal. instit. non poss. l. vlti.

Si quis trãsitum agro nouo imposuerit, &c. Pro declaratione paragraphi istius *o* nota, quòd rusticorum prædiorum iura sunt hæc: iter, actus, via, aquæ ductus. Iter est ius eundi vel ambulandi hominis per se, hoc est, vbi ire & equitare potest. Actus, vbi curru equitare vnus potest. Via, vbi pecora pelli, & vnus currus alteri cedere valeat. Aquæ ductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum: vt Instit. de serui. rustic. & vrban. prædior. §. iter. §. actus. & §. via. Hæc iam expressa signãter prima tria in textu quodãmodo tanguntur per id quod dicitur: equitãs, iter includitur. per id quod dicitur: pro qualibet rota, actus designatur. cũ verò dicitur: si ager fuerit seminatus, viam designat. *p* Vnde via esse debet octo pedum latitudinis in directum, in angulis verò sedecim: nisi maiorem vel minorem placuerit facere constituentibus, quod non fit in actu: Instit. de seruit. rustic. prædior. §. j. in gloss.

o Rusticorum prædiorum iura, vide infrà artic. li.

p Via latitudo qualis esse debet: vide infrà artic. lix. Iure Munic. artic. cxxxi. Unde & lex xij. tabul. hoc idẽ sentire videtur in hæc verba: Via latitudo in porrectum octo pedes. in anfractum, id est, vbi flexum est, xvi. habeto.

Notandum insuper pro declaratione eiusdẽ paragraphi, *q* quòd quãdo transgreditur ager vno anno publicè, nõ violenter, sine prohibitione, vel absq; contractu admissi-

q Ager vno anno publicè transgressus sine prohibitione, postea pro liberi non poterit.

missione precaria, nulli posthac prohiberi potest: vt ff. de itinc. actuq; priuat. l. j.

Cum clamore violentiæ arrestentur, &c. Et existo passu iudices quidam auaritia ducti, à quolibet iudiciario clamore, pœnam trium solidorum vsurpare sibi volunt: sicut si vnus venit & querulari vult contra aliquem, procurator interrogat eius, quomodo ipse necessitatem suam declarare debeat; decernitur, quòd cum clamore. Vlterius procurator expetit, quòd iudex decernat, vt eũ acclamare seu aduociferare possit: quod cùm factum sit, ac ille aduociferatus fuerit; iudex tandem iure sibi tres solidos cedere putat, in paragrapho isto opinionem fundando suam, & supra libr. j. art. lxij. Ibi pro solo iudiciario clamore, non iure prosequuto, &c. Id tamen fieri minimè debet, nec textũ isti intelligunt, immò cõtra ipsos militat locus allegatus; loquitur enim art. lxij. de clamore iudiciario, cùm non prosequitur querelam; tunc enim tres solidi soluũtur: hic verò secus est; quia iste prosequitur actionem cõtra illum, quem arrestauerat, immò & ibidem lib. j. art. allegato, sequenti paragrapho, hoc idem clarè habetur cũ inquit: Si verò clamorem prosequitur, nihil demeretur. Concluditur ergo, quòd nõ pro omni iudiciario clamore tres solidi soluuntur iudici. Nec obstat si quis dicat, quòd paragrapus ille art. lxij. lib. j. damnum nullum sustinet, si verba duellaria non interposuit &c. intelligi debeat, cùm quis sine duello alloquitur alium: hic verò videtur duellariter alloqui, exquo cum clamore conqueritur. R. quòd non duellariter alloquitur: qui enim duellariter cõtra alium agit, præparat se contra illum, si forsan negare vellet, quòd eum conuincere nitatur, prout ius & iudicio pertinẽtes decreuerint: iste verò non hoc facit, quia necessitatem declarat suam, & petit cogi aduersarium ad respondendum, dato etiam, quòd duellariter exigeret ab illo responsionem: extũc iudici mulcta soluitur, non ratione iudicij, vt isti putant, sed propter id, quia actori emenda præstatur: vt supra libr. j. artic. liij. Præterea, ex quoquidem huic ex officio iudicis admissum est, quòd aduersariũ aduociferet. quidquid verò iudex ex officio admittit, illud firmiter tenere eum oportet, & nullam ratione istius exigere mulctam: vt C. de contrario iudic. tute. l. si pater tuus. & ff. de reg. iur. l. qui in ius.

Nota hic speciale ex textu præsenti, r quòd quandoque pignorare potest vnus aliquem sine iudicis licentia, sicut occasione damni in campo patrati: pro eo tamen criminaliter agere non poterit. & hoc ex eo fit, quia damna illa fiunt ab hominibus itinerantibus, qui non facilè per ius arrestari possunt.

r *Pignorare quãdoq; vnus potest sine licentia iudicis*

Articulus XXVIII.

QVI ligna incidit vel gramina falcit aliena, aut in alicuius riuis fluuijsq; piscauerit, [a] tribus solidis liberatur; damnũ nihilominus secundũ formã persoluendo. In piscaturis verò foditis seu stagnis si quis piscauerit, & arbores plantatas inciderit, aut insertas fructiferasúe, vel fructum decerpserit, seu arbores aut lapides limitũm seu finium effoderit: triginta solidos exsoluet pro mulcta; & si repertus

a *Alij textum addunt: excepto mari & magnis fluminibus.*

pertus

pertus in facto fuerit, licitè [b] pignoretur. Nocturnali tempore ligna cæsa, vel gramina iã falcata furatus q fuerit, suspenditur: [c] Si diurno tempore hoc fecerit, crinis & cutis tormentis subijcietur. Aqua fluens nauigandi & piscãdi cõmunis est & esse debet, & piscatores ripa ac planicie licitè vti possunt, quantũ vno passu ex naui attingere valeant.

b Textus vetustiores addunt: sine licentia & consensu iudicis.

c Concordat Jure Munic. art. xxxvij. gloss.

GLOSSA.

Aqua fluens, &c. Vnde dicit lex communis: Flumina verò omnia & portus publica sunt: ideo ius piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque, sicut & riparum vsus. Itaque naues ad eas appellere, funes arboribus innatis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen nauigare: Instit. de re. diuis. §. flumina. Proprietas tamen illorum est, quorum prædijs adhærent; vnde & arbores ibi natæ eorum sunt: Instit. eod. titulo §. riparum.

GLOSSA.

Precedenti articulo declaratus est casus, vbi quis licitè sine auctoritate iudicis arrestari & detineri possit: in articulo præsenti dat etiam specialem doctrinam, vbi sine cõsensu iudicis vnus alium arrestare valeat. Vnde in generali pro quolibet damno, ab iter agẽtibus patrato, vnum detineri quis potest, vt superius declaratum est.

Qui ligna incidit, &c. Per ligna in textu intelligi vult arbores non fructiferas: per riuos verò & fluuios, denotat aquas, quæ nullum defluxum habent, per quæ pisces egredi vel regredi liberè possunt; sed duntaxat aqua illa vento hinc inde agitatur: vt Instit. de re. diuis. §. flumina. eiusque emenda sunt tres solidi. vitam enim nõ demeruit, qui in his piscauerit: vt infrà eod. lib. art. lxj.

In piscaturis verò foditis seu stagnis, &c. Et hoc ex eo fit, quia impẽsa & labor hominis ad id accessit, pisces q; ibibem tanquam in reseruaculo seruãtur. Vnde si stagna aut aquę huiusmodi ruptę sint, prandens pisces exeuntes, etsi vitam non demeretur; iniustè tamen agit, quia contrectat rem alienam: vt ff. de reg. iur. l. culpa.

Et arbores insertas, &c. Vt sunt Salices, Tilia. Vnde circa id interrogare vnus possit, an qui sic arbores succiderit, pati debeat ius furantium arbores, hoc est, quòd suspendi debeat, vel potius ius, vt hic textus habet? *d* Si extẽdat se damnum quod patrauerat ad tres solidos, suspenditur: si verò non; extunc ad statuam virgis cæditur, quia ligna huiusmodi assimilantur succisis lignis; nam inserta ligna non dicuntur arbores plantatæ, nisi radicatæ iam sint: vt ff. arbo. fur. cæsa. l. vitem.

d Ex artic. xiij. supra eodem lib.

Aut insertas fructiferas, &c. Per id intelliguntur etiam quercus, fagus, plantæ, vineæ, & aliæ arbores fructiferæ: vt ff. eod. tit. l. vitem. Vnde circa id sciendum, in cuius fundo radix figitur, eidem planta cedit, & idem ius possessionale ad plãtam habebit ex parte fundi sui qui arborem viuificat, & fructificare facit: vt Instit. de re. diuis. §. si Titius. & infrà eod. lib. art. lij. *e* & si plures eandem arborem furtim inciderint, cum singulis insolidũ agetur: vt ff. eo. tit. l. si plures.

Vel fructum decerpserint, &c. Dicere quis possit, ius istud non esse equum, quòd ille qui fructus decerpit,

e Adhũc passũ aliudere etiã quedãmodo videtur lex xij. tabularũ cum inquit: Tignum alienum furtiuũ ædibus vel vineis suis iniũctum, ne quis eximere cogitor: sed duplũ pro eo per actionem de tigno iniuncto præstare compellitor.

cerpit, in tantum mulctari debeat, sicut ille qui arborem succidit? R. quòd arbores, ratione quarum, vt textus habet, mulcta soluitur, intelligi debent, quæ extra sepes circumdatas situatæ sunt; quia si quis exciderit arbores in aliquo loco pariete vel sepe circumducto, & cum clamore contra eum proponitur, pœna capitis punitur: vt ff. eod. tit. l. ij. vbi habetur, quòd incisores huiusmodi arborum pœna capitis puniuntur.

Seu arbores finiū effoderit, &c. Intellige, si ignoranter id fecerit, vt sic enim punitur, vt textus habet; secus si scienter & violenter id faciat, pœnam enim capitis succūbet: vt ff. de termino mo. l. vlt.

Et si repertus in facto fuerit, &c. Quid si vnus pignoret alium, allegando damnum sibi esse illatum, iste verò factum excuset, & se fore deprædatum queruletur, quis eorum ad conuincēdum propior sit? R. ille qui pignorauit propior erit eum conuincere cum probationibus damni illati, & pignore accepto: vt C. de probationibus. l. fiue. & l. frustra.

Nocturnali tempore ligna cæsa, vel gramina falcata, &c. Istud tractum est ex iure naturali. Vnde gramina huiusmodi nondū secta, si quis ceperit, pro eo vitam non demeretur. natura etenim illa crescere facit, nō adhibita etiam hominum opera; quare nec interfici homo debet, si quid de his ceperit: si verò quid operis postmodū subsequatur, vt quia falcata sunt, furtumque in eis committatur, vitam demeretur, vt textus habet: & ff. arbo. furt. cæsa. l. facienda.

f Furtū nocturnum grauius diurno.

Si diurno tempore hoc fecerit, &c. *f* Exinde venit, quòd furtum nocturnū grauius est diurno, quia diurnus fur in cute & crine punitur; nocturnus verò suspenditur: vt ff. de furt. balne. l. fures. & supra eod. lib. art. xiij.

Aqua fluens &c. Intelligi debet de aquis & torrentibus, vbi pisces liberè egredi & intrare possunt: vt Instit. de re. diuis. §. flumina. Et ille qui primus in illis piscauerit, alios per possessiōem prohibere minimè potest: vt ff. de vsucap. l. vsucapionem. nisi forsan præscriptione triginta annorum illa possideat, ita quòd aquam & piscaturam per illud tempus pacificè teneat: vt C. de præscriptione xxx. annorum. l. si quis.

Et piscatores ripa ac planicie, &c. Locus enim ille piscatoribus æquè communis est, sicut & aqua; ita quòd portum egredi possunt, naues trahant, rete siccent, gazas ædificent, naues reforment, & non aliud; dominium tamen riparum illis pertinet, quorum prædijs adhærēt. Qua de caussa arbores quoque in eisdem natæ dominorum sunt: vt Instit. de re. diuis. §. riparum. & §. littorum. & ff. de verb. signific. l. littus.

Articulus XXIX.

CVI res alicuius per alluuionem applicētur, ipse eas domino reddere tenetur suo: dummodo vt iuris est easdem postulet, & si ei, quæ ab eo sunt impensa & desuper exposita, secūdùm hominum æstimationē persoluet. Idem etiam inuentor res sic applicatas denunciare debet, & per sex septimanarū tempus non consumere, interrogatusque, ea se habere non neget: si contra factum fuerit, ex occultatione res furtiuæ

erunt, & eas cum emenda & mulcta restituere tenetur. Furtum tamē in hoc, per quod in vita, honore, membris, sanitateue condemnetur, non commisit; quia prædictas res furando aut spoliando a domini possessione non noscitur abstulisse.

GLOSSA.

Cvi res alicuius, &c. Vnde ad hoc dicit lex Imperialis: Alia causa est earum rerum, quæ in tempestate maris leuandæ nauis causa eiiciuntur; hæ enim domini permanent, quia palā est, non eas eo animo eiici, quòd quis eas habere nō vult, sed quò magis cum eis periculum maris effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtum committit: vt Instit. de re. diuis. §. fin. *a* Et scias, quòd naufragium patienti nihil est auferendū; & clericus contra faciens deponitur, laicus verò excōmunicatur: de accusat. cum dilecti. & xxxiiij. q. ij. c. si quis necessitate. & de treuga & pa. c. ij. & hoc nisi fuerit naufragium piraticum & prædonum: vt in constit. Frederi. ad decus. §. nauigia. vbi etiam contra facientibus imponitur pœna. & ibi vide pro hac materia, & in c. excommunicationi de rapto. in gloss. penult.

a Naufragiū patienti nihil est auferendū.

GLOSSA.

Pro intellectu textus articuli *b* nota, quòd alluuio duplex est: Prima, quando fluuius est inter meū & tuum agrum; quidquid arenæ per impetum ex tuo agro importatur in meam partē, hoc tibi auferetur, & meum fit: vt infrà eod. lib. art. lvj. & Instit. de re. diuis. §. præterea. Id tamen verum est, si illud facilè dignosci non possit. si enim flumen rapuerit quantitatē agri tui, qui dignosci poterit, in meamque transportet partem; ager huiusmodi illius, cui abductus est per aquam, manet: vt infrà eod. lib. art. lvj. & C. de alluuionib. & palu. l. j. & Inst. de re. diuis. §. quod si vis. Secundo alluuio fit, si aqua eliderit arborem tuam ex terra, & transportet illam in partem meam, quamdiu non immittat radices in terrā, tua manebit: si verò radificetur in ripa mea, mihi pertinebit: vt Insti. eod. tit. §. planè. & ff. de damn. infec. l. hoc amplius.

b Alluuio duplex.

Sciendum etiam circa id, quòd ager per alluuionem accrescens alicui, etiam census ex illo debet secundùm quantitatem augeri; illi verò cui ager decreuit, census minuitur: vt C. de alluuionibus. l. ij. *c* Insula etiam in medio fluminis *c* inter agros per æquum sita, vtrorumq; iuxta latitudinem cōmunis erit: Insula verò quæ est propior agri alicuius, illius erit: vt Instit. de re. diuis. §. insula. & ff. de acquiren. re. domin. l. inter eos. & infrà eod. lib. art. lvj. in fin. Alter sensus articuli præsentis est. cui res alicuius per alluuionem applicentur, &c. Quamdiu enim vnus libera voluntate non dimiserit aliquid, vel sibi iure abiudicatum nō sit, vel non effugiat, illius manent res huiusmodi: sed ille cui res per alluuionem alienatæ sunt, non voluntate eius id factum est: vt ff. de proba. l. cum de indebito. in prin. & C. de infantibus. l. fin. ergo &c.

c Concordat infrà eod. lib. artic. lvi.

Circa id quærere vnus possit: Res vel merces tempore fluctus in mare eiectæ, an illius qui eiicit sint necne? Quidam dicunt, quòd iam istius qui proiecerat res huiusmodi, perāplius non sunt; & hoc, quia voluntariè merces huiusmodi eiecerat

cerat allegantes simile in coronatione Apostolici, imperatoris vel Regis, vbi pecuniæ proijciuntur, & qui illas apprehenderit, illius manent. R. tamen, quod merces tempore tempestatis in mare ejectæ, illius sunt qui proiecerat. in necessitate enim vitæ nauem exonerauit, & non animo, quòd merces illas vlteriùs habere nollet; nec est simile de pecunia tempore coronationis sparsa. illud enim fit ex lætitia; istud verò propter cõseruationem vitæ, aliàs enim libẽtiùs retinerent merces huiusmodi: vt Instit. de re. diuis. §. vlt. ff. pro derelicto. l. j. & ij. & item l. si id quod. in autent. de consulib. §j. coll. viij.

Ex occultatione res furtiuæ eruntur, &c. *d* Ex isto textu habetur, quòd quædam res furtiuæ efficiũtur ex sola negatione, *e* quæ tamẽ in vitam vel honorem non vergunt, sed cum emenda illa dimittere cogitur; vt sunt res per alluuionẽ applicatæ, si occultatæ sint. tùm etiam res mobiles inuentæ, & si negauerit inuentor: vt infrà eod. lib. art. xxxvij. & ff. de furtis. l. falsus. & Instit. de re. diuis. §. alia. in fin.

d Concordat Jure Munic. art. Cxxxvi. gloss.

e Res quædã furtiuæ efficiuntur ex sola negatione.

Furtum tamen in hoc, &c. Hoc intellige de rebus quæ per alluuionem sibi adueniunt, vel cùm ejectæ merces ex naui propter fluctum, eidem applicantur, vel res tempore incendij exportatæ, in ejusque domum à casu inductæ. Si verò aliquis ex proposito, tempore diluuij, in loco alicuius proprio res ceperit, vel tẽpore fluctus quo nauis percilitatur, merces occupauerit, vel etiam tempore incendij in domo igne flagrante quidquam abstulerit, pœna capitis damnatur: vide ad hanc materiam ff. de incendio, ruina, naufragio. l. quo naufragium. l. Pedius. l. ne quid. immò huiusmodi res ex naufragio perditæ sine consensu iudicis inquiri & colligi possunt: vt ff. eod. tit. l. vlt.

Articulus XXX.

Hæreditatem seu successionem *a* qui sibi dicit non iure cognationis, sed promissionis seu donatiõis deberi aut pertinere: hoc pro irregulari habetur, id est, pro iniustitia reputatur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio sit confirmata.

a Textus vetustiores itaq; gunt: Qui sibi vẽdicat hæreditatẽ non per cognationem, sed p promissionem: hoc p iniustitia reputatur, nisi fuerit promissio coram iudice cõfirmata.

GLOSSA.

Qvi sibi dicit, &c. In isto articulo tangitur materia adoptionis. *b* Et est adoptio legalis actio ad solatium eorum principaliter inuenta, qui liberos non habent, penè naturam imitans: argu. C. de adoptio. l. cum eum. & ff. eod. l. adoptio. Potest autem adoptare maior natu minorem, & non è cõuerso. Item is qui filios habet, & qui non habet: Instit. eod. §. fœminæ. Necesse autem est, quòd adoptans sit paterfamilias, id est sui iuris, & talis quòd generare possit, immò & qui non potest, adoptabit; dumtamen naturaliter nõ impediatur. minor verò sexagenario arrogare non potest, nisi causa cognita, quia magis debet dare operam procreationi propriorum filiorum, sed benè potest adoptare: ff. eod. l. ij. §. illud. l. si pater. §. vlt. & l. sequenti. Mulier adoptare non potest, sed masculus tantum, nisi per rescriptum mulieri hoc concedatur: vt ff. eod. l. nam & fœminæ. & Instit. eod. §. fœminæ. Quilibet verò tàm masculus, quàm fœmina, dummodo sit minor natu adoptante, potest adoptari: ff. eod. l. adoptio j. *c* Et trãsit etiam adoptio in aliam speciem,

b Adoptio q. t. & alia de adoptionibus vide.

c Arrogatio q. t.

ciem, quæ dicitur arrogatio. nam & is qui arrogatur, id est rogatur, interrogatur, an velit arrogantem habere in patrem; sic & arrogans, an velit habere arrogandum in filium: ff. eod. l. j. in fin. & l. ij. *d* Differunt huiusmodi species, quia filijfamil. adoptantur, nec transeunt in potestatem adoptantis; arrogantur autem patresfam. & trãseunt in potestatem patris: ff. eod. l. j. in fin. Item adoptio fit cuiuslibet magistratus competentis auctoritate, dum habet merũ & mixtum imperium & iurisdictionem: ff. eod. l. ij. & de offic. proconſ. l. ij. Arrogatio fit auctoritate Principis, & requiritur vtriusque verbum expressum; vnde infans non potest arrogari, sed benè adoptari: ff. de adoptionibus. l. ij. & l. in adoptionibus. & l. etiam infantẽ.

d Adoptionis & arrogationis differẽtia.

e Vide Iur. Munic. artic. lxj.

e Soluuntur autem per emancipationem, quæ est patriæ potestatis relaxatio, coram competenti iudice facta, ex eo, quòd extra manum & potestatem patris filius ponitur: Instit. quib. mod. ius pa. potest. sol. §. præterea. Et fit volũtate patris & filij concurrẽte. Nec cogitur pater emancipare filium, nisi in certis casibus: *f* Primò, si malè afficit filium suum verberibus contra pietatem. Secundò, si compellat eum in corpus suũ peccare. Tertiò, si filius est arrogatus impubes, & pubes factus; probat sibi expedire emancipatum esse. Quartò, si pater agnouit legatum sibi hac conditione fieri, vt emanciparet: ff. eod. l. nonnunquam. C. de Episc. audi. l. si lenones. & ff. de cond. & demon. l. si cui. Soluitur etiam morte naturali: ff. de adoptio. l. si pater. Item morte ciuili: Instit. quib. mod. ius pa. potest. sol. §. cum autem. & §. pœnæ. Item soluitur dignitate: C. de decur. l. vlt. lib. x. *g* Est autem in his effectus, vt arrogatus ab intestato patri succedat, & habet contra testamentum querelam. C. de adoptionibus. l. cum in adoptiuis. §. vlt. & ff. eod. tit. l. si arrogator. Et idem est in adoptione, scilicet cùm fit ab auo paterno vel materno. Sed si ab extraneo fit, tunc remanet in potestate patris naturalis, & nihil prodest, nisi quòd ab intestato iura successionis habet: Instit. de adoptio. §. sed hodie. & C. cum in adoptiuis. §. omnia. Est etiam effectus, vt in his acquiratur filiatio & patria potestas; vt necessitate famis pater possit eum vendere: C. de patri. qui fili. distra. l. vlt. Item, vt impediat matrimonium: vt in c. vno de cognat. leg.

f Emancipare pater filium cogitur in certis casibus.

g Arrogationis effectus.

An & quando valeat promissio siue pactum *h* de futura successione, secundùm leges sic distingue: Aut pactum fit de iure successionis conseruando, & valet: Instit. de legit. agnat. succes. §. fin. Aut de iure successionis amittendo, & adhuc valet, si caussa subest: ff. si à parent. quis manumi. l. j. §. si parens. vbi excluditur pater ab hæreditate filij, quia deliquit recipiendo prẽmium emancipationis: si autem non subest caussa, non valet: C. de col. l. pactum. nisi tunc firmetur iuramento: vt in c. ij. de pactis libr. vj. Aut fit de iure successionis acquirendo, & non valet sine cõsensu viuentis: C. de pact. l. vlt. Immò aufertur ei hæreditas & fisco applicatur: ff. de donat. l. quidã. & l. sequen. Aut fit de iure successionis certo modo diuidendo, & tunc subdistingue: Aut fit respectu incerti hominis, vt quia duo paciscuntur diuidere omnem hæreditatem communiter sibi obuenientem, & valet: ff. pro socio. l. iij. §. de illo. Aut fit respectu certi hominis, & non valet sine eius consensu: C. de pact. l. vlt. de hoc vide per Bart. ff. de verb. oblig. l. stipulatio.

h An valeat promissio de futura successione.

Sed promissionis, seu donationis, &c. Et qui sic vendit vniuersitatẽ hæreditatis, cùm res singulas non vendit, de euictione nõ tenetur

tenetur rei singularis: vt C. de euict. l. j. vbi dicitur: Emptor hæreditatis rem à possessoribus sumptu ac periculo suo persequi debet. Euictio quoque non præstatur in singulis rebus, cùm hæreditatem iure venisse constat, nisi aliud nominatim inter contrahentes conuenit. Et scias, quòd hæreditate vendita hæres nihilominus remanet creditoribus obligatus: vt in l. ratio. C. de hæredi. vel acti. vēdi. Venditor verò ipsum compellet, vt vel actionē accipiat, vel interesse sibi præstet, vt ibi notatur. Et in venditione nominis, debitoris consensus non est necessarius: C. eod. l. nominis. Nam talis cōtractus factus apud acta, æquiparatur confessioni in iudicio factæ, & mandatur exequutioni tanquā confessio iudicialis: vt in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. & ad idem facit. C. de testa. l. omnium. vbi dicitur, quòd testamentum factum coram Principe, vel apud acta iudicis, habet vim testamenti publici & insinuati: Et fit de actis, siue fiat apud acta, siue ante factum redigatur in actibus; & sic vt ex liquido & notorio iudici fit per eum exequutio. Regulariter autem secundùm leges non valet pactum de futura successione: vt legitur & notatur in c. ij. de pactis. lib. vj. Et pactum factum cum quibusdam hæredibus, non tangit alios: C. de pac. l. si actionem. Et si etiam hæredes siue debitores inuicem paciscantur, non præiudicat hoc creditoribus: vt in l. debitorum. C. eod. tit.

Coram iudicio sit confirmata, &c. Et hoc scias, quòd confirmatio in forma communi valet sic, vt iustè possideas, & similibus nullum vel modicum ius tribuit, sed vetus tantùm conseruat: xij. dist. c. præceptis. & de priuil. c. quia intentionis. & ius quod præcesserat declarat: arg. ff. si serui vend. l. sicuti. §. distant. Et per eam non impeditur petitio alterius partis, vel iudicis cognitio: de concess. præben. c. quia diuersitatem, ne sede vacan. c. ij. de constit. ex parte. & jx. q. iij. conquestus. & c. nunc verò. & ff. ne quid in loco public. l. ij. §. si quis. & C. de emancipa. l. nec auus. Confirmatio verò quæ fit ex certa scientia cum causæ cognitione, tribuit ius, & nullus nisi cōfirmans de re sic confirmata cognoscit: vt de confir. c. j. & ij. & de offic. deleg. quoniam Abbas. & de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. Et non solenne, reddit solenne: C. de testa. l. omnium. & mutat naturam: C. de rei vxo. actio. Et nudum pactum innuit: arg. ff. de pac. l. legitima.

GLOSSA.

Articulus præsens fundatur in certis legibus, quæ de adoptionibus tractant. Vnde iure ipso licitū fuit semper sibi adoptare filium vel filiam, qui in potestate illius erant, & bona illorum hæreditabant: vt Instit. de adoption. §. j. ff. eod. titu. l. j. & hoc in fauorem admissū fuit illis, qui pueris carebant, vel eos bello perdiderunt: Postmodū in tantum extendebatur lex illa, quòd vnusquisque pro libitu sibi hęredes constituebat: vt in autent. de nupt. §. disponat. coll. iiij. ff. ad leg. Fal. l. j. Vnde & in abusum postmodùm constitutio prætacta venit. quidam enim omnia bona sua adoptiuis tribuebant, pueros proprios mendicos relinquentes: vt in autent. de trien. & semif. §. frequenter. coll. iij. *i* Lege tandem Imperatoris statutum est ac prouisum, quòd quilibet adoptare aliquem volens, etiam bonorū partem proprijs relinquere debet pueris: vt in auten. de trien. & semis. §. hæc nos. coll. iij. Vnde etsi quidem in aliquibus legum locis inuenitur, quòd minùs relinquere possit; leges tamen illæ abrogatæ sunt.

i Adoptionis regula secundum posteriores leges.

k Adoptiões apud Saxones inusitata.

sunt. k Saxones, vt ex toto præsenti libro intelligi datur, adoptiones non tenent, seruantque priuilegium inconcussè in hoc casu. nullus enim apud Saxones ex electione vel promissione hæreditatē percipit, sed secundùm gradus: & hoc tangitur hîc in textu, & supra lib. j. art. iij. & in auten. de hære. ab intestat. veni. §. si verò. col. jx.

Nisi promissio corā iudicio sit confirmata, &c. Quid si testificari possis, quòd tibi corā iudicio promiseram, vt bona hæreditares mea, an percipere valeas necne? R. quòd sic; quia ius præsens ita disponit. quidquid verò iure cautū est, eidem cōtradicere minimè licet. Imperator enim id vult quod ius suadet: vt in auten. vt in medio litis non fieri sac for. §. j. col. viij. In contrarium licèt istius sit art. xxxiiij. li. j. vbi dicitur: si quid donatur, necessariū est, quòd ille cui donatur possideat anno & die, aliàs donatio non valebit. R. per distinctionem, & nulla in eo erit contrarietas; nam si est donatio mobiliū, illa donari possunt quando id facere potens est: vt supra li. j. art. lij. Si sit hæreditas, illam euacuatam tenere debet anno & die: si verò fuerit proprium hæreditarium, siue hæreditas deoluta, illam alienare non poterit sine hæredum consensu: vt supra lib. j. art. lij. Hanc triplicem donationis differentiam tangit hîc cùm dicitur: nisi promissio huiusmodi coram iudicio confirmata sit, hoc est, vt donatio sit prout de iure fieri debeat: vt Instit. de re. diuis. §. per traditionem.

Articulus XXXI.

QVI per sententiam interficitur, vel seipsum interficit, eius succedit cedit hæres vel agnatus. Spolia vel furta sub eo, vel quocūq; alio inuenta, iudex per annale tēpus obseruabit: & si per hoc tēpus non postulentur, a iudex ea in vsus conuertet suos. Neque alicuius res, propter alterius vitia, si sub eo sunt, vsurpari possunt. Vnde & licet possessor earum morte puniatur, res nihilominus reduntur illi cui pertinent.

a Alij textus addunt: vel testimonio non repetantur.

GLOSSA.

QVI per sententiam, &c. Vnde dicit lex cōmunis: Bona damnatorum seu proscriptorum non fiunt in lucrum iudicibus, aut eorum officijs: neque secundùm veteres leges fisco applicantur, b sed ascendentibus & descendentibus, & ex latere vsque ad tertium gradum, si supersunt. Vxores verò eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si verò sine dote sunt, de substantia viri accipient partem à legibus deffinitam: siue filios habeant siue non. Sed si neminem prædictorum habeant: qui ista deliquerunt, eorum bona fisco sociātur. In maiestatis verò crimine condemnatis, leges veteres præcipimus obseruari: vt C. de bon. proscript. auth. bona. Itē alibi dicitur: Eorum demum bona fisco vendicantur, qui conscientia delati admissiq; criminis, metuque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Eapropter fratrem vel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore vel insania, aut aliquo casu suspendio vitam finiuisse constiterit: bona e-

b Bona damnatorū cui cedant?

orum tàm ex testamẽto, quã ab intestato ad successores pertinebũt: vt in l. j. C. de bo. eo. qui mor. sibi.

GLOSSA.

IN articulo præsenti quinque tanguntur, vnicuique cuiuscumque status fuerit, in causis potissimum criminalibus, scitu necessaria; nã & quiuis hominum ius scire tenetur: vt Instit. in proœm. §. summa: in auten. de iudic. §. j. coll. vj. Primum, quòd illi, qui per sententiam iuris vitam perdunt, bona nihilominus non amittunt. doctrina hæc omnibus vtilis est. possent enim iudices auari in mortem accelerare alicuius propter id, vt bona eius accipiant, quod fieri non debet; immò qui sic agunt, iniusti & non veri iudices nuncupantur, immutantque nomen iudicis, qui & iustus esse debet: xxxiij. q. ij. c. j. & iij. q. vij. c. iudicet. C. de ferijs. l. à nullo. & in auten. de iudi. §. j. coll. vj. Quòd autem iudex bona huiusmodi damnatorũ accipere non debeat, probatur per paragraphum, oportet. in auten. de mandat. Princip. §. oportet. coll. iij. vbi dicitur: Oportet autem te & in hoc omnem ponere prouidentiam, cũ aliquis dignus apparuerit pœna, illum quidẽ punire, res autem eius non contingere, sed sinere eas generi & legi, & secundùm illam ordini. Non enim res sunt quæ delinquunt, sed qui res possident. at illi reciprocant ordinẽ: eos quidem qui digni sunt pœna, dimittunt: illorum autem auferunt res, alios pro illis punientes, quos lex fortè ad illorum vocauit successionem: hoc idem etiam habetur C. de pœnis. l. sancimus. Vnde licet in cõtrarium istius videtur esse arti. xxxviij. supra lib. j. & C. de bonis proscriptorum. l. deportati. vbi habetur, quòd proscriptorum bona confiscantur. ℟. tamen, quòd in iuribus allegatis loquitur de illis, qui in proscriptiõe Regiæ Maiestatis sũt; bona enim illorum confiscantur: Articulus verò præsens meminit de his, qui excessum vita emendãt sua. vnde ad hanc materiam vide supra eod. lib. art. xxv. Secundũ, quod hîc in textu tangitur, quis bona illorum, qui seipsos interficiunt accipit? id sub distinctione intelligendum erit; quia vel ex ægritudine aliqua, vt sunt melancholici, frenetici, seipsos interficiunt, bona eorum propinquis cedunt.

c Si verò occidant se metu pœnæ mortis, quam iudicium eis inferre deberet propter delictum: bona eorum fisco applicãtur. De primis habetur C. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt. l. j. De secundis verò habetur ff. de bonis eorum, qui ante sententiam mortẽm sibi consciu. l. qui rei. & C. eod. tit. l. vlt. Nec huiusmodi homines mortẽ sibi consciscentes in sacris locis sepeliri debent, nec pro eis exorandum est: vt xxiij. q. v. c. tu dixisti. & c. placuit. Tertium in textu tangitur, de bonis derelictis pro quibus aliquis vita priuatur. bona enim huiusmodi anno & die per iudicem seruari debent, si quis iure ad illa se traxerit, vt sibi restituantur: vt supra eod. libr. art. xxv. & in gloss. Quarto docetur hîc, quo pacto vnus hic ad bona huiusmodi se trahere debeat. iudicem enim eum adire oportet, mettertiusq; iurare, quòd bona illa eius sunt: vt infrà eo. li. art. xxxvj.

c Concordat Iure Munic. ar. xxvi. glos.

g Sed quærere aliquis posset, cur annus & dies expectatur, postquã enim iste, vtpote maleficus, conuinci debet, deprædatus contra eum querulari necessariò tenetur; & si querulatur, cur anno & die expectare teneatur? ℟. quòd sæpè contigit multos in vna strata publica simul & semel deprædari: vnus verò dũraxat inuestigat prædonem & agit; quare alij expectãdi ve-

di veniunt, vt textus habet. Quintò, quòd neque alicuius res propter alterius vitia vsurpari posſūt, & hoc fit propter duo: Primò propter id, quia iam prædo vitam perdidit ſuam, & ita bona alterius vltra id perdere non potuit. Secūdò, quia ſi duo fratres, vel pater & filius coniuncta habeāt bona, ſi vnus eorum vitam deliquerit, aut ſua bona: alterius tamē bona perdere non poteſt. Si ego etiam alteri bona commodauero, & ille vitam demeretur, nō propter hoc ego bona perdo mea: vt hîc, & C. de pœnis. l. ſancimus.

Articulus XXXII.

DOminus pro famulo ſuo,[a] nō niſi quātum pretium eius ſe extēdat, actioni reſpondebit: niſi fortè maiora pro eo fuerit ſtipulatus. [b] Expellat ſi dominus mercenarium, ei plenam mercedem præſtare tenetur. Relinquet autem mercenarius dominū importunè, quātùm eius sūma pretij conſtat, domino obligatur: [c] & ſi aliqua pars pretij eidem ſit perſoluta, in duplo reddere compellitur.

a Vide infrà lib. iij art. vi.

b Concordat Iure Munic. art. lxxx.

c Hoc eſt, quantum ſibi mercedis promiſſum eſt, tātùm domino ſoluere tenebitur.

GLOSSA.

DOMINVS pro famulo ſuo, &c. Dominus enim non tenetur de facto familiæ ſuæ, niſi mandauerit vel ratum habuerit, ſed pro ſeruo ſuo tenetur, in quantum ad ipſum peruenit; & tunc nomine ſeruitātùm tenetur noxaliter: ff. de vi. & vi armat. l. j. §. ſi quis. & §. ſequen. Et ſi familia aliquid fecerit, non tamen nomine domini, dominus poteſt illud non habere ratum: ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. Et illud regulariter eſt verum, vt in regulâ. ratum. de reg. iur. lib. vj. Pro materia iſtius etiam vide in c. j. & c. cum ad ſedem: de reſtit. ſpol. per doct.

Reſpondebit, &c. Et ſi vltra pro ipſo ſoluit, ab eo recuperat: vide in addit. Spec. titu. de iniur. & in Spec. in verſi. ſumma.

Expellat ſi dominus mercenarium, &c. Vnde dicit lex: Conductor omnia ſecundùm legem conductionis facere debet: & ſi quid in lege conductionis prætermiſsū fuerit, id ex æquo & bono debet præſtare: vt in §. conductor. Inſtit. de loca. & conduct.

GLOSSA.

Articulus prçſens de exceſſibus famulorum diſponit, quod quandoque ſine iuſſu & voluntate domini euenire contingit. *d* Vnde pro intellectu iſtius nota, quòd famuli duplices ſunt: Quidam qui ſerui & mancipia propriè dicuntur, qui & illiberi ſunt, vt ſunt bello capti, vel pretio empti: vt Inſtit. de iur. perſo. §. ſerui. Alij ſunt, qui nobis famulātur, liberi tamen homines manent: vt Inſtit. per quas perſon. nobis oblig. acquir. §. j. Vnde dominus pro ſeruo ſeu mācipio reſpondere tenetur, prout actor damnum ſuum iure contra eum propoſuerit: Vel eundem actori pro exceſſu præſentare, *e* tāquam iumentum aliquod exceſsū vel damnum faceret: vt infrà eod. lib. art. xl. & Inſti. de noxa. acti. §. ex maleficijs.

d Famuli duplices.

e Abſurda et immanis eſt hæc gloſſæ declaratio, vbi ſeruum iumento comparat, cùm homo exiam ſeruitis cōditionis creatura rationalis Dei ſit.

Notandum ſpecialiter circa id de ſeruis ipſis: Dominus ſiquidem ſeruum ſuum de crimine capitali accuſatum defendere poteſt, & in iudicio ſiſtere, accuſatoris intentionibus

tionibus respõsurus. seruum enim domino defendere permissum est, vt pro eo competentes possit offerre allegationes; post probationem autem criminis, non ipse dominus, sed seruus pro suo delicto sententiam sustinet: vt C. de accusat. & inscript. l. si cuiusdam.

f Serui noxã facere possunt dupliciter.

f Præterea sciendum, quòd serui facere nóxam possunt dupliciter: Primò de scitu & voluntate domini, & vt sic dominus respondere tenetur. qui enim aliquid facere procurat, ac si solus fecisset, iudicatur: vt ff. de noxa. acti. l. ij. & l. in delictis. & C. eod. tit. l. ij. Secundò, cũ delinquunt sine scitu & voluntate domini, & vt sic liberãtur domini ipsi, vt textus habet.

g Serui multi: si noxã fecerint, quid faciendum in eo casu?

g Quæritur, si multitudo seruorum vel tota familia noxam fecerit, quid in eo casu faciendum? R. quòd dominus optionem habet, aut totam familiam dandi illi cui noxa facta sit, vel damnum soluẽdi, ac si vnus noxam fecisset; hoc tamen verum est, si eo inscio noxa huiusmodi facta sit. Si verò cõscius erit, poterit conueniri nomine suo, & nomine singulorum de familia: vt ff. si famil. furt. fecisse dica, l. vtilissimum. Alij verò famuli, qui famulantur ex mercede ad tempus certum: pro istis dominus non respondebit, nisi inquantum pretium corũ sit, vt textus habet. & hoc ex eo, quia huiusmodi famulus non est propriè seruus, aut mancipium sui domini; & ita pro eo respondere non oportet: vt Instit. de iniurijs. §. sed si libero. Dicere quis posset, textum articuli in eo casu contrariari infrà art. xxxiiij. eiusdem libri, vbi dicitur: Qui alterius famulum percusserit, captiuauerit: tàm domino quàm famulo præstabit emendam. Si verò actio domino admittitur, & emẽda præstatur pro iniuria famuli: meritò etiam pro excessu familiæ respondere deberet? R. quòd non est simile, nec vnum contrariatur alteri. ibi enim in articulo allegato, dominus non agit nisi pro damno & iniuria sua: articulus verò presens de noxa famuli disponit, pro qua ipse famulus respondere solus cogitur. Si quis etiam contra dominum actionem intentare vellet in casu præsenti, quòd scitu, voluntate, consilio eius factum sit: respondere etiam cogitur dominus ipse: vt ff. si fam. furt. fecis. dicat. l. j. Dicere iterũ quis posset, declarationem glossæ non per æquũ quadrare, quia dominus in maius respondet pro seruo illibero quàm pro famulo mercenario, cùm tamen æquè iste sicut & ille seruus eius est. quãdiu enim rem conductam habet quis, tempore cõductus res illa eius est, ac si mãcipium eius sit proprium.

h Concord. Iure Munic. art. lxxv. glo.

h Si ergo vnus sicut & alter per æquum sibi pertinet, quare responsio æqualiter pro vtroque fieri deberet? R. quòd dominus pro vtroque respõdere æqualiter videtur. famulus enim liber famulatur pro pecunia & mercede, dominusque illam tribuit pro noxa seu excessu, vt textus habet: Seruus verò seu mancipium seruit etiam pro mercede, quæ est vita ipsius, hoc est, vt in vita conseruetur. Si ergo dominus dat vitã seruo, pro excessu illius dat mercedem ipsius; & ita æqualiter respondere pro vtroque videtur. Quòd autem vita serui sit merces ipsius, habetur Instit. de iur. person. §. serui.

i Dominũ seruum occidere leges vetant.

Quærere quis possit, an domino seruum occidere liceat suum? Omissis in contrarium opinionibus. i R. quòd dominus seruũ occidere non debet, nec de iure sibi id facere admittitur ex duobus: Primò, quia vita serui est eius merces de seruita, pro qua laborat. Secundò, quia legibus Romanis id prohibitũ est. dato enim, quòd seruus suus sit, occidere tamen eum non licet. k Nullus siquidem re sua malè vti debet: vt Instit. de

k Nullus etiam re sua male vti debet.

his qui

his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed & maior. vnde potiùs serui vendi debēt propter seuitiam dominorum, quàm quòd interficiantur, vel eis abutantur; emendari tamē & castigari iure poterint: vt C. de emendatione seruorum. l. j.

Expellat si dominus, &c. Hoc ex eo fit, ne dominus defraudetur opera sua, & famulus mercede & pane suo; & ita vnus refundit alteri pro damno, vt textus habet. Aliàs, si id per articulum præsentem expressum non esset: extūc dominus seruo & ècontra damnum refundere teneretur, id quod leges suadent: vt Instit. de locat. & conduction. §. penul. & C. eod. tit l. præses.

Articulus XXXIII.

Mercenarius si matrimonium contraxerit, aut ei tutela incumbit pupillorum, licitè à domino recedet, & per quātum tēpus famulabatur, tantum à domino consequitur pretij: [a] quòd si plus acceperat, hoc tantummodò restituet sine emenda.

a Vide ad hūc passum infrà art. lxxx.

GLOSSA.

Mercenarius si matrimonium cōtraxerit, &c. Facit ad hunc articulum ff. loca. l. dominus. dicit enim lex: Quòd qui operas suas locauit, totius temporis mercedem recipere debet, si per eum non steterit, quo minus operas præstaret: vt in l. qui operas. ff. loca.

GLOSSA.

In textu duæ tanguntur causſæ, propter quas famulus liber licitè à domino recedere potest: *b* Prima est matrimonium, & hoc est propter sacramenti illius dignitatem, quod & initium est omniū bonorum: vt Instit. de iur. natur. §. j. Nullus itaque sacramentum illud prohibere potest seu impedire. Secundum est tutela, & hoc fit ratione pupillorum. discessus enim famuli à domino, nō est ita nociuus domino, sicut pupillis damnū esset si sine tutore manerēt. *c* Vnde nota, quidquid aliquis facit quod ius suadet, rectè facit, & facere tenetur; vt hīc in textu de mercenario, qui quamuis promiserit seruitium domino, recedere tamē potest ex causſis in textu positis: vt Instit. de excus. tuto. §. non esse. *d* faciens enim quod ius dictat, omnia soluit promissa & iuramenta, nedū in isto casu, sed & in omnibus: vt C. de legib. & constit. l. non dubiū. & xxij. q. iiij. c. in malis. *e* Quæritur, an operas seu labores quis perpetuò locare vel cōducere possit? Quidā dicunt quòd non; quia aliàs libertas sua sibi inutilis esset: vt ff. de condi. cau. da. l. dedi. §. si liber homo. & ff. de liber. homi. exhi. l ij. R'. tamē sub distinctione, qui seipsum conduceret, sequeretur quòd esset illiber, vt leges allegatæ sentiunt. Conducere verò labores suos benè poterit, nec per hoc derogatur libertati eius. alium enim in locū suum surrogare poterit: vt C. de Episc. & cleri. l. si quis. & l. ad similitudinem. vt sic enim non tenetur vnus totum solus laborare: vt C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem. & ff. de duobus reis constitu. l. nemo est. & istud benè fieri potest; quia pretium illud alteri benè cōferre poterit: vt ff. de re. iudic. l. si quis ab alio. §. fin.

b Causſa duplex, quòd famulus dominū dimittere licitò potest.

c Quidquid aliquis facit quod ius suadet, rectè facit.

d Faciens id q. ius dictat, omnia soluit promissa.

e Operas seu labores suos an quis perpetuò locare possit?

Quæritur, an aliquæ aliæ sint causſæ, vt mercenarius dominum relinquere possit? R'. quòd non;

nisi fortè aliqua euidēs causſa, vel damnum immineret maximum, vel de voluntate domini id fiat: vt Instit. de loca. & conduct. §. vlti. ff. de reg. iur. l. nihil. extra de regu. iur. c. j. Instit. qui. mod. tolli. oblig. §. itē si reus. & ibid. §. fin.

Articul. XXXIIII.

a Iure Mun. art. lxxx. glo.

FAmulum alienum [a] si quis percusſerit, captiuauerit, ſpoliauerit, pter domini odium & culpam, tàm domino quàm famulo præstabit emendam: [b] nisi ſuo cōfirmauerit iuramēto, quòd hoc in domini ſeu vtriuſq; cōtumeliam non ſit factum, ſiue in domini damnum, quò opera per famulum domino facienda non periclitetur: vt ſic enim dūtaxat famulo ſeu ſeruo emendabit. [c] Si verò affirmare vellet, hoc in damnū domini non feciſſe, ipſe damnum huiuſmodi debet quemadmodū ſeruus ſeu famulus debuiſſet, ſi ſeruitium domini ſui nō iure deſeruiſſet, reſarcire, & cum emenda, vt ſupra dictum eſt, niſi ſe excuſet, liberare. Qui hominē tenet captiuum, reſpondere tenetur omnibus ſuis vxorique ipſius, & cuilibet cognatorū agere volentium, quamdiu per eū vinculis eſt mancipatus. *ſuppleretenetur, ſicut ſeruus ille deberet, ſi ſine cauſa ſeruitium dimiſiſſet.*

b Iure Mun. art. xij. gloſſ.

c Textus vetuſtiores ſtātie gunt: famulum alienum ſi quis percuſſerit, ceperit, ſpoliauerit, tūtumodo pro domini culpa iuſtè ſatisfaciat vtriq;, niſi iuret, quòd in damnū domini vel dedecus hoc non fecerit, quia vt ſic euadet vna emenda. Dedecus dico, ſi ipſum percutit propter culpā domini, & nō propter culpā ſeruī, vel propter culpā vxoris. In damnū dico, ſi vsatione verborum domini in obſequio neutabiliter impediatur ſuo. Ille etenim ſic leſit famulum domino

GLOSSA.

Famulum alienum ſi quis, &c. Vt de etiā dicit lex Imperialis: Sed ſi libero, qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur: ſed ſuo nomine is experiri poterit, niſi in contumeliā tuam pulſatus ſit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam & iniuriam facta ſit: vt Inſtit. de iniur. §. ſed ſi libero. Vide etiam quod notat Innoc. & Hoſtien. in c. dilectis. ad appel. & quod nota. in gloſſ. quæ incipit: dicebant. in c. auctoritate de priuil. lib. vj.

GLOSSA.

PRo intellectu textus clariori *d* nota, quòd ſeruus mancipij nomē eſt, in Latino ſeruus à ſeruādo dictus. bello enim captus occidi potuit, vita tamen donatur, & loco mancipij ſeruatur: vt Inſti. de iur. perſon. §. ſerui autem. & iſtis non competit actio pro iniuriis, ſi percuſſus vel captiuatus ſit, nec emendam accipiunt, verùm pro iniuria eorum domini actionem intētabunt, ipſiſque emendabitur: vt Inſtit. de iniur. §. ſeruis. & ff. eod. tit. l. item apud Labeonem. §. interdum. Vndè & textus articuli nō debet intelligi de huiuſmodi ſeruis; & hoc ex eo liquet, cùm dicitur: quòd vtrique emenda exſoluitur, ſi in contumeliam vtrorūq; iniuria illata ſit: vt Inſtit. de leg. Aquil. §. illud. *e* Serui autem emendam non accipiunt, ſed domini loco ipſorum: verùm textus intelligitur de mercenarijs liberis, qui pro pecunia nobis ſeruiunt, qui & famuli dicuntur: vt ſupra eod. lib. art. xxxij. & Inſti. per quas perſon. nobis acquir. §. acquiritur. &

d Seruus à ſeruando dictus. concordat ſupra lib. 1 art. xvi. & infrà lib. vj. art. xlij. Iur. Mun. art. ij.

e Concordat Iur. Mun. artic. iij. & artic. iiij.

tur. & isti differunt plurimum ab illis prioribus, nec aliqua dominis pro eorum iniurijs cõpetit actio, nisi in contumeliam dominorum factum sit, vt textus habet.

Notandum vlterius, quòd in textu pro tribus excessibus emenda exprimitur: Percussione videlicet, captiuatiõe, & spolio, cùm tamen pro nulla earũ emenda competat. omnes enim sunt criminales, nisi forsan dicere velis, quòd pœna quam occasione istius patitur, sua emenda esset, quod tamen fieri non potest; quia textus habet, quòd vtrique dare emendam cogitur, hoc ipse cum pœna satisfacere minimè potest. Pro intellectu istius respondè, quòd percussio est duplex: *f* Vna est, cùm vis infertur, & armata manu vnus alium inuadit, exindeque vulnera eueniunt duellaria, actioque criminalis subsequitur. Alia est percussio, quę & verberatio simplex dicitur, sicut in maxillam cæsio, &c. & pro his datur emenda, vt hîc. distinctionem etiam huius vide supra libr. j. art. lxviij. lib. ij. art. xiij. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. *g*

f Percussio duplex.

g Spolium duplex.

g Spolium etiam est duplex: Quidam enim spoliat id quod alienum est, & pro eo non pertinet pecuniaria emenda, quia actio criminalis est: vt supra eod. lib. art. xiij. §. iiij. ff. vi bon. rapto. l. vlt. Quidam spoliat id quod suum est, sicut qui se intromittit possessioni sine iudicis consensu, rei quam alter priùs possederit, dato etiam, quòd res illa sua fuerit, emenda nihilominus propter id exsoluitur: vt supra eod. lib. art. xxiij. Instit. vi bono. rapto. §. sed nedum. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. *h*

h Captiuitas duplex.

g Captiuatio insuper est etiam duplex: Vna cum in carceres vel compedes aliquis conijcitur, & ista est pœnalis: vt infrà eod. libr. art. vlt. Alia est, cùm vnus detinet per tunicam vel alio quouis modo cum iniuria alterum, quòd vltra ire non possit: vt ff. de vi publ. l. & eum. & Instit. de iniurijs. §. ij. In tribus vltimis harum subdiuisionum modis, emendare oportet famulo libero pro eius dolore, domino verò pro contumelia: vt Instit. de iniur. §. sed si. & ff. eod. tit. l. item apud Labeonem. §. nterdum. Seruo verò si quid tale acciderit, nihil sibi emendæ cedit: vt Instit. eod. tit. §. seruis autem.

Nisi suo confirmauerit iuramẽto, &c. Alij verò textus habent: Nisi suo audebit confirmare iuramento. *i* Vnde istud verbum audebit, diligenter attendendum est illis qui iurare volunt. in omni enim iuramẽto necessariò vt sit veritas, synceritas, & iustitia; & si quid horum deficit, periurus efficitur. iurat enim id quod nescit: vt extra de iureiuran. c. etsi Christus. xxij. q. ij. animaduertendum vers. item qui falsum. Postquam verò vt sic iuramẽto confirmauerit, immunis erit iure Saxonico. speciale etenim ius Saxones habent, quòd ad obiecta iuramento se expurgare possunt, *k* nec contra illos datur actio super periurio: vt supra lib. j. art. xviij. Licet secundũ leges actio super periurio institui potest, nisi forsan iuramentum sibi deferatur in defectu aliarum probationum: vt C. de probat. l. actor. & l. fin. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. hac lege. In textu, & signãter in annotationibus, vbi dicitur: dedecus verò, &c. Ex isto doctrina datur, quòd quidquid vnus probare vult, per distinctiones & differentias vt id faciat necesse est. vniuersale enim & generale rectè limitatur per speciale. in toto enim iure generi derogatur per speciem; & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est: vt ff. de regul. iur. l. in toto. & extra eod. titu. c. generi. lib. vj.

i Iuramentum præstare volẽs, quid ẽ- sideranda debeat, & qua cir- ca iuramentũ necessariò con- sideranda?

k Super periurio actio nõ datur: vide supra lib. 1. ar. xviij.

Emendare oportet, &c. Intelli- ge de illis qui contumeliã fecerũt,

à qui-

voluerit antequam ad iudicium veniat, actor petat, vt ille secum ad iudiciū diuertatur; hoc si negauerit, clamorem violētiæ desuper excitet in cōprehendēdo cū tanquam furem proprium, & ac si factum manuale sit: fugiendo etenim ille reū sese effecit. Si verò reus cū actore voluntariè ad iudiciū properabit: actor iure rem suam vendicet. Contradicatur autē à reo, veluti si pannus sit, se eum texuisse, aut si animal vel equus fuerit, per ipsum educatū esse: possessor maiori iure sacramēto ꝓprio & duorū vicinorum, res huiusmodi obtinebit, quā quòd actor illa occupare valeat. Dicat verò possidens rem in communi foro esse ab eo emptam, sed se ignorare venditorem: innocens erit furti; dummodò locus emptionis & emptio sub suo iuramento indicetur. Nummi autem ab eo pro ea re dati perduntur, si actor rē suam cum duobus viris poterit comprobare, qui fuerint pleni iuris, quibus & illud notū sit, quòd sibi ea res sit furtiuè, vel per spolium sublata. [b] Si verò possessor dicat, rem sibi esse datam, vel ab aliquo emisse: extunc donatorē aut venditorem, & locum emptionis cum nominare oportebit. Iurare etiam tenebitur, quòd eum ad verum varendatorem, nō ad aliam partem fluuiorū nauigabilium existentem perducat, quem & per qndenam sequi tenetur quo cumque ierit, excepto, vt dictum est, vltra flumina nauigabilia. Si varēdator id recognouerit, eundem intercedere, ac pro ipso respondere tenebitur. [c] Si autem in varendatore defecerit, ipse rem cum mulcta & emenda relinquet, [d] & si pro furto vel spolio rei inculpatur, secundùm iura se excusare tenetur. Defecerit etiam vēdicator seu actor in vendicatione, [e] mulctā atq; emendā retromittit. Multos varendatores nominare admittitur, & vnus alium nominabit, ac ad illum se trahet, quousque ad eum qui illud educauit, si pecus est, aut qui texere fecit, si pannus est, pueniatur. Mettertius vēdicator, si detentor deficit, rem

[b] *De ratione equi & ceterorum animaliū: vide de Iur. Mun. artic. cxxxiij. & cxxxv.*

[c] *Vide Iure Munic. artic. lvi. gloss.*

[d] *Sciendum. ex lege xij. tabular. res furtiuæ vsucapi non possunt. vbi dicitur: res furtiuæ ne vsucapiuntur.*

[e] *Alij textus habent: cum multa & emenda desistere cogitur.*

spolium

cit, rẽ obtinebit. Sub quo res vendicantur, eaſdem retinere debet, quouſque ab eo iure acquirantur.

f Scitu quòd præſcriptio ſequens rei traditionem confirmat emptori dominium, & confirmato dominio ceſſat actio de euictione: vt in l. ſi obligata C. de euictio. Etiam ſi poſt longum temporis ſpacium non præſcripta enuncietur, de euictione agitur, niſi legitima enunciatio præceſſit: tollitur tamẽ ſpacio xxx. annorum: vt notat Accur. in l. empt. C. de euic. Quid autẽ ſit de iure noſtro Municipali, vide infrà art. liij. & lib. iij art. lxxv. Re autẽ euicta veniunt ſi ptius & intereſſe meliorationis. C. de euictio. l. ſi cõtrouerſia. & l. ſi cũ quæſtio.

GLOSSA.

Contradicatur autem à reo poſſidente, &c. Nota, quòd ſi reus negat ſe rem petitam poſſidere, cùm tamen ipſe poſſideat, facta de hoc fide, quamuis actor non probat rem ſuam eſſe; transferenda tamẽ eſt in eũ poſſeſſio: vt nota. de iur. calum. c. penult. & de teſta. Raynaldus.

Contradicatur autem, &c. Faciliùs enim de nouo aliquid acquiritur, quàm recuperetur amiſſum: ſic arguit gloſſ. de pœn. diſt. j.

Nummi pro ea re dati perduntur, &c. Concordat etiam lex cõmunis cùm dicit: Inciuilem rem deſideratis, vt agnitas res furtiuas non priùs reddatis, quàm pretium vobis ſit ſolutum à dominis. Curate ergo cautiùs negotiari, ne nõ tantùm in damna huiuſmodi, ſed etiam in ſuſpicionem criminis incidatis: vt C. de furtis. l. inciuilem. & l. ciuile eſt. Sic etiam & alibi dicit lex: Quòd ego conſequor rem meam à violento, vel ab eo qui habet ſine pretij reſtitutione: C. de rei vendi. l. ſi mancipium. Qui tamen poſſidet res alienas, non ſuccumbit, niſi actor probet de iure ſuo: vt C. de rei vendi. l. res alienas.

Quem per quindenam ſequi tenetur, &c. Alibi dicitur varendare: vt in vſib. feud. de lege contradi. ſi inter. De iure verò communi venditor debet defendere emptorem in foro emptoris. Vnde dicit lex: In rem actio nõ contra venditorem, ſed contra poſſidentem competit. Fruſtra itaque deſideras, non tecum congredi, ſed cum auctore tuo, id eſt vẽditore, dominiũ vindicantem, cùm te poſſidere contendas. Nam ſi denũciaſti ei, qui tibi vendidit, intelligis euictionis illi periculum imminere. Nec enim iuriſdictionis forma, in eadem prouincia conſtitutis tàm petitore quàm poſſeſſore, ob auctoris perſonã, quem in alia prouincia dicis conſiſtere, debet immutari: vt in l. j. C. vbi in rem acti. exer. debeat. *g* Hîc tamen de iure Municipali ſecus videtur. Et venditor tenetur emptori de euictione & vẽditione, venditam rem defendere expenſis ipſius venditoris; niſi aliud eſſet dictum in cõtractu: de hoc per Caſp. de Cald. in remiſſo. de ven. in ver. vendere. *h* Et nota, quòd de re vendita & tradita, pretio non ſoluto, agẽdum eſt perſonali ad pretium, & non rei vendicatione ad rem: C. de action. empt. & vend. l. ex arrali. & in huiuſmodi cõtractu veniunt vſuræ, id eſt intereſſe, ex quaſi mora: C. eod. tit. l. curabit. Et actio ex vendito datur ad pretium, & non ad rei reſtitutionem; niſi hoc ſit actum, in l. venditi. C. eod. Et ſolutio pretij de pecunia venditoris, emptorem nõ liberat: C. eod. l. ſi ſeruos. Et in huiuſmodi contractu, ſine traditione dominium non transfertur: C. eod. l. ſi pater. & l. ſi ancillã. Et in hoc contractu pretium non eſt intereſſe: vt probat lex ſicut. C. eod. tit. de actio. empt. & vendit.

g Concordat iure Munic. art. cxl. gloſ.

h De venditione vide ſupra tecum.

GLOSSA.

Determinauerat antehac articulo præcedenti de facto manuali, & quid incõmodi euenit, cùm quis in facto comprehenditur huiuſmodi. per conſtitutionem articuli præſentis datur cautela, ſubueniturque innocentiæ hominum, quibus quandoque euenit rem emere furtiuam, qui putant ex dominio venditorem pertinere, vt videlicet ille defẽdere ſe poſſit auctoritate articuli præſentis, ſubtilemque

vt nisi. de pœn. temere li. i. §. hæc autem. & C. de iudic. l. properandum. §. sin autem. Pro intellectu maiori articuli præsentis videndum sequitur, quæ res vendicari possunt, & quo tempore, & quàm diu rem possidere tenetur, vt verā in ea consequatur possessionem. *f* Sciendum itaque, quòd vendicari seu alloqui res non possunt, nisi differentias in sui natura habeant, per quas dignosci possint: vt pecora, vestimēta, & his simile. Pecuniæ verò communiter in ciuitate illa vbi vēdicatio fit currentes, vēdicari non possunt, nullam enim differentiam habent. si enim ego nummū vel denarium amiserim, & apud alium similem cernens nūmum, eundem vendicare velim; id fieri minimè admittitur. nummi enim huiusmodi nullam differentiam habent: nam & vendicator difficilè probare posset nummum illum suum fore, nec per testimonium probari poterit. testimonia enim debent esse clarissima: vt ff. de interrog. in iur. fac. l. de ætate. §. nihil. & C. de testi. l. solam. & l. eos. Sed nec ille imperitus pro nummo ad euictorem se trahere possit: nam cum difficultate ille cognoscere valebit, an nummum illum ab ipso habeat, necne? Præterea cùm res furtiua commutatur pro alia re: illa res transmutata vendicari non potest; vt si equum furatum quis emit bona fide, putās venditorem esse verum dominum, illum tandem pro boue seu vacca cōmuttat: is cui equus furatus fuit, non potest bouem apud te lucrari, dato quòd recognoscas quia equum pro ipso dederas: vt C. de rei vendic. l. si ex ea. *t* Insuper is qui rem aliquam furatus sit, vel scit furatam fore, nullo modo præscribit: vt C. de rei vendica. l. cùm à matre.

f Res vendicari non possunt, nisi differentias habeāt. Concordat supra lib. 3. art. xv. Iure Mun. art. xxxij. glos.

t Furtiua res nunquam præscribit.

Pro secundo, quo tempore, vel quàmdiu teneatur vnus rem possidere, vt in ea veram consequatur possessionem? &c. R. sub distinctione, quia vel iste rem emit ab illo qui furatus est, vel sciuit rem furatam fore; & iste etiam nunquam præscribit, quia est actio personalis. Vel emit rem aliquam, quam venditor putat pro certo suam fore: sicut si hæreditatem venderet ex morte alicuius sibi deuolutam, quam & putat fore iusto per illum priorem possessam, eandemq; tādem vlterius vendit: ille præscribit mobilia in tribus annis. noxa enim seu factum illud non est personale, sed in re ipsa: vt Instit. de vsucap. & long. temp. præscrip. §. & cum. & §. furtiuæ. & C. de acquirend. possess. l. vitia. & ff. de doli mali excep. l. apud. §. auctoris.

u Saxones quo iure vti debeāt in casibus, quos expressos in priuilegio nō habent: concordat infrà lib. iij. ar. xlvij. glos.

u Quæritur, cuiusmodi ius Saxones insequi debēt in casibus quas expressas in priuilegio non habēt? R. quòd obseruare debent eorum laudabiles consuetudines, & iura ex antiquo statuta: vt supra lib. j. art. xviij. Vbi autem ista deficiunt, recurrendum est ad leges & Canones. ad illas enim vnusquisque obligatur: vt C. de legi & consti. l. leges. & C. de iur. & fact. ignor. l. constitutiones. & extra de constit. c. j.

Articul. XXXVII.

a Ad hunc textum vide supra eod. lib. art. xxix. Vide quæ rema nent inuenta vt eundem pœnā furti, debeat illam facere præstitā, vel in allegato articulo habetur et notatur similiter per Ioan. Andr. in c. dudū de electio.

QVidquid aliquis inuenerit,[a] postmodū que interrogatus id negauerit, furtum committit. Inuenta autem, [b] & quæ furibus aut raptoribus fugatis auferuntur, coram villanis sunt denunciāda: & si aliquis eiusdem iurisdictiōis ea infrà sex septimanas iure mettertius repetierit, post so-

b Alij textum habent: quæ furibus aut raptoribus a

dimittur, coram villanis, vel in ecclesia denũciari debent.

lutionem impensarum, vt si sunt animalia vel pecora, ei restituantur. Si verò alterius iurisdictionis fuerit ille, cui bona pertinẽt: extunc is qui prædonibus ea abegerit, tertia parte retenta, duas partes reddat. Quòd si per tempus illud sex septimanarũ nullus venerit, qui se dominum rerum illarũ demonstret: iudex duas accipit partes, tertia ereptori datur.

GLOSSA.

Quidquid aliquis inuenerit, &c. Concordat ad hoc Canon inquiens: Si quid inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſti feciſti, quia plus non inueniſti, ideo plus non rapuiſti. qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret: Deus cor interrogat non manum: vt xiiij. q. v. ſi quid inueniſti. Item eadẽ cauſa, & q. c. multi. habetur: Multi ſũt peccato putant eſſe, ſi alienũ quod inuenerint tenent, & dicũt: Deus miſi dedit, cui habeo reddere? quaſi dicant, nulli; dicant ergo peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inuenta non reddat.

Poſt ſolutionem impenſarum, &c. Ob negocium enim alterius vtiliter geſtum repetuntur impenſæ & vſura. Vnde dicit lex communis: Ob negocium alienum geſtum, ſumptuum factorum vſuras præſtari bona fides ſuaſit: vt in l. ob negocium, C. de negoc. geſt. & ſic gerens, non præſtat caſum fortuitum ſine pacto: vt C. eod. tit. l. negocium. vbi dicitur: Negocium gerentes alienum, non interueniente ſpeciali pacto, caſum fortuitum præſtare non compelluntur.

GLOSSA.

Superiùs dictum eſt de rebus, quæ apud quem vendicantur, quæ etſi furtiuæ ſunt, furto tamen ille accuſari non poteſt, ex eo, quia res huiuſmodi non occultè ſeruantur. In præſenti articulo agitur de rebus quæ quãuis furtiuæ non ſunt, propter id tamen quia occultantur, pro furtiuis reputari poterint.

Pro intellectu textus articuli nota, *c* quòd furtum committitur quatuor modis: Primò furatur vnus rem aliquam, reſq; huiuſmodi furtiua fit, & exinde contra iſtũ criminaliter intentari poterit. ſicut cùm quis in manuali facto deprehenditur: vt ſupra eod. libr. art. xxxv. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. §. manifeſtus. & Inſtit. vi. bono. rapto. §. j. & ff. de fur. & item. C. eod. tit. per totum. Secundò furatur quis rem aliquã, & exinde criminaliter accuſari poteſt: res tamen illa ablata, furtiua nõ dicitur; ſicut ſi quis furetur pignus quod priùs inuadiauerat: vt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. vnde. Tertiò furatur quis, non tamen furtum committit, nec criminaliter accuſari poteſt: ſicut ſi quis accipit equum quem emit, & proprijs exſoluit pecunijs, ſed differtur & prolongatur eius extraditio: vt ff. de furtis. l. eum qui emit. Quartò furatur quis, reſq; e illa furtiua fit, criminaliter tamen accuſari non poteſt, & hoc contingit bifariã: Quia vel iſte cui res ablata ſit, eſt tantæ auctoritatis, quòd ſine actione ſolus per ſe ſuper facto iudicare valeat; vt quia forſan ſunt pueri ſui qui id fecerunt, vel vxor ſua, vel ſeruus ſeu mancipiũ ſuum: vt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. §. hi qui in parentũ vel domin. poteſt. & ff. de furtis. l. ſi quis

c Furtum committitur duplicit.

l. si quis vxori in prin. & l. ne cum filio. & l. serui. & C. de patria potest. l. congruētiùs. Secundò, quia ille qui furtum commisit, in primis animo non furtiuo illud fecit: id est honesto modo illud acquisiuit, sed postea res illa furtiua efficitur: sicut si quis aliquid inuenerit, idque negauerit; ex negatione res inuenta furtiuæ assimilatur: vt hic, & supra eod. lib. art. xxix. *d* Furtum enim non est aliud, nisi dolosa contrectatio rei alienæ: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. furtum. De raptoribus vide in constitutiõe Frederici de pace tenenda.

d Furtum q. r. Concordat iure Munic. artic. xcij. & cxx. gloss.

Et si aliquis eiusdem iurisdictionis, &c. *e* Vnde eiusdem iurisdictionis in proposito dicuntur ciusdē Ducatus incolæ. Quare si duo iudicio præsideant alicubi in aliquibus villis, vterque tamen subest superiori iudici, Villani illi vnius iurisdictionis dicentur. vterque enim iudex auctoritate superioris iudicis iudicium exerceat; quare in casu præsenti non diuident res huiusmodi inuentas.

e Eiusdem iurisdictionis quidam sunt.

Cum iudice diuidat, &c. Ex isto trahunt quidam consuetudinem prauam & noxiam, allegãtes, quòd iudices tertium denarium accipere debēt rerum ablatarum & spoliatarum, quod tamen minimè fieri debet: vt supra circa art. xxv. & xxxj. declaratum est. Consuetudo siquidem mala reijcienda est: vt viij. dist. c. frustra. nec iudicari debet, vt exinde cõmodū aliquod eueniat: vt x j. q. iij. c. qui rectè & in auten. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. cogitatio. col. ij.

Quidquid aliquis inuenerit, &c. *f* Circa id notandum, quòd vnus potest rem honesto modo acquirere, quæ tamen postmodum furtiua efficitur: sicut si quid ad seruandum mihi locas, vel si quid inuenero, exordium istius honestum est. si verò posthac locatum vel inuentum detinuero, furtum erit: non tamen transit in vitam, verùm in mulctam & emendam: vt hic, & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. furtum. & ff. eod. tit. l. si pignore.

f Res honesto modo acquisita furtiua postmodū efficitur.

Sciendum etiam *g* quòd furtū cõmitti potest, ille autē qui id facit fur non erit, nec res illa furtiua nuncupabitur: sicut si triticum ex campo ducis putans esse suum, quòd tamen alterum pertinet, triticum illud propriè nõ dicitur furtiuum, antequam resciueris quòd tuum non est. vbi enim voluntas furandi non aduenit, fur non dicitur: vt Instit. de re. diuis. §. gallinarū. & ff. de furtis, l. j. vbi clarè habetur: quòd furem non aliud facit, nisi voluntas. Opponi circa id potest, Exquo quidem furtum est cõtrectatio rei alienæ cum proposito nocendi, ita quòd voluntas adsit illius, qui furare nititur: vt ff. de fur. l. j. §. furtum. Et quia nullus propter volũtatem puniri debet. cogitationis enim pœnam nemo patitur: vt ff. de pœnis. l. cogitationis. Si ergo furtum sine voluntate & proposito fieri non potest, propositumque seu voluntas pœnam non infert, vt lex allegata disponit; ergo nec furi pœna inferri deberet. *h* Rñ. quòd hæc dictio voluntas, aliquando accipitur pro cogitatione duntaxat simplici vt quãdo quis proponit male facere non tamen facit, & pro ista cogitatione pœna nõ infligitur, vt lex allegata disponit. Alio modo pro facto, cùm videlicet cogitationē illam in effectum deducit, & pro isto pœna irrogatur.

g Furtum committi potest, ille verò qui id facit, fur non erit.

h Voluntas aliquando accipitur pro cogitatione.

Inuenta autem, & quæ furibus, &c. Dicere quis posset articulum istum contrarium esse præcedenti: dictum enim ibidem est ad hoc, quòd aliquis de furto non incusetur, sufficit quòd rem emptam nõ occultet; hic verò dicitur, quòd res huiusmodi debet denunciari? Rñ. quòd ibi loquitur de rebus emptis, quas putat non esse furtiuas;

hic verò

hîc verò loquitur de rebus inuentis, & furibus ablatis.

Et si quis eiusdem iurisdictiõis, &c. Istud iam declaratum superiùs est, quia eiusdem iurisdictionis illi dicuntur, qui vno domino subsunt. vnde quamuis duo iudices in duabus villis existant, ab vno tamen & eodem domino iudicium habent commissum. homines illi vnius iurisdictionis dicuntur; quibus enim auctoritas impartitur, illi agunt nomine illius, qui auctoritatem dedit: vt extra de offi. delegat. c. sanè. & c. pastoralis. & C. de veter. iur. enuclea. §. his itaq;.

i Inueniens in via publica vel ciuitate quid, cui cedit inuentum.

Tertia parte retenta, &c. Hoc fit propter illius fatigam, qui prædonibus & latronibus abstulerũt, & id iustò fit, quia aliàs negligentia esset in subueniendis spoliatis.

i Notãdum etiam circa id, quòd si quis inuenit quid in via publica, vel ciuitate, & nullus adsit qui illud repetat: medietatem accipit inuentor, & aliam medietatem ciuitas: vt Instit. de re. diuis. §. at si quis in alieno loco.

a Textus vetustiores habent: qui alteri ex negligẽtia damnum fecerit, per ignem, aquam, puteum, vsq; ad genua sup terram non pmunitum, vel circumsepũ, aut sagittãs in auem, pecus, vel hominem interficiat, si moriatur laesus, reus in mẽbris aut vita nõpunitur hoc est, nõ admittur sibi sanitas aut vita in mẽbris, sed soluit recompensationis aestimationem.

Si verò per tempus illud nullus venerit, &c. Vt sic enim iudex duas accipit partes: declarationem istius vide supra eod lib. art. xxxj.

Articul. XXXVIII.

HOmo damnum aliis a sua negligentia a illatum resarcire tenetur. Si quis aliquem ignoranter iaciendo, vel sagittando interfecerit, in sui donationem verigeldi & non in mortem condemnetur. b

b Concordat Paulus de Castro. l. 1. C. vbi Senatores, vel clarissimi. & item, l. si fugitiui. C. de seruo fugitiuo

GLOSSA.

Homo damnum, &c. Sed quid si est statutum, in ciuitate Bononien. quòd is, cuius occasiõe quis sẽtit damnum, teneatur ad emendã. Et quidam A. Bononiensis debebat B. Florentino centum, qui recusabat soluere, propter quod ille B. quendam D. Bononiensem trãseũtem per Florentinum districtũ spoliauit: Quæritur, an virtute statuti spoliatus possit agere contra A. & qua actione agat? dic, quòd iste A. debitor ipsi D. spoliato de iure non tenetur; ratio, quia spoliatus habet contra spoliatorem actionem & repetitionem cum augmento quadrupli. vnde cùm repetere possit ab illo, contra A. debitorem de iure non agat. istud enim est negocium A. nec re, nec gestu, nec ratihabitione. Si autem ponderatur statutum: tunc dubiũ pender ex verbo, occasione, an intelligatur de occasiõe remota aut proxima? De hac quæstione notatur in addit. Spec. titu. de iniur. & de damn. da. §. sequitur. in ver. sed ponè. In quo versu dicit Spec. Quodsi inimicus tuus, cuius fortè patrem occidisti, incendit domum tuam meæ vicinam, ex quo mea etiam est combusta, quòd tu mihi in nullo tenearis: ad quod allegat iura, & ibi vide. Vnde etiam dicit ius Canonicum: Si culpa tua damnum est datum, vel iniuria irrogata, seu alijs irrogantibus opẽ fortè tulisti, aut hæc imperitia tua seu negligentia euenerũt, iure super his satisfacere te oportet. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti, ex facto tuo iniuriã verisimiliter posse cõtingere, vel iacturam: vt in c. vlt. de iniur. §. j.

Iaciendo, &c. Nota, quòd secundùm leges licet aliquid facere ad ostentandas vires, vt hastam vel pilum iaciendo, vel currendo, vel saliendo, vel luctãdo, vel pugnando; & in his etiam casibus sponsionem facere licet: vt ff. de alea. l. solent. & l. sequen. Et si quis alte-

ri in publico certamine damnum dederit, non tenetur, cùm causſa virtutis & gloriæ, non animo iniuriandi hoc factum ſit: ff. ad l. Aquil. qua actione. §. ſi quis. & vide tamen de hoc notatur contra Burgenſes, Inſtit de leg. Aquili. §. iniuria. ver. ſi alius. per Ioan. Fab. & alios modernos, poſt gloſſ. Nec tales infames ſunt: vt ff. de his qui notan. infami. l. athletas. Et hoc verum, quando quis pugnet cauſſa virtutis oſtendendæ, ſecus ſi hoc facit cauſſa auaritiæ, ſcilicet operas ſuas locando, nam tunc efficitur infamis: vt ff. de poſtulan. l. j. §. beſtias. Huiuſmodi autem torneamenta ſecundùm Canon. reprobantur; vt de torneamen. per totum. quia hominũ interitus & animarũ pericula exinde ſæpè proueniunt: vt in c. j. de torneam. & debet quilibet diſcretus ſibi proſpicere in futurum, quia debet cogitare hoc euenire poſſe: de electio. c. licet. de ſeruis non ordi. c. j. de obligat. ad ratiocin. c. j. ff. loca. l ſi quis domum. & de homicid. c. vlt. l. b. vj. Non quod cauſſa ludi factum dicatur. nam ludus noxius eſt in culpa: ff. ad leg. Aquil. l. nã luſus. & de præſumpti. c. j. Quis enim ludos appellet, ex quibus crimina oriuntur: vt in proœm. ff. §. illud verò. Vnde etiam dicit Seneca: Nihil intereſt, quo animo facis, quod vitioſe factum eſt. De ludo quando ſit licitus vel illicitus, & præſertim de ludo taxillorum: vide plenè per Hoſtien. in ſumma: de exceſſibus prælat. §. qualiter. ver. clericus verò. & ſequenti.

In ſui donationem, &c. Sic etiam dicit Ioan. Andr. poſt Hoſtien. de election. dudum. ij. ſuper gloſ. ſimile. quòd qui rem alienam inuenit, vt euadat pœnam furti, debet illam facere præconiſari.

GLOSSA.

Pro intellectu textus nota, quòd damnũ cõtingit tripliciter. *c* Primò, damnificat vnus alium voluntariè, & propter commodum ſuũ, ſicut ille qui alteri rapit, vel furatur, etſi pro eo ciuiliter accuſetur, ſoluere debet cum mulcta & emẽda: vt infrà libr. iij. art. xlvij. Inſtit. de acti. §. tripli verò. & §. ſed furti. & ff. de furtis. in multis locis. Si verò queruletur criminaliter, in vitam ſibi tranſit: vt ſupra eod. libr. art. xiij. & Inſtit. de publicis iudicijs. §. item lex Iulia. & ff. de pœnis. l. capitalium. Secundò, damnificat vnus alium voluntariè, non tamen propter ſuũ commodum, ſicut qui pecus interficit vicini ſui, vel mutilat, illud ſoluere tenetur ſecundùm verigeldum determinatum: vt infrà eod. libr. art. xl. & Inſtit. de leg. Aquil. in princ. & ff. de damn. infec. l. iij. Tertiò, damnum infertur præcisè præter voluntatem, & abſque cõmodo ſuo, & iſte non demeretur vitam: ſicut hic in textu. & Inſtit. de leg. Aquil. §. iniuria. & §. ac ne. & ff. eod. tit. l. item ſi obſtetrix.

c Damnum contingit tripliciter, vide ad hãc materiam infrà lib. iij. art. xlv.

A ſua negligentia illatum, &c. Hoc eſt, quando quis negligit, & non prouidit rem quam prouidere tenetur: eſtque grauis exceſſus negligentia ipſa, quia eſt mater omnis noxæ. ſi enim ille debitè prouideret, nullum damnum exinde ſequeretur. In textu articuli, non de iſta negligentia quam nunc expreſſimus intelligi debet, ſed de illa, cùm aliquid fit præter alicuius voluntatem; eſtque valdè neceſſarius paſſus articuli præſentis. nec enim illa, quæ de verigeldo prius dicta ſunt, intelligi poſſent, ſi non eſſet articulus præſens.

Si aliquis iaciendo, vel ſagittando interfecerit, &c. Nota, quòd homicidiũ cõtingit quatuor modis: *d* Primò, interficit vnus aliũ voluntariè ſine iuſta cauſſa, & vocatur ſicarius: vt ſupra eod. lib. art. xiij. & ff. ad l. Corneliam de ſicarijs. l.

d Homicidiũ contingit quadrifariã: vide ad hãc materiam ſupra eod. lib. artic. ij. Iur. Mun. art. xxxvij.

Pro

rijs. l. j. Secundò, interficit vnus alium voluntariè quidem, sed caussa necessitatis, defendendo sese: ille manet sine damno, si vt iuris est necessitatis defensam probauerit; dato etiam, quòd non venerit ad iudicium præ timore & angustia, liberatur nihilominus interfecti verigeldo: vt supra eod. lib. art. xiiij. & C. ad leg. Corneliam. de sicarijs. l. his qui. & ff. de iusti. & iur. l. vt vim. & extra. de sent. excom. c. si verò. & eod. titu. c. delicto. libr. vj. *c* Tertiò, interficitur quis, vbi solus ex improuisione sua caussa mortis præbuerit, vt si quis per locum gradiendi inconsuetũ transierit, alterque ibidem arborẽ cæderit, arbor cadens gradientem interficit: vel si in torneamentis, vbi milites ludos exercent, damnũ ex casu acceperit, ipse sibi culpa erit: vt Instit. de leg. Aquil. §. acne. & §. item. & ff. eod. tit. l. item. si obstetrix. in fine. Quartò, interficit vnus alium ex sua propria inconsideratione, præter tamen eius voluntatem: sicut si sagittans in auem hominem interficiat; ille demeretur verigeldum interfecti, & istæ sunt caussæ quæ verigeldo absoluuntur. Vnde iudex prouidus & cautus in eo esse debet, diligenterque exquirere, si volũtariè homicidium patratum sit; quia si sic, etiam vitã eidem adimere debet: vt ff. de pactis. l. iurisgentium. §. pactorum. & C. de secundis nuptijs. l. cùm apertissimè. & ff. de pigno. lege. Paulus. & Instit. de leg. Aquil. §. ac ne. Secus si præter voluntatem factum fuerit: quia tunc verigeldo absoluitur: vt hic, & C. ad leg. Cornel. l. j. & in auten. vt hi qui oblig. §. si verò. coll. vj.

c Vide ad hãc materiam Iu. Muni. artic. xxxvij.

Articulus XXXIX.

ANnonam qui noctis tempore furatus fuerit, erit, suspendetur, [a] si in die, decoletur. [b] Viator si agrorum fructum, non asportando frumẽta, consumpserit, tenetur ad ipsius æstimationem.

a Concordat Iure Munic. art. xxxiij.

b Textus vetustiores habẽt. Viator si depascit equo vel alio iumẽto frumenta agrorum alienorum, non asportando illa, damnũ soluat secundum annonæ valorem

GLOSSA.

Annonam qui, &c. Scriptum est enim in lege. Transiens per messem alienam, falcem immitere nõ debet: sed manu spicas conterere & manducare: vj. q. iij. scriptũ.

GLOSSA.

Exquoquidem furtum communiùs est spolio: quare sæpiùs in iure mentio fit de furto, quam de spolio. iniuria enim quæ communiùs euenit, etiam iure sæpiùs admonetur: vt ff. de legibus & senatusconsult. l. nam ab ea. excessusq; huiusmodi, qui communior est, grauiùs punitur. *c* Exquo itaque furtum nocturnum cõmuniùs est diurno. quare & grauiùs punitur: vt hîc in textu. & supra eod. lib. artic. xxviij. & ff. de furibus balnearijs. l. fures nocturni. & ff. de fur. l. furtum. & ff. de pœnis. l. aut facta. Quare & textus habet: Annonam qui noctis tempore furatus fuerit, suspenditur: quod & grauiùs est: si in die, decoletur: de huiusmodi pœnis vide ff. de pœnis. l. aut facta.

c Furtũ nocturnũ cõmuniùs est diurno: concordat Iure Munic. art. xxxvij.

Viator si agrorum fructum, &c. In paragrapho isto ponit quandã exceptionem & limitatiõem præcedentis paragraphi, de viatore mentionem faciendo: in contrarium tamen istius, videtur esse infrà art. lxviij. vbi dicitur: quòd equiranti admissum est fata succidere, & spicas equo apponere. Resp. quòd articulus allegatus non contrariatur paragrapho præsenti; loquitur enim ibidem, quòd si alicui

equus fessus sit, licebit equitanti succidere spicas vno pede à via, &c. hic verò loquitur de illo, qui pecora in annonam immiserit, iste damnum resarcire tenetur.

d An pro minima re querulari & instituis actio possit vide etiã infrà lib. iij. art. xxvij gloss.

d Quæritur, an pro minima re querulari cui liceat, vel institui querela possit? R. quòd sic: immò etiam pro vno denario querelam institui licebit: vt hic. & ff. de damno infecto. l. si proprietarius. in fine. vbi dicitur, eadem erunt. & si minimum damnum detur: & Instit. de re. diuis. §. gallinarum in glossa. vbi dicitur: quòd quælibet actio etiam pro vno nummo datur. gallinæ enim vnus medius nummus verigeldus est: ex lib. iij. art. lj. & tamen occasione illius actio institui potest.

Articulus XL.

CVius canis, aperúe, taurus, aut animal quodlibet, a hominem, aut animal mutilauerit, occideritúe, dominus tenetur damnũ soluere iuxta determinatum verigeldum, vel iuxta eius valorem recompẽsam facere: & hoc, si animal illud, post quam de noxa resciuerit, post modùm in suam recipit possessionem. Si verò noxium animal ab eo omnino expellitur, nec seruat illud, neque pascit, neq; potat, innocens est à damno, & damnificatus animal illud pro damno accipit, si vult. Animal seu bru-

a Vide infrà artic. lxij. & Iure Munic. art. cxxij.

brutũ ex facto suo b nullam mulctam seu pœnam iudici præstat. Equus aut pecus in custodia famuli seu seruientis existens, si damnum fecerit, ille famulus damnum resarciet, cuius custodiæ pecora fuerant mancipata. c Si verò custos effugerit, & curr rus animalúe domini arrestentur in manifesto facto, & probari possit testibus, dominus equorũ seu pecorum resarciet damnum integrè: si non poterit per ius se eximere, vsq; ad valorem equorum seu animalium & currus, qui detenti sunt: vel his omnibus carebit, læsusq; hæc omnia pro damno retinebit. Consumat quis fata villanorũ cum porcis, aut aucis, qui queue commodè pignorari nõ possunt: si a canibus mordeantur, aut interficiantur, eorum damnũ sustinebit, nec resarcire oportet.

b Animal ex facto mulctã non præstat.

c Nota, quòd dominus equorum, cuius seruus aliquem curru interemit, non tenetur nisi defunctis amicis vnum verigeldum: iudici autẽ nihil tribuitur, & hæc est communis practica.

GLOSSA.

Equus aut pecus in custodia famuli, &c. Scire debes, quòd pro omni damno datur Aquilia actio, quando damnũ culpa alicuius datum est: aliàs enim quis non tenetur de iniuria vel damno: vt in c. fin. de iniurijs. & ff. ad leg. Aquil. l. sed etsi. §. iniuriam. Duo ergo

f re qui-

requiruntur, *d* scilicet quòd damnū datum sit, & quòd culpa dantis præcesserit, & est necesse, quòd facto hominis interueniente damnum detur, culpam etiam necesse est interuenire; ideo neque furiosus, neque infans dolo carens tenetur, secus si sit doli capax: ff. ad leg. Aquil. l. v. §. iniuriā. Ideo etiam non tenetur qui se defendēdo damnum dat, dummodo modum seruet; aliàs contra. ff. ad leg. Aquili. l. scientiam. §. qui cum. Talis enim culpa caret, cum facit hoc auctoritate iuris: vt ff. de iusti. & iur. l. vt vim. Et illud non excusat à culpa, quòd quis dicat se ignorasse, & si ei aliquid poterit imputari: ff. ad le. Aquil. l. v. §. j. & l. scientiam. §. pœna. Vnde hic etiam leuissima culpa ei imputatur: ff, ad leg. Aquil. l. in lege. Est autem damnum diminutio vel ademptio patrimonij: vt ff. de dam. infect. l. iij. Actio autem de pauperie datur contra dominum quadrupedis, & in eum qui confessus est quadrupedem esse suam, etiam si sua non sit: ff. de interro. actio. l. si quis in iure. Datur etiam & in hæredes & ceteros successores, & in quasi hæredes, & quasi quoslibet dominos: vt ff. eod. l. j. §. fin. & datur ad estimationem damni, dando autē illud quo nocuit quis, liberatur: vt ff. eod. l j. in princ. Et tunc datur, cùm nullius hominis instinctu vel culpa interueniēte. Vel contra sui naturam, id est consuetudinem sui generis damnum dedit. Aliàs autem agitur cōtra eum qui in culpa fuit: ff. ad le. Aquil. l. si ex plagis. §. quidam & hic. Sed actio Aquilia datur contra eum, qui damnum dedit aut opem: vt de iniurijs. c. fin. j. Rc. Item & contra illum qui iussit damnum dari: excusatur tamen is qui dedit si præcipiens in eum habuit ius præcipiendi; puta quia dominus vel pater erat, cui parēdum est, nisi in atrocibus. Sed si non habuit ius præcipiendi, tūc vterque tenetur. ad leg Aquil. l. libet homo. ff. de reg. iur. l. ad ea. & Insti. de noxalibus §. omnis.

d Ad damnum requisita.

Damnum quid sit.

GLOSSA.

Nota, quòd damnum vt communiter cuenit ex triplici causa: *e* vel cuenit voluntariè, vel sine voluntate, vel etiam cùm equus aut animal alicuius damnum infert, sine tamen istius voluntate. De primo habetur Instit. de leg. Aquil. §. ac ne. De secundo C. ad le. Cornel. de sicarijs. l. frater. De tertio habetur hic in textu, cùm dicitur: Cuius animal damnū fecerit, &c. Vnde etsi quidem hic de pecore textus habet, per id tamen intelligi dantur alia animalia damnū facientia: vt ff. si quadru. paupe. fecis. dicat. l. j. in principio. Sciendum itaque, quòd quædā animalia sunt feræ naturæ, vt quæ sub custodibus pabulari non possunt. Quædam verò domestica & mansueta: vt Insti. de re. diuis. §. ceruos quoque. Notandum præterea, quòd in textu triplicia animalia ponit, ex eo, quia triplicem differentiam in nocendo habent animalia vt communiter omnia. Per canē intelligi vult omne animal quod inter homines versatur, ex natura tamen nociuum est. Boues & verres, ex natura quidem damna non inferunt, furore tamen concitati & inedia pulsi aliquando nocent: *f* quomodocumque tamen damnum per ea inferatur, si post factū damnum, dominus illa expulerit: indemnis manet. In contrarium istius videtur esse: ff. si quadru pau. per. fecis. dica. §. animalium. vbi dicitur: Si animal illud quod nocuit tibi attulerit, absoluitur. Rc. quòd paragraphus allegatus non debet intelligi, quòd pecus illud noxam faciens deberet dari illi cui damnum factum est; miserabile enim esset, & dolorem animi afferret,

e Damnum ex triplici cuenit causa.

f Vide infrà artic. lxij. & Iure Munic. art. cxxij. glos.

ferret, si pecus occidens puerum alicuius in maiorem molestiam in domum eius transmitteretur. Intelligi ergo debet, quòd pecus noxam faciens dimittatur, ille verò cui damum illatum est, acceptet tandem illud si vult. Animaduertendum insuper, quòd tenens & fouens leonem, vrsum, simiam, leopardum, quibus etiam annumerari potest canis rabiosus, lupus, & aliud animal his simile, in loco vbi homines præterire solēt, si faciant damnum, resarcire tenetur cum verigeldo & mulcta: nec cum iuuabit quòd post factum illa expellere vellet: vt Instit. si quadrupe. paupe. fecis. dica. §. ceterum. & ff. de ædili. edict. l. hi enim. & l. item generali. & infrà, eod. lib, artic. lxij. & lib. iij. art. lj. Si verò huiusmodi animalia seruantur in loco priuato extra viam publicam, damnumque illic aduenienti euenerit, excusari forsan poterit dicens: quòd nihil negocij tibi fuit locum intrandi huiusmodi. Vel dicere possit, quòd forsan curiam meam animo malo intrare voluisti: vt Instit. eod. tit. §. ceterum. & Instit. de leg. Aquil. §. itē. Exinde liquet, quòd quædam animalia mansueta, quæ circa hominem versari solent: vel ex sui natura, vel furore incitata, inediaque pulsa, nociua sunt: alia verò quæ circa homines non versantur, sicut animalia fera, ex natura nociua sunt, quare seruari minimè debent.

Iuxta determinatum verigeldum, &c. Hoc dicit propter duo: Primò, si animal mansuetum ex natura damnum fecerit, ibi necessariò requiritur verigeldus: si verò illorum statutus verigeldus nō habeatur, vt sunt equi militum, & alia similia animalia, solui debent iuxta valorem. Secundò, loquitur, si animalia fera, de quibus iam supra dictum est, damnum fecerint. Attendēdum circa id, quòd multi passim istum à iure cōmuni discrepari putant. dicitur enim hic, quòd damnum resarcitur cum verigeldo: secundùm leges verò, vt Institu. si quadrupe. paupe. fecis. dica. §. ceterum. in fine: vbi dicitur, quòd resarciri debet iuxta taxam iudicis. Alibi verò: vt ff. de edili. edicto. l. quia vulgo habetur, quòd resarciri debet hominis damnum ducentis solidis, quæ faciunt decem libras. R. quòd iura allegata non contradicunt articulo præsenti. Iudex enim nihil similius decernere debet, nisi id quòd iure cautum est: nec enim pœnam augere, sed nec minuere eidem licet: vt ff. de pœnis. l. respiciendū. Decernere itaque pœnam pro excessu debet, secundùm quod ius, mediante quo iudicat, disponit. Lex etiam allegata: ff. de ædilitio edicto. l. quia vulgo. non discrepat à iure hic nostro. g commu. nis enim verigeldus est liberorum hominum rusticorum decem libræ: vt infrà l. b. iij. art. xlv.

g Verigeldus rusticorū decē libræ: vt infrà libr. ij. art. xlv.

Animal ex facto suo nullā præstat mulctam, &c. Hoc ex eo fit: Iudex etenim in loco Dei sedet, nec mulctam accipit, nisi excessus comittatur erga Deū. Quia ergo irrationabilis bestia nō peccat erga Deum, quare nec mulctū præstabit. *h* Sed nec violentiam facere dicitur bestia huiusmodi in facto suo: ex eo, quia ratione caret: vt Instit. eod. ti. §. pauperies.

h Bestia iniuriā seu violentiam inferre nō dicitur, cōcordat Iur. Munic. artic. lxij.

Aut equus in custodia famuli damnum faciens, &c. Dixerat siquidem de animalibus extra custodiam, si quid damni fecerint. paragraphus iste tangit de animalibus quæ custodiri possunt, damnumque faciant. & dicit: quòd is qui in custodiam commissum fuit animal illud, damnum resarciet. In defectu verò quòd id no fecerit, vel aufugerit, vt textus habet dominus illius animalis exsoluere tenebitur, vel carere animali huiusmodi. *i* Et hoc est contra quosdam

i Ad hūc casum vide infrà artic. lxij e. d. ij. in gloss.

dam ſtultos, qui dicunt, quòd ille ſolus in culpa ſit damni commiſſi, cuius currus, equi, aut pecora fuerint, ſæpiuſque ſacramento confirmare vnum cogunt, quòd pecora illa eius non fuerunt. *k Judex non facilè ad iuramēta homines inducat.* k Præcauere tamen, ne id fiat, iudex debet, quodque homines ad iuramētum etiam quandoq; iniuſtum nō inducat: vt in auten. de iudic. §. quia verò. col vj. nā in eo caſu iudex ipſe efficitur periurus; quia nō ſeruat iuramentum quod Deo & ſuperiori domino præſtitit: vt in auten. iuſiurandum quod præſtatur ab his. §. iuro ego col. ij. & infrà li. iij. ar. liiij. Præterea iudex efficitur etiam periurus: quia iuramentū illud coactum æquè in iudicem ſicut in iurantē vergitur. Eſt etiā peior homicida. homicida etenim corpus duntaxat interficit, iſte verò animam occidit: vt xxij. q. v. c. qui cōpulſus. & c ille qui.

Conſumat quis ſata villanorū cum porcis, &c. *l Damnum faciēs, eidem etiam inferri poteſt.* l Quia qui damnum infert, eidem etiam damnum inferri poteſt: & qui ius ſpernit, ille etiam in ſubſidiū ius accipere minimè poterit, hoc iſte facit. quare agere iudicialiter non poteſt: vt ff. de mino. l. auxiliū. & in auten. de mona. §. ſi verò. coll. j.

Articulus XLI.

MVlctam ſi iudex extrahere ſeu emonere non poteſt in proprio alicuius, in huiuſmodi fūdo preco debet ſuper portam crucem apponere, & per illam impoſitiōem & bannitorū ſententiam inſignit illud proprium ad opus iudicis: a & ſi iſtud per dominum fundi intra annum & diem nō reuocetur, omne ius quod habuit in ipſo, abiudicatur domino. Si poſtea infrà annum & diem hæres illius veniat in iudicium, & ſe ad ſuam trahat hæreditatem per ſacramentum, vt iuris eſt, debitumq; ſoluat iudici, quod iudex ſuo ſacramēto & duorum p̄bare poteſt, & quæ ipſe in iudicio lucratus eſt, hæres propriū ſic requirit. Nullum aliud maius debitum iudex in hoc caſu probare poterit, niſi tres mulctas & vnum verigeldum.

a Concordat Jure Munic. art. liij.

GLOSSA.

Superioribus dictum eſt de verigeldo & emenda. & quia poſt hæc duo ſequitur mulcta: quæ Deo ipſi ſpectat, vel iudici in loco Dei reſidenti: vnde pro intellectu articuli præſentis quædam ex ordine notanda veniunt, quæ ex textu articuli eliciuntur. Primò, quis mulctas iuſtò recipere debet, hoc tangitur in textu à principio cùm dicitur: Mulctam ſi iudex, &c. Q. d. quòd nulli alteri mulctam recipere licet, niſi iudici. Vnde quandoquidem iudex loco Dei reſidet, mulctamque nomine ipſius accipit. *b Judex quatuor in ſe habere debet cōcordat ſupra li. i. ar iv. Jur. Mun. art. xi.* b Quare & potiſſimùm quatuor virtutes in ſe habere debet. Primò, iuriſperitiam: vt in autent. de iudic. §. j. coll. vj. c Secundò, iuſtitiam. ius enim maiorem complectitur miſericordiam, quàm etiam aliquis iudex: vt in autent. cod. tit. §. oportet. & ff. de arbitr. l. Celſus. Quare omnia iudicia ſecundùm

c Concordat Jure Munic. art. xvij gloſ.

cundùm ius ſcriptum vt exerceat neceſſe eſt: ff. ad exhiben. l. ij. & C. de ſenten. & interloc. l. nemo. & in auten. iuſiurandū quòd præſtatur ab his. §. j. coll. ij.

d Iudex an ſecundùm ius ſcriptum, vel ſecundùm ſuam notitiam iudicare debeat.

Quæritur circa id, an iudex ſecūdùm ius ſcriptum, *d* vel ſecūdùm ſuam notitiam & ſcientiam iudicare debeat? vt in exemplo: Accuſetur quis de homicidio, iudexque ſciat illum eſſe inſontem, ſed quia tacet ad querelam, & nihil reſpondet, cumque ei tribus denunciatur vicibus vt reſpondeat, ille nihilominus reſpondere nō vult, exindeq; de rigore iuris ſententiari iam deberet. qui enim tacet, conſentire videtur: vt ff. de reg. iur. l. qui tacet. & extra eod. tit. qui tacet. lib. vj. An ergo is in hoc caſu iuxta iuris diſpoſitionem condemnari debeat, vel de ſcientia iudicis liber dimitti? Quidam dicunt, quòd liber dimitti debeat: vt in auten. de mand. princ. §. ſit tibi quoque. coll. iij. vbi per Imperatorem iudicibus demādatur, quòd lites cum omni æquitate audire debent, breneſque lites ex nō ſcripto cognoſcere & iudicare, prouidereque ne occaſione iudicialium expenſarum ſubditi damnificentur. & item C. de iudic. l. placuit. & ff. finium regundorum. l. ſi irruptionē in fin. & ff. de ferijs. l. ij. ℟. tamen, quòd iudex iſtum ſententiare & iudicare debet ſecundùm iuris diſpoſitionem, & nō ſecūdùm eius notitiam vel ſcientiam: vt ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. veritas. & C. de legib. & conſtit. l. inter. Niſi forſan ſint pueri aut furioſi: vt infrà eod. libr. artic. lxv. & libr. iij. artic. iij. Et quamuis mirari vnus poſſit id ita fieri, tenendum tamen eſt nō obſtante in contrarium ſanctione vel pragmatica per Imperatorem vel Principē lata. leges enim præferri debent ſanctionibus quibuſcūque: vt in autent. de iudic. §. omnis auten. iudex. coll. vj. Ad legē verò allegatā, vbi dicebatur: quòd iudex cum omni æquitate decernere debet, & non ex ſcripto, intelligitur de rebus parui momenti, vt ibidem habetur. vel cum omni æquitate iudicabit, vbi ius ſcriptum non habetur, vel ſuper caſu aliquo dubitatur. in caſibus enim dubijs tutiùs eſt fidē adhibere huic qui allegat & probat, quàm illi qui tacet, vt hic in propoſito; quare & tutius iudicabit ſecundū propoſita, quàm ſecundùm ſcientiam ſuam. *e* Tertiò iudex in ſe habere debet, vt videlicet ſe præſtet æqualem vtrique parti ad audiendum propoſitionem & reſponſionem: vt ſupra lib. j. art. lxj. & lxij. infrà lib. iij. art. xxx. in autent. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. cos autē. coll. ij. & in auten. vt differentes iudic. coll xj. Quartò, quòd ira commoti ſententias pronunciare minimè audeāt: vt xj. q. iij. c. ira. & c. cùm apud. & c. ſummopere. & ff. de offic. præſid. l. obſeruandum. Secundò docetur hîc in textu, an mulcta iuſtò recipi debeat, ibi cùm dicitur: *f* Mulctam ſi iudex extrahere, &c. concluditurq; mulctam iuſtò eſſe recipiendā. iudicem enim propriè & de iure pertinet, & dimittens eam, malè facit ex tribus. Primò, quia mulcta eſt quaſi recompēſa vel pœna Dei propter exceſſus hominū ſtatuta; quare dimitti non debet: vt xxiij. q. iiij. c. duo iſta. Secūdò, quia ſi mulcta reciperetur, auctoritas & honeſtas iudicij vileſceret: vt ſupra lib. j. artic. lix. & C. de modo mulctar. l. mulctarū. Tertiò, mulcta recipitur, vt populus à maiori damno præcaueatur: vt in auten. de mandat. princi. §. quòd ſi. & in auten. de defenſo. cini. §. audient. coll. ij. Tertium docetur in textu. *g* Vnde & ex quibus bonis mulcta exigenda ſit, & hoc ibiin proprio alicuius; Sciendum q; circa id, quòd ratiōe mulctæ ānt vendigeldi nullus bona immobilia accipere

e Nota, quòd iudex præcogitare debet, quia in ſede reſidet Dei, quare recte et iuſte iudicabit, aliàs Deus omnipotens in extremo iudicio eundem iudicaturus eſt. Aſtor etiam præmeditetur, q; iuſtā incheet cauſſam, proximūque ad expenſas & iuramētum nō inducat. Reus itidem cuſtodiat quòd nō aliud niſi verū recognoſcat: fen. c lxxiij.

f Mulcta recipi debet, & dimittēs eam malè facit: concordat Jure Mun art. xvi. & ixij.

g Mulcta vnde & ex quibus bonis exigi debet.

cipere debet, nisi eueniat, vt hîc textus habet. Quòd videlicet mulctam ex mobilibus exigere non posset: persimile etiam habetur in autent. vt nullus mutuans agrico. §. propter auaritiam. coll. iiij. quòd videlicet creditor credens agricolæ pro debito, eius terram occupare non debet. vnde inprimis bona mobilia ad exsoluendū mulctam vel verigeldum pignorari debent: vt supra libr. j. art. liij. & C. de executione rei iudicatæ. l. si vt. Si non sint mobilia, expetitur ex censu, ex agro, vel fundo proueniente. Vltimò verò expetitur ex hæreditate, vel proprio: sicut hîc, & C. eod. tit. l. ordo. Iudex præterea prouincialis mulctam expetere non debet in feudo alicuius. istud enim pertinet ad iudicem feudalem, seu ius militare: vt distin. j. c. ius militare. Quartò, docetur hîc, quo pacto mulcta expeti, & quomodo bona huiusmodi consignari debeant, & hoc ibi. præco debet crucem apponere: exinde liquet, quod mulcta ad Deum pertinet, insignio enim Dei cōsignatur: vt xj. q. iij. c. quicumq;. huic mulctæ crucis appositio nedum propter id fit, quòd iudicium ad Deum pertinet: sed vt notum appareat hæredibus, qui ad bona huiusmodi spectant, quia aliàs si ignorarēt, eis minimè nocere posset: vt C. de iuris & facti ignorātia. l. error. Quintò, docetur hîc, quomodo ille vel hæredes eius viceuersa ad illa bona sese trahere debent: & dicit; quòd hæres iuramento ad bona illa sese trahet, exsoluendo iudici ea, quæ sibi debētur: vt hîc. & C. de prætor. pign. l. si prætorium. & C. de pign. l. cū te. Sextò, docetur hîc de modo mulctarum, ibi: nullum aliud maius delictum, &c. Hoc idem etiam habetur C. de modo mulcta. l. eos qui. Vbi dicit lex, quòd iudex accipere potest pro excessu mulctas ternas in anno, in vnius correctione personæ, si continuatio peccati impulerit: exceptis tamen furibus, latronibus, qui puniuntur secundùm excessus.

Tres mulctas & vnum verigeldum, &c. *h* Dicere quis posset, paragraphum istū contrariari prius dictis: dicit enim: quòd iudex tres mulctas & vnum verigeldum acquirere potest; cum tamen iudex nonnisi mulctam, actor verò verigeldum & emēdam in iudicio consequitur. Rs. quòd iudex quādoque, & in certis casibus, verigeldum etiam consequitur, & hoc tunc, quando proscriptus se à proscriptione liberare vult, fideiussoriamque iudici statuit ad parendū iuri, non tamen comparet, iudex lucratur verigeldum: vt hîc: & nō actor: est enim querela in sanitatem ipsius: vt supra eod. lib. artic. iiij. & x. huiusmodi enim fideiussoriam seu cautionem iudex acceptare potest sine actoris voluntate, in alijs verò casibus pars respōdens verigeldum accipit.

h Concordat Iure Munic. art. xlvij.

Articulus. XLII.

QVI agit contra alium, quòd ipse feudum eius occupet minùs iustè, & alter ipsum feudū se ab alio domino habere contendat, vterq; eorum suum dominū adducere in iudicium ad recognoscendum tenetur: [a] & si quis suum non adduxerit, alter qui suū repręsentet, feudum obtinebit: dummodo eorum alter in prædicto feudo possessionem nō habeat magis ef-

a Textus antiqui ita habēt: cuius dominus non apparuerit, ille cadit in sua caussa, si non ipsum legale impedimentū excusset, quod ostēdere possit.

gis efficacē, vt pote, quia in ipso anno ambo sunt de eodem feudo infeudati. Si quis verò eorū feudum huiusmodi per annū & diem possedit, propter vigorem suæ possessionis, feudum per absentiā domini sui non amittit; sed tamen alteri aut eius varendatori tunc respondere tenetur, legitimo cessāte impedimēto. b Illustres verò seu Principes infeudatos per suas patentes literas sigillatas varendant, per suum innatum ministerialem eos transmittēdo, qui feudum illius nomine defendat, & ad obiecta respondeat. Si autē ambo vnum feudi nominauerint dominum, ad illum infrà sex hebdomadas à iudice transmittantur, iudexque suos nuncios duos mittat ad audiendum, quis eorum vicerit: victus verò mulctam iudici & parti præstabit emendam.

b Textus veteres ita legunt: literæq; huiusmodi p̄sentari debēt illi, cōtra quē agitur, id est, reo ad testificandum querelam, si forsanbis posthac indiguerit.

GLOSSA.

Qvi agit contra alium, &c. Nota, quòd ad partem istius articuli concordat lex feudorum, cùm dicit: Si inter pares duos de aliquo beneficio sit controuersia, quorū vterque suum proprium feudum esse dicat, & si asserant se diuersos inuestitores habere, coram iudice vel arbitro finiatur: sed si vnum producunt inuestitorem, & possidenti sine fraude guarendare voluerit, ipse obtinebit, nisi aduersarius aliquid contra induxerit: vt in lib. feud. de lege Conradi. §. si inter. Item alibi dicitur: Si tres vel plures contendunt de eodem beneficio, producentes vtrinque diuersos inuestitores, iudex in cuius præsentia causa ventilatur, à duobus requirat boni testimonij hominibus, in prouincia eorundē litigatorum commorantibus, per sacramentū quod iurauerint, quis illorum absque rapina eius beneficij possessor extiterit: & cognita ex ipsorum testimonio rei veritate, possessor beneficium suum quietè obtineat; nisi iudicio & iustitia dictante de manu sua iudex illud eripiat: vt in constit. feud. de pac. tenen. §. si tres.

Literas, &c. Et nota, quòd vbi litera seu instrumentum causæ perditur, creditori casum probanti reficitur. c & qui casum allegat, eum probet: C. de fide instrumēt. l. sicut. sed qualiter casus amissionis probetur, vide in Spec. de pignor. §. j. ver. sed qualiter. & sequenti. Et amissio instrumenti nō mutat substantiam veritatis. C. eod. titu. l. statum. Et tenor literæ seu instrumenti non potest probari per eos, qui rem gestam ignorant. C. eod. titu. l apud. Et cùm ab vna parte producuntur diuersæ scripturæ, & sibi repugnantes, eis nō creditur: C. eod. tit. l. scripturæ. Et soluto debito, remanet litera seu instrumentum ineffieax penes creditorem, reddēdum debitori per cōdictionem sine caussa: C. de cōdic. ex lege sine caus. l. dissolutæ.

c Qui casū allegat, eundem probet.

Sigillatas, &c. Sic potest dominus feudi causam delegare: feu. c. lxvj. d Nota, quòd statur sigillo domini contra dominum, & præiudicat sibi vt confessio: de fi. in-

d De sigillis literarū vide.

fid. instrum. Si cautio. Et idem est si dominus alteri tradidisset suum sigillum: confidit enim de illo cui sigillum tradidit, & totam voluntatem illi commsit, cùm imprimeretur imago domini, vel saltem characteres nominis eius. de fid. instrum. c. inter dilectos. Et sigillum, cuius nō potest legi scriptura non probat, nec meretur dici sigillum. nota. in dicto c. inter dilectos. Et sigilli appensio facit consensum, not. Bartol. in c. j. §. præterea. quib. mod. feud. amitt.

Vnde etiam dicit lex Imperialis: Si qnis asserat, cum mandatis nostris se venisse secretis: omnes sciant, nemini quidquam, nisi id scriptis probauerit, esse credendū: vt l. j. C. de mand. princ. & vide etiam infrà lib. iij art. xxxiiij. Et loqui videtur, qui nuncium mittit vel literas: vt ff. de constit. pecu. l. & licet. Omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem impartimur: vt C. de veter. iure enuclea. l. j vltra medium. An autem credatur sigillo ignoro, vel obscurè sculpto, vide per docto. de fide instrum. c. quod super his. Et ibi etiam, quomodo negnti verum sigillum incumbat probatio. Sigillare etiā potest quis schedulam, licet non legit eam: cap. de his quæ fi. à maio. par. capit. c. quanto. Contrariū autē notatur de fide instrumentorum c. ij. quia non videtur sigillasse ille, qui non vidit, sicut nec dicitur subscripsisse, qui errauit. adde infrà, &c.

Ministerialem, &c. Et qui eum & ipsius verba recipit, dominum recipit: qui autem spernit eum, istū à quo missus est, & cuius fungitur legatione spernit: vt xxj. distin. in nouo.

GLOSSA.

Satis abundè antehac declarauerat de querelis coram iudice prouinciali proponendis: articulus presens disponit de querelis incidēter proueniētibus, vbi & querela principalis terminari nō potest, nisi illud incidentale priùs finiatur. Et ex isto colligitur, quòd incepto querelę quandoque competit vni iudici decidenda: cùm verò incidentaliter quid eueniat, ad alium iudicem negocium remitti oportet: vt hic in proposito: Iudici prouinciali competit iudicium, cùm quis alterius bona violenter occupat: vt ff. quorū bonorum. l. ait prætor. & ff. vti possid. l. j. e Si verò accusatus dicat bona huiusmodi à domino habere, & ita feudum fore: iudex prouincialis querelam primùm propositam determinare non potest, nisi illud incidētale occasione seu di primùm finiatur; & ita remitti debent ad dominum feudalem, vt textus habet. Quia istud iudici prouinciali iudicare non licet: vt in autent. in constit. Frederic. de prohibita feudi alienatiōe. §. præterea si inter duos.

e *Nota, quòd feudum hereditarium hereditat de vno in alium, iuxta naturam cīpei literaris. Vnde feudum hereditarium est huiusmodi feudum, quod ab ea alienari nō potest, nisi demereatur ex causis supra expressis in li. feu. & cōfertur ex proprietate domini milites propter eorū dignitatem, exindeq; seruitium præstare tenentur contractu, huiusmodi feudum potest, a esi proprietas esset: feu. c. xxxvij*

Vterque eorum suum dominū in iudiciū adducere tenetur, &c. Istud mirabile quibusdam esse videtur. Ex quoquidem iudex prouincialis, super vasallo aut bonis feudalibus, quæ vasallus à domino habet, iudicium exercere minimè potest. Is verò paragraphus disponit, quòd dominus solus iudicio cōparere debeat. Et tamen, quòd domnus non ex eo constituitur coram iudice prouinciali, quòd occasione feudi aliquid agatur, sed duntaxat ad recognoscendum feudum vasalli sui, & ita liberat eum à violentia & impetitione. g Habētur etiam in aliquibus glossis hīc circa articulū præsentem certæ quædam occasione occupationis & vendicatiōis feudi instantiæ & quæstiones, de quibus parum ad propositum, magis enim ad ius spectant feudale.

Si quis verò prædictum feudū,

&c. Hoc est, si quis in possessione feudi præscribat, non opus est ei gvarendatore. iam enim tutus est ab omni impetitione: vt Instit. de vsucap. & long. temp. præscript. §. & cum.

f Vnde nota, quòd feudum ꝑditur ex octo caussis. Primò, cùm proscriptus sit ab Imperatore. Secundò, si bona publicātur propter fraudem commissam. Tertiò, si in mortem domini machinatus sit. Quartò, si dominū verbis vel alio diffamauerit. alij dicunt, si cum vxore domini concubuerit. Quintò, si ex bello fugerit dominum relinquens. Sextò, si ex delicto, membrum crines, cutim, perdiderit. Septimò, si bona in feudum accepta alienauit. Octauò, si religionē susceperit, tempore quo annos habuerit, & omnia ista contra vasallum dominus ꝑbare debet mett septimus, quia est actio criminalis: vt feu c. lv.

Et si quis suum non adduxerit, &c. Ex isto colligitur, quòd venditor varēdare emptorem debet, cum facto opus sit: vt C. vbi in rē actio. l. j. Quæritur vlteriùs, vbi venditor emptorem varēdare debeat? R. sub distinctinctionē: si sit occasione feudi, varendare eum dominus tenetur coram suis vasallis: vt in auten. de pace tenē. ac edictali. & feud. c. xxxvij. & xl. Quid si varendator venire negligat, emptorque ex possessione eiiciatur, an ius perdit suum necne? R. quòd omne retinet ius quàmdiu ille intromissus non præscribat; hoc est, quàmdiu non possideat anno & die: vt C. eod. tit. l. vlt. nisi legale importet impedimentum: vt supra eod. lib. art. vij.

f Illustres suos infeudatos per suas patētes literas varendāt, &c. Ratio istius est, quia si forsan principes soli per se, & in personis suis ad iudicium venirent, homines pauperes quibus in iudicio actio est, pertimescerent presentiam eorum. Et item, in actione quam coram iudicio haberent stare eos oporteret; quod esset cū indignitate illorum; si etiam sederent, contra auctoritatem & consuetudinem iudicij foret: vt in autent. vt ab Illustr. & qui super eam sunt digni. §. quæcumq;. coll. v. & C. de postulan. l. quisquis. & C. vbi sena. & clarissimi. l. fin. §. sedēdi.

Per literas sigillatas, &c. Intellige si ibidem nihil falsi appareat: de huiusmodi literis vide extra: de confir. vtil. vel inutil. c. cum dilecta. & C. de iure Emphiteu. l. vlt. Vnde literæ postquam ad iudicium importātur, diligenter inspici & legi debent: *g* si non sit aliquid abrasū inter lineas vel scriptum: & si aliqua litera in loco nociuo innouata non sit: quia aliàs reijcietur: vt extra de crim. fal. c. licet. & extra de fide instrum. c. inter dilectos. Inspiciendum etiā diligenter est, an sigillum principis sit: quia aliàs non valebit: vt C. de fide instrumentorum in certis legibus.

g Litera in iudicio præsentata diligenter cōspici debent.

Per suum ministerialem innatum, &c. Hoc ex eo fit. iurare enim eum oportebit pro domino suo, si negocium ad iuramentum venerit: & hoc intelligitur in isto quod textus habet, qui feudum nomine ipsius defendat, &c. *h* Vnde notandum circa id. Quando Principes iuramentum facere obligantur, contra suos inæquales, iuramentum illud facere possunt per suos vasallos: vt in autent. vt ab illustribus. §. j. coll. v. Iuramētumque huiusmodi extendit se & deriuatur ad vtrosque, si vterque eorum de iniustitia nouerit. Si verò vasallis incognitum erit iniustū esse negocium, iuramentum illud in animam domini cedit, ac si per se solus iurasset: vt C. de iureiur. propter calumniam. l. cum. §. sin autem. & C. eod. tit. l. cum. & iudices. Contrarium etsi quidem istius videtur esse supra lib. j. artic. xlvj. vbi habetur: Iuramentum adiudicatū plenipotenti principalis, illud explere tenetur. R. quòd ibi loquitur de hominibus simplicibus, siue de his qui procuratores habere possunt si volunt. Principes verò, procuratores necessariò habere coguntur, siue volunt siue nolūt: C. de procuratoribus. l. quicumq;. & vj. q. iiij. c. si quis Episcopus. & extra: de iureiuran. c. j. & ij. lib. vj. & in auten. vt ab illustribus & qui super eā sunt digni. §. j. coll. v.

h Iuramentum per vasallos Principes exequi possūt.

Articulus XLIII.

Si quis

SI quis bona aliqua suam esse dicat proprietatem, [a] & alter ea suum esse feudum affirmet, facilius ea proprietarius cū duorum bannitorum testimonio obtinebit: [b] & hoc, si æqualiter ea possideant. [c] Proprietas etiam hereditaria citius obtinetur, quàm empta vel donata.

a Vide Jur. Muni. artic. lxix. sub alio tamen sensu.

b Textus antiq. ita legūt: si eorum probationes fuerint æqui potētes, fauorabilior est pars proprietarij ad obtinendum bona illa cū duorum testimonio fœabinorū.

GLOSSA.

c Notanter in textu dicitur, si æqualiter ea possideant, quia alias non esset verum: vt feud. c. v. in fin glo. Secus etiam si vasallus illa dixerit cōtra dominum: vt feud. c. xiij. & xli.

Si quis bona aliqua suam esse dicat proprietatem, &c. Vide quid de hoc sentitur in vsib. feud. titu. de controuersia inter masculum & fœminam. de beneficio in c. item sciendum.

GLOSSA.

In præcedenti, & in isto articulo tria tanguntur. Primò, si duo occasiōe feudi decertauerint, & hoc in præcedenti articulo habitum est. Secundò, si duo vendicent sibi bona, vnusque dicat suam esse proprietatem, alter verò suū feudum esse affirmet, æquali tamen possessione, vt textus habet. [d] Vndè & circa id sciēdum, quòd possessio feudi præscribitur in anno & sex septimanis: vt supra libr. ij. art. xxiiij. & infrà. artic. proximo. Item supra lib. j. art. lxx. Proprium verò contra illum qui præsens sit, [e] donationemq; vidit, & ei nō contradicit, præscribiturq; in instanti: vt supra eod. lib. artic. vj. Contra illum verò qui absens est in xxx. annis, & in anno & die præscribitur: vt supra lib. j. artic. xxjx. Contra id instare quis posset: si te huiusmodi feudi & proprietatis præscriptiōe, sequeretur quòd feudum melius esset, quàm proprietas; quia quòd facilius est ad possidendum, etiam melius & facilius est ad conseruandum: si ergo feudum in anno præscribitur, proprietas verò in triginta annis & die; quare illud facilius obtinetur quàm istud: ergo, &c. R. quòd hic non loquitur quod eorum facilius præscribatur, sed quod ex his facilius obtinetur. Si vterque eorum nullam habeat præscriptionē: vt si vnus moriatur sine hærede feudali, dominusque dicere velit, quòd fundus iste per mortuum relictus ad eum iure cedere debeat, ex eo, quia feudum sit, hæres propior est bona illa loco proprij possidere quàm dominus loco feudi: & hoc ex eo: quia dominus cōfert in feudum bona absq; bannito iudicio: proprietas verò non nisi in determinato iudicij loco, & sub banno Regio: vt supra lib. j. art. lij. Quare & citius testimonio probari potest, & ita obtineri: vt ff. de interdict. l. interdictorum. §. iuris. & ff. quorum bonorum. l. ait prætor. & C. vti possidetis. l. j.

d Possessio feudi pscribitur anno et sex septimanis.

e Vide supra lib. i. art. vi.

Proprietas etiam hæreditaria, &c. Hic tangitur tertium, videlicet quando duo dicant, quilibet suam esse hereditatem seu proprium allegando; vnus tamen dicit esse emptam, alter verò hæreditatam, iste secundus citius obtinebit hæreditatē illam; quia ad nullum euictorē se trahere cogitur, verùm illud totū ius in bonis habet, quod mortuus habuerat: vt ff. de regu. iur. l. hæredem. & C. vnde legitimi. l. j. & C. vnde liberi. l. si auus. Emptor verò nō plus in bonis habet, nisi quòd se ad euictorem trahit, vbi multæ interuenire possunt difficultates; quare & difficulter illa obtinere poterit: vt supra eod. libr. artic. xxxvj. & C. de action. empti. & venditio. l. iij. & iiij. C. vbi in rem actio. l. in rem. & l. si quis. & infrà lib. iij. art. iiij.

Articulus XLIIII.

QVicumque bona aliqua per annum & diem absque iusta contradictione possederit, a corundē verus efficitur possessor. Quamdiu autē contra retētorem bonorum agitur, licet diutiùs ea retineat, b iustam tamen per hoc nō acquirit possessionem, nec ea præscribit, quamdiu vera actio poterit comprobari. Qui verò bona hæreditaria aut donata sibi vel concessa retinet, non violēter (id est, quæ nulli abstulit) fructus in his medio tempore per eum perceptos nō restituet, si post modum possessio ab eo euincatur; & hoc si pro ipsis bonis iura debita nulli denegauit. Qui etiam in suo feudo aut dotalitio matris aut suæ cognatæ sibi proprietatem voluerit vsurpare, c nisi hāc testimonio sex bannitorum comprobauerit, succumbet.

a Nota ex isto textu rem mobilem anno præscribi: vide infrà libr. ii. ar. lxxxiij Iure Munic. art. xxx.

b Textus antiq. ita legūt: licet ea diutius violenter possideat.

c Nota in hoc speciali et defecti casu, possessionem septē testibus probari, secus in alia simplici possessione, pro qua duo testes quemadmodū pro dominio sufficiunt de communi observantia.

GLOSSA.

Quamdiu autem, &c. Nam eum dolo malo quis fuerit possessor inuentus, non debet sibi talis possessio patrocinari: vt C. de libe. caus. in multis legibus.

d Qui verò bona hæreditaria, &c. Concordat ad hoc lex communis, cùm dicit: Si quis autem à non domino, quem dominū esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliquaúe qualibet iusta causa æquè bona fide acceperit, naturali ratiōe placuit, fructus, quos percepit, eius esse pro cultura & cura: & ideo si dominus postea superuenerit, & fundum vendicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest: vt Instit. de re. diuis. §. si quis autem. Hìc patet de commodo possessionis: vt & supra eod. libr. art. xxxvj. & infrà li. iij. ar. iiij. & iure feud. art. xxxvij.

d Nota, quòd bona impetere dicuntur, vel impetitio bonorum fit, quando vnus ad iudicium citatur, q̄ bona in possessione habet, & contra eū conqueritur. Vnde si quis bona haberet, & dominus violenter eum de his pellat vel spoliet, vel cōburat, ex eo, quòd sibi bona ablata sunt, nō propter hoc fit impetitio bonorum: vt C. de edend. l. edita. vide feud. c. xiij.

Si postmodum, &c. Hìc videtur approbari quorundam Legistarum opinio, quæ habet, quòd si aliquis detineat rem alterius per annum, ille perdit possessionem, per l. si finita. §. non autem. & §. eum tamen. ff. de damn. infec. *e* Scire autē debes, quòd possessio est corporalis rei detentio, corporis & animi ac iuris adminiculo concurrente. ideo enim dicitur corporalis rei; quia incorporalia possideri nō possunt, sed quasi possidentutur: vt de electi. c. querelam. & de caus. possess. & proprie. c. cùm Ecclesia. Detētio ideo dicitur, quia naturaliter tenetur ab eo, qui insistit ei. nam appellata est possessio, quasi pedum positio: ff. de acquirend. vel amit. possess. l. in prin. Ideo autem dicitur corporis & animi iuris adminiculo concurrente; quia non acquiritur aliter, nisi corpore & animo interueniente, licèt solo animo amittatur: ff. eod. l. possidere. & l. quemadmodum. & C. eod. l. licet. Hæc autem possessio, quam quis animo & corpore suo adipiscitur, naturalis est: ff. eod. l. j. id est, de iure naturali gentium inducta vel approbata. Hæc etiam eadem

e Possessio q. s.

dem possessio potest dici ciuilis, scilicet approbatione: ff. de verb. signifi. l. lege. & ff. de origine iuris. l. ij. *f* Nec sunt duæ possessiones, sed vna. Illa tamen naturalis, quam retineo animo, potest dici ciuilis; quia iuris ciuilis auctoritate tenetur. Iuris adminiculo ideo dicitur, quia possessio quãdoque habet plurimum iuris: vt ea, quam per seruum in rebus peculiaribus habeo: ff. de acquir. pos. l. j. §. item acquirimus. & l. possessio. & l. si me. §. seruus. Sic est & alia quæ habet plurimum facti: vide de concess. præben. c. cum nostris. in glos. *g* Acquiritur autem possessio per apprehensiõem in rebus, quæ in nullius bonis sũt: ff. de acquiren. poss. l. in princip. & l. possideri. §. item feras. & ff. de acqui. re. domi. l. j. Item quæritur per quemcumque, qui alterius nomine sit in possessione: ff. de acquir. vel amitten. possessi. l. possideri. §. genera. Item & per furem quæritur: nõ enim ad possessionem refert, an iustè vel iniustè quis possideat: vt supra eod. lib. art xxiiij. & infrà eod. lib. art. lxx. & lib. iij. art. lxxij. & ff. eod. l. possideri. §. ex contrario. & l. rem. Item acquiritur possessio ex secundo decreto, & ex causa damni infecti, vel aliàs vbi res adiudicatur pro debito. Sed in actione reali, lapsus anni verum facit possessorem. ff. de bon. auct. iud. poss. l. quamuis. & de offic. ordi. c. pastoralis. & de dolo & contu. c. contingit. Item acquiritur per patientiam; nam si scienter quid mihi dedisti vel vendidisti, & pacienter possessionem intraui, & omnia vt dominus gessi, possessionẽ acquiro: C. de acquir. vel amitten. possess. l. minus. & ff. si serui. vendi. l. si à te. & per binum actũ acquiritur possessio, vel fortiùs per trinum: extra. de causa possess. c. Ecclesia. Acquiritur etiam per traditionem pignoris ciuilis & naturalis: vt ff. de acquir. vel amitten. possess. l. j. §. per seruum. & l. qui pignoris. Et acquiritur nobis possessio non solùm per nos, sed per eos quoq; quos habemus in nostra potestate, vt per filium: ff. eod. l. quidquid. Item per seruum proprium, nisi ab alio possideatur: ff. eod. l. j. §. sed & per eum. Item per seruum fugitiuum, qui diu, id est decẽnio fuit in possessione libertatis bona fide, & paratus sit subire iudicium liberale: ff. eod. l. possideri. §. si seruus. & l. per eum. §. vlt. Item acquiritur per procuratorem, tutorẽ, & curatorem, rectorem ciuitatis, & prælatum Ecclesiæ possessio: ff. eod. l. j. §. per procuratorem. & §. vlt. ff. de condi. & demon. l. municipibus. & ff. quod cuiusque vni. l. vlt. extra. de pecu. cleri. per totũ. Item etiam acquiritur possessio corpore & animo: vt supra in descriptione possess. Item acquiritur quandoque & sine apprehensione: vt patet in his versibus.

Visu, sine rei mutuatæ venditione: Cler. Cautibus & chartis, mea si conduco fere-
Quãquis non aliter detur, possessio trãsit.

Visu. vnde si rem tuam mihi vendideris, quæ cùm in aspectu sit, me possidere iusseris, vel procuratori meo præcipio tradendam, quamuis aliter corpore non apprehendam, possessionem quæro: ff. de acquir. vel amitten. possess. l. j. §. penult. & l. quorundam. Quidã tamen disputant, vt in vacua possessione, sufficiat aspectus, & in nõ vacua, exigitur pedum impositio: ff. eod. l. j. & ff. de actio. empt. & vendit. l. ij. §. vacua. Sequitur in vers. siue rei mutuatæ venditione: quia si commodasti mihi rem tuam, vel pignori obligasti, vel apud me deposuisti, & ipsam mihi vendideris, eo ipso quòd pateris meam esse, videtur tradita: Instit. de re. diuis. §. interdũ. Præterea clauibus; nam si claues cellæ vinariæ vel horrei mihi tradideris coram cel-

f De possessionibus hic vide abundè per totum.

g Possessio quomodo acquiratur.

ram cella vel horreo, vendendo mihi vinum vel merces, quæ ibi sunt tradita, videtur possessio per claues: ff. de acquiren. vel amitten. possess. l. j. §. penult. & ff. de contrahen. empti. l. clauibus. Sequitur in vers. & chartis; puta, si vendis mihi mancipia, videor acquisiuisse possessionem, si tradas mihi instrumenta mancipiorum, in quibus cõtinetur, qualiter mãcipia emisti: C. de donatio. l. j. Sequitur: mea si conduco scienter: scilicet, cõstituendo me possidere nomine tuo, cui vẽdo. Nec enim caussã possessionis mihi muto, si desino posidere, & alium ministerio meo possessorem constituo: is namq; possidet, cuius nomine possidetur. Sic loquitur ff. de rei vend. l. quædam mulier. & ff. de acquiren. vel amitten. poss. l. quod meo. Et dicitur scienter: quia tunc donare videor, etiam si non vendam, aliàs si ignorans cõduco rem propriã, non paro mihi præiudicium: C. de re. vendi. l. re tua. & de locat. & conduc. l. qui rẽ. Item si retineo vsumfructũ rei quam tibi dono. videtur enim tradita possessio: C. de donati. l. quisquis. Vsufructuarius tamẽ naturaliter possidet: & sic ciuilis tãtum in hoc casu traditur. Item & consuetudo transfert possessionẽ ipso iure, sine apprehensione: secundùm Innoc. & Hostien. in c. ij. de consuetud.

GLOSSA.

Dixerat siquidem superiùs de his, qui bona occupant, nondum sufficienti possessione nacta: articulus præsens loquitur de bonorum possesionibus. Vnde pro intellectu articuli quędam ex ordine notanda veniunt. Primò, quando in omnibus & singulis bonis possessio acquiritur. Secundò, quo pacto acquiratur. Tertiò, ad quid vtilis possessio sit. Quantùm ad primum, quãdo & quo pacto possessio acquiratur. *h* sciendum, quòd bona tripliciter vni aduenium. Primò, quia ex amicis hæreditariè deuoluuntur, sicut quãdo hæredes in bona succedunt demortuorum propinquorum, *i* & in his acquiritur possessio ex admortuo: vt ff. de reg. iur. l. hæredem. & ff. de vsucapi. l. possessio. Secundò, aduenium vni bona ab extraneo, etsi fide bona illa possederit, in anno & die præscribit: de iure nostro: sicut hîc, & libr. iij. articu. lxxiij. Secundùm leges verò, res mobilis præscribit in trib9 annis. Immobilia verò contra præsentem in decem, contra absentem in xx annis: vt Instit. de re. diuis. §. illud. & §. quidquid. & Instit. de vsuca. §. iij. ff. de vsuca. l. potest. *k* Res verò empta à fisco, Imperio, Rege, Regina, præscribitur in instanti: & hoc propter eorum dignitatem: vt Instit. de vsucap. §. edicto. & C. de quadri. præscri. l. benè. contra Ecclesiã verò præscribitur in xl. annis. Ecclesia verò contra te in tribus annis præscribit: vt in auten. hæc consti. §. coll. viij. Vnde etsi quidem in cõtrarium istius videtur esse in auten. vt Eccles. Roman. §. j. collat. ij. vbi habetur de præscriptione centum annorũ. ℞. tamen, quòd constitutio sequens, & quæ priùs allegata est, corrigit istam quæ vltimatè introducta est. Tertiò, aduenium hominibus bona, quando ipsi soli ea lucrantur: sicut feras, bestias, aues, agros desertos, qui ante hac nullius erant, occupantisque fiunt: vt Instit. de re. diuis. §. feræ. & §. insula. Exinde sequitur, quod cùm feram aut bestiam insequeris fugientem, vel eandem possides, tua est. Si verò posthac in alterius venerit manus, illius erit. *m* Si etiam feram vulnerat & eam insequeris, tua est, si eam prehendere possis: si effugerit, illius erit qui occupare eam potuerit: vt

h Bona aduenium vni tripliciter.

i Vide supra lib. i. ar. xxix.

k Vide ad hanc materiã supra lib. i. ar. xxix. gloss. aliã huius passus declarationem. & Iure Municip. artic. xxi. gloss.

l De præscriptionibus vide.

m Notandũ etiã circa id, quòd bona aduenire vni possunt ex infeudatione, emphiteusi, & occupatione: vt in annot. infrà eod. libr. circa art. lvij. vide etiam ad hanc materiã infrà libr. iij. artic. lxxxiij. feud. c. v. & c. vij. in gloss.

rit: vt Institu. de re. diuis. §. & illud. & §. quidquid. ff. de acquir. rerum domin. l. naturalem.

Pro declaratione præterea textus articuli notandum, quòd possessio est duplex: *n* corporalis, videlicet & mētalis. Possessio corporalis dicitur, quando rem possessam teneo manu, vel in ea pedem figo: vt ff. de acquirend. vel amitten. possess. l. possessio. & Instit. de reb. corpor. §. ij. Mentalis possessio dicitur, cùm rem meam mente teneo, licet à manibus desinat esse meis; & ita non cedit ex possessione mentali: sicut qui tempore naufragij eijcit merces in mare, nihilominus mente tenet res illas eius esse; non enim volūtariè possidere desinit. hoc modo etiam intelligere possumus de possessione aliorum bonorum, quæ mente possidemus; non enim omnia corporaliter possideri possūt: vt Instit. eod. titu. §. vlti. & ff. de acquiren. vel amittend. possess. l. possideri.

n Possessio duplex, corporalis & mētalis.

Quæritur, ex quoquidem sine mea voluntate præscribi possessio non potest, voluntatemq; meam declinare non possum, nisi priùs de illa re sciam, an ergo bona possideri possunt de quibus ignoro? Quidam dicunt, quòd non; quia si thesaurus in agro iaceat meo, de quo ignoratur, thesaurum nō videor mēte possidere: dato, quòd agrum possideam: vt ff. de acquiren. & amitt. possess. l. possideri. §. incertam. Alij respondent sub distinctione: si quis ius habuerit ad rem aliquam, eandemque sine possessione se consequi posse sciat, obtinebit eandem: dato, quòd de illa nesciat. Sed si nullum ius extra possessionem acquirere se posse putet, nec illud sciat, extūc nec possidet bona huiusmodi. Pretereà acquiri etiam possessio rei alicuius poterit, si quis nomine tuo illam possideat: sicut si tuus vasallus, vel censualis, vel seruus tuus, bona pro persona tua possideat: vt Instit. per quas personas nob. acquir. §. non solùm proprietas. & ff. de acquiren. & amittē. possess. l. j. §. item acquirimus. Leges allegatæ disponunt, quòd filius, seruus, & is cui vxor commissa est, possessionem acquirere nobis possunt, etiā inscijs nobis: & hoc esset contra priùs dicta, vbi dicebatur, absque scientia nostra possessionem acquiri non posse. Vel R. pro exsolutione quæstionis, quòd noticia seu scientia alicuius rei & voluntas differunt: fieri enim potest, quòd rem in possessione habeam de qua nescio, & hoc quando includitur res aliqua mihi ignota in illa, de qua mihi notum est. Vnde quando possideo rem quæ mea propria est, voluntariè illam possidere dicor. Illud verò quòd nolo vt meum sit, nullo modo possidere possum: sufficiet ergo voluntatem accedere, quāuis per expressè de re illa nesciat: vt ff. eod. tit. l. possideri.

o Noticia aliquius rei & voluntas differunt.

Quamdiu verò contra retentorem, &c. *p* Circa id notandum venit, quòd quædam res sunt, quę possideri seu præscribi non possunt. Primò, res violenter occupatæ, vbi desuper cum violentia queruletur, vt iuris est: vt hic, & supra lib. j. art. xxjx. & lib. ij. art. xxv. & C. vnde vi. l. si quis. & Instit. de vi bono. rapt. §. quod tamē. Secundò, res furtiuæ: vt supra eod. lib. art. xxxvj. & Instit. de vsucap. §. furtiuæ. & §. quod autē. Res verò sacræ nūquam præscribunt: vt Instit. de re. diuis. §. nullius. & §. sacræ.

p Res quædā sunt, quæ nullomodo præscribi poterunt: Vide ad hanc materiam supra lib. i. art. xxix. gloss.

Qui autem bona hæreditaria, &c. Hoc intelligi debet, quicamque bona possederit, nec alicui super his ius denegauit, fructus perceptos percipiet, quicumque fructus huiusmodi sint, dummodo fide bona possederit, & cum hoc omnia exposita eidem refundi debent: vt Instit. de interdict. §. cō-

modum. & ff. de conditio. indebit. l. si in area. & ff. de doli. exceptio. l. Paulus.

Testimonio sex bannitorum, &c. Hoc intellige, si sit in Comitatu; quia si in Marchionatu fuerit, extunc obtinet cũ eo qui sententiam inuenit: vide etiã ad hanc materiam supra eod. lib. art. viii. C. de assessoribus. l. studiorum. & l. liceat omnibus. & Instit. de interdict. §. commodum. C. de rei. vindi. l. iij. & l. si in area. & l. certum. & istud perdit ille, qui iniustè possederit: vt C. de fructu. & liti. impen. l. ij.

Qui etiam in suo feudo, &c. Hoc ex eo fit: quia feudum ex gratia datur. *q* gratia autẽ si quis abvtitur, perdit eam: sicut in proposito fit, cùm quis feudum in proprietatem sibi vsurpare nititur: vt extra. de priuile. c. vt priuilegia. & c. tuatum. & in vsib. feud. quib. mod. feud. amitti. §. vlt. coll. x. C. vbi senat. vel clarisf. conue. l. ij. & C. de reuocand. dona. l. ij.

q Abutens gratia, perdit eam.

Articulus XLV.

a Concordat Iure Munic. artic. cxij.

CONtra quem in iudicio a in sui præsentia actum fuerit, si effugerit, actori res actionis adiudicetur: (id est conuictus est in caussa:) & si actio fuerit iniuriarum, in continenti reus proscribitur.

GLOSSA.

Contra quẽ in iudicio in sua præsentia, &c. Potest enim sententia ferri ex peremptorio, vel quasi peremptorio, & expressa contumacia: vt in l. tres denunciationes. C. quomod. & quand. iudex. & ex monitione facta præsenti: vt eod. titu. l. ij. & ex recessu sine licentia iudicis: vt notatur ff. de re. iudic. l. contumacia. secundùm Bald. Et præsertim per statuta locorum, accusati vel inquisiti, qui sunt contumaces, habentur pro confessis: vt in Specu. de accusa. §. sequitur. circa princi. Pro quo etiam vide glossam supra eod. lib. in art. jx. super verbo, quasi victus condemnetur. Vide etiam infrà lib. iij. ar. xxxjx. §. vlt. Et est ratio præsentis articuli; quia fugiens iudicium, videtur de sua iustitia diffidere: xj. q. j. Christianis. & lxxiiij. distin. honoratus. Hoc etiam scias, *b* quòd possum debitorem meum fugientem capere & detinere, donec ipsum ad iudicẽ perducam: vt ff. quæ in fraudem credit. l. ait prætor. §. si debitorem. Non tamẽ possum ab eo rem per violentiam auferre: vt satis dicitur C. de decurio. l. generali. lib. x. & not. ff. de eod. quod metus causs. in l. extat decretum.

b Debitorem fugientem detinere licet. Cõcordat Iur. Munic. artic. xxvij.

In sua præsentia, &c. Intellige de præsente & audiente, aliàs enim non dicitur fieri eo præsente: vt notatur ij. q. j. in primis. & iij. q. jx. testes. & xj. q. iij. eorum. & de electio. vt circa libr. vj. super verbo, coram.

GLOSSA.

In articulo præsenti declaratur de eo, cùm quis reus efficitur, cùm tamen innocens esse possit: & hoc ille, qui in eius præsentia accusatur à iudicioq; aufugit: vt C. de assessoribus. l. consiliarios.

Vnde pro intellectu textus clariori nota, *c* quòd innocens quãdoque reus efficitur quinque modis. Primò, vt tactum est in textu, & hîc in glossa habetur. Secũdò, quãdo res furtiua apud quem inuenitur & vindicatur, per iudicemque restituto decernitur, ille verò

c Innocens reus quandoq; efficitur. Concordat Iure Munic art. cxij.

verò restituere non vult, aut facere recusat: vt supra eod. lib. artic. xxxvj. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. est etiam. Tertiò, qui nō admittunt quærere res furtiuas aut spoliatas apud se: vt infrà art. lxxij. & supra eod. lib. art. xiij. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. est etiam. Quartò, si vnus alium verbis malę tractauerit, vel eidem iniuriatus sit, decernatúrque vt illud emendare debeat, ille verò id facere recusat, actioq; postmodum criminaliter instauretur, reus efficitur: vt supra lib. j. ar. lxviij. & C. quomo. & quan. iudex sentent. profer. l. cessante. §. j. Quintò, cùm respondere non vult qui accusatur: vt infrà lib. iij. art. xxxjx. ff. de reg. iur. l. qui tacet. & C. de iureiuran. l. ij. §. ij. & extra de testi. c. cùm clamor.

Articulus. XLVI.

a Textus alij ita legunt: Qui arat agros insciis alienos, vel quos sibi alter commisit, deprehensus à contradictore, laborem perdit: & ille qui sibi cōtulit, recōpensabit laborem qui seminat eosdē sub interdicto, semina perdit et laborē: qdquid seminat ante querelā, semina retinet, et censum soluit terram obtinenti.

QVI alienum arat agrum,[a] vel fortè alter eundem sibi locauerit nesciēter, interimq; quòd adhuc arat, actio contra ipsum moueatur, laborē & semina amittit. Qui autem agrū sibi locauerat, damnum ei refundet. Qui verò nondū actione mota seminauerit, ipsi competere fata videbuntur, & ei qui agrum obtinebit, censū præstabit. Qui fata seu seminatos agros alterius arauerit, emendā ei dare tenetur, & damnū iure refūdet: hoc est, quātum crescere potuisset in agris, & cùm hoc iudici mulctam, & parti emendam soluere cogitur.

GLOSSA.

QVI alterius arat agrum, &c. vide etiam infrà lib. iij. art. xx. cum cōcordan. Concordat cum principio istius articuli ius commune: vt Insti. de re. diui. §. si quis & vide supra eod. libr. circa art. xliiij. Pro alia autem parte articuli vide infrà libr. iij. circa articulū xx.

Laborem & semina amittit, &c. Fructus enim magis debentur iure soli, quàm seminis: De vsuris l. qui scit. & ff. & de rei vendi. l. itē Pom. scribit. §. si frumentum. & §. idem scribit.

GLOSSA.

IN articulo præsenti duo tanguntur. Primum, si agrum alienum quis arat scienter, idque sibi antehac interdictum sit, vel per eum cuius ager est, vel per alium quēcumque nomine ipsius accusatus super eo, perdit laborem: est enim malæ fidei possessor: vt C. de rei vendicatione. l. domum. si verò interdictum sibi non sit, obtinet laborem & impensas cōtra illum cuius ager est: vt Instit. de re. diuis. l. certè. Secundum, quòd hîc tangitur, est, quòd ille qui pro eo accusatus non sit, vel actione nōdum mota seminauerit, iste retinet fata soluendo censum. Dicere quis posset, huius glossæ declarationem sibi esse contrariam: dictū est enim priùs, quòd iste qui sic nescienter, & qui actione nondū mota seminat, tàm impensas quā laborem retinet: hîc verò dicitur, quòd censum exinde soluere tenetur. Si ergo censum præstat, fata loco census retinere videtur, & non pro suo labore. R. quòd ibi loquitur de agro qui liber est, hîc verò loquitur de bonis seu de

agro censuali: sicut si ego meo cēsito, agrum tuum tanquam meum cōsererem. Quòd si forsan leges in contrarium allegarentur, & signanter Instit. de re. diuis. §. si Titius. & ff. de acquiren. re. domi. l. adeò. §. si alienam. vbi dicitur: si plantam in fundum meum inseris, cū crescit mea erit: ita in proposito, sata in alienum agrum iecta, illius esse debent cuius ager est. Rē. tamē, quòd leges allegatæ, & similes quæ adduci adhuc possent, intelligi possent de illo qui dolo malo id agit: textus verò articuli loquitur de eo, qui ignorāter id faceret: vt Instit. de re. diuis. §. certe. & ff. de acquiren. re. domi. l. adeò. §. appellatione.

Qui seminatos agros, &c. Textus iste est contra illos qui dicunt, quòd quotiēscumque arando agrum alienum aratrum subleuat, & è contra dimittit, totiens mulctā & emendam succumbet: falsum enim est ex paragrapho præsenti: debet enim damnū resarcire: hoc est, tantùm dare debet, quantùm crescere potuisset in agris, dominoque emendam & iudici mulctā præstabit: sicut hîc: & infrà lib. iij. artic. xx. & C. de fruct. & lit. expens. l. ij.

Epilogando itaque articulum istum scire debemus. Qui agrum ignoranter arat, laborem retinet suum: qui scienter id facit, laborem perdit: qui seminatos agros arat, emēda & mulcta absoluitur: qui verò arat terram, quæ per sententiam sibi abiudicata est, & post querelam alteri desuper pax indicta, vitam demeretur; sicut leges allegatæ disponunt, & articulus præsens.

Articulus XLVII.

QVI sua pecora in alterius sata vel gramina immiserit, damnū resarciet, & tres solidos possessori dabit pro emēda. Si autem dominus pecorū immissioni præsens non fuerit, & pignoratur, damnum si ostensum fuerit, soluat dominus, prout à paganis arbitretur, [a] & sex nummi eius emenda erit à quolibet cuius pecora erant. Si verò animalia sunt quæ pignorari non possunt, sicut equi feroces, apri, [b] extūc damnificatus assumat duos viros eis damnum demōstrando pecoraque, in ædem domini sequatur eum inculpando, ipse tandem in soluendo eidem tenebitur, ac si pecora fuissent pignorata. Qui pecora sua in cōmunia alterius prædij seu villæ pascua immittit, in sex nummis deliquit pignoratus. Incultum agrum si quis pertrāsierit, nisi fortè pratum fuerit insignitū, non punitur.

[a] *Alij textui addunt: & si plures sint, quilibet sex denarios pro pecore emendam dabit damno soluto.*

[b] *Alij addūt: vrsi, anseres.*

GLOSSA.

QVI sua pecora in alterius, &c. Concordat Canon, cùm dicit: si læserit quisquam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascat aliena, pro damno æstimatiōem restituet: vt in c. si læserit. de iniurijs.

Et sex

Et sex nummos, &c. Licet enim possim pignorare aut includere pecudem tertiam mihi dantem damnum, illam tamen celare non debeo: vide Bald. in addit. Spec. tit. de actore.

c De pastoribus vide. Qui pecora sua, &c. c Nota, quòd si communitas consueuit intra limites alterius à tempore quo non extat memoria hominum animalia pascere, aut ligna in nemore scindere, aut gramina, seruanda est huiusmodi consuetudo: sic de decim. in c. cùm sint. & c. suggestum. de decim. de verb. signific. quid per nouale. C. de seruitu. l. præses. per Ioan. Andr. in nouella. & in c. dilecti. de arbitr.

Incultum agrum, &c. Et hoc licet secundùm ius diuinum: vt j. dist. c. j. secus autem est de iure humano. Vnde dicit Imperator: per agrum quidem alienum, qui seruitutem non debet, ire vel agere vicino non licet: vti autem via publica nemo rectè prohibetur: vt in l. per agrũ. C. de seruit. & aqua.

GLOSSA.

In articulo præcedenti dictum est de eo, qui agrum arat alienum: articulus præsens disponit de damno per immissionem pecorum illato. & is qui sic damnum facit, peior est quàm ille qui agrũ arat. qui enim alienum arat agrum, dominus agri potest quandoque ex eo cõmodum accipere, vtpote quando scienter agrum ille arauerit; iste verò nullum commodum facit: quare & puniitur propter iniuriam in vicinum illatam, vt textus habet. Qui enim contra ius facit, iniuriam facere dicitur: vt Instit. de iniur. §. generaliter. & ff. eod. tit. l. j.

d Ius facilius absoluit absentem, quàm si præsens sit. Si autem præsens dominus nõ fuerit, &c. d Ex isto liquet, quòd ius facilius absoluit absentem quã si presens solus esset: & hoc ex eo: quia opinatur quòd doleat de damno facto, quare minoratur sibi emenda: damnum nihilominus resarcire tenetur. is etenim cui damnum illatum est, æquè incõmodum patitur, siue iste doleat siue non, sed contumelia ratione cuius emẽda soluitur, est iuxta affectum hominum: vt Instit. ad le. Aquil. §. item. & dist. c. hi qui. & c. sæpè. & c. si duo.

Sex nummos dabit, &c. Hic dicitur, quòd vnus dare sex nummos debet. Quid si pastor communis fuerit, omniumque rusticorum pecora pascat, an etiam emẽdare debeat cum sex nummis? videtur enim quod non: quia aliàs contrariaretur huic paragrapho. R. quòd nulla est contrarietas: quia dato quòd multorum sint pecora, illa tamen ad pastorẽ pertinent; eius enim periculo subsunt, postquam eius custodiæ cõmittuntur: vt infrà ar. hiij. In cuius verò custodia vel prouisione quid factum sit, ille respõdere tenetur, sed & sibi respondetur: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. itẽ si fullo. Quare pastor emendam soluit, ac si vnus homo. Sed si dicas emendat vt vnus homo, ex eo quia eius sunt pecora, & præsens est: extunc emendare debet tribus solidis, sicut priùs dictum est. R. quòd pecora huiusmodi sua sunt quòad custodiam, & non quo ad dominium, & ibi præsens est vt custos: nõ tamen sequitur vt pecora illa sua sint, quòd que maiorem emendam pro alterius pecoribus soluere deberet quàm ille cuius proprium pecus est, vt pote sex nummos. *e Concluditur ergo ex ista glos. antiquorum Codicum, quòd sex nummis pastor in eo casu absoluitur.* e Quòd autem pastor ad emendam cogatur est ex eo: quia non satisfacit officio sibi commisso: vt in auten. de iudi. §. j. coll. vj.

Si verò animalia sint, &c. Ex isto textu habetur, quòd Saxo testimonio conuinci potest, & hoc propter id; ne pecora per illum, qui ea in satis vel graminibus præ-

occidantur, lædantur, vel mutilẽtur; & ita admittitur testimoniũ, ac si pignoratum pecus esset. Alij interpretantur textum istũ, quòd in eo casu Saxo non conuincitur, sed pecus: vt supra eod. lib. artic. xxxjx. *f* Aliter enim pro re parui momenti iudicatur, quàm pro re magnæ æstimationis: vt in auten. de mandat. princ. §. sit tibi. collij. & C. de sent. ex peric. recitan. l. nisi breues. vbi innuitur quòd ceremonię iudiciales occasiõe vilium rerum seruari non debent, sed simpliciter iudicentur.

f Aliter obseruatur modꝰ in iudicando res parui momẽti, quã in rebus magnæ importantiæ.

Qui pecora sua in communem alterius prædij, &c. Quæritur, an rustici possunt maiorẽ inter se statuere pœnã pro excesu huiusmodi occasione pastorum, quàm quæ iure descripta sit. *g* Rẽ. quòd sic. illud tamẽ minimè nocere poterit circumuicinis villis. *h* Plebiscitum enim dicitur ideo, quia ligat illos qui in illud consetiunt. Si enim plebiscitum illud per rusticos vnius villæ conclusum nocere deberet alijs circumuicinis, non esset plebiscitũ sed ius. *i* priuatæ ergò personæ ius condere minimè possunt: vt C. de iurisdi. omnium iudic. l. priuatorum.

g Ad hanc materiam vide supra lib. 1 art. lxij. Iure Mun. art. 1.

h Plebiscitũ vnde dicatur.

i Priuatæ personæ ius cõdere minimè possunt.

Incultum agrum si quis pertrãsierit, &c. Intellige, si via per huiusmodi agrum, prout decet, facta sit ad aliam villam. *k* quælibet etenim villa viam liberam præstare debet alteri villæ: vt Instit. de seruit. rustic. & vrban. prædio. §. rusticorum. Sed si vnus nouam faciat viam per agrũ, pignorari potest: vt supra eod. libr. art. xxvij. Si verò quis dicat articulum præsentem contrarium sentire, tu tamen respondẽ, quòd ibi loquitur de agro, qui quandoque incolitur; hìc verò de agro deserto, nisi fortè pratum sit: vt Instit. de itin. actuque priuat. l. j. §. is cuius.

k Villa quælibet viam liberam præstare debet ad aliam villam.

Articulus XLVIII.

Quidquid pastor in sua custodia amiserit, ad eius tenetur solutionẽ. Si quis dimittit fruges in campo, aliorũ fructibus vicinorum introductis, si conculcentur aut consumentur, postmodum a nemine sibi persoluantur. [a] Persimile est de decima, si decimator eam non susceperit, cui a decimante dimissa ac per villanos demonstrata fuerit. Quodlibet animal quod fœtũ parturit, vbi de vesperi ad hospitium venit, illic debet suo tẽpore decimari. Annona decimatur in campis, animalia in villis, in qualibet domo, vbi nascuntur. Decimæ dantur ab omnibus animalibus reptilibus, [b] exceptis gallinis. [c] Quælibet curia, vel solum, aut singularum domus, cum vno pullo seu gallina decimatur pro festo sancti Martini. Vbi decima soluitur in cãpo, decima sexagenę dabitur æquè bona, vel decimus manipulus. Introducere volẽs annonam, hoc intimet decimatori, si in villa sit seu in agro: quòd si decimator non curat, ipse solus perso-

a De decima vide p totum.

b A gallis nõ decimatur.

c Alij textum habent: curia sine horto, & item domus in horto, præterea domus specialiter inhabitata decimãtur vno pullo.

personaliter deputet decimam, ita quòd si postmodum impetitus sit, suo possit saluari sacramẽto, & duobus eam viris demonstret, ac cã stare permittat: quòd si postmodum annihilata & cõsumpta fuerit, sine damno manebit. In multis locis, deputata & certa annona in sexagenis, sub certo numero, nomine decimę, & agnus de ouili vnius curiæ, pro decima datur. [d] Vbi decima soluitur, vt dictum est, in sexagenis, funiculus duarum debet esse vlnarum, à pollice incipientiũ, per quem manipuli ligabuntur: & hoc in frugibus hyemalibus obseruetur. Qui secundũ cõsuetudinem decimam soluit, benè soluit. [e] De apibus autẽ & cunctis animalibus, decimator sumam accipit decimã, si expectare voluerit de anno in annum, quousque sibi de illa domo cedere possit. Si autẽ expectare noluerit, detur ei quod ad eum annuatim ptinet. De poledro, id est pullo equi & muli, vnum nummũ; de oue, asino, vitulo, hœdo, porcello, dimidium nummi: si sint in numero quinario, aut infrà: si verò in senario consistãt numero, vel vltra, decimator sextum cum duobus nummis: [f] septimum, cũ altero dimidio: octauum, vno denario: nonum, medio nummo seu obulo liberabit. Dominus autem animaliũ duo capita excipit ex sex, & tria de nouem; postmodum eligat decimator vnum. consimiliter decimantur pulli anserum, secundùmque aliquos & caprarum vno denario.

f Nummus in proposito duos constituit obulos.

d Textus vetustiores ita legunt: si soluitur decima vt dictum est in capitibus seu sexagenis, vbi debet ligamen inter duos nodos cubicum obtinere in annona hyemali.

e Alij textus habent: de apibus & cunctis animalibus decimam accipit decimator, de anno in annum, si voluerit expectare, donec sibi de iure cõtingat de domo soluentis: quòdsi noluerit, decimam accipiet in cõpensatione.

GLOSSA.

Quidquid pastor, &c. Tenetur enim pastor de custodia: vt ff. locat. l. qui mercede. & xxij. q. iiij. tres personas. & vide vltra quæ notãtur in glos. c. quamus. extra de regulis iuris.

Vbi de vespere receptum fuerit decimatur, &c. Et secundùm legem Moysi, Leuit. c. vlt. videtur deberi decimum in ordine nascendi, qualecumque, optimũ vel minimum. Hoc verum si ab alijs cognoscatur, aliàs cessabit iste rigor. facit c. sacris. de sepul. & quod ibi notatur: & tũc debet præstari mediocriter, & dabitur agnus vel hœdus lactatus & congruus ad vsum. facit ff. de soluti. l. si seruus. & in fine. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. inter certam.

Si eam tunc non expetant, &c. Iste etiã cui decima debetur, potest de iure cõmuni petere, interdici domino fundi ne fructus colligat

ligat vel exportet, nisi se vel suo nuncio præsente: argu. C. lib. x. quãdo & quib. quarta pars debe. ex bon. decurio. l. ij. & ff. de re. vindic. l. non solũ. Si enim habet partem in fructibus ratione decimæ, ergo & in fundo: quia fructus sunt pars fundi: ff. de rei. vindic. l. fructus. & iure communi potior est caussa prohibentis: ff. commun. diuidun. l. Sabinus. Immò quòd ipse aut eius nuncius debeant interesse, probatur: ff. de procurat. l. Paulus. ff. de inoffic. testament. l. si suspecta. §. j. & ff. de adoptionibus. l. nam ita. ff. de appellati. l. si per lusorio, cum multis similibus de quo plenè vide in Specu. de decimis. vers. vlt.

GLOSSA.

Quidquid pastor in sua custodia amiserit, &c. In omni enim conductione damnum prouideri debet: dato, quòd expressum nõ sit, aliàs respondere super damno tenetur: vt Instit. de locat. & conduct. §. penul. qui pro vsu.

Ad eius tenetur solutionẽ, &c. Contrarium istius videtur esse eod. tit. §. vlti. Vbi dicitur: quicũque rem diligenter custodit, si damnum interim euenerit, resarcire non tenetur. R. quòd seipsum soluit argumentum istud. si enim tantam diligentiam facit in custodia, quantam facere potuit, non tenebitur de damno: textus verò articuli disponit de illo, qui ex negligentia id facere omittit: vt ff. eod. tit. in multis legibus.

Si quis dimittit fruges, &c. Dictum siquidem superiùs est, quòd damnũ resarciri oportet, si quis ex negligentia illud fecerit: vt hîc in primo paragrapho, & supra eod. lib. art. xxxviij. infrà eod. lib. art. xlix. ff. de damno infecto. l. iij. Is paragraphus loquitur de illo, qui sibiipsi caussa est damni, sicut est ille, qui fruges in campo dimittit, negligentia enim vnicuique nociua est: *g* vt supra artic. xl. & infrà xlix. ff. de regu. iur. l. quod quisque. & ff. de verb. obligat. l. moram. & l. cùm filius. Sed nec querulari occasione damni illius poterit: quia iure à querela alienatur: vt ff. de reg. iur. l. non videtur. Quidquid enim ipse solus facit, eidem imputabitur: vt ff. de arbitr. l. diem. §. stari. & C. de iure deliberan. l. scimus. §. quia.

g Negligentia cuilibet est nocua.

Persimile est de decima, &c. Pro intellectu istius paragraphi, aliqua ex ordine notanda veniũt: videlicet decima quid sit: itẽ, qui eam dare teneatur: itẽ, cui offerri debeat: item, quæ pœna statuta sit contra illos, qui decimã non soluunt: item, de iure occasione decimarum. Quantum ad primũ sciendum, *h* quòd decima est oblatio Dei, decimæ partis rerum à domino Deo per laborem tuum largitarum: quæ & iustè soluitur: vt xvj. q. j. c. decimæ. Quantum ad secundum: decima ab omnibus hominibus dari debet: vt extra. de deci. primi. & oblat. c. decimam partem. Quantum ad tertium: decima præstatur Ecclesiis locorum & villarum, earumquẽ presbyteris: vt xvj. q. vij. c. decimas. *i* Soluique decimæ debent ex omnibus fructibus terræ & animalibus, de anno in annum nascentibus, mercede deseruita, & de omni honesto lucro ac negociatione: xvj. q. j. c. decimæ. Quãtum pro quarto, pœna eorum qui decimas non soluunt: priuantur enim bonis terrenis & cœlestibus: Deusque omnipotens aufert benignitatem suam ab ipsis, minusq; crescere faciet: vt xvj. q. j. c. decimæ. Quoad vltimum, quo iure occasiõe decimarum agi debeat.

h Decima q s.

i Decima à quibus rebus præstatur.

k Sciendum, quòd negocium occasiõe decimarum ad forum pertinet spirituale: vt in Clement. c. decer-

k Actio occasione decimarum ad forũ spirituale pertinet.

.c. decer-

l Decimam nõ soluẽti quæ pœna.

c. decernimus. *l* Vnde & decimã non soluens, excommunicari potest: quòd si proteruum in eo se præstiterit, potestas sæcularis eũdem coercebit, transgressorque incurrit pœnã sexaginta solidos: vt infrà libr. iij. artic. xvj. & lxiij. c. j. c. statuimus. & in canoni. in c. in sacris. ibidem de decimis plura vide.

m An laicus decimas accipere possit: vide ad hãc materiam infrà eod. lib. artic. lvij.

Quæritur, an laicus decimas accipere possit? *m* Quidam dicũt, quòd non, iure enim id prohibetur: vt xvj. q. j. c. j. & extra. de decimis. c. quoniam. & de rescript. c. vlt. vbi expressè habetur: quòd laici decimas accipientes peccãt. Alij verò dicunt: quòd Episcopus decimam pro libitu conferre potest, eandemq; oppignorare, vendere: vt extra. de empti. & vendi. c. j. & de loca. & conduct. c. vestra. Alij verò contrarium sentiũt, quòd videlicet laicis illud conferre minimè potest: vt extra. de decim. c. ad hæc. & x. q. j. c. hanc consuetudinem. Quidam verò istud limitantes dicunt: Episcopũ conferre decimas posse, reseruato sibi dominio: quia aliàs sine voluntate Episcopi id fieri minimè potest: vt xvj. q. j. c. in canonibus. In contrarium licet istius sit. xvj. q. vij. c. j. vbi expressè habetur; dato, quòd consensus Episcopi adueniat, id fieri minimè posse. Vnde & aliqui canones pro & contra allegatos cõcordando dicunt: quoad vnam partem, quòd videlicet decimas laici habere possunt, intelligendum est de decimis, quæ ad aliquam Ecclesiã applicatæ sunt. vbi verò dicebatur, quòd laicis decimæ prohibentur, nec eis vti possunt: vt x. q. j. c. hãc consuetudinem. intelligi debet, de decimis vel oblationibus, quæ in Ecclesia offeruntur: omissis tamẽ pro & contra allegatis canonibus, &c. quòd laici ex antiqua consuetudine decimas in feudum habere possunt, & illas in suos successores hæres hæreditare: vt extra. de his quæ fiunt à præla. sine consens. c. cum Apostolica. & de priuilegiis c. cum & plantare. Intelligendum tamen, si ante constitutionẽ, quæ facta est, anno millesimo centesimo septuagesimo nono, concessæ in feudum huiusmodi decimæ fuerunt: quia aliàs post constitutionem possideri nõ poterint nec acquiri: vt extra. de decimis. c. ad hæc. & c. quamuis. & c. prohibemus. & de rescrip. c. caussam. & qui aliter facit, periculum animæ sustinet: immò contrarium faciens, Christiana debet priuari sepultura: vt in dict. c. prohibemus.

Animal vbi de vespere ad hospitium venerit, &c. Intellige, dato, quòd in campum alienum animal ad pascua pellatur, decima tamen soluitur, vbi iumẽtum noctu hospitio declinatur: idque de cõsuetudine fit. *n* Consuetudo etenim est optima iuris interpres: vicit enim legem, si post legem introducta sit: vt Instit. de iur. nat. §. ex non scripto. Quidquid enim ex decimis habemus, magis ex cõsuetudine fit, quæ & legem, vt dictum est, opprimit: vt ff. de legib. & constit. l. de quibus. & inj. dist. c. statuimus.

n Vide supra eod. libr. ar. xxvi. glos.

Articulus XLIX.

a Concordat Jure Munici. ar. cxxvi. Intelligo, si nõ sit censensus vicini: secus est, si consentiat: vt Instit. de serui. rusti. prædior. §. item. Vel dic, nisi p annum quieuè sic possedisset, qa tunc p̃scribit: vt supra libr. 1. articu xxxvij.

NVlli licet stilicidiũ seu tectum a suorum ædificiorum in aream seu fundum alienum extendere. Vnusquisque etiam tenetur partem curiæ suæ sepire, alioquin damna p̃ hoc vicino suo illata resarciet, sua verò damna sibiipsi imputabit.

GLOSSA.

b Concordat iure Munici. art. cxxvi.

Nulli licet stillicidiū, &c. *b* Vnde etiam dicit lex communis: Si quis velit vicino aliquod ius constituere, pactionibus atque stipulationibus id efficere debet. *c* Potest etiam in testamento quis heredē suum damnare, ne altiùs tollat ædes suas, ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietē immittere, vel stillicidium habere, vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquāue ex eo ducere: vt in §. si quis. Instit. de seruit. rusti. & vrba. prædior. vide ad hoc ff. de damn. infect. l. dies. & per totum. vide infrà eod. lib. artic. lj.

c Testamento seruitus & libertas institutus potest.

Vnusquisq; etiam tenetur partem suæ curiæ sepire, &c. Quidā dicunt, ad altitudinem vnius hominis: facit infrà lib. iij. art. lxvj. circa medium. Alij vsque ad genua hominis: facit supra eod. lib. art xxxviij. Alij dicūt hoc esse arbitrariū, & arbitrio iudicis ordinarij relinquendum, cùm hic non decidatur: facit de offic. deleg. c. de caussis. Hoc verùm est, si istud non est speciali consuetudine vel statuto loci determinatum. Primum tamen vidi multotiens obseruari: vide etiam iure municipali artic. xxxj. Alij verò dicunt, quòd taliter debet fieri munitio, ne vicino damnum inde contingat, aliàs veniet damnum resarciendum: vt hic dicitur.

Vide in materia seruitutum. in diuersorio vulgari. *d* Et nota, si area non potest habere ventum nisi ab vna parte, ipso iure in illa parte cōstituta est seruitus: adeò quòd aliquis non potest sibi ædificium altiùs extollere, neq; arbores plātare, neque aliquid aliud facere, propter quod ventus impediatur: textus est nota, in l. cum talis. C. de seruit. adde notata Instituta. de seruit. rustic. & vrban. prædio. & Instit. de actio. §. æquè si agat.

d Area si vētum non habet nisi ab vna parte, potest prohiberi, ne vicinus ædificet ex illa parte.

GLOSSA.

Articulus præsens cauet de futuro damno, vt pote quando vicinus ædificia struit in eā formam, quòd stillicidium in vicinum suum immittere velit: *e* huiusmodi damnum nondum est factum, tendit tamen ad effectum. in huiusmodique casibus vicinus illud iudici denunciare debet, & huic qui ædificat. Si verò vicinus post denunciationem, antequam super his respondeat, vlteriùs ædificet, demoliri ædificia cogitur; dato, quòd probare vellet illud iure facere posse: vt ff. de operis noui nunci. l. operis noui nunciatio, & sequentibus. & ff. de damno infecto. l. prætor ait. Nec est contra paragraphum. Item. vrbanorum. Instit. de seruit. rusti. prædior vbi dicitur, quòd vicinus stillicidium alterius vicini ferre cogitur: textus enim articuli præsentis loquitur de illo, vbi consensus non aduenit vicini.

e Concordat iure Munici. ar. cxxvi. glo.

Vnusquisq; etiam tenetur partem curiæ sepire, &c. Virgultis vel roboribus, & per id præcauetur de futuro damno. *f* Similiter vicinus querulari potest contra alium, si vnà cum ipso domus contiguas, in vno pariete fundatas habeant, timeturque de ruina vicinę domus, propter vetustatem: vnde iudex eum admonere debet, vt super damno prouideat & assecuret, vel aliàs iste mittetur in possessionem: vt ff. quib. ex causs. in possess. cat. l. j. & ij. & ff de dam. infect. l. dies. §. ij. Si verò non querularis, nec petis caueri de damno, interimq; ædificiū corruat super domum tuam, damnum nihilominus resarcire tenetur, vel ligna seu robora, quæ in curiam vicini ceciderunt, vicinus seruabit: vt ff. de damno infecto. l. euenit. Si verò damnum sibimet illatum est, sibipsi imputabit: vt ff. de regul. iur. l.

f Quomodo vnus prouidere sibi debeat, si domus vicina sit ruinosa.

iur. l. quòd quisque. & C. de iure deli. l. scimus. §. sin verò postquã.

g Ædificia struere vnus potest in alĩ, quantumcũq; voluerit: vide infrã art. li.

g Nota, quòd vicinus ædificia sua struere in fundo suo potest in altũ quantum sibi placuerit: etiam ad aera: dato, quòd luminibus vicini officiat: vt ff. quod vi aut clam. l. fin. §. penult. & hoc est verum, si domus est sita præter seruitutẽ, id est, quòd seruitus contra eum probari non possit. Vnde si seruitus nulla fuerit, faciens feneſtram ad alienam curiam, cogitur propriis sumptibus rem in pristinum restituere statum: vt C. de seruit. l. altius quidem. Nullus tamen potest stillicidium, vel defluxum tignum & similia, in vicini curiam vel ædificia ponere, vel infigere, nisi sit contensus illorum, vel ex venditione, donatione, & his simil: vt Instit. de seruit. rusti. præd. §. si quis.

h Domus vicini tempore incẽdii impunè destrui potest.

h Nota, quòd domus vicini potest impunè destrui tempore incendij, timore futuri damni exinde: vt si ignis vsque illic peruenerit, non tenetur de damno ille qui destruxit: si verò non peruenerit illuc, tenetur destruens restaurationem: vt ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. est alia.

a Concordat Iure Munici. art. cxxvij.

Articulus L.

b Ratio est, vt dignoscatur, & sepes ad eũ pertineant: sicut à simili, quando dignosci volumus, cuius paries sit, & ad quẽ pertinet perseruatur: vnde & ex qua parte figitur clauis, & in qua parte capita clauium sint, illius paries est.

QVI lapides aut arbores a finium regundorum; id est, distinguendorum limitum ponere velit, vicinos, qui ex altera parte fundum habent, ad id vocare debet. Qui curiam sepit virgis, versus fundum suum arbusta debet vertere virgarum. b

GLOSSA.

QVI lapides finium regũdorum, &c. Vide C. fi. reg. l. j. ij. & per totũ. Pro materia illius articuli secundũ ius cõmune, de pœna annorum terminum, notatur. lxxxvj. dist. tanta nequitia. Et nota, quòd si damnum datur, & nescitur per quem, præsumitur contra vicinum: arg. ff. loca. l. dominus. & de fun. instruct. l. si ita. Et ratione vicinitatis consequitur quis damnum & commodum: arg. ff. de seruit. rustic. prædio. l. & qui duas, & quod ibi notatur. & ff. de contrahen. empti l. quòd sæpè. §. fin. De isto iudicio, videlicet finium regundorum, vide hîc in glos. & in c. ex literis de proba. & in Spec. de iudi. §. sequitur. & infrà art. lxx.

GLOSSA.

Circa articulum præsentem quinque notanda ex ordine veniunt.

c In causa finium regũdorum quæ tam ſſeciatia vide.

c Primò, quòd circa fines limitãdos dominus potest fundum vel agrum suũ in quantùm suus est limitare, terminare & adaptare, prout sibi placet: vt C. finium regundorum. l. j. & ij.

d Concordat Iure Munici. art. cxxvij.

d Secundò, quòd nulli admittitur actio super diuidendo, vel occasione finium regundorum, nisi actor ostendat bonorum illorum possessionem, occasiõe quorum limitatio fieri debet: vt C. eod. tit. l. si quis. Tertiò cùm possessio probetur, extũc diuisio subsequi debet, non obstãte contumacia partis aduersæ; vt C. eod. titu. l. j. §. quod si altera pars. Quartò, quòd qui conatur alterius fundi partem occupare, victusque si sit, tantum amittit de suo, quantùm ipse vicini occupare voluit: vt C. eod. tit. l. si constiterit. Quintò, quòd actio finium regundorum nõ longi temporis, sed triginta tãtùm annorum præscriptione locum habet: vt C. eod. tit. l. vlt. In contrarium licet sit Instit. de vsucap. §. ij. vbi dicitur, quòd res mobiles per triennium,

niũ, immobiles vero, inter præsentes decennio, inter absentes verò viginti annis vsucapiũtur. ℞. quòd ibi loquitur de præscriptione bonorum, hîc verò de præscriptione limitum.

Qui curiam sepit virgis, &c. Concordat ff. finium regundo. l. sciendum. §. si quis. lexq; illa Solonis est Athenien. data, & inter leges xij. tabul. apud Romanos habita. Si quis sepem vel maceriem iuxta alterius regionem effoderit, terminum non excedunto: si autem murum, vnum pedẽ derelinquat: si domum, duos pedes: si sepulchrum aut foueam effoderit, quantùm profundum, id est, quantùm extenditur fouea interiùs, tantum derelinquat: si puteũ, passum vnum: oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantæ: in ceteris autem arboribus quinque pedes seruanto. Forte oliuam & ficum hæc lex ab alijs arboribus distinxit: quia huiusmodi arborum radices longiùs proserpunt, damnumque ob id finitimis afferunt; an hoc tamẽ sit verum, agricolas consule: ibidem ex glossa. Notandum ibi, cũ dicitur in prætacta lege, duos pedes: immo videtur, quòd in ædificatione qualibet, quæ fit a priuato iuxta priuatum, debet spacium decem pedũ liberi aeris relinqui: si autẽ iuxta horrea publica, quindecim pedum, aliàs domus destruitur, & solum fisco applicatur: vt C. de ædific. priuat. l. Meniana. & ita videtur esse contra legẽ presentem: dicunt tamen quidã hanc corrigi per illã. Alij dicunt, quòd illa loquitur in Menianis, id est solarijs: hæc autem in ceteris ædificationibus vel structuris; quod est verùs: nõ enim adeò de facili lex vna debet corrigere aliam: correctionem enim iurium vitare debemus.

Articulus LI.

FOrnaces, cloacæ, & stabula porcorum, à sepe trium pedum spacio a sunt ponendæ. Quilibet fornacem suam & caminum protegere debet, ne à scintillarum incursibus fundus vicini periclitetur. b Cloacæ etiã versus curiam vicini versæ c vsque ad terram muniantur.

a *Concordat Jure Munici. ar. cxxxiij. & cxxvi. & cxxvij.*

b *Concordat Jure Munici. art. Cxxxij.*

c *Jure Mu. art. cxxvi.*

GLOSSA.

Fornaces, cloacæ, &c. vide etiam pro materia præsentis articuli in l. prætor. & per totum. ff. de cloac. & ff. de damn. infect. per totũ. d Sed quid, an pactum quòd non possim facere fenestrã in meo pariete vel simile, liget emptorem vel successorem? Die quòd non: nisi tunc appareat pactum appositum, cõtemplatione tui prædij vel tuæ domus. De hoc per Dyn. in l. finali. ff. de oper. noui nunc. & facit ff. de alie. iudic. l. iij. §. opus. & ff. de seruit. in l. antepenult. & penult. facit etiam ff. ad Velleia. l. si mulier. secundùm Bald. Adde notata in Spec. titu. de empti. & vend. in §. sciendum. vers. sed pone. vbi de fenestra. Sed cùm lex dicit, quòd ille qui vadit per fundum alienum, vel facit alios actus, per quos potest quæri aliquod ius seruitutis, talis per hoc non quærit possessionem seruitutis, nisi eo animo facit: vt intendat vti iure suo: ff. quemadmodum serui. amitt. l. fin. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. Aristo. & ff. de itin. actuque priua. l. j. §. Iulianus. & l. fin. Vnde dicit Innoc. in c. bon. tit. de postu. quòd de hoc constare debet per verba expressa, vt dicat se vti illo actu seruitutis tanquam

d *De seruitutibus rusticorũ prædiorũ, vide supra eo. lib. ar. xxvij. & hic in gloss. per totum.*

quam iure suo, non ex gratia, sed ex debito. Et etiam secundùm eum ad hoc necessaria est scientia illius, in cuius prçiudicium cedit, & quòd non contradicat verbo vel facto, sed potiùs patiatur: si enim nescit, non fit ei præiudicium: ff. de acquiren. possess. l. clam possidere. §. fin. Nam in vtente seruitute, vt illius possessionem acquirat, est necessaria patientia possidentis rem: vt C. de seruit. l. ij. & ff. de serui. l. quotiēs. & ff. de serui. vrban. præd. l. ij. Patientia autem non potest dici adesse, nisi sciat ille cuius res est, quòd vtens intendit acquirere seruitutem. ff. si serui. vin. l. & si forte. §. j. Et hoc placet: non obstante C. de præscript. long. tempo. l. fin. vbi præscribitur etiam contra ignorantē: quia loquitur de corporalibus: vt nota. in l. ij. C. de serui. *e* Nec etiam obstat quod notat Innocent. in c. de quarta. de præscrip. quòd etiā domino ignorante, possit quis in illa re incipere possidere & præscribere ius seruitutis: & quòd præscriptio iuriū currit inter præsentes & absentes: nam intelligit ibi absentes: supple, & scientes verè vel præsumptiuè. Et dicit ipse Innoc. quòdsi ista scientia negetur, debet probari per asserentem, & probet eam, si docet se antiquo possessori hoc dixisse, fecet, quòd intendebat vti iure suo, vel quòd ipse eū prohibuit, & nihilominus ipse eo prohibente vsus est possessione seruitutis: tunc enim quærit sibi ius, nisi alius sibi prouiderit de retinēda sua possessione: vt notat Inno. in c. ij. de restit in integr. item probat eum scire, quòd ipse intēdebat vti iure suo, eo ipso, quòd talis sciuit ipsum vti his actibus vel iuribus, qui non conueniunt nisi possessoribus. Constat igitur de huiusmodi contentione ex qualitate actus, quem quis exercet, & aliàs patienter sustinet. Itē, ex multiplicitate actuū, & ex qualitate personarum, ex modo patiendi, ex modo faciendi, & ex alijs similibus, ex quibus hoc bonus iudex arbitretur: & secundùm hoc refundet onus probationis in alterum, secundùm Inno. & ea quæ leguntur in c. ptæterea. & c. in nostra. de testi. Et quando prima facie est præsumptio contra vtentē, quòd non vtitur iure suo, debet ille de hoc corā domino rei protestari, non clam coram alijs. nam per id appareret, quòd malā fidem haberet, & sic nec possideret, nec præscriberet: vt in c. vlt. de præscript. Et non est necesse, quòd vtens credat sibi seruitutem de iure competere, cùm etiam prædo, exceptis benè faciētibus, eam acquirat: secundùm Inno. in c. in literis. de restitu. spol. Et si dominus non possidet fundum, dicit Inno. quòd tunc præter eius scientiam seruitus acquiritur: quia nullum præiudicium patitur sibi fieri in possessione, ex quo non possidet. Et si plures sunt in possessiōe rei, in parte seruitus acquiritur. Sed si ex ista acquisitione omnibus fit præiudicium, tunc omnium scientia est necessaria: vt ff. de seruitu. rustic. prædio. l. per fundum. Alioquin si iura possidētium sunt separabilia, tunc requiritur scientia illorum tantùm, quibus fit ex hoc præiudicium: secundùm Innoc. Incipit igitur tempus acquirendi currere, ex quo quis cœpit vti illo iure, non vi aut clam, non precario, & illo, cui fit præiudicium, sciente & non contradiciente, sed tacente; & id ipsum probare debet. Et sic intelligitur ff. quemadmodum serui. amitt. l. fin. & ff. de itin. actuque priuat. l. j. §. Iulianus. Quottuplex autem est seruitus, & qualiter in ea præscribatur, vide plenissimè per Inno. & alios modernos post eum, in c. de quarta. de prçscriptione.

f Nota, quòd contra seruitutē domum eleuare non possum, sed

e De præscriptione seruitutis attende.

f Si domus extra seruitutem posita est, ædificia extollis vsq; ad aera licet.

præter seruitutem mihi licebit vsque in cœlum: vt in l. altiùs. C. de seruit. & aqua. Et omne prædium est liberum, nisi appareat de seruitute imposita: vt C. eod. tit. l. per agrum.

g Ad hanc materiam vide infra eodē lib. art. lix.

g An autem habens molendinum in flumine, potest prohibere ne aliud ædificetur: notatur in l. si manifestè. C. de seruitut. Et an flumē, quòd nauigio trāsfretatur, recipiat seruitutem: nota. per Baldum in addit. Specu. tit. de restit. spol. in ver. iuxta. Et scias, quòd vim facit, qui contra inhibitionē facit: ff. quod vi aut clam. l j. & l. iij. Et aduersus violentiam parū prodest custodia. C. quod met. causs. l. ij. & ff. loca. l. Sed & de damno.

GLOSSA.

Fornaces trium pedum, &c. Hoc ex eo fit, ne paries ardeat.

Cloacæ & stabula porcorū, &c. Hoc fit propter fœtorem: ff. de cloacis. l. prætor ait. §. curauit.

Quilibet fornacem suam protegere debet, &c. Hæc constitutio statuta est propter commodū vicinorū: vnusquisque enim prouidere debet, ne damnum ex sua negligentia eueniat. Quare si ad instantiam vicinorum prouidere non vult, cautionem de damno statuere cogitur: vt ff. de damno infect. l. dies. Vnde dato, quòd vicinus non queruletur antehac, nihilominus tamen, si postmodum damnum illatum eueniat, resarcire renetur: ex eo, quia iure interdictum & prohibitum est: vt ff. de interdict. seu extraordi. l. videamus. & Instit. de interdict. §. prohibitoria.

h Mandata seu præcepta quæ per iudicē statuūtur tri plicia inueniuntur.

Vnde pro intellectu istius notandum, h quòd mādata seu præcepta, quę per iudicem statuuntur triplicia sunt. Prima sunt prohibitoria, hoc est, præcustoditiua damni: vt cùm prætor vetat aliquid fieri, fieri: vt hîc. & Instit. eod titu. §. prohibitoria. Secundò, sunt restitutoria, quibus iudex restitui aliquid iubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum: vt Instit. eod. tit. §. restitutoria. & ff. eod. tit. l. interdictorum. §. hæc autem. Tertiò, exhibitoria, hoc est, repetendi ea quæ in iudicio promissa sunt: sicut si iudex expetit illum à fideiussore, quem ad cautionem dederat: vt supra lib. j. art. lxv. & lib. ij. art. iiij. infrà lib. iij. art. ix. Instit. eod. tit. §. exhibitoria. ff. de interdict. l. interdictorū. §. iuris. & §. quædam interdicta.

Cloacæ etiā versus curiam vicini, &c. idque propter communē vtilitatem statutum est: vt ff. de cloacis l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. vbi habetur, quòd mundatio cloacarū prohiberi minimè debet: dato etiam, quòd per curiam vicini id fieri cōtingat: ad salubritatem enim ciuitatū id pertinere dicitur. g Dicere quis posset hāc glossæ declarationem cōtrariam esse primo paragrapho huius articuli, vbi dicitur, quòd cloacæ trium pedum spacio sunt ponendæ. &c. quòd nulla in eo est contrarietas: in paragrapho enim vltimo, cloaca accipi debet pro loco secreto, gratia exonerandi vētris constructa. In paragrapho verò primo accipitur cloaca, pro omni loco seu puteo, vbi aqua defluit: vt ff. de cloacis. l. prætor ait.

Articulus LII.

a Concordat Iure Munici. art. cxxviij.

TRanscrescat siquidē humulus sepem, a qui radices habet infrà sepem, vel cuius fundo radices fixerit, b quantùm de humulo atrahere potest per sepem humulum tollet,

b Adstipulatur videtur lex xij. tabul. cùm inquit: glandem in alienum fundū procidentem colligere fas esto.

tollet, & quòd extra manet, ad vicinum pertinet. c Rami arborum sepem non transcendant, si hoc vicino sit damnosum.

c *Concordat ad hoc lex xij. tabul. cùm inquit: si in agrum alterius arbor impendeat vsque ad quindecim pedes altiùs à terra, coercento: & ne vmbra arboris vicino prædio noceat, quindecim pedes altiùs ramum arboris circumcidito: in proposito, nomine arboris & vites intelligi debent.*

GLOSSA.

Qvi radices habet, &c. Concordat Instit. de re. diuis. §. si Titius. vbi sic dicitur: si Titius alienam plantam in suo solo posuerit, ipsius erit: & sic ex aduerso, si Titius suam plantã in Meuij solo posuerit, Meuij planta erit, si modo vtroq; casu radices egerit: antequã autem radices fixerit, eius permanet cuius & fuerat. d Adeòautem ex eo quòd radices egerit planta, proprietas eius commutatur, vt si vicini arbor ita terram Titij presserit, vt in eius fundum radices egerit, Titij effici arborẽ dicamus. Ratio enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quàm eius, in cuius fundum radices egisset, & ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis fit. Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt: eadem ratione frumenta, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Item alibi dicitur: si quis sciens in alienum agrum plantas posuerit, postquam hæ radicibus terrã fuerint amplexatæ, solo cedere rationis est. vt in l. si quis. C. de re. vin.

d *Concordat Iure Munici. art. cxxviij.*

e *Ad hũc articulum cõcordat Iur. feud. c. lxxi. gloss cũ dicit: fructus cadẽs ex arbore vicini in fundũ meum, mei sunt: fructum tamẽ ex arbore ipsius decerpere mihi nõ licet, nisi postquam ipse fructus huiusmodi ex arbore decerpserit, arboreq; remotis quidquid in meum fundum cecidit, meum manet, potero-q; ei introitũ negare in fundum meũ, ne fructus illos in meum fundũ cadentes colligat: si verò colligere possit fructus sine damno meo, eg-q; sibi placebo, violentiam facere videor: si in damnum arbor illa plantata sit meũ tollerare-q; illud nolo, iudicialiter-q; cõtra eum ago, arborem excidere cogitur. Item & de aqua habetur. Erumpat si aqua in agrum alterius, et is tollere vult, potest eam, sicut ille ex cuius agro oritur. Notandũ etiam, si aqua originẽ in meo fundo habet, dominus agrorum & defluxum aquæ cõtinere in agro suo potest, si vult, prouidere tamen, ne damnum vicino inferatur. Si verò aqua naturalẽ meatum consequitur, prohiberi nõ debet. Qui autem nouum meatum fecerit, pœnam de*

GLOSSA.

Sensus articuli præsentis duplex est. Primus, quòd qui radicem arboris vel aliarum herbarũ in fundo suo habet, ad eundẽ iure naturali pertinet: arbor enim seu plãta, vitam suam ex illius fundo retinet. Vnde textus dicit: transcrescat siquidem humulus sepem, &c. quasi dicat: si arborẽ vel herbã aut vitem in fundo habeas tuo, ita quòd radices in terram egerit tuã, rami ex ea procedentes, tibi pertinent, radicem insequentes: vt Instit. de re. diui. §. si Titius. & ff. de acquiren. re. domin. l. adeò. §. si alienã. e Alter sensus articuli præsentis. Quamuis radices arboris tuæ sint, in colligendis tamen fructibus, vicino damnum ferre non debes, sepem eius destruendo vel demoliendo, aut agrum laboratũ conculcando: & hoc tangitur ibi in textu, quantùm de humulo atrahere potest, &c. dato etiã, quòd plus accipere ex illo possis, cum damno tamen alterius id facere minimè admittitur: vt ff. de reg. iur. l. iure. & ff. de vsucap. l. cum qui. & ff. de condit. indebit. l. naturaliter. & l. nam hoc. & ff. de peti. hæred. l. planè.

Rami arborum, &c. Paragraphi istius sensus etiam est duplex. Vnde in priori paragrapho dictũ est de ramis plantarum seu arborum, quæ faciliter flexibiles sunt: hic verò tangit de ramis magnarũ arborum, quæ non faciliter flecti possunt. Vnde si huiusmodi frondes seu rami crescant, quominus vicinus tuus ædificia struere possit, abscidi debent: vt ff. de arbor. cæs. l. ait prætor. si verò non noceant, crescere permittantur: vt ff. eod. tit. l. j.

Notandum etiam, quòd in colligendis fructibus, si fructus arboris tui cadunt in vicini fundum, illius sunt. Et licet in contrarium istius videtur esse ff. de glande legen. l. ait prætor. vbi prohibetur, ne vicinus impediat vicinum in colligenda glande in fundo suo, etiam in diem tertiam: lexq; xij. tabul. hoc idem suadet, cùm inquit: glandem in alienum fundũ procidentem colligere fas esto: vbi nomine glandis fructus quilibet intelligitur: vt ff. de verb. signifi. l. qui venenum. ℞. quòd non est in contrarium: quia lex disponit, quòd

quòd nullam sibi violentiam faciat. sed iste qui iure aliquem facere quidquā vetat, iustè facit: nec violētiam aliquam in eo committit. Intelligi etiā debet, quòd fructus vicini sine damno colligantur: & ita lex allegata non militat in cōtrarium.

flagni raptaribus iacta pati oportet: vt C. de Nili agg. nō rūpend. l. 1.

Sciendū preterea est, quādiu aqua in meo permaneat agro, nūquemq; quo pisces prendat, prohibere possum: vt Inst. de re. diuis. Cū autē meus ager mei excesserit prohibere minimè possum, ex quo & fluuius ille meus peramplius nō est, sed tantū modo riuus & origo illius apud me manet: hanc etiam glossam cō firmare videtur lex xij. tabul. in hac verba: si aqua pluuiane nocet arcето.

Articulus. LIII.

QVidquid homo cēsualis in terra ædificat aliena, hoc est, in fundo censuali, ea tollere potest, & hæres eius, cū recedit, prætei anteriorem & posteriorē sepem, domū & fimum, id etenim dominus redimere potest, secundùm arbitrium & æstimationem paganorū: quòdsi non fecerit tàm ea quam priùs dicta, quò voluerit exportabit.

GLOSSA.

Articuli præcedentes duo, & iste præsēs declarat, quomodo res aliena iure naturali tua effici potest, *a* istudque contingit sescupliciter. Primò, illud quod crescentiā habet, crescitque ex tuo fundo, dato, quòd antehac alterius sit, tuū tamen efficitur: vt Instit. de re. di. uis. §. si Titius. Vnde etsiquidē cōtrariū istius videtur esse supra art. xlvj in fin. ℞. tamen, quòd ibi loquitur de satis seminatis in agro alicuius censuali, quare soluto cēsu, sata istius manebunt; hic verò secus est. Secundò, cùm quis ædificat in suo solo roboribus meis: tertiò, si quis tabulæ meæ picturā imposuerit: quartò, si mei fructus in fundum ceciderint: quintò, si ex mea materia imaginem facis, quæ in pristinam materiam, prout fuit, redigi non potest: de his abunde vide Instit. de re. diuis. §. cùm ex aliena. §. cùm in suo solo. & alijs. & ff. de acquiren. re. domin. l. adeò: sextò, si domus ædificetur in fundo meo, mea erit: quia ædificium cedit fundo: vt Instit. de re. diuis. §. ex diuerso.

a Res aliena iure naturali efficitur tua sescupliciter.

Quòdsi nō fecerit, tam ea quā priùs dicta exportabit, &c. Huic paragrapho cōtrariari videtur declaratio glossæ nunc dictæ, vbi tactum est, quòd res aliena quandoque efficitur tua iure naturali. ℞. quòd nulla est in eo contrarietas: omnia etenim hic expressa, vt pote, quòd robora permaneant circa ædificia, & tabula circa pictorē, & metallum circa fusorem: intelligi debent, si ille qui ex alieno fabricauit vel pinxit, putauerat materiam suam fore, & ita manet apud illos materia illa, ne laborem perdant suum, quæ maioris æstimationis est, quàm materia huiusmodi, exsoluere nihilominus materiam tenebuntur, & in eo dominus materiæ contentus esse debet. Si verò sciuerat materiā huiusmodi non suam fuisse, sed ad alium pertinere, potest contra eū pro furto agi: vt Instit. eod. titu. §. certè. & §. si quis. & ff. de furt. l. furtum. In contrarium etiam istius videtur esse supra art. xxxvj. eod. libr. vbi dicitur, quòd quiuis rem furto sibi ablatam vindicare alioqui potest; hic verò secus sentit. ℞. quòd non est simile: qui enim ędificia locat, aut aliquid plātat in fundo meo, non furatur mihi fundum, sed duntaxat plantat vel ædificat desuper: articulus verò prætactus xxxvj. præcisè de re furtiua loquitur. Vnde pro intellectu istius nota, *b* quòd vindicatio seu repetitio rei fit dupliciter. Primò, quando illa eadem res cō. sequitur: secundò, quando valor rei per.

b Vindicatio rei contingit dupliciter.

rei persoluitur, vnde res ipsa potest expeti, quàm diu à bonæ fidei possessore in aliam formam non immutatur: & de isto liber præsens, & articulus signanter iste loquitur: legibus verò habetur, si res transformata fuerit per laborem alterius. Et vt sic, iste consequitur valorem rei, & ille operam & laborem non perdit: qui enim bona fide aliquid possidet, impensas & laborem desuper obtinet: vt supra eod. lib. art. xliiij. & Instit. de re. diuis. §. si quis à non domino. nisi sint res furto ablatæ: vt Instit. de vsucap. §. quòd autem.

Articulus LIIII.

PEcora quæ pastorem sequi possunt, nullus domi seruare debet, exceptis suibus lactātibus, quę etiam custodiri debēt, ne damnum inferant alicui. a Nemini licet segregatim pecora pascere, vt per id communi pastori pretium minuatur: nisi tres manſos habeat sub titulo proprietatis vel feudalis, illi ouile & pastorem ouium seperatim conceditur habere. Vbi pretium pastori soluitur de māsis seu curijs, & non de pecoribus appretiatur, illud nō licet denegare, ne villa maneat absq; pastore. Quid quid pastori præsentatur, & ex villa ad eū pellitur, istud viceuersa impellere debet, debet, & quod perdidit, soluere tenetur. Si lupus quid ceperit aut spoliator, & ipse si detentus nō fuerit, nisi factum per violentiæ clamorem, ita vt hoc possit comprobare, notificet: ad solutionem earundem teneatur. Mutiletur etiam pecus corā pastore ab alio pecore, vel conculcetur aut mordeatur, si pastor pro his incusabitur, nominare tenetur pecus, & si opus fuerit b ad hoc iurare, quòd pauperiē perpetrauit. Et ille, cuius pecus pauperiem intulit, debilitatū seu lęsum in suam capiet tutelam, quousque pastorē sequi possit, & si moriatur pecus, deputatus à iure verigeldus pro eo est ꝑsoluendus. Accusetur pastor, quòd aliquod pecus non reportauit, suo iuramento absoluitur. Si autem ille, qui pecus suum non inuenit, statim sub testimonio duorum pastorem accusādo accedit, pro eo pastor iurare non poterit, sed ad eius tenetur solutionem. Dixerit autem si pastor, pecus sibi non esse præsentatum ad pascendum, hoc nunciās cum du-

a Textus vetustiores ita legunt: nisi tres curias aut plures habeat, aut feudum in illa villa.

b Hic locus est, quòd testimonio vnius creditur.

cum duorum testimonio virorū, qui viderūt quòd pecus sibi commendatū & præsentatum sit, facilius obtinebit, quā pastor denegare possit.

GLOSSA.

c Boues ad custodiam cōmissi pastori, si lupus rapit, eis damnum cedit.

SI lupus quid cœperit aut spoliator, &c. *c* Quid autem iuris sit: si locaui tibi boues meos custodiendos certa mercede tibi data, & tu dimisisti eos in pascuis, in quibus animalia communiter dimitti solebant, & lupus vel fur eos abstulit vel occidit, nunquid teneris? videtur quòd sic. nam pastor de custodia tenetur; & quia mercedem habueris, de periculo teneris: ff. loca. l. qui mercedem. Item, quia non debuisti eos sine custode dimittere: vt ff. commo. l. si vt certo. §. si de me. Et hoc ipso in culpa es; quia in tutiorem locum transferre potuisti: ff. de damno infect. l. vtique. Nec obstat, quòd homines ibi cōsueuerunt dimittere boues sine custode; quia quod alij in suis faciunt, culpandum est: quod autem tu in alienis neglexisti, puniendum est. argu. ff. solut. matri. l. si constante. §. si maritus. De ista quæstione vide in Specu. tit. de loca. §. postquam. vers. quid si locaui. vbi arguit pro & contra, & videtur tenere quod excusatur, & pleniùs, pro solutio. Vide ibidē Ioan. Andr. in addit.

d Publica vtilitas præfertur priuatæ.

Nemini licet segregatim pecora pascere, &c. Iste articulus fundatur super publica vtilitate, *d* quę regulariter priuatæ prę fertur: vt ff. pro soci. l. actione. §. Labeo. & C. de cadu. tollen. l. vna. §. penult. & in autent. de restit. & ea quæ parit. coll. iiij. & in c. bonæ de postul. prælat. Et hæc vera, cū in communi seu publica vtilitate priuata includitur: vt hic. aliàs enim quilibet potest præferre propriam vtilitatem communi. argu. xviij. q. ij. duæ sunt. & xxiij. q. v. si non licet. & C. de seruit. l. præses. & ff. da arbitr. l. licet.

GLOSSA.

Articulus iste fundatur super publica vtilitate, quę regulariter priuatæ præfertur: vt Instit. de re. diuis. §. singulorum. Vnde non sine caussa articulus præsens de publica vtilitate disponens, de pecore & pastore meminit: damnum enim per pecora illatum nocet, & illi cui pertinet, & etiam pastori. Vnde & in textu super eo ponuntur nōnullæ conditiones. Primū, quòd nullus pecora domi fouere debet, quæ pastorem insequi possunt: ne damnum ex inde vicinis eueniat, pastorq; in sua mercede minuatur. Et ex isto liquet, quòd cōstitutio statui potest occasione futuri damni: vt hîc. & supra eo. lib. art. xlix. ff. de damn. infect. l. j. & l. damnum. Secundùm, quòd priuatim pastor seruari non debet, & hoc ex eo, ne expensæ augeantur; tota enim villa facilius pastorem fouere potest, quàm vnus quiuis priuatim. Et exinde liquet, quòd iudex nedum iudicat excessus aliorum, sed etiam statuere & demādare poterit, quòd vnusquiuis bonus nō abutatur suis; *e* nec illa inutiliter effundat: vt Instit. de his qui sui aut alieni sunt iuris. §. ex- nim enim. Etiam possunt iudices inutiles & superfluas expēsas prohibere: vt extra. de dolo. & contu. c. fin. & de offi. ordi. c. vt litigantes. lib. vj. & in auten. de consul. §. si verò. col. iiij. Tertium tangitur in textu, quāuis vnus pastorē priuatum habeat, ne pretium pastoris minuatur, de mansis eidem pretium constitui debet. huiusmodi autem pretium cōstituitur cùm villę pauca habēt pecora, pastorq; contentari in mercede nō posset. Quare constituitur quòd à tot

e Iudex prouidere potest, ne quis re mapedit enim. Etiam possunt iudices le vtatur sua.

vaccis,

vaccis, ſuibus, &c. tantum & tantum præſtatur. Vnde & quilibet ex communitate, ſiue tot pecora habeat, ſiue minus, ſoluere tenetur: *f* idque ad communem ſtatutum eſt vtilitatem, quæ & præfertur priuatæ: multa etenim ſtatuuntur in Republica ad vtilitatem communem, etiam cum damno priuati hominis: vt in auten. vt neque miles, neque fide. §. cum domini Dei. coll. viij. Quartum tangitur in textu, de damno paſtoris, qui ex negligentia pecus amittit: nam illud ſoluere cogitur: vt Inſtit. de locat. & conduct. §. cõductor. & §. qui pro vſu. niſi in cõductione aliud condictamen cum ruſticis ſpecificet: quia vt ſic, iuxta illud damnum ſoluitur: vt Inſtit. eo. tit. §. penul. & vlt. Quintũ tangitur, quòd paſtori ſoli creditur, ſuper pecore mutilato. Et exinde videtur, quòd ex iſto textu Saxo teſtimonio conuinci poſſet, quod eſt contra articulũ xviij. li. j. ff. tamẽ alioqui, quòd textus preſens minimè cõtradicit articulo allegato: ibi enim loquitur de facto hominis, quòdq; Saxo conuinci minimè poteſt; hîc verò factũ pecoris teſtimonio probatur.

f Multa ſtatuuntur pro communi vtilitate in Rep. etiam cum damno hominis priuati.

Et ſi opus fuerit ad hoc iurare, &c. Vnde ſciẽdum circa id, quòd in iure noſtro nullibi inuenitur, quòd fides vni teſti daretur, excepto articulo præſenti de paſtore: *g* & hoc ex eo ſit; quia vt communiter circa pecora paſcenda non niſi vnus homo fit. Iure tamẽ Canonico, teſtimonium vnius valet, in cauſſis, quæ damna aut impedimenta non inferunt; ſicut, an Eccleſia ſit cõſecrata: vel ſi vnus baptiſatus ſit, & ſimilia: vt de conſecr. diſt. iiij. c. placuit. & c. paruulos. Et ſiquidem in contrarium iſtius videatur eſſe, extra. de teſti. c. licet vniuerſis. & iij. q. iij. c. placuit. §. item in criminali. R. tamen, quòd ibi loquitur de cauſſis nocumentum afferentibus, hîc verò vbi nullũ imminet periculũ. Sextum in textu articuli tangitur documentum, quòd paſtor iuramento abſoluitur, ſi forſan accuſetur, quòd pecus domum nõ reportauerat, cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum: vt C. de re. credit. l. delata. & hoc intellige vt textus habet: niſi ille qui pecus ſuum non inuenit, ſtatim ſub teſtimonio duorũ paſtorum accuſando accedat, vt ſic enim iurare non poterit. Tùm etiam ſi dicere velit paſtor, pecus ſibi non eſſe preſentatum, citiùs in eo caſu teſtimonio duorum conuincitur, *h* hominesque illi neceſſariò vt ſint probi, honeſti, qui & teſtificabũt ſe vidiſſe pecus paſtori præſentatum: vt extra. de teſti. c. præterea. & c. cauſſa. & extra. de ſucceſſi. c. cùm dilectus.

g Teſtimonium vnius quomodo valet, & quomodo non, vide hîc.

h Teſtes quales eſſe debent in iſto caſu.

Articulus. LV.

QVidquid Sculteti[a] cum maioris partis conſenſu paganorum ordinauerit vtilitatis, huic à minori parte contradici non poterit.

a Textus vetuſtiores ita legunt: quidqd ſculteti p vtilitate ville, cum conſenſu plurũ ſtatuerit, iſtud à minori parte immutari nõ poteſt.

GLOSSA.

Quidquid ſculteti, &c. *b* Sed quid ſi recipiunt mutuum, an quilibet de vniuerſitate teneatur ad ſoluẽdum debitum vniuerſitatis? Die, quòd ſic: & fiet collecta: vt notatur ff. quod cuiuſque vniuer. l. j. §. quibus. Sed an iſta collecta fiet per capita, an per libram, & ſolidum? Die, quòd aut eſt debitum principale, & tunc per libram & in ſolidum collecta imponetur: vt in l. incola. ff. ad munici. in gloſſ. aut eſt debitum acceſſorium capitum; puta quia erat impoſitum onus villæ in capita, quod onus pecunia redimeretur, tunc illa pecunia debet diſtribui in capita. *c* Sed vtrum

b Debitum vniuerſitatis an quilibet teneatur ad ſoluẽdum, vide.

c Ad collectas ciuiles an forenſes teneantur.

vtrum ad istud debitum teneantur forenses? Dic, quòd sic: si sunt habitantes perpetui, tenentur ad onus personale, si verò sunt liberati, tenetur ad onus libertinorū: vt notatur in dicta l. incola. etiam si non habitent, vt banniti: ff. de pollicit. l. de pollicitationibus. Si autem non sunt incolæ nec liberati, non tenentur ad collectas: vt ff. de munc. & honor. l. rescripto. §. fin. sed ad munera patrimonialia tenentur, cùm res est immediata causa debiti non persona: & si vnus de villa est exemptus, pars oneris non accrescit alijs: & quicumque cedit bonis, non tenetur ad collectas: *d* nec vniuersitas potest priuilegiare rusticum, ne soluat collectas. Nouus etiam habitator villæ non tenetur ad vetera eius debita, neque pro repressalijs veteribus potest capi. Quòdsi villa debet emendare damnum alicui de corpore villæ, illemet contribuet: de his in Spec. tit. de cēsi. in §. nunc dicendum. & ibi. per Bald. in additi. Et non obligatur ciuitas ad mutuum, nisi appareat versum in eius vtilitatem; *e* aliàs enim soli contrahere obligantur: ff. de re. credit. l. ciuitas.

d Vniuersitas ciuium nō potest rusticū priuilegia e. ne collectas sol uat.

e Alhanc materiam vide Jur. Mun. ar. xlvij. glo.

Ordinauerit, &c. Scilicet statuendo: statutum enim est lex municipalis: vt j. disti. ius ciuile. & extra. de constit. c. quæ in ecclesiarum. & ff. de iustic. & iure. l. omnes. & Instit. de iure natu. §. j. vide ff. quod cuiusque vniuer. l. ij. & l. item eorum. & Instit. de iure natur. §. i. & ij. in quibus iuribus innuitur, quòd vniuersitas potest facere statutum; nam quod maior pars facit, alij seruare tenentur: vt notatur in c. ex parte. de cens. & postu. prælato. c. bonæ. Et quod placuerit maiori parti vniuersitatis seu populi, ratum est: vt ff. ad munici. l. maior. Qualiter autem contrahendum sit cum vniuersitate vel ciuitate, vide in Spec. de oblig. & solut. §. j. vers. ceterum si communitas alicuius ciuitatis. *f*

Et in vniuersitate debent esse præsentes duæ partes, ad hoc, vt actus valeat: ff. quod cuiusque vniuersi. l. plane. & de nou. oper. nunc. c. ij. & requiritur, quòd conueniant in corpore. C. de decur. l. ij. li. x. & de electi. c. in Genesi. & quodlibet collegium artificiorum potest habere superiorē ordinarium, qui recusari non potest: vt in l. per iniquum. C. de iurisdict. omn. iudic. Vide etiam in lib. feud. tit. de forma fidel. c. in epistola per Bald.

f Ad hoc q actus alicuius communitatis valeat, necessariò duæ partes præsentes esse debent.

GLOSSA.

Superioribus abūdè dictum est de communi omnium vtilitate; quā quilibet legislator maximè curare debet: vt Imperator Iustinianus testatur in auten. de hære. & Falcidi. §. j. coll. j. Et quia non omnes iuri intendere possunt, signanter rustici laboribus dediti; quare eis admissum est, quòd quidquid pro commodo & vtilitate de consensu maioris partis inter eos statutum sit, hoc minor pars contradicere non potest: *g* istudq; iudices potissimū animaduertere debent: vt in auten. de manda. prin. §. sed. & coll. iij. & in autent. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. omnes. & §. cogitatio. coll. ij. & ff. de offici. procurat. Cæsa. l. curatores. & C. de senten. & interloc. omn. iudic. l. nemo.

g Ad hunc materiam vide supra lib. i. art. xxvij. et infrà lib. iij. artic. xxxix. & lxxix glo.

Articulus LVI.

QVæcumq; villæ seu prædia iuxta flumina aut aquas instagnatas sita sunt, vel aggeres habent, qui ea ab impetu aquæ protegant, *a* quodlibet

a Alij textus habent: quilibet partē suā illasā seruare debet, ne per negligētiam vicinia submergatur.

com-

libet prædium in eo partem ſtagni ſuam debet tenere ab vndis inconuulſam. Si autem vndarum impetus aggerem diſuit, & per violentiæ clamorē ad id aduocentur hi, qui ſub eo commorantur, [b] quicumque eorum ad reparandum aggerem non venerit, ipſe talia, quæ ſub eo habet bona, ſe noſcat perditurum. Quidquid aqua euellit de terra, hoc perdit cuius erat, & tuo fundo applicatum tuum erit. Si verò nouum fecerit alueum ſeu meatum, partem fundi tui diruptā non amittis. [c] Si qua inſula in flumine ex arena nata fuerit, cuius fundo vicinior ſit, ipſi eſt acquiſita. Si autem medium omnino tenuerit, poſſidentium ab vtroq; ex æquo erit: quod etiam de alueo ſeu palude ſiccato eſt intelligendum.

b Textus veuſtiores ita legunt: ſi p violentiæ clamorem vocati ad claudendū rupturam ſtagni non venerint, quidquid hæreditatis infr. ſtagnum poſſederint, pdunt.

c Concordat ſupra eod. lib. art. xxix.

GLOSSA.

Quidquid aqua euellit, &c. Idem dicit Imperator Inſtit. de rerum diuiſ. §. præterea. quòd per alluuionem in agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi acquiritur.

d Alluuio q ſ. [d] Eſt autem alluuio incrementū latens. per alluuionem autem id videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligere non poſſis, quantum quoquo momento temporis adijciatur.

Si verò, &c. Item facit ad hoc in dicto §. inſula: vbi etiam inter alia dicitur, quòd ſi aliqua parte diuiſum flumen ſit, deinde infrà vnitum, agrum alicuius in formam inſulæ redegerit, eiuſdem permaneris ager, cuius fuerat. Hoc tamē ſcias, quòd etſi totus ager inundatus fuerit, ipſa inundatio non cōmutat ſpeciem fundi: vnde ſi receſſerit aqua, palam eſt eius fundum manere, cuius & fuit: vt Inſtit. de re. diuiſ. §. alia. Ex præmiſſis igitur nota, quòd flumina vicē iudicis obtinent; & delent, & auferunt dominia rerum: facit etiā ff. de acquiren. re. domin. l. ergo. §. alluuio.

Non amittis, &c. Concordat Inſtit. de re. diuiſ. §. quodſi. vbi dicitur, quòdſi vis fluminis partē aliquam de tuo prædio detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam eſt, eam tuam permanere.

Si qua inſula, &c. Concordat Inſti. de re. diuiſ. §. inſula. vbi dicitur: inſula quæ in mari nata eſt, (quod raro accidit,) occupantis fit: nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata, (quod frequēter accidit,) ſiquidem mediā partem fluminis teneat, cōmunis eſt eorū, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident; pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque fundi, quæ latitudo prope ripā ſit. Quòdſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantū, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident, &c. Quòdſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt, qui prope ripam eius prædia poſſident; pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque agri, quæ latitudo prope ripam ſit.

GLOSSA.

Continuans ea, quæ ad communē vtilitatem sunt posita, in articulo præsenti, hoc idem facit dicens: quòd illi qui circa stagna cōmorantur, ad reformationem aggerū cogi possunt: idque ad præcauendum de futuro damno statutū est.

Si autem vndarū impetus, &c. Circa id tria notanda veniunt. *e* Primò, quòd illi qui sub stagno cōmorantur vel residēt, possunt inter se cōcludere pecuniam certam, quantamcumque voluerint, ad reparandum aggerem: huiusmodi conclusio est iusta & honesta, quæ si longo tempore seruata fuerit, pro iure habetur: vt C. quę sit longa consuetudo. l. præses. *f* Consuetudo enim præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, custodienda est: & ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad solicitudinē suam reuocabit præses prouinciæ. Secundò, quia ad reparādum aggerem præstare auxilium noluerit, hæreditatem amittit. Quid si proprium sit? R. quòd vnū & idem est. nam & proprium hæreditas appellatur: vt supra libr. j. art. v. in fin. sed si feudum sit illud, non perdit: feudum enim est stipendium militare: vt dist. c. ius militare. & ff. de testament. milit. l. ex eo. Hoc tamen quòd dictum est de perditione hęreditatis, intellige, nisi eum legale impedimentum excuset, quòd ad reparationem aggerum venire non potuit: vt supra eod. lib. art. vij. & C. qui ex caus. maio. in integr. restit. l. ij. & l. in contractibus. & l. vlt. *g* Tertium, qui stagnū voluntariè disrupit, igne cremandus venit: qui verò ad id cōsilium præstitit, perpetuò proscribitur: vt C. de aggeribus Nili non rumpen. l. si quis.

e Ad ripam stagni vel fluminum commorantes, pactum inter se facere possunt super reformatione ripæ.

f Vide Iure Mun. art. i. gloss.

g Aggeres disrūpens cremandus. Consule supra eod. tit. artic. vi.

Quidquid aqua cuellit de terra, &c. De hoc vide Instit. de re. diuis. §. præterea.

Si verò nouum fecerit alueum, &c. Ad hanc materiam vide abūdantiùs Instit. eod. tit. §. si quis. & ff. de acquiren. re. domin. l. adeò. & C. de alluuio. l. ea quæ. & per totum. *b* Sciendum tamen, quòd nullus alueum nouū ex industria facere debet, ad id quòd aqua aliundè nouo fluat alueo, in damnū alterius: qui id facit, pœnam subibit, quæ contra ruptores aggerum statuta est: vt C. de alluuionibus. l. j. & C. de Nili aggeribus non rumpen. l. j. Sciendum etiam, si flumen partem fundi tui adimat, vicinoq; applicet tuo, istudq; corporaliter id ita fore cernatur, tuus erit: vt Instit. de re. diuis. §. si vis fluminis.

b Alueū nouum nullus facere audeat.

Si qua insula, &c. De hac materia vide ff. de acquir. re. domin. l. insula. & Instit. de re. diuisio. §. insula.

In flumine ex arena nata fuerit, &c. Notanter istud additur in flumine: si enim contingat, quòd lacus vel stagnum aut fluuius, in tantum exsiccetur, extūc terra sic exsiccati stagni nō erit illorū, qui circum incolunt, sed illius cuius stagnum antehac erat. nascatur etiam insula in mari, occupātis sit; Instit. de re. diuis. §. insula.

Quod etiam de alueo est intelligendum, &c. Ad hanc materiā, vide Instit. de re. diuis. §. quòdsi. & ff. de acquiren. re. domin. l. adeò. §. quòdsi, toro.

Articulus LVII.

LIcet feudū propter inuestituram sit plurimorū, *a* id tamen quod in eo delinquitur, libero possessori emendatur.

a Textus vetustiores hunc textū ita legūt: licet multis dominis vna pertineat hæreditas seu feudum, ita q̄ vnus ab alio ex infeudatione eandē teneat, quidquid aliquis in illa deliquerit, satisfaciet possessori & nulli alteri.

GLOSSA.

Licet feudum propter inuestituram, &c. *b* Nota, quòd iste articulus,

b Glossa ista nihil ad ppo-

situm articuli disponit, sed magis ptinet ad articulum xlviij. supra eod. lib.

culus, in parte, qua dicit de decimis, intelligitur de illis, quæ laicis fuerant conceſſæ: de hoc de priui. c. cùm & plantare. & de decimis. c. prohibemus. Vnde Concilium, vt legitur in Chronica Martiniana, fuit celebratum, anno domini milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo nono; & fuit in eodem concilio prohibitum, ne laici decimas, cum animarum ſuarum periculo detinẽtes, in alios laicos quoquomodo transferrent: contrariũ autem facientes, deberent Chriſtiana ſepultura priuari: vt in dicto c. prohibemus. hinc etiã eſt, quòd laici decimas præſcribere nõ poſſunt: vt in c. cauſſam quæ de præſcript. Pertinent enim decimæ ad eccleſiam: vt in c. cum Apoſtolica. de his, quæ fiunt à prælat. & c. ij. de reſti. ſpol. lib. vj. & de deci. quaſi per totũ: eſt enim cibus Leuitarum: vt xvj. q. j. reuertimini. & c. vlt. Vnde etiam eccleſia, decimas de nouo non poteſt dare in feudum, niſi in caſibus: vt in c. vlt. de feudis. Sed ponè quòd non apparent inſtrumẽta infeudationis, & eſt dubium, an laicus eas poſt, vel ante dictum concilium habuerit, ſed tamen habuit eas tanto tempore, cuius initij non eſt memoria, quid iuris? Dicunt quidã, quòd niſi appareat eas habuiſſe ãte concilium, quantocumq; tempore poſſedit, ſemper poſſunt reuocari ab eccleſia: quòd ius commune dictat pro eccleſia, & poſſeſſiones decimarum à laicis ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ. Sed dicit contra, per c. j. de præſcript. l. vj. per quòd reſpondetur ad primam rationem. ad ſecundam verò rationem dic; quòd verum eſt, ſi laicus nõ poſſideret decimas vt vaſallus, & ſi non recognoſceret eccleſiam, vt dominam.

GLOSSA.

Præcedentibus declarauerat, de alluuionibus accreſcentiiſq́ue agrorum, quæ per alluuionem vni aduenĩunt: vt ff. de re. diuiſio. §. præterea. & ff. de acquir. re. domin. l adeò. §. præterea. & C. de alluuionibus. l. ſi quos. articulus præſens diſponit de damno in bonis, quæ vnus ab alio per infeudationem habet illato, cui damnum illud reſarciri debeat. *c* Pro intellectu articuli præſentis nota, quòd bona ab altero habere contigit tripliciter: ex feudo, conducto, & oppignoratione. Si ex feudo bona illa habuerit, extũc illi querela incumbit, qui eſt poſſeſſor bonorum feudalium: vt Inſtit. de vſufructu. l. ceteræ. *d* Si ex conducto bona quis habeat, hoc intellige ſub diſtinctione; quia cuenit damnum, & nihilominus res conducta in ſe ipſo illæſa manet: & tunc emendatur conductori; quia ſibi damnum cedit: vt C. de loca. & condu. l. damnum: ſi verò deſtruitur res conducta, extunc actio pertinet in dominum illius rei: vt C. de iure emphiteu. l. j. Quòdſi ex oppignoratione vnus rem ab alio habebat; extunc emẽdatur illi, cuius pignus eſt. Vnde breuiter epilogando, cuius eſt damnum, eidem cedit querela: vt Inſtit. de vi bono. rapto. §. vlt. eidemq́; etiam ſoluitur emenda. creditori enim magis expetit incumbere pignori, quàm in perſonam agere; quare & eidem emẽdatur: vt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. furti. ff. vi bono. rapto. l. ij. §. & generaliter. & ff. de reg. iur. l. plus. & l. minus.

c Bona ab altero habere cõtingit tripliciter.

d Vide & in. re feud. c vij. Bona vnius ab alio acquirit tripliciter. Primò, ex feudo, ſicut Rex bona concedit Principi: Princeps tandem vaſallo aliqd ex eis tribuit: & ille tandem alteri: & ita vnus ab alio habet bona infeudata. Quitaq́, in vſufructu & vtilitate tenet bona illa, eidem reſpondere oportet. ſi quid in bonis euenerit. Secundo, bona eueniunt nobis ex oppignoratione, & conducto. Tertiò, ex pacto, quòd dicitur ẽphyteuſis, id eſt melioratio. vt do certum locum, vt ille eradicet, et exinde ſeruiat, vel cenſũ det.

Articulus LVIII.

HAeredem feudalem ſi quis poſt mortem non habeat, hæres prouincialis, quicumque ſit, tol-

tollit mortui bona in feudo deseruita. Nunc considerandū sequitur, quando reditus feudi deseruiuntur vel exsoluuntur. In festo sancti Martini [a] est omnis cēsus & pactus deseruitus: quare ibidē soluitur: [b] die sanctæ Valpurgis, decima agnorū: assumptionis Marię, anserum: die sancti Ioannis Baptistæ, decima carniū: vbi decima denarijs redimitur annuatim: vbi autē non redimitur, ibi quādo nascitur est deseruita. Die sanctæ Margaretæ, omnis decima frugum, vel si priùs manipulatur, soluitur. Die beati Vrbani decima vinearū & pomeriorum: sata proprio aratro operata, & rastrata deseruiuntur: quando semina agro detegūtur; quod & de hortis intelligitur, cùm scilicet rastratus & seminatus fuerit. Pensio molendinorum, teloneorum, monetarum, vinearum, soluenda est cum terminus aduenerit huiusmodi solutionibus assignatus. Si puer annos suos compleuerit ante dies census, q̄ in bonis deseruitur, puero persoluitur: si verò post dies census veros annos expleuerit, tunc in percipiendo censu illius anni carebit. hoc ideo dico; [c] quia si dominus hortos pueri aut vineas, aut pomeria coluerit, aut tradiderit ad colendum, vsque ad festū sancti vrbani, & puer ad annos puenerit post terminum, dominus accipit fructum. Si etiam dominus agros pueri seminauerit infrà annos, dominus sata recipit, nō stipulas, neque baculos palmitibus seu vitibus adligatos. Nō licet domino, pueri ad annos peruenientis, ligna cædere, aut gramina defalcare. Si autem priùs puer annos attigerit, aut terminum, dominus suum amittet laborē. puer enim sibi nihil restituere tenetur; sic nec dominus puero, nec eius hęredi quidquam dabit, [d] quando post mortem eius feudum expectabit.

[a] *Alij textus habent, pro festo sancti Bartholomei.*

[b] *Textus vetustiores legūt, sanctorū Philippi et Jacobi*

[c] *Vide ad hunc passum Jure Munic. ar. xxvi. glos.*

[d] *Alij textus habēt: quādo tale feudū ad eum fuerit deuolutum.*

GLOSSA.

Hæredem feudalem, &c. Scias, quòd pro hac materia vsus feudorum aliter disponit: vt in libr. feud. tit. hìc finitur lex. §. his consequenter. vbi sic dicitur: quòdsi vasallus decedat sine hærede masculo,

seculo,& contigerit feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur; vt si ante Martium omnes fructus eius anni ex feudo prouenientes, ad dominum pertinebunt: si verò post Kalendas Martij vsq; ad Augustum, fructus qui inde percipiuntur, ad hæredes vasalli pertineant: si verò post Augustũ, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni vasallus decesserit, omnes pendentes fructus ad dominũ pertinere. Et nota, quòd vasallus per successionem non cogitur de debito hæreditario aliquid soluere nomine feudi, sed de fructibus: sicut ibi in lib. feud. titu. an agnatus vel filius defuncti. c. si contigerit. Et verum est de agnato vel alio vasallo, non autem de filio, qui non poterit retinere feudum repudiata hæreditate patris,ad hoc, vt non teneatur soluere debitum paternum: sed aut totum debet repudiare aut retinere; nisi dominus eum tanquam de nouo beneficio inuestierit, agnatis consentientibus: vt ibi. Hoc etiã est notandum,quòdsi vasallus sine descendentibus masculis decesserit,& aliquod ædificiũ fecit in feudo, aut sua pecunia ipsum meliorauit, dominus debet pati ædificium ab hærede auferri: vel debet pretium melioratiõnis soluere: & idem, si sua pecunia seruitutẽ feudo acquisiuit, licet quidam dixerunt, quòd prædicta ad dominum pertineant: vt in libr. feud. hîc finitur lex. §. si vasallus. & vide supra eod lib. artic. xxj. §. habeat si quis. Quando autem incrementũ feudi transit ad dominum vel vasallũ,vide plenè per Iacob. de Bel. tit. de controuer. inuesti. in §. si quis de manso.

An quis potest repudiare hæreditatem & feudum retinere, & cũ perditur feudum cui aperiatur? vide notata in Specu. de feud. §. quoniam vers. xxxij. & ibi. in addit. per Ioan. Andr.

GLOSSA.

Articulus iste à Romanis ortũ habet: Romani etenim totum subiugantes mundũ, *e* principes prouincijs præfecerunt, eisdem milites adiungentes, quos & expensis prouidebant: in recompensamq; prouisionis militũ, principes prænotati, agros & possessiones deuictarum prouinciarũ occupabant; & quidquid ad locandum seu cõducendum videbatur, sub determinato commodo, vtilitate & cẽsu faciebant, & exinde milites fouebãt; quidquid superfuerat Romanis tribuentes: *f* cùm tandem aliæ prouinciæ vlteriùs subijciebantur, & istis propinquioribus pax fuit, displicebat principibus milites continuis fouere expensis: quare tribuebant & largiebantur militibus prouentus prouinciarũ: & illi sese in expẽsis prouidebant, exindeq; obsequiũ imperio præstabant. Sensus itaq; articuli præsentis est, quando miles quidquã de bonis obsequio suo obtinuit,si moritur homo ille infeudatus,bona huiusmodi domino cedunt: nisi sit vnus cui de iure bonailla pertineant; & qui illa obsequijs promereri possit suis: hoc est,vt sit talis hæres, qui sufficiens sit ad ferẽdum onera ad vasallum feudalem pertinentia. *g* Vnde nota, quòd hæres feudalis est filius, pater, auus, qui ex stirpe procedunt militari: vt iur. feud. c. ij. & in auten. de vsu. feud. in princ. coll. x. Debentque sani esse, & ad vsum armorum apti: *h* vt supra lib. j. art. iiij. vnde defectuosi ad succedendum in feudo non admittuntur: feudum enim confertur, vt manu armata inimicis sese defẽdere possit: quia ergo defectuosi, & signãter qui vt supra lib. i. art. iiij. enumerantur, ad defensam non valẽt: quare nec ad feudum admittuntur: sublata enim causa, tollitur

e Feudi inuentores Romani.

f Concordat supra tit. i. art. huius. Iur. Mu. art. vij. glos.

g Hæres feudalis quis dicatur, & qui ad bona admittũtur feudalia.

h Vide supra eod. libr. art. xxi. Iur. Mu. art. xvi.

& effectus: vt C. de Epiſc. & cler. c. generaliter. & extra. de iureiu. c. etſi Chriſtus. & extra. de appel. c. cum ceſſente.

i Iure prouinciali etiã filia hæres eſſe poteſt. Concordat Iure Mu. artic. vi. gloſſ vbi dicitur. quòd prouinciales patres poſſeſſionem hæreditat æquè in filiã, ſicut in filium.

Hæres prouincialis quicumque ſit, tollit, &c. *i* Iure autem prouinciali æquè filia hæreditat ſicut & filius: vnde bona huiuſmodi in feudo deſeruita, ſi filius nõ ſuperſit, filia tollit ad tempora, vt in textu expreſſa habentur. Vnde & articulus præſens magis ad ius feudale ſpectat, quàm ad prouinciale. Feudum enim eſt ſtipendiũ militare, quod promereri eos oportet: vt in auten. de mand. princi. §. publicorum. coll. iij. & ij. diſt. c. ius militare.

Si puer annos ſuos compleuerit, &c. Dominus ſiquidem tutor eſt in bonis vaſallorum, antequã annos attingant: domini verò, vt textus habet, prouentus illos tollunt: iure enim id admittitur. *k* quidquid verò iure ſit, iuſte fit: vt ff. de reg. iur. l. nullus. & C. de emend. propinq. l. j.

k Quidquid iure fit, iuſtè fit.

Articulus LIX.

SI dominus fundi cenſualẽ bonis non innatum alienare, aut ille viceuerſa recedere velit, hoc ei dominus & econuerſo cẽſitus domino in die Purificatiõis denunciare debet. Moriatur ſi cenſitus, eius hæres ſuccedit in fũdo, & ſoluit ex bonis, ſicuti ille ſoluturus eſſet. Si verò dominus moriatur, extunc ei, ad quẽ bona ptinebunt, hoc eſt, legitimo ſucceſſori cẽſum perſoluet promiſſum, & non niſi ſuo aratro indigebit varendatore. *a* Strata ſeu via regia tantæ latitudinis eſſe debet, quod currus alteri cedere poſſit. *b* Currus vacuus onerato cedat, & minus oneratus magis onerato. Pedeſter cedat equiti, & equitans currui. Si autem in via arcta cõſiſtunt, vt ſupra põtem, aut ſi equitãs vel trãſiens perſecutionem patiatur ab inimico, currus tãdiu ſtet, donec pertranſierint incommoda fugientes. Currus priùs pontẽ aſcendens, primus tranſeat, ſiue ſit uacuus ſiue plenus. Qui priùs annonam molẽdino præſentauerit, priùs molere debet.

a Vide ſupra ar. xxvj. Iure Munic. art. cxxxi.

b Vide gloſ. l. prætor ait. ff. ne quid in via publica.

c Alij textus addunt: excepto domino molendini.

GLOSSA.

ET ſoluit ex bonis, ſicut ille ſoluturus eſſet, &c. Nam res tranſit ad quemlibet cum onere ſuo: extra. de dec. c. cum non ſit. ſicut & vitium rei ſequitur omnem poſſeſſorem: C. de acquiren. poſſ. l. vitia. ff. de acquire. poſſ. l. Pomponius refert. §. j. & ff. de contrahẽ. empt. l. alienatio.

GLOSSA.

Articulus preſens de locato & cõducto tractat: *d* locatum autem & conductum vẽditioni ferè correſpondent: excepto, quòd venditio in perpetuum fit; conductio verò

d Venditio & conductio quo differant.

verò in tempus determinatum: vt ff. de locat. & conduc. l. j. & quia locatio & conductio communis omnibus est; necessariò itaque sequitur, vt ius ipsius debitè sciatur. Vnde pro intellectu articuli sciēdum, *e* quòd bona triplicia sunt, videlicet propriū, feudalia, & bona conductitia seu locata. *f* Bona quæ proprium dicitur sunt, quæ quis primùm acquisiuit, prima siquidem rerū origine bona omnibus cōmunia fuerunt, & quę quis primū aggressus est, eius erant, sicut & hodie fit; quando acquiruntur res, quæ antehac nullius erant, quare occupātis fiunt: vt Insti. de re. diuis. §. insula. & ff. de acqui. re. domi. l. adeò. §. insula. Ex huiusmodique bonis, quæ propriū dicuntur, nec soluitur quidquam, nec obsequium aliquod prę̄statur. *g* Feudalia bona sunt, quæ ab imperio vel dominorū proprio veniunt, & conceduntur militibus, propter eorum merita, exindeq; imperio obsequia præstare tenentur: est enim stipendium eorum, nisi ex gratia eis dimittatur: vt in auten. de mandat. princ. §. oportet. coll. iij. & in auten. de pac. tenen. §. hac edictali. coll. x. *h* Bona cōductitia vel locata sunt, quādo bona mea, siue sit propriū, seu feudum, alteri loco seu conduco, secundùm condictamen mutuū, sub certo pacto, condictamenque illud, pro iure seruari inter eos oportet: vt Instit. de locat. & conduct. §. conductor.

e Bona triplicia inueniuntur.

f Proprium q. s.

g Feudalia bona.

h Conductitia bona.

Locationis materia septuplex.

Notandum præterea, quòd locationis materia inuenitur septuplex. Primò, qui in bonis conductitijs sedet, militaris ordinis esse non poterit; perdit enim ius militare: nam accipit illum pro domino, qui sibi bona locat: & istud tangitur in articulo præsenti, cùm dicitur. Si dominus censualem alienare velit, &c. quasi di. ille qui bona cēsualia susceptat, censualis efficitur: ille verò cuius bona sūt, suus dominus erit: & vilior est cēsualis quā si vasallus suus sit: quia vasallus defert scutum bellicum & manet miles; censualis verò perdit ius militare, & efficitur rusticus: vt C. de locat. & conduct. l. licet. & l. milites. Secundò, quia vnus alterum non alienat, nisi determinato tempore sibi indixerit, vt sic enim, locatio rectè cedit: & id tangitur in textu, cùm dicitur. Hoc ei denunciare debet: vt C. de loca. & conduct. l. legem quidem. & in auten. de depos. & de nunc. §. j. coll. vj. Tertiò, quòd quędam locatio fit hæreditaria: vnde in textu non immeritò additur. Censualem non innatum; hoc est, qui natus non sit ad bona illa; & in isto discrepat ius Saxonicum à Marchionali: Saxonico enim iure is, qui ad bona censualia innatus est, originarius dicitur: & non possunt bonis renunciare sine voluntate dominorum. *i* Vnde originarij dicuntur, quos prædecessores Saxonum, in agris cōsedere permiserunt, sub certa cōditione, tempore quo prouincias subiugabant: vt infrà lib. iij. arti. xliiij. In Marchia verò rustici possident bona sub quibusdā pactis: vt infrà lib. iij. art lxxjx. & diuendere bona huiusmodi possūt, iuxta eorū placitum: idque ex eo fit, quia Marchia incolis oppleta est, agrique antehac rusticis sub censu dati & cōcessi, eorum industria meliorati sunt; quare & diuēdere agros huiusmodi poterint: idque quod ipsi in agris huiusmodi meliorarunt, vltra id quā bona censualia valebant, hæreditas rusticorū vocatur: vt C. de iur. emph. l. j. ij. & iij. *k* Quartò, quidquid damnni euenerit in conductione, damnum illud est conductoris; id est coloni, non domini: ita tamen, bona illa in sui natura permaneāt: non enim decet, quòd minus prę̄stetur propter infortunium vel damnum superueniēs, cùm nec plus

i Originarij qui dicantur: concordat supra libr. i. art. v. & art. vi. lib. iij. ar. xlviij. Iure Munic. ar. L.

k Damnū iure locata vel conducta euenies, conductoris est & nō domini.

datur, si fortuna vel vtilitas subsequatur: vt ff. de reg. iur. l. secundum. C. de locat. & condu. l. damnum. Quintò, si conduco mobilia, & custodio illa cum diligentia, qua maiori possum, l moriturque interim vel deperditur, soluere illud non teneor: pretium tamen conducti me dare oportet: vt Instit. de loca. & condu. §. qui pro vsu. & ff. eod. tit. l. si merces. §. qui columnam. & ff. eod. tit. l. sed & de damno. m Sextò, quia bona sic locata recuperare possū tripliciter. Primò, si locatio est hereditaria seu perpetua, cōductorque censum ad tres annos nō soluerit, bona illa domino vacabūt: vt in auten. de alie. & emphyt. l. in emphyteuticarijs. Secundò, si bonis illis solus pro mansione indigeo: vt C. de loca. & condu. l ædem quam. sequitur textus legis. Aedem quam te cōductam habere dicis, si pensionem domino nō soluisti, inuitum te expelli non oportet: n nisi propriis vsibus dominus eam esse necessariam probauerit, aut corrigere domū voluerit, aut tu in re locata malè versatus es. Tertiò, si locator bona deteriorauit, vel inhonestè ibidē vixerit, alienari poterit: vt C. eo. tit. l. ea. & in auten. de aliena. §. si quis verò. coll. jx. Septima locationis materia, si conducis bona sine aliqua determinatiōe census, extunc soluitur tibi exinde, iuxta consuetudines prouinciæ aut patriæ: vt C. cod. tit. l. licet. §. penultimo.

l Res conducta si moritur vel deperditur, damnum domino rei cedit.

m Bona locata recuperari possunt tripliciter.

n Vide supra lib. 1. art. liij.

Moriatur si cēsitus, &c. De hoc vide Instit. de locat. & conduct. §. vlt. & C. cod tit. l. viam veritatis.

Si verò dominus moriatur, &c. Textus vt in se est intelligi debet.

Et censitus non nisi suo aratro indigebit varendatore, &c. Ita vt ostendere possit, quòd ille agrum laborauit. Contrarium istius videtur esse infrà. lib. iij. art. lxxvij. vbi dicitur, quòdsi quis agrum redituū percipiendi gratia locauerit seminatum, &c. & iste interim moritur, ager seminatus est hæredibus restituendus: quia ipse diutius agrum huiusmodi in varēdatione habere non potuit, nisi quādiu viuebat: hic verò in textu articuli dicitur, quòd non alio varēdatore indiget nisi aratro. ℟. subdistinctiōe, quòdsi moriatur dominus censito, vel sibi bona dimittat, non indigebit alia varendatione ad hoc, quòd semina in vtilitatem reducat suam, nisi aratrum suum: hoc est, vt declaret quòd ipse semina huiusmodi labore adaptauit suo, vt textus habet. Si verò bona huiusmodi longiùs tenere deberet, ille qui iā mortuus est, eum varendare iam non poterit

o Sciēdum etiam, quidquid inuenitur bonorum censiti in curia tua, est pignus tuum loco census. Quicumq; etiam bona conducta loco proprij vsurpare vult, tantū amittit de suo, quantùm occupare de alieno voluit, si victus sit: vt C. de loca. & conduct. l. certi iuris. & l. vlt.

o Concordat Iure Munici. artic. ext.

Strata seu via regia, &c. De hoc vide Instit. de serui. rusti. prædi. §. via. & ff. eod. tit. l. via. & ff. de via publi. resi. l. prætor ait. §. viam aperire. Et id ex eo statutum est, vt vnus cedat alteri, siue eques sit, siue cum curru: vnusq; ex malitia non impediat alium.

Annot. ex lib. feud.

Molendino prius allata frumenta, priùs adaptari & molri debent. Vnde & molendinator, sub pacto vel censu tenēs molendinum, debet illud tenere sine damno vicinorum, alias damnum refundere cogitur. ℊ Quæritur circa id. molendinator habens molēdinum in communi fluuio, faciatque obstaculum propter abundantiorem aquam, exindeque damnum vicino fit, vicinus verò denūciet molendi-

lendinatori, vt obstaculum resarciat, qui nec facere curat, vicinus illud tandē disrumpat, accusatusq; per molendinatorem coram iudice super disruptione obstaculi, cui primo cedit querela? R. si obstaculum illud fuit constructum in agro vicini, potuit destruere vicinus, & damnum molēdinator resarcire tenetur. Sed si in suo agro molendinator construxerit, non potuit vicinus disrumpere ostaculum illud, & ita demeruit si id fecit. Ibidem practicam istius latiorem vide.

p Ad hanc materiam vide supr. ar. lij.

Secundò quæritur. p Tholandus habuit molendinum sine omni impetitione possessum triginta annis, & cum hoc liberum defluxum aquæ, Gaius tandem cōstruxit aliud molēdinum in damnum istius, auferendo vel impediendo aquam, negotioque in iudicium verso, Gaius respondet, molendinum costructū esse in proprio solo, & in communi fluuio: nec per id aquam ampliauit vel minorauit, & quærat in iure, an in proprio solo ędificare nō posset quidquid voluerit? R. quòd iste in damnum illius ædificare non debet, qui per tempus lōgum sine impeditione illud tenebat: nec obstat quod dicit, aquam illius non accipisse: est tamen caussa, quod aqua à molendino illius impeditur, sicut in simili: si quis pecus alterius detinet, & moritur præ inedia seu fame, quamuis non interficit; est tamen caussa mortis eius: feudo. c. xj.

Notandum etiam, quòd bona sunt alicuius propria, ea tamē habet in feudum: quædā sunt feudalia præcisè, quæ donata sunt propter seruitiū suum: si vendidit homo bona primo modo accepta, quæ sūt propria seu feudalia, mortuo illo pueri sorū adimplere tenentur, & dominus prohibere nō poterit, quòd illum non infeudet, huiusmodique bona hæreditat vnus vnus in hæredes tàm prouinciales, quàm feudales. Sed feudalia bona præcisè non potest vendere; quia feudum domini est. Quòdsi dominus admittere vult, extunc vendere potest ille non quidē feudum, sed bona feudalia. feud. c. xvj.

Nota etiam differentiam, inter feudum proprium. Feudum enim & illud est, quòd datur ex proprio imperij, & tribuitur militibus propter eorum seruitia. vide de hoc idem in prologo feud. Proprium verò est illud, quando vnus emit quid pecunijs proprijs, vel quòd lucratur aut obtinet ex desertis radicibus, quòd antehac nullius fuit. feud. c. liiij.

Articulus LX.

QVi equum, vestimēta, seu aliquod aliud mobile alij concedit aut impignorat, seu quouis modo res ab eius potestate cū consensu suo desinunt possideri, si percipiens seu nouus possessor eam rem vendiderit, obligauerit, detesseraverit, hoc est ludo amiserit, vel furto aut spolio perdiderit, is qui res huiusmodi primo concessit aut pignorauit, à nullo poterit eas repetere aut euincere, nisi ab eo, cui sponte concessit aut impignorauit. Si verò is, qui rem huiusmodi concesserit, aut in suam recepit obliga-

tionem morte directa vel indirecta moriatur, tunc is suam rem ab hærede eius, prout iuris fuerit, postulet, [a] vel à iudice, si ad eum pertinebit.

a Alij textus legunt: vel à iudice si ad eum quouis modo deueniat.

GLOSSA.

VEL aliquod aliud mobile concesserit, &c. Lex autem cõmunis videtur contrarium innuere, cùm dicit: quòd rei commodatæ sicut depositæ proprietatem & possessionem retinemus: vt ff. depos. l. licet. §. rei.

Nisi ab eo cui, &c. Et iste commodatarius meritò etiam pro his rebus respondebit; quia & pro eis agere potest & defendere. Dicitur enim illud ex bonis meis, quòd mihi commodatũ vel pignori datum est, & quod apud me depositum est, & ea res in qua ius habeo: vt plenè dicitur. ff. vi bono. rapt. l. ij. §. in hac.

GLOSSA.

IN articulo præsenti tractatur, cũ quis accommodat aliquid alteri, & si ille tandem oppignoratum alineauerit, iste à nullo alio rem vẽdicare potest, nisi ab illo cui concredidit: & alia quæ textus habet. Contrarium istius videtur esse supra art. xxxvj. eod. lib. vbi dictum est: quòd vnusquisque rem suam vendicare poterit, vbi eam præuenerit. R. tamen, quòd ibi loquitur de rebus furto ablatis: textus verò articuli præsentis disponit de rebus, liberè per accommodationem vel oppignorationem alienatis.

b Rem accõmodans, oppignorãs, an hæredibus illius cui accommodauit, actionem instituere possit.

Si verò is, qui rem concesserit, moriatur, &c. [b] Quæritur, an iste qui rem accommodauit vel oppignorauit, occasione huiusmodi accommodati, hæredibus actionem intentare valeat? R. Si circa huiusmodi vadium, maxima qua potuit habebatur diligentia, interimque perit vel alie natur, respõdere non tenebitur: vt instit. de locat. & conduc. §. vlt. Sed si quis instare velit, quòd hæc solutio & paragraphi allegatio locũ habet debus concreditis, & custoditis, vbi sub custodia amittũtur: quid si ludo amittantur, an recuperare easdem apud hæredes valeat? R. quòd & in isto casu hęredes impeti minimè poterint: vt supra libr. j. art. vj. & C. de aleæ lusu. l. vlt. Vnde textus articuli, vbi dicitur: ab hærede eius, prout iuris fuerit postulet; intelligi debet, non quòd pro omni indifferenter accõmodato vel oppignorato hæres respondere teneatur; quia aliàs esset contra primum paragraphum articuli præsentis, vbi dictum est, quòd à nullo poterit repeti, nisi cui voluntariè concredidit. Verũ si quid rerum concessarum, oppignoratarum, concreditarum, accõmodatarumue inter bona mortui relictum sit, hæresque sibi illa vsurpare voluerit, extunc iste vindicare illa poterit, cum duorũ virorum testimonio, quòd sua sint: vt supra libr. j. art. xv. vel contra hæredem agat, si res huiusmodi in vsus cõuerteret suos: vt supra lib. j. art. vj. ff. de reg. iur. l. quotiẽs.

Vel à iudice, si ad eum pertinebit, &c. Quomodo istud euenit, quòd bona illa iudici pertineant? R. quia forsan ad paraphernã vel ad arma bellica connumerantur, & post triceſimum iudici præsentantur: vel quia forsan hæredibus ablata & spoliata sunt, & fur seu prędo cum his iudici prędsentetur: vt supra lib j. art. xxviij. & libr. ij. artic. xxxj.

c Pannus si sartori detur ad parandum tunicam, interimq; pannus furetur, contra quẽ actio instituenda sit vide.

Quæritur, si pãnum dedero ad parandum tunicam, vel aliquid aliud simile, [c] & interim furatus sit pannus ille, resque furtiua vnà cũ fure intercipitur, & iudici præsentatur

tatur, cui competat actio furti, an huic qui pannum dederat, vel illi cui pānus datus sit, vel contra quē actio institui debet, an contra illum cui pannum ad parādum tunicam dederat, vt est sartor, vel contra furem. R⁹. quòd iste qui pānum dedit, optionem habet repetēdi damnum suum, vel in illo cui pannum concrediderat, vel contra furem agere super furto: vt ff. de furtis. l. itaque fullo. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. item fullo. Limitatur tamen ibidem: si fullo seu sartor est in soluendo, quòd soluere possit domino, tunc ei incumbit actio: secus si non sit, extunc domino incūbit actio contra furem.

Articulus LXI.

QVādo Deus hominem formauerat, [a] ei volatilium, piscium ac bestiarum dedit potestatem, ex eo istis iniuriam inferenti, vita aut sanitas non auferatur. [b] Tribus attamē in Saxonia nemoribus, & in eis bestijs existentibus, exceptis lupis, vrsis, & vulpibus, pax per bannū imperij nūciatur. Primum est nemus, Koyniſch: secundum, Mageteyde, atque Hartus, tertia. Qui feras in istis locis occidit, soluet bannum regium 60. solidos, mulctæ. Qui autem per dicta nemora equitauerit, [c] arcus & eius balista relaxētur, tur, faretra eius sit munita, necnō eius omnes canes colligabuntur. Si ferā extra prędicta nemora p̄seq̄ cœperis, & in nemora effugerit, licitè eā insequeris, dummodo cornu non sufles, & canes nō instiges ad insequendum, & si eam ceperis non delinquisti, canesque tuos absque culpa licitè reuocabis. [d] Nemini etiam licet sata pertransire venando & conculcare, postquam folium crescendo acceperint.

[a] *Concordat Iure Municip. art. cxv.*

[b] *Textu vetustiores itaq; sūt loca in Saxonia, in quibus sub banno regio feris securitas est cōcessa, vrsis, lupis, et vulpibus exceptis, & hæc loca vocantur merica seu syluæ banno regio interdictæ. Prima, Cloyna: secunda, merica virginum: tertia, Juarth.*

[c] *Concordat Iure Municip. art. cxxiij. glos.*

[d] *Textus ānotati habent: postquam se exercerint, & in nodulos se præparent ad culmum.*

GLOSSA.

Quando Deus hominem formauerat, &c. Vnde dicit lex imperialis: feræ, bestiæ, volucres, & pisces, ac omnia animalia, quæ in terra, & in mari, cœloque nascuntur, postquam ab aliquo capta aut occupata fuerint, iure gētium statim illius esse incipiunt. Quod enim antehac nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur: vt Instit. de re. diuis. §. feræ. Vbi etiam dicitur in §. in pecudū. quòd omnes fructus rerum natura, id est Deus, hominum gratia comparauit. Vnde etiam dicit Psalmista: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora cāpi, volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

GLOSSA.

Verba in principio articuli posita, non sunt ex priuilegio, sed sunt ipsius Ecke de Repkau, ex Genesi extracta,

extracta, ponunturq; ad declarandū & magis elucidandum ius ipsum. Dicere quis possit: auctorem priuilegij, per verba hæc, in articulo introducta, intētionem suam minimè declarare posse. Voluntatis etenim & intentionis suæ est, declarare velle, quòd homo iniuriā bestijs syluestribus inferēs, eas occidendo vitam aut sanitatem non demeretur: & hoc ex eo, quia Deus omnipotens, dominium & potestatem, dedit homini super omnes bestias: vt habetur in Genesi. Vnde si sic, hoc est, si ratione doni & dominij, quòd Deus homini concessit super bestias, iniuriam eis inferendo nihil demereatur, æqua ratione animalibus mansuetis iniuriam inferēdo, nihil demereri deberet: non enim Deus omnipotens speciale concessit dominium hominibus super bestias syluerstes, sed in generali super omnia animalia, quæ in cœlo, quæ in terra, & in mari nascūtur. Ex quo itaque donum est commune, quare ad omnia animalia deriuari debet. secus tamen videmus: iniuriam enim inferrēs pecori alicuius, illud occidens, emendam & vergeldum soluere cogitur; immò & vitam perdet, si illud furto abstulerit. Sequitur ergo, quòd nō ratione dominij, à Deo omnipotēti hominibus in bestias concessi, hæc prærogatiua habetur, quòd iniuriam eis inferēs, vitam aut sanitatem non demeretur. Omissa tamen in contrarium adducta instantia, ℟. secundùm rei veritatē, quòd exquoquidem Deus omnipotens hominibus potestatem dedit & imperium, super omnia animalia in generali, tàm fera quàm domestica, homo non demeretur in animalibus, si ea occiderit vulneraueritúe: prout in præcedenti instantia superinductum est: demereri tamen quis potest vitam aut collum, seu aliam pœnam in illis, si ea furatus vel deprædatus sit: vel etiam demeretur quandoque emendam & vergeldum, si animal alicuius vulneraverit occideritúe. Nec erit contra articulum præsentem intentionemque auctoris priuilegij; quia vt sic in eo casu, non demerebitur contra pecus, sed cōtra bominē cuius est animal illud.

Exquoquidem, vt dictū est, nullus incurrit pœnam mortis, occidendo vel vulnerando animal, excepto furto. *e* Quæritur, an pro feris syluestribus furto quis accusari possit? ℟. quòd non: furtum enim est dolosa cōtrectatio rei alienæ inuito domino: vt ff. de furtis. l. furtum. & ff. de pœnis. l. cogitationis. Sed quia ferę syluestres nullius sunt: vt Instit. de re. diuis. §. feræ. quare in eo casu non contrectatur dolosè res aliena; & ita nec furtum committitur. Pro declaratione horum quæ dicta sunt, *f* notandū, quòd rem nullius esse contigit sex modis. Primò, ex natura: vt hic de bestijs syluestribus dictum est: & Instit. de re. diuis. §. feræ. Secundò, contigit rem nullius esse ex negligentia vel ira; vt cùm vnus à se rem proijcit: vt Instit. eod. tit. §. vlt. Tertiò, euenit rem nullius esse, propter honestatem: vt sunt res sacræ: vt Instit. eod. tit. §. nullus. *g* Quartò, quæ venerunt in obliuionem, vt sunt absconditi thesauri, quorum non est memoria: vt ff. de acquire. re. domin. l. nunquam. §. thesaurus. Thesaurus enim est vetus quędam depositio pecuniæ, cuius non extat memoria; vt iam dominū non habeat: sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit. Alioquin, si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodiæ condiderit sub terra, non est thesaurus; immò & furtum in eo committitur. Quintò, venit ex parte proprij seu hæreditatis, sicut ex lucro, quod seruus hæredis lucratur tēpore illo, cùm verus hæres hæreditatem nondum nactus est, vel eam ac-

e An pro feris syluestribus furto quis accusari possit: vide Ju. Munic. ar. cxxij. gloss.

f Rem nullius esse cōtingit sex modis.

g Vide supra libr. 1. art. 11. xxxv. gloss.

am acceptare non vult, lucrum illud per seruũ acquisitum tempore illo nullius est; hæreditati tamen applicatur: vt Instit. de stipulatione seruorum. §. j. Sextò, contigit istud propter excessum alicuius; sicut si seruum ægrotum quis expulerit, eundem in eius infirmitate prouidere nolens, ille seruus nullius erit: vt C. de libert. latin. tollen. l. vnica. §. sed scimus.

Tribus attamẽ in Saxonia nemoribus, &c. Textus vt in se est intelligi debet. Secus verò faciens sexaginta solidos demerebitur. & hæc pœna bannus regius dicitur: vt supra lib. j. art. lix. & infrà lib. iij. ar lxiiij. & xvj. q. j. c. statuimus. & extra: de pœuis. c. licet.

Nemini sata pertransire licet, &c. Vnde qui transgreditur, damnum resarciet, & pœnam soluit tres solidos: vt supra eod. lib. art. xlvij. & Instit. de serui. rusti. prædi. §. iter. & ff. de itin. actuq; priua. l. prætor ait. §. is cuius.

Postquam folium crescẽdo acceperint, seu in nodulos se erexerint, &c. *b* Verba enim coæquari rebus debent: vt Instit. de donat. §. sed nos. C. de Episc. & cleric. l. decernimus. & C. de offic. præfect. l. j. & in autent. de iudic. §. j. collat. vj.

b Verba coæquari rebus debent.

Articulus LXII.

QVI verrem tenuerit, canem, *a* lupũ, vrsum, ceruum, simiam, aut talium quid, etsi postquam damnum dederint, ea animalia excludendo, *b* aut eis victualia denegando se excusare voluerit, hoc facere non potest, si comprobare possit metmettertius, is qui damnũ acceperit, quòd predictus ea vsque in diem dati damni tenebat. *c* Interficiat quis canem, vel simile quid, ipse nullam sustinet pœnam, si suum addet iuramentu, se causla necessitatis hoc feciſſe. *d* Qui bestias, quarũ natura est fera, tenere voluerit, eas intra sua septa, aut munitas debet habere possessiones.

a Textus vetustiores addunt: tacitè mordentem.

b Vide supra eo. lib. art. xl. vbi contrariũ istius videtur sẽtire: sed dic, quòd ibi loquitur de animalibus mansuetis & vsui necessarijs: hic verò de feris & bestijs. vide ad hãc materiam Jure Munic. artic. cxxij.

c Concordat Jure Munic. art. cxxij.

d Textus ãtiqui addunt: extra syluam bannitam.

GLOSSA.

Qvi verrem tenuerit, &c. Vide supra eod. li ar. xl. & dicitur verres porcus cum testiculis domesticus, sed aper syluestris est.

Qui bestias, &c. Et qui eas ceperit, cum prohibitus fuerit, aucupandi gratia, ne per agrum vadat alienum, non facit ipsas suas: vt Instit. de re. diuis. §. planè. & quod ibi nota.

GLOSSA.

Dicere quis posset, textum articuli præsentis esse superuacaneum: exquoquidẽ superiùs articulo xl. de hac materia sufficiẽs habita est declaratio. R. tamen, quòd nihil superfluitatis in eo est; vbi enim sũt casus diuersi, ibi & iura vt specialia sint necesse est: vt C. de legi. & cõsti. l. quæ ex relationibus. vnde articulus xl. supra loquitur de animalibus, quæ ex natura nociua nõ sunt: vt sunt vaccæ, equi, &c. vt Instit. si quadru. paupe. fecis. dica. §. hæc autem. Articulus verò præsens disponit de illis, qui bestias seruant, quæ ex natura nociuæ sunt, vel naturaliter damnum inferre solent: & quia prætacta differen

ferentiam habent inter se, quare & iura occasiõe illorum distincta, & pœnæ pro excessibus diuersæ habentur. iudex enim maxime curare debet, vt secundùm excessum pœna sequatur: vt Instit. de acti. §. curare. & ff. de pœnis. l. respiciendum. Quare iuxta articulum xl. si animal mansuetum damnum fecerit, dominusque illud non susceptat, liberatur: vt Instit. de noxa. action. §. ex maleficijs. hîc verò iuxta articulũ præsentẽ, quamuis bestiam illam expellat, per id non liberatur: sciuit enim quòd animal illud ex natura nociuum est; tum etiam quia iure bestiæ huiusmodi foueri prohibentur: sicut hîc, & Instit. si quadrupe. pauper. fecis. dica. §. ceterum.

e Ex isto colligitur, quòd exemplum nõ restringit regulam.

Lupum, vrsum, &c. e In istis verbis intelligere vult omnia animalia nociua: vt sunt vulpes, leones, leopardi, simiæ, cati marini, pantheri, &c. siue sint occlusa, siue alligata: vt ff. de ædilit. edict. l. hi enim. & l. & generaliter. & l. vlt. Damnum soluere tenetur, &c. vt Instit. si quadrupe. pauper. fecisse dica. §. penult. Intelligẽdum iuxta determinatum verigeldum, si libero homini id fecerit: vt supra eod. lib. art. xl. in alijs verò quanti datũ sit dupli: vt si seruum meum momorderit, qui artificiũ tale nouit, quo se enutrire possit, duplum soluere cogitur: vt ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. l. ex hac. & Instit. eod. tit. §. ceterum. Alię verò res soluũtur iuxta earum valorem: vt supra eod. lib. art. xl.

Si comprobare possit mettertius, &c. Ex isto textu clarè liquet, quòd Saxo testimonio vinci potest mettertius: hoc idem etiã habetur extra de testibus. c. licet vniuersis. & c. in omni. Contrariũ licet istius esse videtur supra lib. j. art. vij. & xviij. vbi dicitur, quòd Saxo contra quemlibet iuramento se absoluere potest, quæ coram iudicio acta non sunt. Re. tamen, vt ibidem declaratum est, nec est contra nunc dicta. Non enim loquitur hîc, quòd Saxo iuramento se absoluere præcisẽ non possit: nam & id facere licitum ei erit, si bestia illa renunciare vellet, iurauerit què quòd ignorabat canem tacitè mordacem esse: vel quòd canem aut aliam bestiam, quæ damnum fecit, non foouerit: vt sic enim iuramento absoluitur: vt ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. hac lege.

Interficiat si quis canem, &c. Hoc intellige vt in se sonat: quiuis enim violentiã propulsare potest: vt C. ad l. Cornel. de sicarijs. l. ij. & iij. Vnde ex isto paragrapho, vbi dictum est, quòd ille qui fouet feram, nedum per amissionem bestiæ liberatur, sed iurare cogitur, quòd protunc temporis, cùm illatum sit damnum, bestia sua non fuit. Quidam trahunt opinionem stultam tamen, dicentes: si animal alicuius mansuetum vel auriga curru damnum faciat, tandemque aufugiat, *f* quòd dominus occasione illius iurare cogatur, quòd videlicet equi sui nõ essent, & his similia. Erroneum enim id est: vt supra circa art xl. eod. lib. declaratum fuit. quare iudex prouidere huic debet: vt in auten. de manda. princ. §. sed neque coll. iij.

f Ad hanc materiam vide supra eo. li. art. xl. in glo.

Si suum addet iuramẽtum, &c. Quòd autem vnus iuramento absolui possit, habetur hîc, & Instit. de actio. §. item. & C. de iureiur. l. in bonæ. & ff. eod. titu. l. iusiurandum.

Qui bestias tenere voluerit, &c. Is paragraphus de venationibus quodammodo tangit, de ferisque & bestijs quæ per venationem captæ seruantur. *g* Vnde notandum circa id, quòd prohibitio venationis cum iniuria fit, nisi bestiæ illæ intra septa vel alias munitiones seruentur: omnes enim bestiæ syluestres sunt in naturali iure, & ita occu-

g. Venatio an iuste prohibeatur.

occupantis primo fiunt, exceptis tamen tribus nemoribus, vt in prę-cedēti articulo habitum est: & Instit. de re. diuisi. §. feræ. & ff. de acquir. re. domin. l. j. §. omnia. nisi forsan aliter ex consensu hominum statutum sit, ex consuetudineque illud teneatur: vt C. quę sit longa consuetudo. l. præses.

¶ Obijcere quis posset, cōsuetudinem huiusmodi, nullo modo contrariari posse iuri scripto; sed quia legibus cautum habemus feras cōmunes esse omnibus: vt Instit. de re. diuis. §. feræ. Vbi autē ius scriptum habetur, illud consuetudo vel consensus hominum infringere non potest: vt C. quæ sit longa consuetudo. l. ij. vbi dicitur: consuetudinis vsusque longæui non vilis auctoritas est: verū non vsque adeò sui valitura momento, vt aut rationem vincat aut legem. Ex huiusmodi etiam hominum consensu, nullum ius subsequi potest: priuatorū enim voluntas ius non statuit: vt extra. de foro compet. c. significasti. & supra eod. libr. art. vij. in glos. Iure munic. arti. xlv. in glos. C. de iurisdictione omnium iudicū. l. priuatorum. R. quòd constitutio in eo casu hominum, consuetudoq; subsequens, nō repugnat iuri & legibus allegatis; quia etsi quidem bestiæ aut feræ ex sui natura nullius sunt, primoque occupantis fiunt, & ita iure naturali venatio non prohibetur, potest tamen vnus prohibere alium, quòd fundū suum, sata, vel syluas non ingrediatur: *b* vt Instit. de re. diuis. §. plane. & C. de re. vindic. l. si fundū. & l. certum. Et ita si venator fundum intrare prohibetur, etiam venationem exercere non poterit: quare & iure venatio quodāmodo prohibetur, quāuis indirectè. Exindeque statutum seu consuetudo, si quæ est occasione prohibendæ venationis, non contrariatur iuri; immò pro iure, vt sic, habebitur. Ad illud verò vbi dicebatur, quòd priuatorum consuetudo & statutum nullum ius facit. R. quòd etsiquidem legem communem, ita quod ab omnibus teneri debeat, constituere non potest priuatorum consensus, statutum tamen priuatū locum habet, & seruari debet inter illos, qui illud statuunt: vt infrà lib. iij artic. lxxxjx.

b Concordat Iure Munic. ar. cxxiij. glo.

Articulus LXIII.

MVlieribus procurare non licet, [a] neq; sine tutore agere. Hæc omnia ꝑdidit eis Calphurnia, quæ sexus verecundiam coram rege ex ira ostendit, dum suam in procurando obtinere nō potuit voluntatem. Vnicuique [b] testificari, agere, & se defendere licet, nisi forte in regis vel ipsius iudicij sit proscriptiōe. In foro autem ecclesiastico [c] hoc ei non admittitur, si est excommunicatus.

a De procuratoribus seu ferēdarijs, vide infrà li. iij. art. xxx. ad hanc materiam repete etiam articulū xlvi. lib. i. supra.

b Intellige vtru, secūdum q̄ textus veteres addūt.

c Vide ad hāc materiā Iure Munic. p. artic. v.

GLOSSA.

Mulieribus procurare non licet, &c. Vnde dicit lex communis. Secundo loco edictum proponitur in eos, qui pro aliis ne postulent, prohibentur. In quo edicto prætor excipit sexum & casum: sexū, dum fœminas prohibet pro aliis postulare: & ratio prohibendi fuit, ne contra pudicitiam sexui cōcongruētem, alienis caussis se immisceāt, nec virorum officijs fungantur mulieres. Origo autem e-

jus introducta à Calphurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, caussam dedit huic edicto: casum, dum cæcum à postulando repellit: vt ff. de postul. l. j. §. secundo loco.

In foro autem ecclesiastico, &c. Nec etiam hodie in foro sæculari: vt in c. decernimus. de senten. excommunicat. libr. vj. vbi sic dicitur. Decernimus, vt iudices sæculares, per censuram ecclesiasticā, ab ecclesiasticis iudicibus, canonica monitione præmissa, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando, ac testificando in suis curijs & iudicijs, cōpellantur.

Si est excommunicatus, &c. Et excommunicatus in vna ecclesia, est excommunicatus quantum ad alias. xj. q. iij. c. ij. & iij. & iiij. q. v. c. quisquis. Et notatur de appellatione in c. pastoralis. in glos. vlt. excommunicatus. *d* Nullus autē debet excōmunicari nisi pro mortali peccato. Vnde dicit canon: Nemo Episcoporū quemlibet sine certa & manifesta peccati caussa communione priuet ecclesiastica: quia anathema æterna mortis est damnatio; & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illis qui aliter non potuerunt corrigi: xj. q. iij. c. nemo. & vide quod ibi notatur in c. sacro. & de sentent. excom. & eod. tit. c. j. lib vj.

d Excōmunicari nullus debet, nisi pro mortali peccato.

GLOSSA.

Mulieribus procurare non licet, &c. Ad hanc materiam vide ff. de reg. iur. l. fœminæ. & iiij. q. vij. c. infamis. §. tria sunt. *e* Notandum tamen circa id, quòd mulieres in sex casibus officio procuratoris fungi possunt. Primò, ratione officij: vt abbatissa rem potest defendere monasterij. extra. de confirmat. vti. c. cum dilecta. circa finem. Secundò, in causis eorum proprijs, vel ad vtilitatem eorum: vt C. de procurat. l. quia absente. Tertiò, si ei conceditur caussa vel querela: vt C. de procuratoribus. l. qui. Quartò, pro parentibus ægrotis: vt ff. eod. tit. l. fœminas. Quintò, quando tutrix est: vt C. quādo mulier officio tutoris fungi potest. l. vlt. Sextò, mater pro libertate filij agere potest: vt ff. de liberali caussa. l. amplius. idq; totum fit secūdùm leges & canones.

e Mulieres in sex casibus fungi officio procuratoris possunt.

Nec sine tutore agere, &c. Hoc ex eo fit; quia testibus iure nostro conuinci non potest: vt supra lib. j. art. xlvj.

Hæc omnia perdidit eis Calphurnia, &c. vt Instit. de suspectis tutoribus. §. consequens. & ff. de postul. l. j. §. secundo loco. Vnde circa id dicere quis posset, hunc paragraphum vbi dicitur. Hæc omnia perdidit eis Calphurnia: cōtrariari videtur artic. xlvj. supra li. j. tùm & glossæ iam declaratæ, vbi habetur & exprimitur caussa, quare mulieres procurare non possunt: ex eo, quia vinci testimonio non poterant. R. quòd vnum non contrariatur alteri. Articulus enim allegatus. xlvj. dicit, quòd mulieres necessariò tutores habere debent, in actionibus earū, propter id; quia iudiciaria potestas testimonio eas vincere nō potest. articulus verò præsēs dicit, quòd nullius verba iudicialiter loqui possunt, nec procurare propter demeritum Calphurniæ, vnde & procurator in proposito etiam pro tutore accipi debet.

Vnicuique agere, testificari, & se defendere licet, &c. *f* Exceptis tamen infidelibus & hæreticis: vt C. de postulan. l. nemo. & extra. de hæret. c. excommunicamus. §. credentes. exceptis etiam monachis: vt xvj. q. j. placuit. exclusis etiam clericis: vt extra. ne cleric. vel monach. c. sacerdotibus: tū etiam exceptis illis de quibus habetur supra lib. j. art. lx. in glos.

f Procurare seu in iudicio agere, quibus denegatur, vide.

Agere & se defendere, &c. Exceptis

ceptis his nunc proximè expressis: & C. qui accus. poss. l. qui crimen.

Testificari, &c. Exceptis illis, qui infames sunt: vt ff. de his qui notantur infamia. l. j. nisi forte in certis casibus, qui expressi habentur lib. j. art. viij. in glos. Vnde ex isto verbo quod in textu ponitur. Vnicuique agere licet, &c. liquet, quòd nullus à ferendarionatu reijci potest: vt Instit. de excepti. §. vlt. nisi forte iuris sui patiatur detrimentum.

Si est excommunicatus, &c. Vt extra. de hæreticis. c. excommunicamus. §. credentes. & extra. de excessibus prælatorum. c. inter dilectos. & de iudi. c. intelleximus. & de excep. c. pia. lib. vj. hoc idē seruari etiam debet in iure sæculari, propter salutem animæ: vt extra. de sentent. excommunic. c. decernimus. lib. vj.

Articulus LXIIII.

MVlieres & virgines violenter oppressę, a cum violentiarum clamore coram iudicio agere debent, propter manuale factum & vim seu necessitatem, quam declarare eas oportet. Qui etiam in furto aut spolio compræhensos iudicio præsētent, cum clamore violētiarum eos agere oportet propter manuale factum, quod producitur cū hominibus præsentatis. b Præterea qui occisos iudicio præsentant, vel iniuriam eis illatam prosequi qui intendunt, cum clamore violentiarum id agere debent, propter manuale factum, quòd manifestum & clarum appareret. Spoliatus si scit vbi res eius ablatæ peruenerint, & si iudicem ad psequendum eas aduocare voluerit, cum clamore violētiarum hoc facere debet, & conqueri propter manuale factum, quod ibidē ostendere debet. Vbi manuale factum non est, sine clamore violentiarum agēdum est, aliàs actio agenti est damnosa. c

a Concordat Jure Munic. art. xxxvij

b Vide supra lib. i. art. lxx. & Jur. Mun. art. xxxvi.

c Concordat Jure Munic. art. xxxviij.

GLOSSA.

Mulieres & virgines, &c. Vnde etiam dicit lex imperialis. Sciant cūcti accusatores, eam rem se deferre debere in publicam notionem, quæ munita sit testibus idoneis, vel instructa apertissimis documentis, vel indicijs ad probationem indubitatis, & luce clarioribus expedita: vt in l. vlti. C. de probation.

Qui etiam occisos iudicio presentant, &c. Et omnis particeps homicidij debet pro homicidio condemnari: siue sit particeps delicti ex consensu, consilio, facto, seu opere: vt ff. de minor. l. auxilium. §. in delictis. & de homicid. c. sicut dignum.

GLOSSA.

IN textu quattuor ponuntur, quę iudicialiter cum clamore violentiarum cōqueri oportet. Primum

est raptus virginum, quod & grauissimum est: vt C. de raptu virgin. vel viduar. l. raptores. Vnde grauitas huius delicti in iure ex tribus consideratur. d Primò, quia noxa huiusmodi necessariò querulatur à parentibus: quodsi parentes querulari omiserint, vel factum occultauerint, in exiliũ trãsmittuntur: vt C. eod. tit. l. j. Secundò, quia mulierem per vim rapiens, vitam demeretur, & bona: nec eam posthac in matrimonium superducere poterit: vt supra lib. j. art. xxxvij. & in autent. de rap. mulier. quæ rapt. nuber. §. j. col. jx. Vnde etsiquidem in contrarium aliquæ militant leges, tamen interpretationem huius vide supra lib. j. art. xxxvij. in glos. Tertiò, quòd iudices raptores huiusmodi inuestigare tenentur, & iudicare sine querela, omnesq; complices simile ius patiuntur: vt C. eod. tit. l. j. & in auten. de mand. princ. coll. iij. & infrà lib. iij. art. j.

d Raptus virginum graue delictum ex tribus: concordat Jur. Munic. art. xxxvij. gloss.

Propter manuale factum, quod declarare eos oportet, &c. Declaratio autem huiusmodi fieri debet cum testibus, & cum clamore: vt C. de eden. l. qui accusare. & C. de rap. virgin. l. j. quamuis aliqui in eo casu aliter sentiant.

Qui etiam in furto aut spolio deprehensos, &c. Istud est secundum, quod cum clamore violentiarum querulari oportet, & hoc ex eo; quia etiam est actio criminalis. Vnde vt sic, furto accusatus, damnum seu incommodum sustinet in tribus. e Primò, quia accusatus, si desuper concordiam inierit, efficitur infamis: vt supra lib. j. artic. xxxvij. & xxxviij. & C. ex quib. caus. ali. infam. irrog. l. nõ damnatos. Secundò, quia tales si secundario accusantur, ad iura legalium hominum venire nõ possunt: nec sententias eis reprobare admittitur: vt supra libr. j. artic. xxxix. & libr. ij. art. xij. in fin. & C. quorum appellat. non recipi. l. obser-

e Furto accusatus damnum sustinet in tribus. concordat Jure Munic. artic. xxxvi. gloss.

uare. Tertiò, quòd bona, vt sic ex furto vel spolio lucrata possideri vel præscribi nullo modo possunt: vt supra eod. libr. artic. xxxvj. & Instit. de vsucap. §. furtiuæ. & §. quod autem.

Præterea qui occisos, &c. Hic tertium tangitur, quòd cum clamore agere oportet. Vnde ex homicidio etiam tria incõmoda veniunt. f Primum, quia is qui interficit, verigeldum soluere tenetur, etiamsi sine culpa id eueniat: vt supra lib. j. art. xiiij. & Instit. ad leg. Aquil. §. illud. Secundò, qui homicidam fouet, domiciliumúe sibi præstat, eandem pœnam sufferre tenetur: vt supra eod. libr. art. xiiij. & C. de his qui latro. & alijs crimin. reos occul. l. j. & ij. g Tertiò, si occidere proponunt aliquem, & vulnerant duntaxat, dato, quòd non interficiant, si detinentur, tanquam homicidæ iudicantur: vt ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. l. j. & C. eo. tit. l. his qui. & supra lib. j art. xliij.

f Ex homicidio tria incommoda veniunt.

g Occidere proponens aliquem, & interim non nisi vulneret eundem, vt homicida iudicatur.

Spoliatus si scit vbi res eius ablatæ, &c. Et id est quartum, quòd cum clamore etiam querulari vnus tenetur. h Vnde cõtra raptores etiam pœna statuitur triplex. Primò, quia ex debito & necessitate insequi debent: vt hûc. & supra lib. i. liij. & infrà lib. ij. artic. penul. & vlt. in auten. de mandat. princ. §. quodsi coll. iij. Secundò, quòd sub illo iudice vbi excesserint, respondere tenentur, & sententiam tollerare cuiuscumq; iurisdictionis fuerint: vt C. vbi de crimi. agi opor. l. j. & in auten. vt omn. obedi. iudi. §. arripiat coll. v. & infrà eod. lib. art. lxxj. & supra lib. j. art. lix. Tertiò, quòd in facto, vel fuga interfici possunt: vt infrà eod. libr. artic. lxjx. & C. quand. lic. vni. sine iudic. se vindic. l vlt.

h Raptorem pœna triplex concordat Jur. Munic. artic. xxxvij.

Vbi manuale factum nõ est, &c. i Vnde manuale factum est, vel dicitur, factum, quòd ita est cui-

i Manuale factum q. s. Ad hanc materiã vide supra lib. i. art. lxvi. lib. ij. artic. xxxv. Jure Municip. art. cxv.

dens,

dens, ac si manu attigi vel palpari possit: vt C. de proba. l. sciant. & supra eod. libr. art. xxxv. *k* Vnde circa id sciendum, vbi clamor excitatur iudiciarius, factum debet esse euidens, & ad huiusmodi querelam sufficiens: subsequi etiam oportet membri amissio, vel mortis pœna. Vnde dato, si vnus baculatus sit, cum clamore que queruletur, factum euidens sit, pœna non subsequitur corporis; emendam tamen de iure soluere tenetur: vt supra lib. j. ar. lxviij. & infrà lib. iij. art. xxxvij.

k Clamor iudiciarius cum excitari debet, qua regantur.

Aliàs actio agenti est damnosa, &c. Quæritur, quod damnum cogitur hisce? Quandoquidem supra lib. j. art. lxij. dictum est, quòd ille, qui alicui actionem intentat, etsi ab ea propellatur, damnū nullum pro eo sentit: hoc idem etiam habetur lib. ij. art. viij. & ita vnum cotrariari videtur alteri. ℟. quòd vnum nō contradicit alteri. in locis enim allegatis loquitur, quòd sine damno manet, nisi duellaria verba interposita sint; hoc est, nisi cum clamore & criminaliter eum accuset: vt C. de calumnia. l. mater. & l. qui nō. & l. calumniæ. & ff. de pœnis l absentem.

Actio agenti est damnosa, &c. Per damnum in proposito intelligi debet, *l* quòd ipse solus pœnam illam tollerare cogitur, si illū non cōuincet: vt supra lib. j. art. lxjx.

l Hic est locus pœne taliones.

Articulus. LXV.

PVer infrà annos discretionis *a* non potest in tantum delinquere, quòd in vita puniatur. Occidatur verò aut mutiletur quis à puero, *b* tutor illud ex substantia pueri secundū verigeldi modum dum resarcire tenetur: ℣ & de damnis alijs à pueris illatis est intelligendum, si iure comprobata fuerint. Interficiat autē quis puerum, plenum pro eo dare debet verigeldum. *c* Corrigat verò quis puerum, dummodo hoc pro delicto eius se feciisse suo iuramento affirmauerit, nihil pro eo sustinebit.

a Iure Mu. art. xxxviij. gloss.

b Vide infrà lib. iij. art. ij. Iure Municip. art. xxxvij.

c Textus antiqua legunt: qui puerum ℣ crines tra[illegible] rit, virgis ca[illegible] stigauerit, aliquo propter delictū & excessum eius id fecisse iramēto confirmauerit, nihil ℣ eo sustinebit.

GLOSSA.

Nullus puer infrà annos, &c. vt in l. j. C. de falsa moneta. & in c. referente de deli. pue. & in concord. ibi allega. Patet autem hic, quòd puer pro delicto temporaliter punitur, quod quidam etiam procedere dicunt secundū leg. si sit proximiùs pubertati. Si autem esset proximiùs infantiæ, in nullo teneretur: ff. ad leg. Aquili. l. & si. §. iniuriam. & ff. ne vis. fi. ei. qui in possess. miss. est. l. j. §. hoc edicto. & de doli except. l. apud Celsum. & de regu. iur. l. pupill. Et dicunt quidam, quòdsi delinquat minor ex culpa seu negligētia, nō expropositō, mero iure obligatur, sed restitutionē petere potest, siue ciuiliter, siue criminaliter cōueniatur: C. si aduer. delict. l j. si verò ex certa scientia delinquit, & ciuiliter conueniatur, tenetur quatenus interest illius contra quem deliquit. Et si vltra tenetur, petere potest in hoc restitutionem: ff. de minor. l. si ex causa. §. si in commissum. si verò cōueniatur criminaliter, tunc paretur ei: vt hic. & C. de falsa monet. l. j. ad finem. quo ad pœnam mortis, sed tamen aliàs temporaliter punitur: vt hic vides. & si non habet in bonis vnde satisfaciat, tunc potest loris &

virgis

virgis castigari: ff. ad. senatusco. Syllan. §. impubes. l. j. & per parētes leuiter; per iudicem verò seuerè secūdùm atrocitatem feriri. C. de emen. propin. l. vna.

GLOSSA.

Puer infrà annos, &c. Dixerat siquidem superiùs, de querelis cum clamore instituendis, & quæ pœnæ easdem sequantur: Articulus præsens excipit nonnullos, qui ex facto suo pœnā mortis nō demerentur; vt sunt pueri & furiosi: de quo etiam vide infrà lib. iij. artic. iij. *d* Vnde exinde liquet differētia inter violentiam & damnum; violentiam etenim nullus cōmittere potest sine voluntate: ex quo itaque pueri, de quibus articulus præsens, & furiosi. de quibns infrà lib. iij. art. iij. arbitrium volūtarium non habent: vt ff. de reg. iur. l. furiosi. quare violentiam facere nō possunt: vt ff. de iniurijs. l. illud. & ita nec vitam demerentur: vt ff. de reg. iur. l. feræ. & C. si aduersus delictum. l j. Damnū verò fieri potest sine voluntate: quare damna, per pueros vel furiosos illata, resarciri oportet, iuxta determinatum verigeldum, siue sit nobilis, siue plebeius, siue spurius, is cui damnum huiusmodi illatum sit: vt infrà libr. iij. art. xlv. Ad hanc materiam etiam vide infrà lib. iij. art. iij. & C. si aduersus delictum. l. in criminibus.

d Differentia inter violentiam & damnum.

Illud ex substantia pueri, &c. Tutor enim de suo respondere nō tenetur super excessu pupilli, ex quo absque eius culpa factum sit: vt supra libr. j. art. xj. & xxiij. C. de administratione tutorū l. frustra. & C. de pericu. tutor. l. tutoribus.

Occidatur verò quis à puero, &c. Intellige de pueris minorennibus. secus si sint doli capaces; quia illi vitam demerentur: vt ff. de reg. iur. l. pupillū. sicut si tredecim vel quatuordecim annorū sint: vt ff. de furt. l. impuberem. & ff. ad leg. Aquil. l. itaque. & l. sed & si.

Corrigat verò quis puerū, &c. De his vide C. de emendatione propinquorum. l. in corrigendis. & ff. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. addicitur.

Suo iuramēto affirmauerit, &c. Vt ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. hac lege.

Articulus LXVI.

NVnc cōsiderate antiquam pacem, quā in terra Saxoniæ Imperialis Maiestas ex consensu religiosorum nobilium, procerum, vasallorū, proborumque hominum in ea commorantium, confirmauit. Omnibus in perpetuum temporibus, clerici & religiosi, mulieres, virgines, & iudæi, in corpore & rebus, necnon Ecclesię cœmeteria, & quælibet villa intra sepes suas aut foueas, aratra cū molendinis, & regia via, tam in aquis quam in campestribus, & omnes in his existentes secura pace fruentur. Omnes etiam dies feriales seu celebres ac ligati, ad pacem omnibus hominibus sunt constituti, & cum his in qualibet hebdomada quatuor dies, videlicet quinta & sexta feria

ta feria, ſabbatum & dies dominicus, quinta feria, ꝓpter olei & chriſmatis conſecrationem, cū quo Chriſtiani in baptiſmo cō ſignantur: ipſo etiam die cenauit dominus cum diſcipulis, vbi corpus ſuum nobis in cibum tradidit, à quo & lex incepit noſtra: etiam propter venerabilem in hac die domini aſcenſiōem, in qua ferrata via nobis fuit reſerata, meritò tranquillam teneamus. Sexta feria Deus hominē formauit, & moriendo eum redemit. Sabbato dominus requieuit, poſt cœli terræq; formationē, & in ſepulchro poſt amaræ ſuæ mortis paſſionem, & tūc etiam clerici ordinantur, qui magiſtri eccleſiæ ſanctæ deputantur. Dominica die homines Deo reconciliabātur, & ſicut iſte dies omnium dierū fuit primus, dominusq; in eo à mortuis ſurrexit, ſic & omniū erit vltimus: quia in eo erit reſurectio omniū, ac in eo vnuſquiſq; accipiet præmiū meritorum: & ideo ꝓdicti dies à Chriſtianis cuſtodiuntur, & cum vere pacis cōſignatione honorantur: exceptis tamē his, qui in manuali violētiæ facto deprehēduntur, vel qui pro eorum reatu à rege vel ab alio iudice proſcribuntur, eodemq; iudicio fuerint deprehēſi.

a Alij textus legunt: reconciliati Deo ſunt.

GLOSSA.

Omnibus, &c. Vide in c. j. & ij. extra. de treuga & pac. quæ iura cū iſto articulo in multis concordāt. & pleniùs per Hoſti. in ſum. de treug. & pac. per totū ibi vide.

Et quælibet villa, &c. Vnde etiam dicit lex imperialis. Agricultores & circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint quacumq; parte terrarum, ita vt nullus inueniatur tam audax, qui perſonas, bona, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad operā ruſticalem pertineat, inuadere, capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem ſtatutū huiuſmodi auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplū ablata reſtituat, & infamiæ notam ipſo iure incurrat, imperiali animaduerſione nihilominus puniendus: vt in conſtit. Frederici, de ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem eccleſiæ editis. in fine.

GLOSSA.

Articulum præſentē pauci admodum intelligunt. Pro intellectu itaque illius ſciendum, quòd hic in textu de multiplici tractat pace. Et in primis pacem antiquam nominat: fuitque pax illa, quæ in terra Saxoniæ initū habuit, cùm ex paganiſmo ad fidem Chriſti, nam conuerſi ſunt: & eorum prauis cōſuetudinibus renunciarūt; & hæc pax ſpiritualis fuit inter Deum & Saxones ipſos: in hacque fidei pace, cæ-

ce, cœpit consuetudo bonorum operum, cuius initium fuit imperialis maiestas, cosuetudines huiusmodi confirmando, & hoc bifariam: saluberrimis videlcet documentis, cum introductione cõsuetudinis bonæ, reiectioneq; cõsuetudinis prauæ: vt supra in prologo li. j. & art. xviii. Alia confirmatio fuit, per pœnę superappositionẽ contra illos, qui fidem Christianam seruare nollent; vel secũdùm eam viuere recusarent: vt supra libr. j. art. ij. lib. ij. art. iij. infrà lib. iij. ar. lv. C. de apostat. per totum. & in auten de priuil. dotis. §. j. coll. viij. idque statutum fuit pro consolatione bonorum, qui in acceptanda fide superbiam in humilitatem transmutarunt: Saxones siquidem, antehac domini erant superbiæ, facti tandem sunt serui humilitatis in Christo. Secũdò tangitur hîc pax, quæ statuta est certis personis, propter eorum dignitatem: eandemq; habere debent, clerici & spirituales, propter eorũ orationes, quibus totus mũdus fruitur: vt in auten. quomod. opor. Episc. §. j. coll. j. vel pacem habere debent de bona consuetudine, qui antehac pace carebant ex consuetudine praua: hunc etiã præstitum honorem & pacem habere debẽt omnes mulieres & virgines, ne eis quidquam inferatur iniuriæ: vt Instit. de iniurijs. l. sed est. & l. attentari. & l. si quis.

Et iudæi, &c. Quia exquoquidem omnipotens Deus patienter nostram prẽstolatur conuersionẽ, ita & nos pacificè tollerare, vt aliquando conuertantur, eos debemus. Ad obsequium enim & fidẽ Christi nullus cogi debet: vt xlv. dist. c. qui syncera. & C. de iudæis per totum. Hanc prerogatiuam etiam habere debent, ecclesiæ & cœmeteria, ita quod nullus ex illis violenter accipiatur, nisi in certis casibus, quos annotatos vide supra eod. lib. art. x. & xij. & C. de his qui ad eccles. confug. l. fideli. & l. denunciamus.

Et quælibet villa intra sepes & foueas, &c. Quidam dicunt, quòd ex isto passu sequi debeat communis cuiuslibet domus pax, quã vnusquisque in domo, curia, intra suos parietes, seu quatuor ãgulos domus, vel curiæ habere debet. Alij verò dicũt, quòd pax huiusmodi non nisi in iudicio, quando pax vni decernitur, intelligi debeat: vt infrà libr. iij. arti. xx. R. tamen secundùm veriorem intellectum, quòd exquoquidem pax ista ortum habet, ab illa antiqua pace, prout textus habet, quare & deriuari potest, quòd vnusquisque in domo sua pace ista frui debeat: quinimmò, & cõductor domus vtitur isto priuilegio pacis, infrà parietes domus conductæ: sed & quilibet necessariam defensam in domo facere potest: vt infrà lib. iij. art. lxxviij.

Omnes etiam dies feriales, &c. Et hæc omnia habentur ex constitutionibus imperatorum. Intelligeq; cum paragraphũ, non quòd dũtaxat in his diebus pax esse debeat: nam omni tempore & omni die seruanda est: sed quia maximè & potissimũ in his diebus pax obseruatur; & signanter quia abstinetur tẽpore illo à querela, nullumque iudiciũ exercetur: vt supra cod. lib. art. x. & art. xij. C. de feriis. l. omnes. l. quadraginta. & l. vltima.

Et cum hoc in qualibet hebdomada *b* quatuor dies, &c. Et hoc intellige, quia in illis diebus nullũ legitimum iudicium exerceri debet: feria quinta propter id; quia lex nostra eo die, vt textus habet, cœpit: vt extra. de treug. & pac. c. j. & de conse. dist. ij. c. nec Moyses. eodem etiam die instituit sacramentum corporis sui nobis hîc in terris, cœlosque ascendit: feria sexta saluator noster morti iudicatus est: sabbato, quia dominus de il-

b Inuenit ex consuetudine, apud nos enim vt communiter feriis sextis iudicium bannitũ celebratur.

die illa requieuit: dominica verò die, homines Deo reconciliabantur. Instare tamen contra id vnus possit, textum paragraphi istius esse male positum: homines enim reconciliati sunt feria sexta per mortem Christi; mors enim Christi salus est æterna. ℟. iuxta aliquorum sentẽtiam: in die nouissimo per filium Dei, qui est salus hominum, primò Deus reconciliabitur totaliter: cùm verò dicitur in textu, reconciliabantur: hîc verbũ præteritũ pro futuro ponitur; quod & in sacra scriptura sæpiùs euenit: vt apud Esaiam: Puer natus est nobis, cùm tamen adhuc nasci debuit. Sensus ergo articuli erit, quòd reconciliabimur Deo dominico die: *c* hoc est in extremo iudicio, qui die dominico eueniet, ita quòd posthac dominus Deus nobis nõ indignabitur; quare diem illum celebrem habere debemus: vt hîc, & C. de ferijs. l. omnes. & de consec. dist. iij. c. pronunciandum.

c Declaratio textus articuli, tum & glossæ istius super solennisatione diei Dominicæ intricata est. tu tamen vide ad hanc materiã legem nobilissimam supra art. x. eod. li. annotatam.

Exceptis qui in manuali facto deprehenduntur, &c. Vt supra li. ij. art x. & in autent. de mandat. princ. coll. iij. C. de ferijs. l. prouinciarum.

Articulus LXVII.

Pro violentia seu pace fracta ad præsentandũ se iuri citatus, non plures nisi triginta secum ad iudicium ducere potest; & hi nulla arma secum deferant præter gladios.

GLOSSA.

Pro violentia seu pace fracta, &c. Vel qui alium accusat, cùm æqua debet esse actoris & rei conditio: vt in c. j. de mutu. petit. Et non debet actori licere, quod reo non permittitur: vt ff. de reg. iuris. l. non debet. & eod. titu. c. non licet. lib. vj.

GLOSSA.

Pro violentia seu pace fracta citatus, &c. *a* Abundanter superioribus declarauerat de damno & incommoditatibus, quas sustinere coguntur, qui iudicio cõtumaces sunt: præsens constitutio datur de his, qui quamuis iudicio compareant, contumaces tamen seipsos reddunt. *b* Vnde pro intellectu istius nota, quòd reus quandoque comparendo fit cõtumax. Primò, vt cum quis præsens sit & comparet, respondere tamen non vult: vel causam non allegat, cur respondere non debeat; iste sententiatur, victus ex contumacia. Qui enim tacet, consentire videtur: vt infrà lib. iij. art. xxxjx. ff. de regu: iur. l. qui tacet. extra de præsum. c. nonne. & de testi. c. cũ clamor. Secũdò, qui licet iudicio sunt præsentes, proteruè tamen à iudicio recedunt vel aufugiunt; isti propter fugam sententiantur: vt supra eod. lib. art xxxv. & xlv. C. de iudic. l properandum. §. cùm autem. & ff. de præto. stipulat. l. j. & ij. Tertiò, qui manu armata ad iudicium veniunt, eo animo, quòd ius pro voto hãbere vellent, si secundùm voluntatem eorum non succedat; vt cum manu armata exinde eis abire liceret: & de istis textus præsẽs habet: & qui sic armatus ad iudiciũ venit, mulctam prastabit, & actor querulari non tenetur, nec iudex istum audire debet. Quòdsi incipit guerram, vt pacis violator iudicatur: vt ff. de vi publ. l. in ead. & l. qui dolo. & ff. de vi. priua. l. legis Iuliæ. & istud etiã intelligi debet de his, qui extra iudicium populum pro se-

a Nota, quòd pax in iudicio fracta, corpore punitur: verbo, pecunia exsoluitur. feud. c. lxix.

b Reus quãdoq; cõparendo fit contumax.

pro seditione congregant: vt C. de sedit. l. ij. & iij. & ff. ad l. Iuliã. maiest. l. proximum. & Instit. de publi. iudic. §. item lex.

Articulus LXVIII.

SI equitãtis seu viatoris equus fuerit fessus, eidem liceat sata seu annonam iuxta viam positam seu situatam succidere, & spicas ad pabulandum equo ponere, dummodo ea scindẽdo vnum pedem in via contineat, & ea post equi aut equorum pastum nullibi ferat ad sui profectum.

GLOSSA.

Si equitantis equus, &c. De iure enim in necessitate benè licet agros alienos ingredi, & spicas manducare, & conterere: vt in c. discipulos. de conse. dist. v. Aliàs enim de iure humano transire per agrum alienum non licet: vt in c. omnes. j. dist. vbi in casibus ibi notat. in vltim. glos.

Et ad istum articulum dicit etiam lex. Quicumque per terram transiens, equum suum pabulare voluerit, quantũ propinquiùs secundùm viam stans in loco amplecti poterit, & refectionem & reparationem equi sui, impunè ipsi equo porrigat: licitum etiam sit, vt herba & viridi sylua sine vastatione quilibet vtatur pro suo cõmodo, & vsu necessario: vt in vsi. feu. tit. de pac. tenen. §. quicumque.

GLOSSA.

Ex textu articuli præsentis habetur, a quòd non omnes illi fures nuncupantur, qui contrectant res alienas propter commodum suũ. b Ad id enim quòd furtum dicatur, tria concurrunt: cõtrectatio, vtilitas exinde proueniens, & propositum furandi. In viatore itaq; prout textus habet, licet duo sint, tertium tamen deficit: quia non animo furandi id facit; & ita nullum furtum exinde committitur: vt ff. de fur. l. j. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. ij. & Instit. de re. diuis. §. gallinarum.

a *Non omnis qui rem contrectat alienã furto accusari potest.*

b *Ad id quòd furtum dicatur tria concurrunt.*

Articulus LXIX.

OCcidens aut vulnerans pacis suæ violatorem, pro eo nihil demeretur, si metseptimus hoc in fuga, aut in actu violentiæ accidisse valeat comprobare.

GLOSSA.

Non demeretur, &c. Vt in l. j. C. quando licet vni sine iudi. se vindic. a Quod igitur legitimè factũ est, pœnam non meretur: vt C. de adulter. l. Gracchus. Nulli enim licet interficere quemquam, nisi habeat gladij potestatem, vt est iudex: nam iste interficiẽs malos, in hoc minister Dei est: de sen. excomm. c. perpendimus. in glo. vlt. nisi tunc sint notorij depopulatores agrorum, vel latrones in publicis stratis, quos quilibet occidere potest: vel vbi defendendo quis aliquem occidat: vt notatur xxiij. q. v. in summa. Iste enim qui aggressorem vel alium, in dubio vitæ discrimine constitutus, occiderit, nullam calumniam ob id factum metuere debet: vt C. ad l. Cornel.

a *Concordat Iure Munic. art. cxij.*

Corne. de ficar. l. ij. Et quod quis ob tutelā ſui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimatur: vt ff. de iuſtit. & iur. l. vt vim. Et licitè quis occiditur, cùm ex parte reſiſtentis bellum eſt licitum. C. de his qui ad Eccleſi. confug. l. iij. & bonus eſt dolus, quem quis machinatur in hoſtes: ff. de dolo. l. j. §. nō fuit autem. ex parte verò inferentis, bellū regulariter eſt iniuſtum, cū nefas ſit hominem homini inſidiari: ff. de iuſtit. & iur. l. vī vim.

Aut vulnera, &c. Vt in l. j. C. quando licet vni ſine iudic. ſe vindic. ibi enim dicitur, quòd meliùs eſt occurere in tempore, quàm poſt exitum vindicare.

GLOSSA.

Articulus præſens concordat cum præcedenti: ibi enim poſuit exceptionē, quòd non omnis qui contrectat rem alienam furtum facit: *b* ſic non omnis qui alium interficit, reus homicidij efficitur; & hoc ſi in defenſa id faciat: vt ſupra cod. lib. art. xiiij. & infrà lib. iij. art lxxxiuj. in fin. C. quando licet vni ſine iud. ſe defen. l. j. & ij. & Inſtit. ad leg. Aquil. §. iniuria. & ff. de vi publi. l. vlt.

b Non omnis qui interficit aliquem, reus homicidij efficitur.

Si metſeptimus, &c. Intellige, ſi occiſum nullus defendere duellariter velit: aliàs ſecus ſuccedet, ſi agnatus illum defēdere proponat: vt ſupra lib. j. art. lxiiij. & C. de proba. l. vlt.

Articulus LXX.

a Concordat ſupra lib. 1. art. lxx. & lib. ij. art. xxiiij. & libr. iij. artic. lxxxiij. Iure Munic. artic. xxix. articu. cxxvix. & cxl.

POſſeſſio à nullo alienetur, vel ex bonis quę poſſidet nullus expellatur, *a* niſi poſſeſſio foret iure ab eo acquiſita. Pacis violator debet puniri ſecundùm quod ſupra dictum eſt.

GLOSSA.

Poſſeſſio à nullo alienetur, &c. Concordat ſupra eod. libr. artic. xxiiij. & infrà libr. iij. art. lxxxiij. Immò quilibet eſt tuendus in ſua poſſeſſione: extra. de Inſtit. c. cum veniſſent. & in lib feud. c. j. & per totū. ff. ne vis fi. ei. qui in poſſeſ. mit. l. j. §. j.

GLOSSA.

Articulus præſens facit tertiā exceptionem de illis, qui bona aliorum occupant: & dicit; quòd quī rem vel bona in poſſeſſione habeat, violenter expelli ex poſſeſſione non debet, niſi priùs ſibi iudicialiter poſſeſſio abiudicetur: vt ſupra eod. lib. art. xxiiij. C. de iudi. l. nulli. & C. de rei vindica. l. ordinarij.

Pacis violaror, &c. Hoc pertinet ad accuſatorem vel actorem: qui dato, quòd inueniat apud aliquem rem ſuam, iure eādem vindicare debet: quia ſi violenter illud nanciſci conatur, in poſſeſſioneque violentiam faciat, vt violator pacis puniendus erit: vt ſupra cod. libr. art. xiij. Immò ſi ſuam etiam rem non iuridicè accipiat, perdit illam: vt infrà lib. iij. artic. xliij. in gloſſ. Si verò accipiat aliquid quòd ad alium pertinet, putans rem eſſe ſuam, duplum reddit: & hoc intellige, ſi veraciter putār rem ſuam fore; aliàs vt prædo punietur: vt Inſtitut. vi bono rapto. §. vlti. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. & ff. vi bono rapto. l. prætor ait.

Articulus LXXI.

IN iurata pace arma (exceptis gladijs) non nisi ad publicam expeditionem, vel ad torneamenta sunt portãda. Quicumq; contra edictum & aduersus ea fecerint, sicut illegales & banniti iudicentur: imperialẽ enim transgressi sunt sanctionem. Gladios etiã non licet ferre in castris, ciuitatibus, aut villis, omnibus qui in eis domicilia aut hospitia habent, arma licitè ab his feruntur, qui violentię sequuntur clamorem. Clamorem autem violẽtiæ omnes sequi tenẽtur, qui annos discretiõis habent, & gladijs accingi possunt: nisi iusta necessitate fuerint præpediti, exceptis clericis, mulierib. sacristis, (id est, Ecclesiarũ custodibus,) & pastoribus. Si clamorem ante castrũ aliquod insequuntur, ante illud per tres dies & noctes ꝑmanere debent, quisq; sub sua prouisione & expensis proprijs. Quilibet in sua iurisdictione sequi tenetur quãdiu actor insequitur. Si autem actor non valeat sequi vulneratus, sequãtur vicini alij, quãdiu violatorem conspiciunt. Si forsan violator in aliam se transferat iurisdictionem, & eũ sequentes comprehẽdere in campo queant, antequam gens illius territorij venerit, ab eis licitè reducatur. Si vero ad villas, castra, aut ciuitates fugerit violator, renouato violẽtiarum clamore, & congregatis ad hoc sculteto & rusticis ac probis viris, qui protunc haberi possunt, ad iustum iudiciũ reus postuletur, [a] ad quod præsentãdus est, si in manuali constiterit facto; & si sequentium ꝑsecutio à suo iudicio per testimoniũ septem virorum cõprobetur, qui probent, quòd istum in manuali facto insecuti sunt ex suo iudicio vsq; illuc: cautionemq; prosequentem statuere debent, sup verigeldo hominis illius, [b] si forsan iniustè contra illum iudicẽt, & sic reum reportantes faciant, quod de iure fuerit faciendum.

[a] *Et sic ista causa non tenetur ad pœnam rationis, prout supra lib. 1. ar. 1xix. cogebatur.*

[b] *Textus vetustiores ita legunt: si reum non iudicent lege iusta, tãdẽ vero à primo reum innocent ad secundum, quod ius fuerit eum ꝑ cõdemnabunt.*

GLOSSA.

IN iurata pace, &c. Qualiter pax est iuranda, & de pœna violationis, vide in vsibus feud. tit. de pace iura. fir. constitutione Frederici, quæ incipit, hac edictali. & supra

olato-

pra eod. lib. art. xiij. & infrà lib. iij. art. ix. cum similibus.

Sanctionem, &c. Sic etiam omnes incidũt in crimen læsæ maiestatis, qui delinquunt, facta opponendo, & moliendo cõtra principem, vel contra vrbem Romanam, vel eius populum, vel quia ad hostes profugit, vel ipsos qualitercumque iuuat, scilicet armis, vel pecunia, vel consilio, vel qui subiectas prouincias nititur rebelles facere, vel seditionẽ mouet in ciuitate, vel quòd magistratus vel princeps occidatur, vel qui arma sumit, vel occupat loca cõtra rẽpublicam: & hoc crimen etiã perduellionis appellatur: id est, crimẽ hostile: vt ff. de crimin. perduelli. l. j. ij. & iij. & iiij. & C. ad leg. Iul. maiest. per totum. Si verò committitur crimen lęsæ maiestatis, nõ contra principem vel rempublicam, non dicitur crimen perduellionis, sed lęsæ maiestatis tantũ: vt ff. ad leg. Iuli. maiest. l. vlt. vide etiam infrà libr. iij. art. lxxviij. & de pœna istorum. vide etiam supra lib. j. art. lx. Secundùm leges autem in crimine lęsæ maiestatis etiam filij delinquẽtis puniuntur: quamuis enim non decapitentur, sunt tamẽ infames, nec alicui succedũt, licet de bonis maternis Falcidiam habeant: vt C. ad leg. Iul. maiest. l. quisquis. §. filij verò. Et accusatio inchoari potest etiã post mortem. C. eo. l. vlt. Non etiam excusatur reus huius criminis, siue perfecerit crimen, siue ad actum processerit, dando vel recipiendo sacramentum super crimine committendo, vel aliquid simile faciẽdo, & debet gladio feriri, & bona eius omnia publicantur: eadem enim seueritate volũtas huius criminis punitur, qua & effectus: vt C. eod. l. penult. Si autem aliàs verbis & non facto maledixerit principi, vel præmissa commiserit cõtra alium, dominũ suũ superiorem, tunc arbitrariè punitur: ad quæ dic: vt notat Hostien. in sum. de maledi. per totum. & ad accusationem huius criminis quilibet admittitur: vt ff. eod. l. famosi. & l. seq. & C. eod. l. nullus. & l. vlt.

Gladij etiam in castris, &c. Vide C. de gladi. pon. tollen. per totum. libr. xj. & vt armorum vsus. per totum. eod. lib.

Ab eis licitè reducatur, &c. Vnde dicit lex communis. Quæstiones eorum criminum, quæ legibus aut extra ordinem coercentur, vbi cõmissa vel inchoata sunt, vel vbi repperiuntur, qui rei essẽ perhibentur criminis, perfici debere satis notũ est: vt in l. j. C. vbi de crim. agi oport. An autẽ in criminibus fiat remissio de iure vel honestate, notatur super verbo, de more. in Clemen. pastoralis. de re iudi. ad quæ dic, vt ibi nota. & super ea per Ioan. de lig. & vide supra lib. j. art. lix. & infrà lib. iij. artic. xxv.

GLOSSA.

Nota, quòd iurata pax tria in se specialia continet. *c* Primò, quòd diebus feriatis & ligatis fieri potest: vt supra eod. lib. art. x. & itẽ, xv. q. iiij. c. nullus. & xxij. q. j. c. omne. Secundò, quòd in pace huiusmodi gladij omnibus interdicti sunt, qui gladios portare possunt: vt textus habet: signanter in ciuitatibus, qui etsi non iurauerint super pace, tenere tamen edictum eos oportet: vt in autent. de pac. tenen. §. j. coll. x. Tertiò, quòd arma portare etiam non debent, exceptis tamen duplici genere hominibus: primi, qui violentiam sequuntur: vt supra eod. lib. art. lxiiij. in fin. & li. j. art. liij. alij sunt, qui torneamentis militant, vel exercitium militare habere solent: istis enim adnisum est: vnde si casus alicui ibidem acciderit, ita quòd mutilatus vel vulneratus sit, iudicium de super non cedit,

c Iurata pax tria in se continet specialia

cedit, sibique ipsi imputabit, qui locum illum ingressus est, sit quisquis sit: vt Instit. ad leg. Aquil. §. at ne. & in auten. de man. prin. §. titulos. coll. iij.

Gladios etiam ferre non licet, &c. ff. vi publica l. j.

Arma licitè ab his ferūtur, &c. Et hoc ex eo: violentia enim armis propulsanda est: vt infrà libr. iij. art. lxxviij. & ff. de vi & vi armat. in multis legibus.

Clamorem violētiæ omnes sequi tenentur, &c. Dixerat siquidē superius libr. j. arti. liij. quòd qui non sequitur violentiæ clamorē, mulctam præstare cogitur: per articulum nunc præsentem excipit quasdam personas, qui id facere non tenentur: vt sunt clerici: istis enim arma deferre prohibitū est: vt infrà libr. iij. art. ij. & xxiij. q. viij. c. clerici. & etiā mulieribus: vir enim defendere debet vxorem & non è contra: vt ff. de iniurijs. l. quodsi. & Instit. eod. tit. §. patitur. Excipit etiam ab insecutione violentiæ sacristas: hoc est ecclesiarum custodes: isti siquidem arma deferre possunt in via, si iuri spirituali subiecti nō sunt: vt xxxij. distin. c. si quis. & xx. q. iij c. eos. & extra. de cleri. coniuga. c. Ioannes. Præterea eliberat à prosecutione violentiæ pastores: officium etenim eorum est, gregem commissum custodire, & non defensæ insistere: quare & ius conductum eis seruari debet: vt Instit. de loca. & conduct. §. conductor.

Per testimonium septem virorum, &c. Vt C. de edend. l. qui accusare.

Cautionemque statuere debēt persequentes, &c. Circa id nota, si accusatus pro violentia iure non conuincitur, verigeldo emendatur: ex eo quia contra eius vitā actio intentatur, & ita iudex expetit ab eis fideiussores. Articulus tamen præsens contrariari quodammodo videtur articulo l. supra lib. pra lib. j. dictum enim ibidem est, quòd ille qui aliquem accusat criminaliter & non perducit, solus ipse conuincitur: textus verò articuli præsentis dicit, quòd verigeldo absoluitur.

Et sic faciant quod de iure fuerit faciendum. &c. Hoc est, secundùm excessū pœna sibi infligetur: vt supra eod. libr. artic. xiij. ff. de pœnis. l. respiciendum. C. de exhiben. re. l. vlt. & in autent. vt in medio litis. §. si verò. coll. viij.

Articulus LXXII.

PAcis violator [a] si super aliquod castrum se receperit, vel in quo contra iustitiā detinetur, cùm iudex per violentiæ clamorem ad hoc citetur, ipse in tanto sonitu vocis, vt in castro audiri possit, reum ad rectum iudiciū debet postulare, & si iudicio non præsentetur, tā castrū quam in eo habitantes proscribentur. [b] Sed si dominus castri sex nūcios iudicis cum actore ad quærēdum rapta & raptorem, castrum ascendere permiserit, tunc castrum nō est proscribendum. Accusetur autē castrum, quòd ab eo, vel ad illum spoliū sit illatum aut portatū, dominus suo iuramento [d] aut eius castrēsis illud poterit excusare.

[a] *Vide ad hāc materiam infrà lib. iij. art. xxiij.*

[b] *Vide ad hāc materiam infrà lib. iij. art. i. et ar. lxvij. Iure Munici. art. xxxix.*

[d] *Alij legūt: Burgen.*

sare. Qui autem ipsemet de spolio est accusatus, castrum, antequam seipsum excusauerit, non poterit excusare. Si quis velit castrum reū facere per duellū, hoc à domino eius, vel suo castrensi, cōtra sibi in generatione æqualē repugnetur: alioquin proscribetur castrum, & ipsi castrenses rei iudicabuntur. Conqueratur si quis, quòd de alterius castro sit spoliatus per aliquem, dominus castri, vt castrum excuset aut satisfaciat eundem producere debet, aut pro eo respondere eū psonaliter oportebit. Agatur verò aduersus castrum, quòd quis ex eo sit spoliatus, & si actor spoliatorem ignorabit, dominus castri post sex hebdomadas, si pro eo incusetur, castrū cum suo expurgabit sacramento, vel damnum, secūdùm quod iuris fuerit, sine emenda resarcire debet, dummodo ipse operis & consilij sit immunis. Si inferentes damnū de aliquo castro exequitauerint, & infrà diem & noctem ad illud non reuertantur, spoliūque ante castrum vel in castrum ad seruandū non dederint, extunc castrum immune ab hoc facto habeatur. Si verò exequitātes facto damno ad castrum reuertūtur, & spolium castro e aut suis defensionibus mancipetur, castrum iusto iudicio pro reo in facto iudicetur.

e *Textus vetustiores habent: & spolium ad castrū inductum sit, vel āte castrū seruatum, iusto iudicio castrum condemnetur.*

GLOSSA.

Super quodcumque castrum, &c. dicit lex ad istum articulum. Si iudex clamore populi aliquē violatorem ad castrum alicuius domini secutus fuerit, dominus idē, cuius castrum esse cognoscitur, ad faciendum iustitiam illum producat. Quodsi de sua diffisus fuerit innocentia, & ante cōspectum iudicis eum vocare formidauerit, si mansionem habet in castro, dominus eius mobilia sub iuramento iudici repræsentet, & eum de cetero in domo sua tanquam proscriptum non recipiat: si verò māsionem in castro nō habuerit, dominus eius securè eum adducere faciat, ac post modum iudex cum populo eum tanquam pacis violatorem persequi non desistat: vt in vsi. feud. de pac. tenen. §. si iudex. Item in eisdem vsi. feud. tit. de pac. iura. fir. in consti. Freder. hac edictali. §. receptatoribus. ad nostram materiā sic cauetur. Receptatoribus etiam malefactorū, qui pacem violauerint, & prædam ementibus, nostram indignationem subituris, & eadem pœna cū violatoribus feriendis: præterea bona eius publicentur, & domus eius destruatur. Qui pacem iurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur.

g Pro materia ista vide in C. de

his qui latro. vel alio crimin. re. occult. l. j. & per totū. & ff. de receptatoribus per totum. facit enim qui fieri facit: ff. de his qui nota. infam. l. furti. & quod quisque iuris. l. j. & vide quid notetur de faciente & consentiente. c. j. de offic. deleg. & de homic. c. sicut dignum. & plenius statim infrà eod. art. in glos. Omnis autem receptator obligatur: ff. de recept. l. ij. ff. de fur. l. qui vas. §. qui furē. & ff. de incen. rui. naufrag. l. quo naufragium. §. non tantum. & C. de fur. l. fin. Et pro hoc etiam vide moder. in c. pro humani. de homici. l. vj. Est enim pessimum genus receptatorū, sine quibus diu latro esse & latitare non possit, & perinde ideo vt latrones debent puniri: vt ff. de receptatoribus. l. j. & de offic. præsid. l. congruit. Et idem est, si eos non receperint, sed cùm eos possent apprehendere, accepta pecunia vel parte furreptorum, eos dimiserint, cum in pari causa videantur cum eis: vt in alle. l. j. in fin. & iure Lombar. si postquam deprehendant eos dimiserint, omne damnum pro quo fuerint deprehensi, tenentur emēdare: vt in iur. Lombar. de furtis. l. si quis. quos enim par facinus coinquinat & æquat, vtrosq; similis pœna consequitur. C. de episc. & cleric. l. si quemquam. in fin. nisi tunc forte ille, quem recipit, sit eius affinis vel cognatus; quia non est par eius delictum, & istius, qui nihil ad se pertinentes malefactores receperit: vt ff. de recept. l. j. Iure autem Lombar. hoc non inspicitur, etiamsi latro sit receptātis pater, frater, vel alius propinquus: vt in iur. Lombard. de furtis. l. quicumque.

Violator se receperit, &c. Concordat supra arti. proximo. & infrà lib. iij. art. ix.

Non iure excusabit, &c. Concordat supra eod. libr. art. xvj. §. ij. & quod ibi nota.

Agatur verò aduersus, &c. Nec enim seruus excusatur, qui in atrocioribus domino obediuit: ff. de iniur. l. sed si vnius. §. si iussu domini. Sicut nec subditus quicumq; in hoc excusatur: ij. q. vij. admonendi. & xj. q. iij. quid ergo. & c. qui resistit. & xxiij. q. j. quid culpatur. in fin.

Et consilij, &c. Nihil enim differt, vtrum malum facias, an domini causa malum præstes: ff. ad leg. Aquil. l. qui occiderit. §. penult. ff. ad leg. Corne. de sicarijs. l. nihil interest. de consecra. dist. ij. si quis per ebrietatem. Auxiliū autem præsumitur quis dedisse, eo quòd stat armatus cum malefactoribus, vt notat Innoc. in c. continentia. de clerico percusso.

GLOSSA.

Articulus præsens disponit quid iuris sit, & quæ pœna sequatur illum, qui pacis violatorem in arce occultauerit. *f* Vnde nota, quod illum, qui pacis violatorem in arce fouet, sequitur pœna triplex. Primò, quòd dominus castri vitā amittit, & castrū illud destruitur; qui enim, vt sic, maleficos fouet & occultat, reus facti efficitur: vt C. de his qui latro. & alijs crimin. re. occul. l. eos. & l. si qui. Secundò, quòd omnes pacis inhabitatores conscij facti efficiuntur; ex eo, quia malefactū illud pro rato habet: vt ff. de vi. & vi. arma. l. j. §. dejcitur. & extra. de regul. iur. c. ratihabitionem li. vj. Tertiò, quia vt sic, destructum castrum reædificari non debet sine licentia iudicis: vt infrà lib. iij. art. lxvj.

f Violatorē in arce fouēs. cōsequitur pœna triplex.

Sed si dominus castri sex nuncios iudicis, &c. Hic ponitur documentum, quo pacto castrum excusari debet à manuali facto, excusaturque per id, cùm dominus castri malefactorem quærere permittit; aliàs pro huiusmodi facto minimè iurare poterit: vt supra lib. j.

lib. j. art. xiij. xv. & lvj. & supra eod. lib. art. xxxv. & art. lxiiij. C. de eden. l. qui accusare. & C. de probat. l. frustra.

Accusetur autem castrū, quòd ad ipsum spolium sit illatum, &c. Cum iuramento itaque, vt textus habet, declarabit innocentiam castri, & hoc fieri potest: vt supra lib. j arti. vij. & C. de iureiurand. l. actori. & ff. de dolo. l. quodsi deferente.

Si inferentes damnum de aliquo castro exequtauerint, &c. Dixerat siquidē superiùs, vbi castrum propter excessum destruitur: paragraphus iste loquitur, vbi castrum sine damno manet, dato, quòd equitantes de ipso damnum fecerint: fieri enim potest, quòd aliquis in castro existens, & exinde equitādo contra voluntatem dodomini arcis damnum faciat, non propter hoc dominus vel castrum damnū sufferre debet. Sed si post factum malefactor in arcem acceptatur, dominus arcis reus efficitur: vt C. de his qui latro. & alijs crimin. reos occul. l. j. & ij.

Circa id sciendum, quòd reus facti vnus efficitur quatuor modis. *g* Primò, si solus fecerit: secundò, si consilio affuit: tertio, si ex mandato eius illud factum sit: quartò, qui malefactores fouet, vel spolium acceptat: vt supra eod. lib. art. xiij. Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. §. manifestus. & §. interdum. ff. de vi. & vi. arma. l. j. §. deijcitur. C. ad l. Iuli. de vi publi. & priuat. l. seruos. C. de raptu virginum & viduarū. l. j. §. sin autem. & xj. q. ij. c. conspirationum. & in autent. vt licc. matr. & auiæ. §. quia verò. & §. si autem. coll. viij.

g Reus facti efficitur vnus quatuor modis. Concordat Iure Municip. art. xls. gloss.

Notandum præterea, quòd in maleficijs faciendis nō potest contrahi societas, & ideo inter eos nō datur iudicium communi diuidūdo, nec actio pro socio, nec potest vnus de altero in iudicio conqueri, si non seruat promissum: vt notatur xxij. q. iiij. si ad peccatum. In rebus enim inhonestis, non cōtrahitur societas: ff. fami. hercis. l. ceteræ. §. vlt. & ff. pro socio. l. nec prætermittendum.

FINIS SECVNDI LIBRI.

SAXONVM LIBER TERTIVS.

Articulus. I.

AEdificia prędiorum seu villarum appter nullā aliam iniuriam succidi seu ad terrā prosterni debent, nisi in ipsis fuerint virgines aut mulieres violēter oppressæ, aut post factum introductæ: tunc enim domus illę per ius condemnātur, si non vt iuris est excusētur. Postquā condemnata iā fuerint ædificia huiūsmodi, si reus postmodum absoluitur ab actione, destructa iam ædificia non exsoluentur; quia ea à reatu nō excusauit, cùm iure fuerant excusanda. [b] Omne animal quod tempore violentię illic affuit, per sentētiam decoletur. Omnes huius clamoris vi olētiæ insecutores, si malefactorem quoquo modo do comprehenderint, licet victus non fuerit, nō delinquūt, dummodo ab eis iudicio præsentetur.

a Ad hanc materiam vide supra lib. ij. art. vlt. infrà libr. iij. artic. lxviij. Iure Munic. artī. xxxviij. clariùs verò art. xxxix.

b Alij legunt: omne viuens, intellige, quod ad id auxilio fuerat, vt eą quibus violatores assidebāt vel violatæ abducebantur.

GLOSSA.

Omne animal quod tempore violentiæ, &c. *c* Vnde etiam dicit lex communis. Raptores virginū vel ingenuarum, siue iam desponsatæ fuerint, siue non, vel quarūlibet viduarum seu fœminarum, licet libertinæ sint vel seruæ, capitis supplicio decernimus plectendos: vt in l. raptores. C. de raptu virgin. vbi etiam lex alias pænas raptoribus imponit.

c Concordat lex xij. tabul. cùm inquit: vim ingenuæ virgini inferre, aut eā suasione in tuam sententiā trahere caueto: sororem aut filiā stupro deprehēsam vēdito. Posteriori tamē iure: qui virginē rapit, vltimo supplicio punitur.

GLOSSA.

Ædificia prædiorum, &c. *d* Dixerat siquidem superiùs libro præcedenti, articulo vltimo, propter quid, & ob quam caussam, arces seu castra destruantur prosternāturque: ne itaque annihilatio ædificiorum ratione similitudinis cōmunis fiat, in hoc articulo primo libri tertij, auctor priuilegij, exceptionē facit de ædificijs prædiorum seu villarum, quæ non ita de facili destrui debent. Vnde prō intellectu textus notādum, quòd ædificia castri destruuntur, vt articulus

d Ex huius glossæ declaratiōe colligitur, quòd ædificia villarū seu prædiorum ꝓpter spolia vel furta non destruuntur, quemadmodum castra annihilāntur: vt supra lib. ij. art. vlt. habitum est.

ticulus vltimus libri præcedentis habet, propter ſpolia; ex eo, quia prædones in illa refugium habēt, & nō poſſunt de facili exinde tolli. Nullumque aliud ædificium latrones & ſpoliatores tuetur & defendit, niſi arces ſeu caſtra: vt in auten. de pace tenen. §. hac edictali. coll. x. Ædificia verò prædiorum ſeu villarum, quia non habent tantum munitionis, vt latrones & ſpoliatores receptare & occultare poſſent: quare nō niſi propter factam in eis violentiam vel oppreſſiōem mulieribus ſuccidūtur vel ad terram proſternuntur; ex eo, quia domus ille obſtaculo fuerūt, quòd mulieres ſic oppreſſæ aufugere non valebant, quin violarentur. Videndum vlterius venit, quæ pœna oppreſſores huiuſmodi ſequatur: & item, an ſic oppreſſæ ſeu violatę nomen pudicitiæ & caſtitatis ſuæ aut honoris perdant. Pro intellectu iſtius attēdendum, *e* quòd caſtitas duplex eſt, animi videlicet & corporis. *f* Caſtitatem quidem corporis perdit violata: vt C. de raptu virgin. vel vidua. l. raptores. & xxij. q. v. c. ille. & xxvij. q. j. c. nuptiarum. Caſtitas verò animi, coram Deo & hominibus illæſa manet, nec per violentiā aufertur. Caſtitas ſiquidem virtus animi eſt. Sed virtutes huiuſmodi per violentiam auferri non poſſunt: vnde quamuis corpori violentia infertur, animæ autem nunquam: vt xxxij. q. v. c. reuera. & c. ita ne. *g* Caſtitas huiuſmodi quædam eſt in coniugatis, quædam in virginibus, quædam in viduis: in cōiugatis, pudicitia vocatur: in virginibus, puellarū virtus: in viduis verò, continentia nuncupatur: vt xxvij. q. j. c. nuptiarum. Et quēadmodum in triplici fœminarū genere virtus huiuſmodi conſiſtit, ita & exceſſus, qui in ipſis cōmittitur, triplici pœna punitur: vt ff. de pœnis. l. reſpiciendum. & ff. ad ſenatuſconſ. Turpili. l. j. & xxiij. q. iiij. c. duo iſta. Primum genus fœminarum, quæ per violentiam opprimi poſſunt eſt, cum ſoluta opprimitur à ſoluto; exceſſus iſtius nihilominus eſt magnus: vt hic, & ff. ad leg. Iul. de adult. l. vim paſſam. & C. de raptu virgin. l. j. iſtorum pœna eſt multiplex. *h* Primò, quòd capite puniuntur: ſicut hîc, & ſupra libr. ij. art. xiij. C. ad leg. Iul. de adulterijs. l. j. Secunda pœna eſt: quia propter id ædificia deſtruntur: ſicut hîc, & ff. ad leg. Iuli. de adulterijs l. qui domum. & j. finali. Intellige tamen, quòd ædificiorum huiuſmodi, non niſi obſeracula, hoſtia, & parietes locuſque, vbi mulieres violentiā paſſæ ſunt, ſucciduntur & proſternuntur: & hoc propter id, vt dictū eſt: quia prohibebant quominus mulieres aufugere poſſint: & hoc, ſi non excuſentur, vt textus habet. cuilibet enim negligētia ſua eſt nociua: vt C. ſenten. reſcindi non poſſ. l. perēptorias. Tertia pœna eſt, quòd animalia & omne viuens occiditur: hoc eſt, equi quibus inſidebant, vel qui violatas abducebār, hominesque & aliud omne viuēs, quod auxilio oppreſſioni fuit: vt C. de raptu virg. l. j. Quarta pœna, quia de neceſſitate & de iure inueſtigari debent, & ante ſententiam occidi licitè poſſunt, ſiue in defenſa ſiue non: vt hîc, & C. eo. titu. l. j. ſin autem. Quinta pœna eſt, quia vt ſic, raptam vel violatam in legitimam nunquam poterit accipere vxorem: vt C. eo. tit. l. j. §. ſin autem ingenua. & ſupra lib. j. art. xxxvij. Contrarium licet iſtius eſſe videatur in auten. de rapt. mulier. §. j. coll. jx. R. tamē, nullam in eo eſſe contrarietatem: hîc enim loquitur, quòd de iure contrahere non poſſunt: paragraphus verò in autentica allegatus, intelligitur de facto: hoc eſt, cùm quæ de facto raptori matrimonio copulatur, pœnas ibidem expreſſas ſu-

e Caſtitas duplex.

f Violata an caſtitatē perdit. vide ſubdiſtinctione.

g Caſtitas multiplex.

h Oppreſſorie mulierū pœna

fas sustinet. Vel dic, quòd quamuis matrimonialiter postmodū copulauerint sese, fructum tamē seu vtilitatem iuris matrimonij nunquam consequuntur : vt ibidem circa artic. xxxvij. lib. j. declaratum est. Sexta pœna, si parentes virginis illius oppressæ, eandem postmodū raptori nuptui tradant, perpetuò proscribi & banniri debent: vt C. eod. titu. l. j. & in auten. de rapt. mulier. per totum. collat. jx.

Secundum genus fœminarum, quod opprimi potest, sunt maritatæ, excessus ille grauior est: quia est & oppressio seu violentia, & cū hoc capitale peccatū: quare consequuntur eum omnes illę pœnę, quæ in priori excessu expressæ habentur; & cū hoc aliquid adhuc specialiùs additur. *a* Suspicionem etenim si quis habeat de aliquo ad vxorem suam, prohibeatque sibi ne secreto habeat quid colloquij seu cōmercij cum vxore sua, tribus vicibus, testibus sibi adiunctis, ille verò desistere non vult, eundē impunè interficere potest: vt in auten. vt licea. matr. & auiæ. §. his quoque. coll. viij. C ad leg. Iuliam. de adult. in auten. si quis. Breuiterque sciendum, quòd excessus seu peccati istius pœna, adeò est magna, dato, quòd de voluntate vxoris maritatę peccatum perpetres, in tantum grauiter peccas, ac si solutam violares vel opprimeres: vt C. de adult. l. Gracchus. Maritatus etiam vir, si cum aliqua adulteratus sit, vxor illius eum liberè dimittere poterit; quia non minus ille, sicut & illa, in eo casu deliquit: vt xxxij. q. vj. c. si ducturi. & c. non mœchaberis. immò & dotem repetere potest: vt in auten. vt licc. matri & auiæ. §. si quis in sua. coll. viij.

a Suspectum habens aliquē de vxore sua, prohibeatq; sibi sub triū testimōio, vt secum pacē habeat, et ille desistere nō vult: prauentus post hac, impunè interfici potest Concordat supra lib. i, art. xxxvij. gloss.

Tertium genus fœminarum, quod opprimi potest, sunt mulieres vel virgines Deo dicatæ, estq; peccatum grauissimum; quia desponsata Christo opprimitur, & ita in Christum peccatū committitur: vt C. de rapt. virg. l. j. iste omnes pœnas superius expressas sustinet. Sed & omnes auxiliatores interficiuntur, bonaque illorum cœnobio seu claustro, vbi rapta illa degit, applicantur: vt C. de epis. & cleri. l. raptores. per totū. C. de raptu virgin. l. raptores. & xxvij. q. j c. si quis. & Instit. de publi. iudi. §. item lex. & ff. ad leg. Iuli. de adult. l. hæc verba. in auten. de sanctis. epis. l. si quis. & in auten. quo modo opor. episco. §. qui verò eas. coll. j.

Articulus II.

CLerici & iudæi arma portantes, & secundum quod iuris est, si non tonsurentur, si quis in eis deliquerit, non aliter nisi vt laico eis emenda præstatur : quia arma portare non debent, qui pace quotidiana imperij sunt communiti.

GLOSSA.

Clerici & iudæi, &c. *a* Nota, quòd clerici habentes temporalem iurisdictionem, indistinctè pro defensiōe sua & suorum, possunt sumere arma; quia hoc omnia iura permittunt: vt de sentent. excōmuni. dilecto. in princ. lib. vj. cū concord. & xxiij. q. j. c. nolt. cum c. sequen. Si verò temporalem iurisdictionem nō habent, non licet eis arma sumere in propria persona, nisi ad defensiōem, vel nisi ad adhortandum. xxiij. q. vltima. c. si in morte. & in certis canonibus. de quo puncto vide in dist. c. dilecto. per

a Clerici iurisdictionem temporalē habentes, arma licitè deferē.

cto per Ioan. Andr. in nouel. Sic de clerico disponit ius Canonicũ. Clericus neq; comam nutriat neque barbam, & clerici arma portantes excommunicentur: vt in c. clerici. & c. clericus. de vi. & honesta. cler. & amittunt priuilegiũ clericale: vt in c. perpendimus. de sent. excom. quod tamen sanè intelligendum: quia si clericus dimittens habitum in percussione, percutiatur, tunc non perdit priuilegium: immò verberantes fiunt excõmunicati: licet non sint mittendi ad sedem Apostolicam, nisi talis fuerit monitus, & apparuerit incorrigibilis: vt in c. in audientia. de sentent. excomun. secundùm Ioan. de Ig.

GLOSSA.

Clerici, &c. Articulus iste disponit, à quibus clerici abstinere debent: vnde nomine clericorum in proposito intelligi debẽt omnes, qui gaudere possunt & volunt priuilegio & iure clericorum: vt extra. de cler. coniu. c. Ioan. & extra. eod. tit. c. vnico. lib. vj.

Sciendum itaque, quòd clerici abstinere debẽt potissimum ad octo, quæ eis interdicuntur. *b* Primò, tabernas non teneant, nec eas frequentent: vt xliij. dist. c. nõ oportet. & c. nulli. & extra. de vita & honestate clericorum. c. clerici. Secundò, quòd guerras cum omnibus facere non audeant: vt xlv. dist. c. j. & c. licet. & lxxx. distin. c. non liceat. & in autent. de sanctis episc. in plerisq; locis. coll. jx. Sed nec ipsis guerra inferri debet: vnde si quis clericum vel qui clericorum titulo vtitur percusserit, vel percutere procurauerit, ipso facto est excommunicatus: vt extra. de sentent. c. con dubium. & c. ex tenore. Tertiò, quòd clerici vestes, pallia, cappas sericeas, nec rubeas, nec virides, nec excisa calciamenta, nec inaurata calcaria, deferre præsumant: vt extra. de vita & honestate clericorũ. c. clerici. Quartò, cum vxoribus aliorum inhabitare eis minimè licet, nec illas ad cohabitandum cũ eis permittant: vt xxxij. dist. c. interdixit. & extra. de cohabitatione clericorum & mulierum, per totum. Quintò, quòd non sint lusores, alearumque ludo indulgentes: vt in auten. de sanctis episc. §. interdicimus. coll. jx. & C. eod. titu. l. placet. & l. decernimus. & extra. de vita & honest. cleric. c. clerici. Sextò, quòd venationibus non insistant: accipitres, canes venaticos nõ seruent: vt lxxxvj. dis. c. qui venatorib. c. qui. c. vide c. Ezau. c. quid. c. an putatis. extra. de cleri. vena. per totũ. & xxxiiij. dist. c. quorundam. & extra. de censi. c. cùm Apostolus. Septimò, aduocatias & officia sæcularia administrare non debent: vt extra. ne cleri. vel monachi. c. clericis. Octauò, quòd arma non deferãt, si priuilegio clericorum vti volũt: vt xxiij. q. viij. c. clerici. & xxxij. dist. c. si qui. & xxiij. q. c. eos. & de vita & honesta. clericorũ. c. ij.

b Clerici à quibus potissimũ abstinere debent.

Arma portantes, &c. Arma hic accipiuntur pro gladio, cultro, seu sicca, &c. ff. de verbo. signific. l. armorum.

Nõ aliter nisi vt laico eis emẽda præstatur, &c. Aliàs si quis clericũ, & qui clericali veste indutus incedat, infestauerit, percusserit, vel percutere procurauerit, est ipso facto excommunicatus: vt extra. de sentent. c. non dubium. & c. ex tenore.

Iudæi arma potãtes, &c. *c* Nota circa id magnam differentiam. Clericis enim & scholaribus arma interdicuntur propter eorum dignitatem: iudæis verò in contumeliam, & in signum, quòd ipsi cũ eorum bonis sub potestate Christianorum esse debent.

c Clericis & iudæis arma interdicũtur, diuerso tamen respectu.

Notandum præterea, *d* quòd iudæis quatuor præcipuè interdicuntur,

d Iudæis quatuor potissimũ interdicũtur.

cuntur, à quibus abstinere cos oportet. Primò, quòd nullus Christianus cũ eis manducare audeat, nec ècontra: vt xxviij. q. j. c. omnes. nec eis famulari. vt extra. de iudeis. c. iudæi. j. & ij. Cũ paganis quidẽ manducare Christianis permittitur: vt xj. q. iij. c. ad mensam. e Secundò, quòd nullum officium publicum habere debent, in quo Christianis præsſent: vt hiij. dist. c. nulla. Tertio, medicinæ ab eis non accipiantur: vt xxvij. q. j. c. nullus. Quartò, quòd die paraſceues exire nõ audeant, nec feneſtras apertas habeant: vt extra. de iudæ. c. quia ſuper his. & C. de iud. & cœlicolis. l. nullius.

e Iudæi preterea nullum Chriſtianum in ſeruitorem habere debent: vt extra de iudæis c. multorum. & c. at hoc. nec ſcholas ſeu ſinagogas nouas conſtruere: vt extra. eod. titu. c. conſulunt.

f Iure Mu. art cxxxviij. habetur, quod Chriſtianus cõtra iudæũ agere volens ꝑ debito, metertiũ eũ conuincere cũ teſtibus oportet, videlicet cum iudæo et Chriſtiano: iudæus ſimiliter conuincit Chriſtianum.

Qui pace quotidiana imperiali ſunt communiti, &c. Hanc autem pacem Ioſephus apud Veſpaſianũ iudæis conciliauit: vt infrà artic. vij. de pace verò tenenda vide ſupra libr. ij. art. lxvj. f Contingat etiam iudæum contra Chriſtianũ teſtificari velle, hoc facere debet cũ duobus Chriſtianis & vno iudæo. Chriſtianus verò contra iudæum teſtificari poteſt, cum vno Chriſtiano & vno iudæo.

Articulus III.

a Iure Mu. arti. xcvi. & ſupra lib. i. ar xxxij.

MVlier prægnans nõ debet in iudicio, a niſi ad cutẽ & crines condemnari. Super fatuos & furioſos ſententia mortis vel mẽbri amiſſionis non promulgatur: b ſed ſi damnum dederint, curatores eorum illud reſtaurare debebunt.

b Iure Mu. art xxxviij. ſupra libr. ij. art. lxv.

GLOSSA.

Mulier prægnans non debet, &c. Vide ff. de pœnis l. prægnantis. & C. eod. C. eod. titu. l. ſancimus. c Immò & ſententia lata contra furioſum, vel bonis interdictum, eſt ipſo iure nulla: vt ff. de re. iudi. l. furioſo. extra. de ſucceſ. ab inteſtat. c. finali. & C. de curatore furio. per totum. vide etiam ſupra lib. j. art. xij. ſuper verbo prodigalitate.

c Sententia contra furioſũ lata, eſt ipſo iure nulla.

GLOSSA.

Dictum eſt articulo præcedenti, quòd iudicium ſæculare abſtinet à quibuſdam perſonis, ratione officij illorum, ita quòd ad ius trahi nõ poſſunt ſęculare, vt clerici: coram enim ſpirituali iudice cõuenire debent: vt in auten. de ſanct. epiſc. §. ſi quis. coll. jx. & in auten. vt cleri. apud propri. epiſc. §. j. coll. vj. & in auten. apud quos opor. cleri. §. vj. & xj. q. j. c. ſyluester. Hìc in articulo præſenti declaratur, quòd iudiciũ quandoq; ſuſpenditur contra alias perſonas; ſicut ſi mulier prolem viuam in vtero portauerit: noxa enim matris nihil obeſſe poteſt puero: vt Inſti. de ingenu. §. j. Senſuſque articuli eſt, quòd puer ſeu aliquis homo innocens, interfici aut affici pœna non debet, propter exceſſum parentum: vt C. de pœnis. l. ſancimus. & hìc in textu.

Quæritur, an ergo liberè dimitti debeat? d Quidam dicũt, quòd ſic: opinionem fundãtes ſuper articulo præſenti, quòd mulier prægnans in iudicio non debet condemnari: ſi ergo non condemnatur, nec pœna iudicij in eam exequi poteſt: nullus enim iure occidi poterit, niſi priùs ſententietur. Pro exſolutione quæſtionis, nota, quòd iudiciũ eſt duplex. e Primò, quando ſententialiter vnus declaratur: ſecundo, quando executio fit ſententiæ: primũ poteſt fieri ſuper prægnantem mulierem: ſecũdum non, niſi enixa prole; poſtquã enim ſententiatur, ſeruari debet quòad prolem genuerit, ne puer propter

d Mulier imſic prægnata maleficium committẽs: an puniri debeat vel dimitti.

e Iudicium duplex.

propter ſententiam interficiatur: nec enim noxam parentis ſuferre tenetur: vt ff. de pœ. l. prægnantis.

f Ad hanc materiam vide feud. c. xviij. gloſ. & ſupra libr. ij. art. xxxvij.

Super fatuos & furioſos, &c. *f* Dictum eſt in primo paragrapho huius articuli, quando ſententia prolongari debet: hîc dicitur, quãdo omnino eam auferri oportet; nullus enim vitam demereri poteſt, niſi voluntas & factum concurrant, nec vnum ſine altero ſufficit: vt ff. de pœ. l. cogitationis.

Delinquat etiam quis ex negligentia vel inſania ſine voluntate, non ſuffert pœnã propter hoc: vt hîc & ſupra libr. ij. art. xxxviij, in fin. & art. lxv. & ff. de iniu. l. illud. & C. ad leg. Corneli. de ſicar. l. ſi quis. & hoc ex eo fit, quia furioſi & pueri liberum arbitrium nõ habent: vt ff. de regu. iur. l. furioſi. & C. de falſa moneta. l. j. & ita nõ puniuntur.

Curatores eorum illud reſtaurare debebũt, &c. Dicere quis poſſet, quòd furioſi etiam puniuntur, quia bona illorũ pro reſarciendo damno accipiuntur: vt hîc. & ſupra li. ij. ar. lxv. *g* ℟. quòd illud quod quis in mẽbro vel corpore punitur, propriè pœna vocatur. Illud verò quòd ad pecuniã vergit, mulcta dicitur: vt ff. de verb. ſign. l. aliud. §. inter mulctam autem & pœnam. Cùm itaque pœna duntaxat in membris ſit, in membris vero nihil patiũtur, ergo nec pœna. i propriè dicũtur, ſed mulctari. Vnde corrolariè ſequitur, quòd quidquid in corpus vel in membrum cedit, eſt pœna: quidquid ad pecunias vel bona, emenda aut mulcta dicitur. Vel dic, quòd tutores de ſuo proprio mulctam huiuſmodi erogare tenentur: vt textus hîc habet. Tutor enim furioſum prouidere debet, ne damnũ faciat: ſi ergo ex negligentia id omittit, reſarcire tenetur: vt ſupra lib. ij. art. xxxviij.

g Pœna quid propriè dicatur.

Ex lib. feud. c. xviij.

Nota, quòd ſententia differri poteſt multifariam. *b* Primò, ſi ſententiam inuenire neſciunt, tranſferre poſſunt ad informandum & melius reſciendum. Secundò, differtur propter factum; & hoc tripliciter, ſi deliquit puer infrà annos, & tutorẽ habere non poteſt, ſententia differtur ad proximũ iudicium, vt tutorem habere poſſit: vt C. de adminiſtrato. l. fruſtra. & C. de peri. tutor. l. tutoribus. Secundò, ſi negotium fatuũ vel furioſum attinet, ſentẽtia differtur, & fatuus ſeruari debet, vt dignoſcatur, ſi ex inſania id fecerit nec ne. Tertiò, ſi imprægnata mulier delinquat, differtur ſententia, ſcilicet quoad executionem, donec procrearit. Puer enim propter exceſſum matris puniri non debet: vt in l. ſupra allegata: idque totũ intelligitur de ſententia prorogãda quoad executionem. Pupillo enim differtur ſententia, quoad tutores habere poſſit, qui eum intercedant: fatuis item & furioſis hoc idem præſtatur. Si verò furioſi tutores habere non poſsunt, nec eos aliquis intercedere vult, quanto mitiùs fieri poteſt cum eis procedatur; & ſi tutor ſit, damnũ reſarcire eum oportet: ex quo illum non cuſtodiuit, quem cuſtodire debuit.

b Sententia multifariam differri poteſt.

Quærere quis poteſt, cur furioſus detineri debeat, ex quo tutor damnum reſarcit? ℟. quòd huiuſmodi detẽtio fit propter duo. Primò, ex officio iudicario, non tamen ligari debet, nec pœnis affici, aut vinculis ſeruari, ſed occludi, & neceſſaria miniſtrari eidem oportet: vt ibi dignoſci poſſit, ſi praua volũtas circa factum affuit nec ne; quia ſi affuit voluntas mala, punitur iuxta exceſſum: ſi vero ex furia id fecerit, occludi perpetuò debet vel relegari, ne illi quibus damnum illatũ eſt, vindictam ſoli dè eo accipiant.

Articulus IIII.

a Textus vetustiores sic habent: si res mobiles quis vendiderit, donauerit, easdēq; postmodū repetat, factum negando, possessor suo sacramento & duorum, qui factū viderūt, rem ipsa facilius obtinebit. cum huiusmodi verò testimonio, si eadem res apud quēquā fortuitas vindicet, non poterit quis venum quod vendator eius sit lucrari, ille enim à prio absoluitur sacramento.

b Concordat supra lib. 1. art. xc. lib. ij. art. xlij. Iure Mu. art. xcix. & cxl.

Qvi repetit ab aliquo sibi vendita vel donata mobilia, [a] remq; vēditam negauerit vel donatam, si emptor vel acceptator rem sibi venditam aut donatā metterius probare poterit, iure eam obtinebit: sed cum tali testimonio, si res aliqua sub aliquo vindicetur, alium sibi non potest acquirere varendatorem, quia hic suo se poterit expiare sacramento. [b] Qui venditiōem recognoscit, ille emptori varendare tenetur, & qui venditiōem fuerit cōfessus, varendare tamen non vult, hic fur aut furi similis præsumitur, nisi illud in venditione seu contractu coram testibus excepisset.

GLOSSA.

c Ex textu liquido apparet, quid cui aliquid donatur, aut venditur, propior est illud obtinere, quàm ille donationem vel venditionem negare.

Qvi repetit ab aliquo, &c. *c* Perfecta enim donatio non potest reuocari: vt C. de donati. quæ sub mo. l. perfecta. & C. de reuocan. donat. l. ij. iij. iiij. v. vj. *d* Et hoc regulariter. Fallit tamē in casibus: videlicet, propter ingratitudinem. de quibus in tit. j. de dona. c. fin.. puta, si donatarius in donatorem manus violentas iniecerit: item, si atrocem iniuriam eidem irrogauerit: item, si graue damnum rerum suarum molitus sit: item, si ei vitæ periculum inferre præsumpserit: vt ibi item. si conditionem appositam non impleuerit C. de reuocan. donat. l. fin. & Instit. de donat. §. aliæ. & de condi. appos. c. verum. Hæ autem reuocatiōes personales sunt, nec extenduntur ad hęredes illorum, qui in vita sua siluerunt de donatione: vt extra. de donat. c. fin. & C. de reuocan. donat. l. fin. Item reuocatur donatio propter pacti turpitudinem. de simo. c. de regularibus. & c. de hoc. & c. audiuimus: item, propter donantis enormitatem; vt si pater iratus filium exhæredet. xiij. q. ij. c. si quis. item, propter superuenientem filiorum natiuitatem, & hoc iure poli. sed non iure fori: xvij. q. iiij. quicumque: itē, propter donantis impotētiam; vt si res ecclesiastica traderetur: xvij. q. iiij. quæsti. & de testa. c. filius: item, propter certū defectum: de cler. coniu. quod à te. & de renun. ex transmissa. Item reuocatur aliquando donatio, quatenus legitimam summam excedit: xij. q. ij. si quis. & C. de donat. sancimus. Astringitur verò donatarius donatori naturaliter ad antidora: id est retributionem. Naturaliter enim homo mouetur, vt benefaciat sibi benefacienti: scilicet, quòd vicem ei rependat, & beneficium ei recognoscat, & eum offendere caueat. & dicitur naturaliter; quia eo iure vtuntur etiam cetera animalia: Instit. de iure natu. in prin. multò fortiùs homines hoc attendere debent. Facit ad hoc de testamen. c. cum in officijs. & xviij. q. ij. illud. Et vide etiam infrà eod. lib. circa art. lxxxiij.

d De donationibus et quo modo reuocātur, vide hic per totum.

Ille emptori varendare tenetur, &c. *e* In iudicio, si res vendita impetatur, hoc denunciatur venditori: vt C. de euict. l. auctore. & l. emptor fundi. & de emption. & vendit. c. fin. Si enim fiet emptori in re iniuria, vel violētia, vel spolium, ista non tangunt venditorē:

e Venditor quomodo teneatur, emptorem varendare & quomodo non.

& sic

& sic non agit tunc de euictione; vt etiam notatur in dicta l. emptor fundi. & in gloss. supra libr. j. art. lxx. & in dict. c. fin. de emptio. & venditi. extra. Et in quibus casibus, antequam res est euicta, agi potest de euictione, vel ad cautionem præstandam, vel ad rem liberam tradendam: vide C. de euict. l. qui rem. & ibi in glos. nota. Vide etiam aliquid de euictione notatum supra lib. ij. circa art. xxx. & art. xxxvj. & infrà libr. iij. artic. lxxxiij.

GLOSSA.

Sensus articuli præsentis est, quòd ille cui quid donatur vel venditur, propior est obtinere rem venditā vel donatā, quàm ille negare possit. Contrarium istius videtur lib. j. artic. vij. & xviij. vbi innuitur, quidquid corā iudicio actum non sit, hoc vnus negare potest. Exquo itaque donatio & venditio quandoque coram iudicio non sit, negari tamen non poterit, vt textus habet. Quare videtur articulus iste cōtrariari prioribus dictis. R. nullam in eo esse contrarietatem: dicitur enim ibidem, cùm aliquis coram iudicio renūciauerit quid, illud negare non poterit: vincetur enim testimonio. A contrario ergo sensu, quidquid vnus non renunciauerit iudicialiter, vel corā iudicio non fecerit, hoc ipse potiori iure super damno suo se defendere poterit, quàm quis cum testibus damnū sibi inferre posset. Ex quo itaque huic damnum inferetur, si donata vel empta bona sibi auferentur, sequitur ergo, quòd propior est damnū defendere suum, quàm alter donū negare. Etiam propter hoc id fit, quia ille qui in possessione rem tenet, potius ius ad eam habet, quàm ille qui eam impetit, quia actor non plus habet, nisi iuramentum & testes, quibus probare possit suā querelā: respondens verò habet possessionem, iuramentum, & probationē donationis vel venditionis per testes: quare probatio possidentis melior est quàm actoris: vt supra lib. j. art. xv. & libr. ij. art. xxxvj. Hoc quod hic dicitur, quòd respondens probationes afferre potest, vel probare valeat, videtur esse in contrarium: C. de edend. l. qui accusare. vbi innuitur, quòd actori incumbit probatio: vt Inst. de interdic. §. commodum. & C. de proba. l. frustra. *f* vbi habetur. Frustra veremini ne ab eo qui lite pulsatur, probatio exigatur. & item l. actor. ita habetur. Actor quod asseuerat, probare se nō posse profitendo, reum necessitate monstrandi contrarium nō astringit; cum per rerum naturam factū negantis probatio nulla sit. Præterea l. vlt. eo. tit. disponit, quòd actor probare debet quod allegat. R. quòd leges allegatæ non contradicunt articulo præsenti; quia quemadmodum secūdùm leges actori incumbit probatio suæ querelæ, *g* ita respondenti parti probatio incumbit suę responsiuæ: sicut in simili. Si dicis, quòd equus qui est apud me tuus sit, instat tibi probatio propositiōis tuæ; & hoc volūt leges allegatæ; quòd etiam leges prætactæ dicūt mihi non cōpetere probationem, hoc intellige in hunc sensum. Si tu non probaueris rem esse tuam, ego probare tibi non teneor quòd mea sit; quia si tua non est, extunc manet mea. *h* Vnde vtilitas possessionis, quamquam ille qui possidet non sit dominus rei, tamen si ille qui petit rem, non potest probare rem illam suam esse, remanebit res penes possidentem. Præterea, si iura possessoris & petitoris sunt dubia, pro possessore iudicari solet: melior ergo conditio est possidentis, & exinde super possessione humana frequens mentio fit: vt C. de probati. l. actor. & Inst. it. de inter-

f Vide supra lib. 1. art. xv.

g Respondēti æque incūbit probatio suæ responsionis sicut & actori suæ querelæ.

h Possessionis vtilitas.

dict. §. cõmodum. & C. de eden. l. non est nouum. Si verò tu probaueris, quòd res tua sit, & ego dixero rem esse meam, quia mihi eam dediſti vel vendidiſti, hanc cõtradictionem propior sum ad probandum: vt C. de probati. l. cum res. & l. vis eius. & ff. de excepti. l. j & extra. de probati. c. ij. Sciendum tamẽ circa id, *i* quòd donatio reuocari potest multis modis: prout & supra in gloſ. præcedenti tactum est: vtpote, ſi atrocem iniuriam donatori fecerit: ſi illum percuſſerit: ſi in corpore vel bonis eum damnificare vult: ſi pactum non impleuerit, ratione cuius donatio facta ſit: ſi ingratus donationis fuit: vt Inſtit. de donat. §. sciendum. C. de reuocand. donation. l. generaliter. In auten. de nup. §. mater. coll. iiij. In auten. vt libert. de cetero aur. non egeant. §. illud. coll. vj. item propter donantis enormiratem: extra. de ſimonia. c. regularibus. & c. de hoc. Item reuocari potest donatio, cùm fit ab his, qui eam facere minimè poſſunt: vt ſupra lib. j. art. xxxj. Inſtit. qui. alie. poſſ. licet vel non. per totum. ſicut ſunt mulieres, pueri, furioſi: itẽ propter ſuperuenientem filiorum natiuitatẽ: vt xvij. q. vlt. c. quicumque. item, ſi donatio excedat immensã ſummam: vt Inſtit. de donat. § perficiuntur. extra. eod tit. c. Apoſtolicæ. *k* Donator etiam non tenetur de euictione, vel recompenſa rei donatæ: ſi damnum eueniat, vel per ius impetatur, vel lucretur: niſi forſan de dolo, ſi intercef. ſit, datur actio: vt ff. de donatio. l. Ariſto. §. vlt. *l* propterque promiſſam donationẽ non potest quis arctari ad eam explendam, niſi in quantum potest: ita quòd etiam ſolus poſthac mendicare non cogeretur. vt ff. eod. tit. l. qui id. & in autent. de æquali. dotis. §. ſin autem. coll. vij.

i Donatio multis modis reuocari potest.

k Donator nõ tenetur de euictione. vide infrà articul. lxxxij. Iure Mu. ar. xxx.

l Donationẽ promittens, ad eam explendã arctari nõ debet, niſi in quantum poterit. Concordat Iure Mun. art: xxviij. & infrà Spec. Sax. eod. lib. artic. xxxix.

Sed cum tali teſtimonio, &c. Hoc intellige, prout textus in ſe eſt: quia aliàs ſequeretur, ſi bona mea apud aliquem præuenirem, eademque vindicare vellem, ille verò tandem dicat, per me ſibi fore donata vel vendita, idque probare duobus teſtibus velit, vt ſic, teſtimonio illorum lucraretur me in euictorem: textus ergo habet, quòd iſtud fieri non potest: varẽdam enim iuramento negare poſſum. Paragraphus tamen iſte ſecundus, cõtrariari videtur primo parahrapho eiuſdem articuli, vbi dictum est: qui repetit ab aliquo ſibi vendita vel donata, remq; vẽditam negauerit, extunc ille, qui in poſſeſſione rem habet, propior est mettertius probare. Sed quomodo quis repetere potest, niſi cũ vindicatione, & ad quem potiſſimum vt ad varendatorem ſe trahere valeat ille, qui rem poſſidet, *m* niſi ad illum à quo rem habeat donatam vel venditam, & qui eã viceuerſa vindicare nititur. Si ergo rem donatam teſtibus obtinere poſſum, vt paragraphus primus loquitur, extunc rem donatã poſſidebo, & ille euictionem negare non poterit. Et ſi illum pro varẽdatore obtinuero, extunc id erit falſum, quod paragraphus ſecundus habet. Si verò à varendatione ſeſe excuſare poſſet, vt paragraphus ſecundus diſponit, in primis venditionem aut donationem eũ negare oportet, & ſi id facere potest, extunc paragraphus primus locum non habebit, ſoluitur dubietas iſta ſub diſtinctione repetitiõis. Vnde nota, *n* quòd repetere bona cõtingit dupliciter; quia vel repetit à te ſicut à verò poſſeſſore, extunc tu retinere potes illa cum teſtibus, ſi emptiõem, donationemue legitimè factam probare poteris: vt ſupra libr. j. art xv. & libr. ij. art. xxxvj. & C. de probat. l. cum res. & ff. pro empto. l. j. & ff. pro ſocio. l. ij. & Inſtit. de donat. §. aliæ. Si verò repetit à te rem

m Vide ſupra lib. i. art. xv. Iure Mu. artic. cxl. ad hanc materiã abundè.

n Repetere bona cõtingit dupliciter.

rem furtiuam, probareq; poterit quòd sibi furto ablata sit, testibus eam lucrare potest: vt supra libr. iij. art. xxxvj. o furtum enim præscribi non potest: vt Instit. de vsucap. & longi tempo. §. furti. & §. quod autem.

o Furtum p̃scribi non potest.

Secundò distingue, quòd bona sunt duplicia, quæ varendari oportet; p mobilia videlicet & immobilia. Mobilium varẽdatorem consequi non potest, nisi ille donationem aut venditionem recognoscere velit: vt hic textus habet, & supra libr. ij. art. xxvj. Si verò sint bona immobilia, hoc distingue, vel illa tibi dederit corã iudicio, vel extra iudicium: si coram iudicio factum sit, & illa viceuersa repetit, possessor facilius probabit cum iudice, & duobus ad iudicium pertinentibus: vt supra lib. j. art. vij. & viij. & C. de probat. l. siue: si verò extra iudicium factum sit, extunc illum varendare te non oportet; quia adhuc res illa eius est: vt C. de suffr. l. j. & cogitur tibi pecuniam tuã, vel aliam rem, occasione illius datam restituere: vt supra libr. j. art. jx. & xxxiij. infrà eo. lib. art. lxxij. C. de edict. l. si prædium. Tertiò distinctio necessariò sequitur ex parte varendæ; quia si tu vindices & alloquaris bona mea, & ego probauero quòd tu ea mihi solus dedisti, vel ea vendidisti, liber pronunciabor à te, nec contrariabitur huic, quòd te cum testibus pro varendatore non acquiro: per id enim varendator non es; quia varendator non est ille, cui probatur illud quod priùs suum fuit, & iam meũ est iure factum. Sed varendator ille dicitur, ad quem me traho occasione rei donatæ, vel venditæ, quam alter à me vindicare nititur. Si verò quis alter alloquatur bona mea, ad quem nõ intendo me trahere tãquam ad euictorem, & si me post modum trãho, cum conuincere testibus non possum, nec pro varendatore eũ obtinere, nisi coram iudicio factũ sit: vt supra libr. j. art. vij. viij. & xviij. si verò coram iudicio actum sit, & donatio seu venditio confirmata fuerit, varendare eum me oportet: vt C. de euict. l. si controuersia. & Instit. de re. diuis. §. per traditionem. & ff. ne vis fiat ei qui in possess. l. ait prætor. & Instit. de empti. & vendit. §. item.

p Bona sunt duplicia, quæ varendare oportet.

Qui venditionem recognoscit, &c. Exinde habetur, quòd iste varendator necessariò fit, qui venditionem recognoscit. Intellige de bonis quę vindicantur sub emptore. Nota tamen, q quòd quædam sunt quæ non necessariò varendã tur. Primò, si bona venduntur, quæ ex demortuo mihi venerunt, vel per mortem alicuius succedere possunt, non tenetur varendare venditor: vt C. de euictio. l. j. quia venditor nihil vendit aliud, nisi ius successorium, quod expectabat, vel in expectando est. Secundò, quidquid donatum sit, illa varendari non oportet, nec damnum resarcire: vt ff. de donat. l. Aristo. Ille enim qui donat, beneficium præstat: sed beneficiũ nulli nocere debet. In contrarium licet istius sit C. de euict. l. ij. R. tamen, quod lex allegata disponit, r quòd hæres tenetur alium cohæredẽ varendare, occasione bonorum deuolutorum, & cohæredi abscessorum; quia, vt sic, dantur bona pro sortis suæ contentatione: hic verò intelligitur, cum donatio fit ex gratia. Tertiò, qui sciẽter emit res ecclesiæ seu res sacras: res enim illæ nullius sunt; & ita easdem nullus vendere, sed nec emere debet: quare venditio nulla, nisi sit pro redemptione captiuorum: vt Institu. de re. diuis. §. nullius. & §. sacræ. & C. de sacrosanctis ecclesijs. l. sancimus. & in auten. de nõ alien. & permu. reb. ecclesiæ, coll. ij. Quartò, si emptor non indixerit venditori, quando

q Quædam sũt res quæ nõ necessariò varendantur.

r Hæres cogitur aliũ cohæredem varendare, occasione bonorum deuolutorum, & cohæredi abscessorum.

bona empta sub ipso allocuta sūt: hoc est, si omiserit denunciare vēditori, postquam res impetita sit. Quintò, si emptor bona sua amittit, propter inobedientiam, vel iniustam sententiam, à qua non appellauit. de istis duobus modis habetur extra. de empt. & vendit. c. vlt. Sextò, si emptor bona empta potuit vsucapere seu præscribere, & id non fecit, sed neglexit. Septimò, si ex compromisso per arbitros facto eidē abiudicata sunt. & de istis duobus modis habetur ff. de euiction. l. si dictum. Octauò, si non tempestiuè denunciat venditori, sed prætermittit vsque ad vltimam sententiam: ff. de euictio. l. si rem. Nonò, si propter culpam emptoris bona illa alienētur: vt in dicta l. si rem. Decimò, si aliquid pro lude emit: vt ff. quarum re. non dat. act. l. ij. Vndecimò, si emit bona, quæ scit non verè pertinere ad venditorem, nisi aliter in contractu expressum sit: vt de reb. eccles. non alien. c. ad audientiam. Duodecimò, si emptor seruum emptum liberum dimittit: vt ff. de euict. l. si seruū. Tredecimò, si emptor in bonis emptis permittit mortuos sepelire; quia locus ille, vt sic, efficitur sacer: vt ff. eod. tit. l. si per imprudentiam. Quartodecimò, si emptor emit quod de iure sibi emere prohibitū est: sicut si iudæus seruum Christianum emeret. Quintodecimò, si emptor bona empta habere nollet pro suis, & dimiserit illa voluntariè: vt ff. eod. tit. l. vlt.

Et illum vt arendare seu tueri nō vult, hic fur est, &c. Ille enim qui vendit aliquid, ius suum in auxiliū emptori porrigere debet, quo iure ipsi vendere potuit; si id facere non vult, signū est quòd absque aliquo iure illud vsurpabat, & ita est fur, vel prædoni similis reputatur. Si enim violenter occupat, præscribere non potest: vt supra lib. ij. art. xliiij. Instit. de vsucap. cap. §. quod autem. retineat verò illa dolosa contrectatione vel occulto, furtum est: ff. de furtis. l. j. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. j. Et ex ista forsan causa euictionem subterfugit: non enim meliùs & pinguiùs ius alij tribuere potest, quàm quòd solus habuit: ff. de acquir. re. domi. l. traditio. & ff. de reg. iur. l. nemo. & l. non debet. & Instit. de vsucap. ſ §. furtim. & §. quod autem.

ſ Nota, iure feudali, bona quædam dantur ratiōe officij, & non erūt feudalia, nec iure feudali, verūm iure curiæ illa possidebit, vt bona quæ dantur pincernis, Marschalcis, & aliis officialibus, & ista dantur ad voluntatem dominorum seu. c. lxij.

Articulus V.

Quidquid alicui conceditur, [a] aut apud eum sub trium testimonio depositum manifestè fuerit, de furto aut spolio incusari non poterit. Per tres autem quindenas, seu tribus vicibus, per interuallum semper duarū septimanarum citari debet is, qui res alteri concesserat, vel qui eas deposuerat, vt comparcat res suas in iudicio, si ei videbitur defensurus. Quod si non fecerit, actor in prædictarum rerum mittitur possessionē. Retentor autem huiusmodi terminū aut diem, si sine periculo permanere voluerit, suo accommodatori, aut de-depositori personaliter aut in eius domicilium intimare debebit. Accommodatam rem, is cui ac-

com-

a Textus vetustiores ita legunt: Res cōcessa seu adseruādum coram testibus tradita, tanquam furtiua vel spoliata repetiri potest.

commodata est, in principio litis, & in cōspectu actoris, creditori licitè restituere potest. Si quis rē suam apud aliū deposuerit, & si ex furto is eam amiserit, aut spolijs incendijsq; perdiderit, vel si animal mortuū fuerit, nullam pro eo pœnam sustinebit, dummodo ille suo sacramento hoc dolo suo non accidisse declaret. b Quidquid verò vni conceditur aut pignoratur, illud reddere tenetur non peioratum, aut secūdùm sui valorē exsoluere. Moriatur equus vel animal obligatum sine creditoris culpa, hoc soluere nō tenetur, si id probauerit, & vt iuris est, à dolo sese excusauerit: summa autem debiti, in qua obligata fuit res illa, c per hoc amittit creditor, nisi aliter in contractu fuerat stipulatum.

b Concordat cum proxime præcedenti. & supra libr. ij. art. xxxvi.

c Contra l. pro mutua. C. si certum petatur. vide collec. in prin. quasi.

GLOSSA.

d Gladius depositus furioso restituendus non est.

Quidquid alicui conceditur, aut apud eum sub trium testimonio, &c. Licet de natura depositi sit, vt res ipsa restituatur: vt j. distin. ius naturale. *d* Fallit tamen primò, quando quis deposuit gladium, & is postea factus furiosus, id reposcit: xx. q. ij. ne quis. *e* Itē, si deponens fuerit deportatus: ff. de depos. l. bona fides. item, quando fur deponens & dominus rei concurrunt in petitione: vt in dict. l. bona fides: item, cùm fur deponit rem apud proprietarium, vel apud illum cui surripuit: vt ibi. & xij. q. ij. cum deuotissimam. etiam neq, contra legitimam sequestratioēm restitutio est facienda: de hoc nota. per Hostien. in sum. de depos. §. cui. vers. est enim. & vide plenè de deposito supra libr. j. circa articulum xv.

e Depositum quādo restitui nō oportet. vide & de depo. sito abūde per totum

Accommodatam rem, &c. De natura commodati vide in c. vnico. de commod. & in legib. ibi in glossa allegatis.

Si quis rem, &c. Dicit ad hoc lex imperialis. Præterea is apud quē res aliqua deponitur, re obligatur & tenetur actione depositi; quia ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur, & si quid dolo cōmiserit, is ex eo solo tenetur, culpæ autem nomine, id est desidiæ atque negligentiæ non tenetur. Itaque securus est, qui parùm diligenter custoditam furto rem amisit: quia qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, non ei sed suæ facilitati illud imputare debet: vt Instit. quib mo. re. contra oblig. §. præterea. Vide etiam ff. de depos. l. j. §. in conducto. & §. vlt. & in c. bona fides. de depo. Item, ad hoc dicit lex communis. Si in cursu latronum, vel alio fortuito casu deposita perierint, ad depositarium vel eius hæredem, qui dolum solum & latam culpā, si non aliud specialiter conuenit, præstare debuit, non pertinet detrimentum: vt in l. j. C. de depos.

Alium deposuerit, &c. Et si te præsente in domum tuam rem aliquam immisi, videor tibi tradidisse, & tu custodiam istius rei recepisse. facit quod nota. extra de depos. c. grauis. in glos.

Moriatur equus, &c. Aliter disponit lex cùm dicit. Placuit sufficere, quòd creditor ad eam rem custo-

custodiendam exactam diligentiam adhibeat, quam si præstiterit, & aliquo casu rem amiserit, securum esse nec impediri creditū petere: vt Instit. quib. mod. re. contra. oblig. §. fin.

Sine creditoris culpa. &c. Nota, quòd licet creditor de iure cōmuni necesse habet probare amissionem pignoris, non tamen tenetur probare, quòd sine dolo suo vel culpa sit amissū; quia nec potest: ergo debitor hoc probet, si vult quòd alius sibi condemnetur: C. de pigno actio. l. si creditor. & l. si nulla. ff. de proba. l. quotiēs. §. qui dolo. Non etiā tenetur creditor de fortuitis casibus: vt in §. fin. Instiri. quib. mod. re. contra. oblig. Certū tamen est, quòd fructus sortem attenuant: nec potest pignus obligari alij creditori à primo creditore vltra summam, quā in re habet. C. si pignus pigno. da. sit. l. j & ij. De natura pignoris pleniſſimè etiam notatur supra li. ij. circa art. lx. ibi vide.

GLOSSA.

Sensus articuli præsentis est, & eius doctrina, si quid alicui conceditur, vel apud eum deponitur, illudque idem sub ipso vindicetur, quomodo ex vtraque parte præcustodiri se debeant, ne damnum incurrant, differentiaque præcedētis & istius articuli in eo liquet. Præsens enim articulus tractat derespondente, qui se ad varendatorem trahit, ad quē res illa impetita pertinet: præcedēs verò articulus declarabat, si quis repetat vēdita aut donata ab aliquo. Circa id tria notanda veniunt. *f* Primò, quòd ratiōe huiusmodi rerum accōmodatarum vel depositarum, furtum alicui impingi non potest: sicut hīc: furtum enim non est aliud, nisi dolosa cantrectatio rei alienæ: vt leges habent ff. de fur. l. j. & Institu. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. furtum. Id autem hīc nō fit, quare vnus de facili furtum alicui impingere non potest, si illi quid manifestè accommodatum vel ad seruandum datum sit.

f Occasione rerum accommodatarum furtū impingi non poterit. concordat supra lib. ij. art. xxxvii. Iure Mun. ar. xiij.

Sed dicere quis posset: si ergo cui datur ad seruandum aliquid, debet ne manifestè illud facere, & si non facit, an furto incusari possit? Quidam dicunt quòd sic: quia qui, vt sic, rem seruare vult, vt exinde furtum sibi non impingatur, iste vel manifestè acceptare, vel publicè illam seruare tenetur: vt supra lib. ij. art. xxxjx. & xxxvj. & hic in textu. quia qui furtiuam rē occultè tenet, furi similis efficitur: vt supra lib. ij. art. xiij. & C. de his qui latro. vel alijs crimin. reos occul. l. j. & ij. Si ergo quis pecuniam occultò accipiat, & in deposito & secreto seruat, furto accusari possit. In oppositum tamen sunt leges, quæ dicunt, quòd furtum nullus committit, nisi dolosè cōtrectet rem alienam, propter suū commodum: Instit. de re. diuisi. §. gallinarum. & ff. de fur. l. j. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. ij. & §. furtum autem. Pro exsolutione quæstionis & intellectu præcedentium *g* nota, furti & rei furtiuę differentiam. Aliquando enim fit res furtiua, furtumq; committitur in ea, & pro furto accusari, seu pro furto contra eū agere potest, sicut ille qui furatur: vt Instit. de obliga. quæ ex delict. nascun. §. aliquando. & ff. de fur. l. j. & C. eod. tit. per totum. Aliquando furtum committitur, & res ablata fit furtiua, non tamen contra illum qui facit actione furti agi poterit: sicut si seruus domino, puer patri, vxor marito quid ceperit, sub cuius potestate adhuc sunt: vt Instit. eod tit. §. hi qui. & ff. de fur. l. serui & filii. Tertiò, committitur furtum, & potest furto accusari, sed res ablata non fit furtiua; id est, non erit huiusmodi res, vt possideri non possit. Possessione

g Furti & rei furtiuæ differētia. vide supra lib. ij. art. xxxvi. & xxxvij.

ſſeſſione enim res huiuſmodi præſcribi poterit, quod de re furtiua intelligendum non eſt: vt Inſtitu. de vſucap. §. furtiuæ. & §. quòd autem. ſicut ſi accipio ſecreto apud te pignus meum: vt Inſtit. de obliga. quæ ex delict. naſcunt. §. aliquando.

In textu cùm dicitur. Quidquid ſub teſtimonio depoſitum fuerit, &c. Intellige, quòd depoſitum vel commodatum manifeſtè ſeruari oportet: hoc eſt, ita ſeruetur, prout de iure ſeruari debet. *h* Vnde ſi pecuniam tibi quis ad ſeruandũ dederit, ſimiliter equum vel vaccam, ſi in occluſo in ciſta tua pecuniam ſeruas, æquè manifeſtè eam tenes, ſicut ſi equum in ſtabulo, vel vaccam quæ in campũ pellitur. Et ſi quis ea ratione rem furtiuã tibi dederit, vt apud te inueniatur, animo tibi nocendi, quòd videlicet cum illa re detineri poſſis, & non ipſe, ſine pœna manes: ſi id negauerit, mulctam & emendam ſoluere te oportet. Iſtud vlr. habetur libr. ij. art xiij. de primo vide Inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſcun. §. oblatum furtum. Præterea nota, *i* mutui, commodati, & depoſiti differẽtiam. Mutuum dicitur, cùm rem quam mihi mutuas, fit mea in tantum, quòd non teneor tibi illam reſtituere, ſed ſui ſimilem: ſicut ſi mutuas mihi pecuniam, & alia quæ ponderantur, pecuniam eandem tibi dare nõ teneor, ſed ſimilem in valore & quãtitate; & per id liber ero à te: & ſi illa mutuata perditur, pecuniam reſarcire nihilominus cogitur iſte cui mutuata eſt: vt Inſtit. qui. mo. res contract. oblig. §. j. & §. item is. Commodatum verò dicitur illud, quod cui commodatur ad vſum; ſicut eſt veſtis, equus, & ſimilia. & differt à primo in tribus. *k* Primò, quia commodata re vti nõ potes, niſi ad vſum illum ad quem tibi commodata eſt: ſi aliter facis, ſoluere eam cogeris: vt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. §. furtum. Secundò, quia illam eandem rem reſtituere cogeris, & non ſui ſimilem: vt Inſtitu. quib. mod. re. contra. oblig. §. item is. / Tertiò, quia ſi cuſtodis rem cõmodatam, prout melius potes, cuſtodia tamen debet eſſe maior, quàm tuas res cuſtodire ſoles: & ſi aliquid eueniat præter tuã culpam aut negligentiam, ſoluere non teneris, niſi ſpecialiter in commodato expreſſum ſit: vt Inſtitu. cod. titu. §. & is quidem. & ff. de depoſit. l. j. C. eod. titu. l. ſi in curſu. Si verò circa commodatum expreſſerit, quòd equũ ſoluere vellet, ſi quid damni eueniat, vel ad tempus determinatum non reſtituat, ſoluere tenetur: vt in c. vni. de cõmo. & infrà art. xxij. Iſtud tamen obſeruatur ſecundũm leges. Secundùm ius verò noſtrum Saxonicũ, vt articulus præſens habet, res cõmodata integrè reſtitui debet, vel in valore ſolui. Depoſitum verò ſeu res depoſita dicitur, quando aliquid alicui committitur vel ad ſeruandum datur: & illa vti non debes, nec etiam ſoluere teneris, ſi perditur; dato, ſi non diligenter cuſtodias, niſi forſan dolus committatur per te: vt Inſtit. eod tit. §. præterea. & ff. de depoſi. l. j. & extra eod. tit. c. vlt. & C. eod tit. l. ſi in curſu.

Nota tamen, *m* quòd in depoſito quatuor conſideranda veniunt. Primò, qui depoſitum nõ reddit, damnum illi reſarciet qui depoſuit, & cum hoc furto accuſari poteſt: vt C. de depoſi. l. ſi depoſita pecun. & l. vſura. Secundò, quòd retentor ille, nullam exceptionem facere poteſt, quo depoſitum areſtari poſſit: etiam ſi ſibi teneretur quid, vel ſi contra eum deliquerit: vt C. eod. tit. l. ſi quis. Tertiò, ſi deponẽtis plures relinquantur hæredes, & vnus accipit ſuam partem illum concernentẽ, alij verò differant, & interim de-

h Pecunia ad ſeruãdum data, æquè manifeſtè in ciſta ſeruari dicitur, ſicut equus in ſtabulo, et vacca in campo. Concordat Iure Mun. artic. lvi.

i Mutui, commodati, depoſiti, differentia.

k Commodatum dominus ſuo ſeruo in eius vſu.

l Iſ paragraphus potiùs intelligendus eſt de depoſito, q̃ de commodato, ſecundum ius Saxonicũ.

m Depoſiti quatuor conſideranda.

positarius non sit in reddendo, illi non possunt contra illum agere, qui suam partem ceperat: vt C. eod tit. l. super vacuam. Quarto, qui non restituit depositum, infamis efficitur. C. eod. tit. l. qui. & ff. de his qui not. infam. l. j.

Per tres quindenas, &c. Intellige, apud quem aliqua res vindicatur, quæ sibi in depositum vel commodatum data est, ille super furto vel spolio accusari non debet: verùm ille qui accommodauerat, vel ad seruandum dederat, ter citari debet: aliàs sententia cõtra absentem lata non ligat: vt C. de procura. l. qui absente. & ff. de pœnis. l. absentem. & iij. q. jx. c. caueant. *n* nisi ter citatus non cõpareat: vt C. quomodo & quand. senten. profer. iur. debet. l. cessãte. & l. consentaneum. & l. tres.

n Vide sup. lib. ij. artic. xxxij. Iure Munic. artic. lxxij.

Vt eas defendat, &c. Hic tria notanda veniunt. Si enim ille non venerit qui deposuerat vel commodauerat, aliqua forsan præpeditus necessitate, extunc de facili ab ipso liberatur, cui commodatum fuit; & nihil perdit, quia suum non erat. Secundò, si eumcitur à principali, nihilominus iste nihil lucratur; quia non erat rei dominus nisi custos: vt ff. ex qui, causs, in possessi. eat. l. prætor ait. Tertiò, non nocet ei qui in depositum dederat, si iste illud non præscribat: vt C. de depos. l. vlti. & C. de re. vindic. l. re tua.

Accommodatam rem, &c. Hîc notatur, quomodo vnus se habere contra illum, qui rem sibi aliquam commodauit: huiusmodi enim rem sibi restituere tenetur. hoc idem vide C. de depos. l. si quis. & ff. de eden. l. quædam. §. is autem.

Moriatur autẽ equus, &c. Hoc idem vide Instit. qui. mod. re. cõtra. oblig. §. creditor.

Summam autẽ in qua obligata fuit res perdit, &c. Contrarium istius videtur esse Instit. eod. tit. §. vlt. vbi dicitur. Custodia diligenti præcedente, si pignus creditor casu fortuito amiserit, nihilominus creditum petere potest. *o* Rẽ quòd secundùm leges, pignus vtriusque gratia datur: & debitoris, quò magis pecunia credatur, & creditoris, quò magis in tuto sit sibi creditum: vt in §. allegato habetur. textus verò articuli præsẽtis intelligitur, cùm non nisi sub vno respectu res oppignorata concreditur: videlicet vt debitori magis credatur, rationeque istius pignus locat, quare & restitui debet non peioratum, vt textus habet.

o Hæc responsio nõ satisfacere videtur paragrapho in contrariũ adducto, q̃re dicendum, quòd constitutio p̃sens occasione pignoris, vt textus habet, est prospecialiure Saxonibus sancita; quare & seruari debet: nõ obstante iure communi. vide ad id infrà eod. libr. art. x. in fin. glos.

Nisi aliter in contractu stipulatum fuerit, &c. *p* In toto enim iure generi derogatur per speciem, & condicio superappositа limitat omnia: vt ff. de reg. iur. l. in toto. & C. de pigno. l. quãuis constat.

p Concordat Iure Municip. art. xxvj. glo.

Articulus VI.

DEtesserat si famulus res domini sui, aut eas diuendat obligetque, dominus eas repetere potest, iure se ad illa trahendo. Si autem famulus in suis rebus hoc fecerit, seu volũtate propria quouismodo ea alienauerit, domino nulla cõpetit actio, nec sibi eadẽ resarcire aut rependere tenetur, *b* licet famulo sua damna resarcire promiserat. Si autem res famuli furtiuè in domini seruitio aut violenter sine eius culpa *c* auferantur, dominus resarcire tenetur, & in soluendo conde-

a Textus antiq. ita legit: amittat si ludo famulus res domini &c. Concordat Iure Mu. art. cxij.

b Intellige textum in eũ sensum: quãtus famulus domino seruierit, promissumq; in contractu sit, eũ velle ab omni damno indemnem reddere, nihilominus damnum ex ludo factũ, vt textus habet, resarcire non tenetur. Ratio, quia

culpa famuli patratum est damnū illud

cōdemnetur, domino vero ad recuperandum huiusmodi res actio remanebit.

c Alij textus addunt: absq; eius negligentia.

GLOSSA.

d Procurator promouens negotium, etiam si malum sortiatur finem, nihilominus sumptus repetere potest.

Detesserat famulus, &c. *d* Nota, quòd quādo procurator agat causam cum mandato, etiam si malū finem capiat negotium, ipse repetit sumptus. secus, si non habet mādatum: C. manda. l. etiam. & quæ ibi notantur. Sic etiam si vtiliter gestum sit negotiū impuberis repetitur impensum, si factus est locupletior, aliàs non: C. de negot. gest. l. contra. Procurator tamen etiam tenetur de dolo, lata culpa, leui & leuissima. C. mandat. l. à procuratore.

Dominus resarcire, &c. An autem nuncius alicuius à latronibus captus debeat redimi per dominū, & quid de stipendiario vel simili, vide in Spec. iiij. parte tit. de iudi. §. specialia. vers. illud autem. & ibi vide etiam in addit.

GLOSSA.

Superius in articulo xxxj. libr. ij. §. vlt. dictum est, quòd nullus propter excessum suum alterius bona deperdere potest: in præsenti articulo declarare nititur, an aliquis alterius bona, non quidē propter excessus enormitatem, verùm ludo & alio modo amittere possit.

Nota, quòd articulus iste tria complectitur. Primò, quòd aliquid famulus facere potest, quod tamen dominum pro rato habere non oportet. *e* Vnde sciendū breuiter, quòd dominus duo pro rato seruare tenetur, si famulus vel filius illud fecerit: filius enim & famulus vnum ius in eo habent: vt Instit. de patr. potest. §. ius autē. & Instit. per quas person. nob. ius acquir.

e Dominus factū famuli an pro rato habere teneatur nec ne.

acquir §. j. & sequētibus. Primò, si parentes vel domini eis cōmiserint negociū vel officiū aliquod: sicut si sigillum eis cōcrediderint, mercaturas item exercendi, tabernas administrādi, quidquid in huiusmodi commisso negocio fecerint, in emendo, vendendo, commodando, ita quòd illud ex commisso negocio deriuatur seu pertinet, eos pro rato tenere oportet, & pro eis respondere: vt Institut. quod cum eo qui alio. potest negoc. §. exercitatoria. & sequentibus. Institu. de iusti. & iur. §. vlt. Secundò, si filius vel seruus fecerit quid propter commodum patris vel domini: vt si pecuniā accommodauerit vt debitum soluatur, vt familię exinde persoluatur, aut cibo prouideatur, vel domus ruinosa restauretur, patremfamilias pro rato habere necesse est: vt Instit. eod. tit. §. præterea. & §. in rem. & C. eod tit. l. ei qui. & alioquin. ff. quando de peculi. actio est. l. quæsitum. in fine. C. de insti. action. l. seruus tuus. Idque intelligi debet tàm de seruis quàm de famulis: vt Institu. eod. tit. §. institoria.

Sciendum tamen venit. Si dominus præficiat seruum negotio alicui, ipseque in officio existens aliquid commodauerit, quòd in commodum officij non cesserit, dominus pro rato habere non tenetur: sicut si seruus in negocio missus equum perluserit, eundem sibi soluere non oportet. Itidem etiā, si equum tuum perluserit, quia nec istud in mandatis habuit: ff. de æstima. action. l. j. C. quod cum eo qui in aliena l. domino per seruū. & l. dominos.

Dominus ea repetere potest, &c. *f* Vnde nota practicam, quomodo dominus res per seruū perlusas aut perditas repetere potest. Quidam dicunt per allocutionē & apprehensionem rei, & ita autumant articulum præsentem per

f Practicam vide, quomodo dominus res per famulum indo perditas repetat.

tinere debere ad art. xxxvj. lib. ij. Alij verò dicunt, quòd contra seruum querulari deberet, vtrumq; tamen nō valet: qui enim per apprehensionem rem alloqui vult, mettertius illud probare oportet, quòd sibi furto vel spolio ablata sit: sicut supra libr. ij. art. xxxvj. Nec etiam contra famulum querulari est necesse; vt patet ex textu articuli, vbi dicitur, quòd iure illud repetere potest, nec subiunctū est, quòd seruus iure accusari deberet; quia nec rem illam, sicut equum à domino, accōodauit, nec promisit verbo, aut facto, literis, seu promisso, vicecuērsa reportare: vnde meritò dominus rem suam iure, vt textus habet, repetit: quia si in seruo illud expetere deberet, fieri pōsset, seruum adeò esse inopem, quòd soluere non possit; *g* & ita cautiùs est agere in rem, quā in personam: ff. de reg. iur. l. plus cautionis. Quare practica datur, quo pacto dominus id facere sibi competat. Inprimis enim adire iudicem debet, & querulari contra eum, apud quem res est sua, quòd videlicet equum vel aliquā aliud sibi retinet, nec restituere vult, iudex tandem illam ad respondendū cogat. Si verò ille dicat, quòd varendatorem habeat, & ad illum se trahat, qui per lusit, aut sibi vendidit, aut donauit: quærat tandem dominus rei vlterius; an seruus res domini sui ludo amittere, vel ludo amissa debita, cū his persoluere queat. Sententiabitur; quòd seruus bona domini ludo amittere, vendere, alienare, vel ludo amissa debita soluere minimè potest: vt hic textus habet. & ff. de aleæ lusu. per totum. & exinde res suas recuperabit.

g Agere in rē cautiùs est, q̄ in personam.

Nota circa id speciales regulas de lusoribus ipsis. *h* Primò, lusor peior est prędone; quia quando cū aliquo ludit, si posset bona eius aliter habere, & ea sibi rapere, nullo modo luderet & lucraretur in eo. Item, apud quem taxilli falsi inueniūtur, sicut fur sententiatur: etiam sunt infames, & iure priuati, nec probi hominis habere locū possunt in iudicio, bonaque eius confiscantur. Item, ludens fallis taxilis, capite punitur, si conuincitur. *i* Item, si quis perlusserit aliquid, & non est in soluendo, corā iudice accusarī nō potest, nec maius pignorari, nisi quod circa se habet: si verò fugiat, liberatur.

h De lusoribus vide hic, & eorum pœna.

i Lusor qui non est in soluendo aliquid tenetur ipse ad hāc materiā Iure Mun. artic. xij. & xiij.

Si verò famulus, &c. pars est secunda articuli, in qua declaratur, quantum dominus seruo obligatur in damno, quod promiserat resarciendum. Textus in se planus est; quia si famulus propria volūtate quid perdiderit rerum suarū, dominus resarcire non tenetur: quidquid enim famulis nostris euenit, hoc non domini est damnū, sed illorum: nec actio occasione istius sibi competit: vt supra libr. ij. art. xxxiiij. & C. de iniur. l. dominum. ff. de acti. & oblig. l. qui seruum. ff. de iniur. l. sed si. ff. ad leg. Aquiliā. l. sed & si. quæcumque *k*. Hic circa quærere quis potest. Seruus in obsequio domini si detentus sit, cui dominus pro damno promiserit, ad quantam summam eundem redimere cogitur, dicunt quidam, in quantum domini facultas se extenderit: hoc tamē non; quia si famulus ad bona domini taxari deberet, prædones æquè aud: seruum detinerent sicut dominum. Alij dicunt, quòd seruus debet taxari ad duas partes facultatum suarum: hoc etiam minus iustè foret: quia si famulus partem substantiæ suæ dare cogeretur in redimendo sese, minus iustè cederet sibi, ex quo dominus eum indemnem seruare promiserat. Promissa autem seruari debent: vt supra lib. j. art. vij. & Instit. de verb. oblig. §. pentil. Dicendum itaque verius, omnissis prætactis opinionibus, quòd famulus in obsequio domini detentus

k Famulus in obsequio existēs si capiatur, quo pacto redimi debeat.

tus, cui de damno promissum est, taxari & redimi debet iuxta facultatem famuli, & eiusdem pecunijs solui, dominusque illud sibi resarcire postmodum tenetur. Vide de hoc idem & clariùs feud. c. iij. in fin. l vbi dicitur, quòd famulus sic captiuatus taxari & redimi debet iuxta facultatē famuli, dominusq; illud sibi resarcire & recompensare debet: intelligendo secundùm distinctionem libertatis suæ; quia si illum non liberasset, spoliaretur libertate sua: libertas autem præponitur omnibus: vt ff. de regul. iur. l. libertas.

l Ad hanc materiam vide abiūde feu. c. iij.

Domino verò ad recuperandū res actio manebit, &c. Hic est pars tertia articuli. Textus in se planus. Contrariari tamē huic videtur Instit. de iniur. §. sed si. vbi habetur, quòd domino actio pro famulo non competit. R. tamen, nisi id in contumeliam vel damnum domini actum sit. In proposito autē est damnum domini; quia seruo in obsequio eius existenti, illud resarcire tenetur: quare agere vlterius poterit: vt Institu. de iniur. §. sed si. & C. eod. tit. l. dominum. ff. de actio. & oblig. l. qui seruum. & ff. ad leg. Aquili. l. sed & si quēcumque. Instit. de obliga. quæ ex delict. nasc. §. furtum. ff. vi bon. rapto. l. ij. §. & generaliter.

Articulus VII.

IVdæus Christiani varēdator esse non potest, [a] nisi vt Christianus respōdere vellet. Percutiat Iudæus Christianum, aut eundem iniuria afficiat, in qua si comprehendatur, vt catholicus sentētietur. Percutietur etiam Iudæus à catholico, aut aliquā ci Christianus iniuriā irrogauerit, quasi alium p̄cussisset iudicetur; quia in eo pacem regalem violauit. Istam pacem Iosephus circa Vespesianum, cùm Titum filium eius a paralysi curauit, iudæis acquisiuit. Emat si iudæus calices, libros, aut de sacris ornamentis quidquā, vel si ei hæc obligentur, ista si in eius erunt inuenta possessione, & eorum nequierit habere varendatorem, sicut fur condemnetur. Si quid autem de aliis rebus emerit, vel in pignus recepit, non furtiuè neque occultando, die lucente, & nō clausis ianuis, si mettertius hoc probare poterit, licet res empta sit furtiua, ipse tamē summam de super datam suo obtinebit iuramēto. si verò in testibus defecerit, nummos suos sciat se perditurum.

a Concordat fere Municipal. cxxxviij. et sequentibus titulis.

GLOSSA.

Percutiatur etiā iudæus à Catholico, &c. Vnde etiam dicit lex cōmunis. Iudæi Romano communi iure viuētes, in his caussis quæ tā ad superstitiōem eorum quàm ad forum, leges, & ad iura pertinēt, adeant solenni more iudicia, omnesque Romanis legibus conferant & excipiant actiones; vt in l. iudæi. C. de iudæis.

Cùm Titum fil.ũ eius. &c. Iste Titus Imperator regnauit annis tribus, & cum patre suo Vespasiano Hierusalem destruxit, & ab eis omnia ornamenta templi ablata sunt Romam. *b* Hic etiam fuit vir mirabilis, & tantæ liberalitatis, quòd nulli quidquam negauit dicens. Nullum tristem debere recedere ab imperatore.

b Titus Imperator maximæ liberalitatis nulli petēti quidquam denegauit.

GLOSSA.

Quia in præcedētibus dictum est, cum res apud quem vindicatur, quòd se ad varendatorem trahere potest: in præsenti articulo ponit exceptionem, qui varendator esse non poterit, & dicit, quòd iudæus ipse.

Vnde circa id notādum, quòd iudei aliquid speciale iuris habent vltra Christianos. *c* Primò, quia Christianus pro varēdatore eum habere non potest: ita, quòd ille qui vindicat, eum insequi teneatur; nisi forsan iudæus Christianorum iure illud varendare vellet: hoc est, vt testis esse velit rei impetitæ, vel verum varendatorem declarare aut ostendere. In Christiano verò id aliter obseruatur; quia si venditionem recognoscit, varendare eũ oportet: vt supra libr. ij. art. xxxvj. Quòd autem iudæi varendare vnum non tenentur, ratio est, *d* Iudæis enim admissum est, quòd furtiuas res emere possunt, nec nummos desuper datos perdunt: & hoc ex eo, vt res furtiuæ eò citiùs inueniri possint; & ex inde opinetur rem illam venditam furtiuam esse: quia qui deliquit vel delinquere potest in vno, hoc est, in emptione rei furtiuæ etiã opinari potest de alio malo, videlicet, quòd rem furtiuam vendit. Vnum enim malum sequitur aliud: vt ff. de re. vindic. l. ex diuerso. & in auten. vt iudic. sine quoquo. suffrag. fiant. §. cogitatio. coll. ij. & c. semel malus. de reg. iur. l.b.vj. Secundò, *e* quòd iudæus seruum Christianum habere non potest: & si eum habuerit, alter sibi eundem accipere poterit, dãdo sibi duodecim solidos pro quolibet; & eundem, si vult Christianus, emptũ seruabit, vel liberum dimittet: C. ne Christianum mancipium. l. iudæus. & extra. de iudæis. c. præsẽti. & c. multorum. Tertiò, scholas vel synagogas nouas ædificare non audeant, nisi antiquas restaurare: nullus tamen violẽter illas eis destruere præsumat: C. de iudæis & cœlicol. l. in synagoga. & l. vlt. §. illud. & xjv. distin. c. qui sincera. & extra. de iudæis. c. iudæi. Quartò, seruire Christianus iudęis non audeat sub excõmunicationis pœna: vt extra. eod. titu. c. iudæi. & xxv. q. j. violatores. Quintò, die parasceues occultè domi sedeant, clausis ianuis & fenestris: extra de iudęis. c. quia super his. Sextò, inter iudæum & Christianum nullũ matrimoniũ esse poterit; & si contraxerint, sentẽtiabitur contra illos tanquam contra fornicarios: C. de iudæis. l. ne quis. §. nam si quis. Septimò, si quis iudæus conuersum ad fidem Christianam iudæum molestauerit, iniuria affecerit, trudendo, vel in illum iaciendo, comburi debet cum omnibus complicibus. C. de iudæ. & cœli. l. iudæis. Octauò, quòd nihil facere præsumant, quo fides nostra Christiana cõuiciari possit. C. eo. tit. l. iudæos quosdã. Nonò, Christianus iudęo seu collegio iudæorum nihil legare potest: vt C. eod. tit. l. quod Cornelia. Decimò, iudæus contra Christianum testificari non potest, sed benè contra: vt C. de hæretic. & Manichæ. l. quoniam multi. & ij. q. vij. c. nõ potest. & extra de testi. c. licet vniuersis. & c. iudæi. In contrariũ tamen vidẽtur esse decretales: extra. de iudęis: c. iudæi. tum & leges. C. de hæreti. l. penult. in fin.

c Iudæorum specialia quædam.

d Iudæis admissum est res emere furtiuas, causas istius vide.

e Iudæus seruum Christianũ habere non potest.

f Vide Jure Muni. artic. cxxxvij. & cxxxviij. & in gloss. ibidē.

f ℞. tamen, quòd quandoque iudęi per testimonium euadere possunt occasione paruarum rerum; sicut modica emptiõe, & quando solus emit: sicut hîc, vt textus habet articuli, ibi. Si quid autē. Vndecimò, quòd iudæus Christianũ in suam sectã inuertere non præsumat: aliàs capite plectitur vt C. de iudæis. l. iudæus. & C. ne sanctum baptisma. l. vlt. & C. de apostatis. l. penult. & C. ne Christia. mancipi. l. iudæus. Duodecimo, iudæis, hæreticis, paganis, gratia Cæsareæ maiestatis suffragari nõ debet; presertim corũ vxores dotalitia habere non possunt: C. de hæretic. l. item priuilegium. & in auten. de priuil. dot. muli. hæreticis non præstan. §. j. coll. viij.

Circa id notandum, quòd iure Saxonico iudæus, hæreticus, in omni causa testimonio vincitur; id enim quòd Saxo iuramẽto suo absoluitur, ex speciali gratia Cæsareę maiestatis Saxonibus datũ est. iudæi verò & hæretici hanc gratiã habere non possunt: vt nunc tactum est. Præterea gratia ista data est nationi Saxonum: vt supra lib. j. art. xviij. ex quo itaque illi nationis Saxonicæ non sunt, quare non releuat illos gratia ista: vt ff. de reg. iur. l. priuilegia. & ff. de censi. l. ætatem. Si verò quis instet & alleget. l. iudæis Romano. C. de iudæis. vbi innuitur, quòd iudæi commune ius imperiale tenere debent. ℞. quòd lex illa intelligitur, quòd videlicet iudæi legibus imperialibus subesse debent, si aliquem accusant, vel ab aliquo accusantur. Vel etiam quòd non debent vsurpare gratiã aut immunitatem prouinciarum in quibus degunt: nec etiam in contrarium est artieulus xxx. libri primi, vbi dicitur, quòd quilibet aduena iura terræ in percipienda hæreditate seruare debet, quòd extendi videtur & de iudæis ipsis, si quid expetere in prouinciam venientes velint. Intelligi enim debet articulus de Christianis aduenis non iudæis. Vel intelligitur in hæreditatibus percipiẽdis, & nõ de querela, aut responsiõe iudæorũ. Quo pacto autẽ iudæi iurare debẽt, vide iure Muni. art. penult. more enim suo iurabunt: vt xx. q. j. c. mouet.

Percutiat si iudęus Christianũ, &c. g in hoc enim casu iudęus sustinere cogitur pœnam pacis violatoris, nec se priuilegijs suis defendere: C. de iudæis. l. nullus. vno enim similique ac communi iure cum Christianis subiecti sunt in facto isto: vt C. de iudæ. ludei Roman.

g Concordat Jure Munic. ar. cxxxvij.

Percutietur etiam iudæus, &c. Intellige, si ex ira percusserit eum: nullus enim iniuriam vlciscì per se debet, sed iudici denuntiare. C. de iudæ. & cœlic. l. nullus tanquã. In contrarium videtur ij. q. vij. c. pagani. vbi habetur, quòd iudæi, pagani, & hæretici, Christianos accusare non possunt, aut vocem infamationis eisdem ferre: si ergo non accusantur nec iudicantur, vbi enim nulla querela, nec iudex, nec iudicium erit: vt ij. q. j. c. sicut. & c. si peccauerit. ℞. quòd accusare quidem & infamare aliorum hominum excessus nõ possunt iudæi, sed quæ ipse solus patitur querulari poterit: vt C. qui accusari poss. l. si crimen. & l. neganda. & ij. ij. q. vj. c. omnibus.

Istam pacem, &c. De hoc vide abundè in chronica Romanorũ.

Et eorum nequiuerit habere varendatorem, &c. Quærere potest quis, cur istud in paragrapho ponitur, & eorum nequiuerit, &c. Quandoquidem res sacræ obligari nõ possunt, nec varendari; quare nec iudæus illas emere poterit: vt supra dictum est. & Instit. de re. diuis. §. sacræ res. & in autent. de non alienan. rebus eccles. §. ijsdẽ pœnis. coll. ij. & C. de sacrosanc. eccles. l. sancimus. ℞. quod hic loquitur de varendatione occasione cali-

ne calicis, qui nondum consecratus sit, libris, & sacris ornamentis, quæ nondum in vsum ecclesię venerunt.

b Res ecclesia diuēdi possunt ex certis caussis. cōcordat Iure Mu. artic. exl.

Nota tamen, *b* quòd res ecclesię diuendi quandoque possunt ex certis caussis; vt propter liberationem captiuorum, sustentationē pauperum, iudæis tamen diuendi non debent: vt in auten. de eccles. §. iubemus. collat. jx. nisi priùs conflata sint, vel in materiam redacta priorem; nec varendare eas possunt, quòdsi repperiātur apud iudæum, vt fur cōdemnetur: vt supra li. ij. art. xiij. tactum est. & ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos.

Si quid autem de alijs rebus, &c. Istud iam circa §. primum declaratum est.

Articulus VIII.

SVnt qui dicant, quòd castra & principes seu illustres non habeant pacem, quam quis in eis violare poterit, propter præsidia & assiduas munitiones castrorum, & propter militantes, quos illustres secū ducere ex debito tenentur; quod tamen falsum est; quia qui personis illustribus omagia fecerit aut castro, & q ad hoc iure sunt astricti, si pacē transgressi fuerint, motis sententia condemnentur.

GLOSSA.

Articulus iste de opinionibus tractat, quæ plerumque multos subducunt homines, in damnaq; injciunt. necessarium itaque est, vt stultorum opinio veritate iuris elucidetur.

Vnde nota, quòd opīnio dicitur, *a* Cùm quis rem nescit aliter fore nisi vt putat: *b* & huiusmodi opinio est duplex. Vera, cùm opinor rem iustā vel iniustam, de qua ius non habetur scriptum: vt extra de iudæis.c. quia super his. huiusmodiq; opiniōem nullus interpretari debet nisi Imperator vel superior dominus: vt C. de legi. & constit. l. j. & l. digna vox. l. vlti. & ff. eod. titu. l. nam vt ait Pedius. & in autent. de iudic. §. vlti. coll. vij. & isti propter ignorantiam excusantur: vt ff. de iur. & fact. ignor. l. error. Sed si dubitatur, de quo ius scriptum habetur, non excusat: vt C. de iur. & fact. igno. in multis legibus. Opinio falsa fit, cùm quis opinatur, & opinionem solus facit: ff. de legi. & constit. l. iura. C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. l. no videtur. opinio ista venit ex ignorātia, vel mala interpretatione iuris; & ita est falsa: leges enim omnes scire tenentur. C. de legi. & constit. l. sacratissimæ leges. & C. de iur. & fact. ignor. l. constitutiōes principum. & in autent. de iudic. §. omnis. coll. vj. Isti qui sic opinati sunt, quòd illustres & castra pacem non habent, malè opinabantur; quia si pace carerent, pœna contra transgressores descripta non esset, quod tamen falsum est: vt infrà art. xlv. Tùm etiam, quia qui deliquit in aliquam spectabilē personam, magis punitur, quàm contra vilem: vt Institu. de iniur. §. atrox. & C. eod. tit. l. vlt.

a Opinio q. f

b Opinio du plex.

Propter præsidia castrorū, &c. Munitiōes etenim castris iure admittuntur: vt infrà eod. libr. art. lxvj. Illustribus etiam, militantes habere admittitur, ad reprimendum per-

dum pertinaciam malignantium: vt in autent. de mandat. princip. §. deinde. coll. iij.

Quia qui personis illustribus, &c. Videtur quòd magister priuilegij insufficienter determinauit quæstionem moram, super pace illustrium & castrorum, cùm dicit in fine articuli, quòd principes & illustres pacem habere debent ab illis, qui omagia eis fecerint: & iure ad id astricti sunt. Tutiùs enim videretur, si dixisset, quòd pacem ab omnibus habeant. Vnde pro intellectu istius nota, quòd pax duplex est. *c* ex compromisso, vt cũ principes aut domini inter se in vicinatu pacẽ seruare iurant & promittunt, & illam seruare tenentur: vt in autent. de pac. tenend. §. hac edictali. coll. x. & xxij. q. j. omne quod in fœdera. Alia pax est ex debito, vt feudales & subditi, respectu dominorum, & isti nedum fidem & pacem seruare debent dominis suis, verùm eos in omnibus iuuare sub fide & honore: vt supra libr. j. art. xl. & ff. de re. mili. l. omne. & xxiij. q. v. dicat aliquis. *d*

c Pax duplex est.

d Distinctio ista non satisfacit instãtiæ in contrariũ adductæ. Resp. itaq; quòd etsiquidem illustribus, tùm et castris pax ab omnibus seruari debet, potissimum verò illi, qui omagium principi, vel castro præstiterunt, feudalesque illius sunt, pacẽ ex debito tenentur, alias mortis sententia, vt textus habet, condemnabũtur.

Cùm dicitur in fine articuli. Iudicentur. Intellige, si dominũ occiderit, existens suus vasallus; vt sic enim, perdit vitam, honorem, & bona quæ à domino habet: vt infrà art. lxxviij. & Instit. de publ. iudic. §. publicorum. C. ad leg. Iuli. maiest. l. quisquis. ff. eod. tit. l. proximũ. aliàs verò, si non occiderit, perdit bona & honorẽ, non tamen vitã: vt supra libr. j. art. xl.

Et si quidem supra dictum est de opinionum differentia: *e* nota tamen, quòd tria sunt, quæ ex opinione fieri non debent. *f* Primò, ex opinione iurandum non est: quia sæpiùs efficitur periurus, cùm iurat, quod certò nescit: vt xxij. q. ij. c. animaduertendum. c. homines. & c. nec artificioso. Secundo, ex opinione non iudicatur, quia talis facit sicut cæcus gladio verberans: *g* C. de pœnis eius qui male iudicat. l. de eo. & C. de accusat. & inscrip. l. singuli. Tertiò, ex opinione non est credendum, nec ad veram fidem admittenda est opinio; quia qui opinatur se rectè credere, non est rectè credens: C. de summa trinit. & fide catholic. l. nemo. & extra. de hæretic. c. dubius.

e Ex opinione tria potissimum fieri nõ debent.

f Ex opinione iurandum nũ est, nec iudicãdum, nec credendum.

g Iure Mun. art. xiij.

Articulus IX.

Fideiussorem si quis se se obligauerit aliquẽ in iudicio sistẽdi, & id implere non valeat, *a* tenetur pro reo ad soluendũ, secundùm modum actionis: quia absens victus iudicatur. Si verò actio iniuriarum fuerit, absentis tenetur præstare verigeldum, qui ad actorem & non iudicem dignoscitur pertinere, sed in eo mulctã obtinebit. Simili modo debet quis pacem pro alio stipulatam emendare. Si quis verò pro seipso stipulatam violauerit pacem, morte puniatur. *b* Pax siue transactio in iudicio, in quo stipulata est, contradicenda aut melioranda venit. Si fregerit quis stipulatam pacem, actori pro hoc posse agere perduellum & sine duello cõcessum est. Si autem violator in manuali deprehenditur

a Concordat Iure Munic. art. xxxi. & cxvj.

b Textus antiq. paragraphum qui sequitur vtra id habẽt: nulli etiam tempore pacis agere licet contra illum, cui pax indicta est: hoc est, salvum conductũ habenti, nihil agere contra illum potest.

henditur facto, in iurata pace iudicetur. Expugnātur etiam in ſtipulata pace caſtra, & homines in eo capiantur, huiuſmodi perpetrās, ſuos ſtipulatores ſeu fideiuſſores, cum iuramento non poterit liberare. [c] Si quis aliquem in iudiciū præſentare ſtipuletur, ſi is qui præſentaturus fuerat, ſine ſtipulatore ſuo ſe præſentauerit, ſtipulatorem liberabit, dummodo hoc præſentatus poterit comprobare. [d] Qui hominē contra quem iniuriarū actio in iudicio propoſita eſt, [e] à iudicio violenter deduxerit, comprehēſus, ſimili pœna plectetur: ſi verò effugerit, eſt ſtatim proſcribendus, ſi in facto cū violentiarum clamore eſt vocatus, idq; poterit cōprobari.

c Concordat Iure Munic. art. xxxi. & cxvij.

d Alij textus hoc quòd ſequitur addunt. Qui etiā captiuum fuerit ſtipulatus, iſtud exequi p tempore fideiuſſor tenetur, & non captiuum.

e Iure Mu. art. cxvij.

GLOSSA.

Fideiuſſorem ſi quis, &c. Vide in Specul. de fideiuſ. §. j. ver. quid ſi fideiuſſor. & ibi Ioan. Andræ. in addit. quid iuris de fideiuſſore, qui promiſit aliquem repræſentare.

Tenetur præſtare verigeldum, &c. De iure autem ſcripto fideiuſſor rei criminis, qui reum non exhibet, arbitrariè punietur: vt notatur xxiij. q. v. cum homo. in gloſſa fin.

Si quis verò pro ſeipſo, &c. Qualiter pax eſt iuranda tenenda, & de pœna violationis, vide in vſibus feud. de pace tenen. & de pace iurat. fir. per totum. & aliquid ſupra lib. ij. art. xiij. & art. lxvj. & ſequent.

GLOSSA.

In præcedētibus dictum eſt, quomodo pax conſequitur contra violentiam: in præſenti articulo docetur, quomodo pax obtinetur coram iudicio; quia quemadmodū guerra, quæ fit tempore belli, multos interficit homines, & quoſdā priuat bonis & vita: ita etiam fit in decertatiōe iuridica, quòd quidam victores euadunt, quidā ſuccumbunt: & quemadmodum ibi tempus præfigitur & aſſecuratur, ita & hic. Vnde in propoſito hi qui potiſſimum in iure aſſecurationem faciunt, ſunt fideiuſſores ipſi: [f] & iſti ſunt duplices: extrajudiciales; & iſti poſſunt factum negare fideiuſſoriæ: ſi volunt, de iure noſtro. [g] Quilibet enim Saxo, defert alteri iuramentū, ſi non tàm ſufficientes habeat probationes: vt ſupra libr. j. art. vij. & xv. & item xviij. hoc idē legibus obſeruatur, quòd iuramento delato abſolutur, ſi iſte probationes nō habuerit: vt Inſtit. de actio. §. itē ſi quis. ff. quib. mod. pignor. vel hypot. l. deferente. & C. de iureiuran. l. cauſſa. & l. in bonæ fidei. & in auten. vt lit. iurent in exordio lit. §. ſi verò. coll. jx. & ij. q. j. c. j. Alij fideiuſſores fiunt in iudicio, & iſti iuramento liberari non poſſunt; vt in prætacto articulo: & ff. de præ[illegible] ſtipulat. l. j. [h] huiuſmodiq́ue fideiuſſores tenentur reſpōdere iudicio, ex tribus cauſſis: quia vel principalis ibi non eſt præſens, & illi petūt quòd eis credatur, & iſti fideiuſſores erunt voluntarij, quia voluntatem habent, quòd pro iſto reſpondere volunt: vt Inſtit. de oblig. ex conſenſu. §. vlt. &

f Fideiuſſores duplices.

g Concordat Iure Munic. art. xxxvij. & Cxvij.

h De fideiuſſoribus vide hic. Concordat Iure Munic. art. cxvij.

vlt. & ff. de action. & oblig. l. cõsensu. Alij fideiussores sunt facto; sicut qui furta vel spolia in suas arces apportare sinunt, si accusantur, spoliatores extradere tenentur, aut damnum resarcire: vt supra lib. ij. art. lxxij. Tertiò, fiunt fideiussores verbo, sicut cùm vnus solus personaliter stipulatur, & de isto hîc loquitur. vt Instit. de verb. oblig. §. verbis. & C. de vsur. l. j. ff. cod. tit. l. vlt. & isti fideiussores sunt, vel in actionibus ciuilibus, vel criminalibus. In primo paragrapho tangitur de actionibus ciuilibus. *i* Et dicitur actio ciuilis ex eo, quia vterque tàm actor quàm reus, manent ciues in querela & post querelã. Vnde fideiussor, qui existit ciuilis actionis accusatus, necessariòin se accipit accusati responsionem, & omne subsequens damnum, si non statuitur ille: vt in auten. de fideiussor. & mandat. §. si quis. coll. j. & hoc intellige de fideiussoribus, qui in iudicio fideiussoriam spoponderunt. Fideiussorũ extraiudicialium, seu qui extra iudicium fideiussoriam promiserunt, *k* nota quinque specialia. Primò, quòd actor necessario primùm accusare debet principalem quàm fideiussorem: vt in autent. de fideiuss. §. si quis. coll. j. & infrà cod. lib. art. xxxjx. Contrarium tamen videtur C. eodem tit. l. iure. vbi dicitur: quòd actor optionem habet, si principalem vel fideiussorẽ primùm aggredi voluerit. R. tamen, quòd lex prætacta correcta est per autẽticam allegatam: etiã intellige, si principalis in prouincia sit, vel ita inpropinquo, quòd citari possit: vt ff. de iurisd. omn. iudic. l. fin. Aliqui verò intelligere id volũt, si principalis in iurisdictione præsens sit: vt in auten. de restit. §. penul. coll. vij. ff. de damno infecto l. iiij. Secundò, quòd bona debitoris principalis *l* non priùs imperi vel alloqui possunt, nisi cõtra fideiussorem priùs agatur; id est, cùm bona alicui impignorantur, non potest creditor super bonis agere, nisi priùs fideiussores accusẽt: vt in autent. de fideiuss. & mand. §. sed neque ad res. coll. j. Tertiò, si principalis pecuniam promiserit, eandemque habere non potest, & bona hæreditaria habeat, creditor sibi emptorem ordinare tenetur, *m* vel solus illa acceptare, iuxta taxam iudicis, & sic debitor liberatur: vt in auten. eod. tit. §. quod autem de cetero. coll. j. & ita hîc habetur, quòd solutio alteri fieri potest contra eius voluntatem, quã quod sibi promissum est: hoc idẽ habetur C. de donati. l. si quis argentum in prin. ff. de re. iudic. l. miles. in autent. de alien. & emphyt. §. si verò. ff. de rei vindicat. l. restituere. Quartò, si vnus fideiussorum soluit totum, omnes liberat, & lucratur actionem ab omnibus: vt ff. de solut. l. Stichum. & C. de duobus reis stipula. l. j. & C. de fideiuss. l. cũ alter. *n* Quintò, qui pignus & fideiussores simul accipit, nõ potest fideiussores impetere, nisi priùs restituat pignus fideiussoribus.

Circa id etiam nota, si fideiussio immutatur, fideiussores absoluuntur, si corã hominibus actum sit: vt Instit. de verb. oblig. in multis locis. & C. de fideiuss. & mand. l. ij. & l. nouatione. *o* Præterea sciendum, quòd fideiubens, vel promittens rem malam & inconsuetam, adimplere non tenetur: vt Instit de inuti. stipul. §. quod turpi. & ff. de verb. oblig. l. generaliter. & l. veluti. & C. de inutil. stipulat. l. ex eo.

p Considerandũ insuper, quòd promissio nulla matrimonio superaddi debet, & addita non valet: sicut si filius meus superducere debet filiam tuam, & cuius culpa dissoluetur, soluat centum: nõ valet nec teneri debet. Matrimonium enim liberum esse oportet:

i Actio ciuilis quare dicatur. vide supr. lib. i. ar. lxvij. & lxxi. Jure Mu. art. xvi. xvij. et lxxij. gloss.

k Fideiussorũ specialia. cõcordat Jure Munici. art. xxvij.

l Intellige, nec alteri obligata sũt, nec creditor agere poterit contra bona huiusmodi, nisi priùs fideiussores inaggredia tur.

m Secus est de practica hic nostra: quia actor diuendit partes pignus iudicẽdo, prout poterit.

n Præterea si promissũ cautione obstrictũ euincatur, fideiussores etiam absoluuntur.

o Jure Mun. art. xxvij.

p Matrimonij cõditionulla superaddi debet.

vt C. de inutil. stipulat. l. libera. & ff. de verb. oblig. l. Titia. & xxx. q. ij. vbi nō est. & extra. de sponsal. c. cùm locum. & c. requisiuit. & c. gemma.

Si verò actio iniuriarum fuerit, &c. Hic tangitur alia fideiussoria, quæ criminalis dicitur: & quæ coram iudicio fit, in actionibus criminalibus: huiusmodiq; fideiussores, pœnam illorum, pro quibus fideiusserunt, sustinere non tenētur, sed verigeldo absoluuntur: supra art. lxv. libr. j. & licet in legibus: vt C. de fideiuss. & manda. l. si Barsatoram, aliter sentiatur. Innuit enim lex illa, quòd fideiussor debet presentari iudici. Sed tu responde, quòd exquoquidem in legibus verigeldus non est descriptus, datur arbitrio iudicis excessum corrigendi: iure verò nostro, quia specificatum habemus verigeldum, pro vnoquoque excessu, cessat taxa iudicis super impositione pœnę huiusmòdi, & iuxta priuilegium emēdatur. Vel dic, promissum pro Barsatore, de quo lex meminit allegata, sub certa forsā fuit pœna, homicidā sistendi. Vnde quia non satisfecit iudici fideiussor, præsentabatur puniendus: hîc autem, vt dictum est, secus fit; quia hîc loco pœnæ per iudicem instituendæ, soluitur verigeldus à iure determinatus: vide etiam ad id C. de fideiuss. & mandat. l. sancimus.

q Fideiussoria in criminalibus facilior est quàm in ciuilibus. Concordat Iure Munic. artic. xxvij. & cxvij.

Notandū vltérius venit, *q* quòd fideiussoria in criminalibus facilior est, quàm in ciuilibus; quia in criminalibus nullus ad fideiussoriam datur, qui in manuali facto detinetur: vt supra lib. j. art. lxx. & lib. ij. art. jx. & C. de custod. reo. l. in quacumq;. Ex quo itaq; nullus datur ad cautionē, nisi qui habet propositum se iure defendendi: *r* si ergo in defensa succumbit, fideiussor suus soluit verigeldum, & ille proscribitur, in iureque pro mortuo reputatur: vt Insti. de capit. dimin. §. maxima. & ff. eod. tit. l. vltim.

r Iur. Mun. art. xxvij. glo.

Qui ad actorem & non iudicē pertinet; &c. In contrarium istius videtur art. iiij. lib. ij. vbi dicitur, quòd verigeldus iudici cedit. Intelligē tamen, quòd paragraphus ille seipsum soluit; quia loquitur de illo, qui de facto proscriptus est, & à proscriptione se liberare vult: hîc verò loquitur de illo, quē adhuc actor habet in sua liga.

Sed iudex in eo mulctā obtinebit, &c. Mulcta igitur iudici cedit, pro mendacio quod fecit coram Deo & iudicio, promittens statuere illum, & non fecit.

Simili modo debet quis pacem stipulatam emendare, &c. Supra lib. j. art. liij. lib. ij. art. xlj. glos. Similitudo quidē hîc ponitur præcedentis paragraphi cum isto præsenti, non tamen sunt per omnia idem. *f* Vnde nota, quòd fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex est differentia. Primò, quia occasiōe transactionis & pacis fractæ, potest vnus grauiùs accusari, & ad maius taxari: fideiussores verò in actione iniuriarum non possunt vltra taxari, nisi prout verigeldus se extendit; quia qui contra ius promittit, seruare non tenetur: vt C. de legib. & constit. l. non dubium. & C. de pactis. l. de quæstione. & l. pacta. Secundò, si transactio occasione pacis fractæ, fideiussoria stante subsequatur, (possunt etenim arbitri & pacis cō positores in eo casu eligi) in arbitrio erit partis, illud quod edixerint tenere, vel soluere vadium, aut pœnam desuper statutam, sententiamque arbitrorum refutare: vt in autent. de iudic. §. quia verò multæ. coll. vj. Hoc autem nō fit in ista fideiussoria. Tertiò, quia transactiones, seu potius pax fracta, per transactionem sopita, si in iudicio resuscitatur, repellitur ab actione actor, & emendare eum oportet, fideiussorque eius, ac si

f Fideiussoris pro iniuria & pace fracta triplex differentia.

pax vio-

pax violata sit: vt in articulo præsenti paragrapho sequenti. & C. de transact. l. caussas. & Instit. de excepti. §. præterea debitor. Hoc autem nō fit in fideiussoria huiusmodi. Quare dicitur simili modo, &c. Vt quemadmodum verigeldus coram iudice soluitur illi, cui stipulatio facta sit, ita etiam stipulatam seu trāsactam pacem, coram iudicio, vbi promissa fuerit, emendari oportet: vt hîc, & C. vbi de crimi. agi opor. l. j. Secūdò conueniunt, quia vtrumque absoluitur verigeldo.

y Pacem in vna iurisdictione promissā, in alia tandē iurisdictione violans, an vndē, triq; iudici emēdare debeat.

Quodsi vnus pacem in vna iurisdictione promissam pacem y in alia tandem iurisdictione eandem frangat, an huiusmodi pacē promissam hîc emendare deberet, vt priùs dictum est; & an in alia iurisdictione pro violentia etiam eundem emendare oporteat: videtur esse id nimis durum; quia & ibi, & hîc pro vno actu bis mulcta retur: quod est contra articulum liij. lib. i. vbi dicitur, quòd pro vno actu non nisi vna mulcta soluitur: immò super vno negotio bis iudicaretur; quod est contra l. cū quæritur. ff. de excep. rei iudic. & extra. de exception. c. aduersario. & de litis conte. c. j. li. vj. & xiij. q. vlt. c. vlti. ℞. quod non est vnus excessus, nec vnum iudicium; quia vnus iudex iudicat super excessu pacis fractæ, & huic mulcta soluitur: alteri iudici mulctam soluit ipse, vel sui fideiussores, propter factum promissum.

Posse agere per duellum & sine duello, &c. Hoc intellige, in omnibus actiōibus quę pœnales sunt. Quælibet enim actio criminalis, & criminaliter, & ciuiliter instituitur potest: vt superioribus declaratū est. & Instit. de re. diuis. §. si quis in aliena. & Institu. de iniurijs. §. in summa.

Fideiussores cum iuramēto nō poterint liberare. Istud superiùs declaratum est: & C. de edendo l. is. & Instit. de lega. §. quòd autē.

Si is qui præsentaturus fuerat, sine stipulatore se præsentauerit, &c. Per id doctrina datur, si quis fideiusserit aliquem in iudicio sistendi, principalisque seipsum statuat absque fideiussore, fideiussor liberatur: hoc etiam vide Institu. de duo. re. stipul. §. fin.

Id quod in annotationibus ex codicibus vetustioribus habetur. videlicet, istud pro tempore statuto fideiussor exequi tenetur, & non captiuus, &c. Ratio istius est, quia fideiussoribus creditur & nō captiuo.

z Stipulatā pacem sub fide promittēs, & eandē frāgens, an infamis efficiatur.

Quærere aliquis possit, z si trāsactio & pax stipulata sub fide promittatur, interimque frangatur, an efficiatur infamis, vel an perdat honorem & vitam: vt supra libr. j. art. l. & ista, vt sic, maior pœna esset quàm verigeldus. ℞. quòd non sequitur istud; quia qui promittit & tenere non potest, emēdatque secundùm quod iuris est, impetī posthac non poterit.

a Alia gloss. ſa habent: si fregerit quis stipulatam p seipso pacem, vel fideiussor si eandem violauerit, vterque vitam amittit, si in manuali detineantur facto

Si fregerit quis stipulatam pacem, &c. a Tangitur tertia corūdem cōuenientia, videlicet, quòd ille qui solus stipulatā fregerit pacem, & ille qui fideiubetur, vterque vitā amittit, si in manuali detinetur facto: vt infrá libr. ij. art. lxiiij. & C. ad senatusconsul. Turpil. l. si pro eo. & l. si fœmina.

x Pacē frāgens non promissam, æquè vitam demeretur, sicut transactionē promissam violans.

Circa id nota speciale quid, x quòd pacem frangēs non promissam, æquè caput demeretur, sicut qui transactionem promissam violauerit: vt supra libr. ij. art. xiij. & ff. ad leg. Iul. de vi priuat. l. hac lege tenetur.

Notandum etiam, quod trāsactio violari potest per querelam: vt hîc, & C. ad senatusconsul. Turpil. l. si fœmina. In contrarium licet sit supra libr. j. art. lxij. vbi habetur, quòd pro actiōe cœpta nihil demeretur. ℞. quòd ibi loquitur de querela, quæ nō est per stipulationem interdicta, hîc autem secus.

Qui hominem occasione iniuriarum accusatum in iudicio violenter deduxerit,&c. Ad hanc materiam vide ff. ad leg. Iulia. de vi public. l. qui dolo fecit.

Et hoc cõprobare poterit, &c. Ex isto habetur, quòd negocium necessario testimonio probandũ venit, siue coram iudicio, siue extra iudicium actum sit: vt hîc, & Instit. de interdict. §. commodũ. & C. de eden. l. & quæ. & in auten. vt liti. iur. §. si quis. col. jx. & ij. q. j. c. in primis. & c. primo semper.

Articulus X.

DEbeat autem homo aliquem iniuriarũ actione accusatum in tẽpore certo iudicio præsentare, etsi interim præsentãdus moriatur, [a] stipulator, si eum defunctũ præsentauerit, liberatur. Si verò actio ciuilis seu ℔ debito contra eum proposita sit, [b] mortuum nõ oportet iudicio præsentare, sed fideiussor mortẽ eius mettertius declarabit, & hæres mortui ℔ debito respondere tenebitur. [c] Si animal, quod p̃sentari debuit, mortuum fuerit, promissor in iudicio cutem si præsentauerit, liberatur.

a Concordat Iure Munici. art. cxix.

b Textuales iuriores vlteriùs habent: q. debitum nondum est super eo lucratum.

c Iure Mu. art. cxix.

GLOSSA.

IN articulo præsenti triplex fideiussoria tangitur. Prima, occasione iniuriarum, & si interim principalis moritur, quid fideiussor facere debeat: vt textus habet. In contrariũ istius videntur esse certæ leges: vbi habetur: quòd mortuo illo super quem querela instituitur, cessat omnis actio: vt ff. si pendẽ. appell. mors interuen. l. j. & C. si reus vel actor. mort. fu. l. si is quem [d] Rẽ. sub distinctione: si querela debitorẽ tangit, dunta- *d Iure Mu. art. cxix. glo.*
xat in suam vitã, qui interim moritur, leges allegatæ locum habẽt: nec est in cõtrarium paragraphus primus istius articuli, cùm dicitur: quòd mortuus iudicio præsẽtari debet: huiusmodi enim præsentatio non est aliud, nisi absolutio á iure & fideiussoria. Vel dic: cautio illa non est aliud, nisi absolutio á iudicio, & præsentatio est absolutio fideiussoriæ: in proposito apportatio huiusmodi est absolutio á iudicio & fideiussoria. Si verò querela tangit vitam & bona, qui bona percipere vult, ad querelam eum respondere oportet: vt C. ad leg. Iul. maiest. in cõstit. græca. l. meminisse. & ff. eod. tit. l. is. quis Instit. de hære. qui. ab intesta. deferun. §. per contrarium [e] Circa id notandum venit, si quis literas corã iudicio reproduxerit, literæque huiusmodi fuerint falsæ, si primus ille reproductor moriatur, alterque eadem postmodum ibidem mõstrauerit, contra istum datur actio. C. si reus. vel actor mortu. fuer. l. si vt proponis.

e Literas in iudicio reproducens falsas, quomodo contra eum actio datur.

Si verò actio, &c. Tangitur secunda fideiussoria. Vnde nota, si quis aliquem occasione debiti fideiusserit, iste si eum repręsentare non potest, vel debitum soluet, vel iure illud defendat: vt in præcedenti articulo. §. j. vel quod fideiussor exsoluerat, probet, & ita liberatur.

Sed hæres eius, &c. Contrariari huic videtur supra art. xvij. li. ij. & art. vj. lib. j. & item. C. ne filius pro patre. vbi habetur. quòd filius

filius pro patre respondere nō tenetur. R. quòd hîc filius pro patre non respondet, sed pro bonis quæ sibi ex successione cesserunt.

Quærere vlteriùs vnus potest: si nulla bona hæres ceperit, an soluere cogeretur debita huiusmodi. R. Si bona, aut recompensam bonorum, quæ hæreditat, non receperit, soluere non cogetur. Si quid verò contra prædecessorem, dum adhuc in viuis esset, intentatum sit, solutioque decreta, ipso mortuo, hæres exsoluere tenetur; quinimmò actiones omnes post litem contestatam, ad hæredes trāseunt: quare eos respōdere oportet, & soluere, si lucratur: ante litē verò contestatam, non transeunt, nisi quatenus ad eos peruenit successio; vt si vim feceris, bona rapiendo mea, regulariter hæredes ex delicto non tenentur á te commisso, nisi tecum fuerim litē contestatus, vel aliquid ad hæredes occasione debiti peruenisset. Nec est in contrarium articulo huic: vt etiam habetur lib. j. art. vj. & Insti. de perpet. & tempor. actio. §. aliquando. & paragrapho pœnales. & C. ex delict. defunct. l. post litis. & ff. de reg. iur. l. totiens.

Si animal, &c. Tertia tangitur fideiussoria. Vnde sciendum, qui animal seu pecus habet, quod impetitur per querelam, vel vindicatur, vel illud vendiderit, vel pro illo fideiusserit, moriaturque, ille liberatur: vt hîc, & Instit. de inutil. stipul. §. item contra. & Instit. de emptio. & vendit. §. cùm autem. & ff. de peric. & commod. re. vend. l. id quod. nisi forsan pecus illud fuerit tibi commodatum aut pignoratum; quia illud reddere teneris nō peioratū, de iure nostro: vt supra eo. lib. art. v. Secūdùm leges verò aliter obseruatur: vt Insti. qui. mod. re. contra. oblig. §. item is. vel si illud moriatur ex tua culpa: vt Insti. de lega. §. si res. & ff. de verb. oblig. l. siseruū. & ff. de lega. l. cùm res.

Articulus XI.

QVI pro sacramenti præstatiõe promisserit, [a] moriente reo, idē promissor aut rei hæres, ad sacramenti tenetur cōpletionē: [b] aliàs promissor ad solutionem rei, p qua sacramentum fuerit promissum, obligatur.

a Textus uetustiores ita legunt: qui fideiusserit pro illo, qui ad iuramētum obligatus erat, &c.

b Dicit enim Canon, studiosè agendū est, vt ea quæ promittuntur, opere compleātur: vt in c. qualiter de pactis.

GLOSSA.

Dictum est superiùs de assecuratione fideiussoriæ corā iudicio factæ animatarū rerum; vt sunt homines, pecora: hîc tandem determinat de fideiussoria, occasione sacramenti vel iuramēti: nec discrepat multum fideiussoria huiusmodi à prioribus; quia & hîc, sine fideiussore eundem absoluit, sicut in præcedenti art. & lib. ij. art. xj. & Instit. quib. mod. tolli. obli. §. item si reus. Vnde pro intellectu articuli nota, quòd in iudicio statui potest fideiussoria sexcuplex. *e* Primi fideiussores fiunt occasione tutoriæ; & hoc tunc, quando fideiubent pro tutoribus, quòd rectè administrēt bona pupillorum: vt Instit. de satisda. tuto. vel curator. §. j. & ij. & ff. rem pupilli saluam fore. l. nō quasi. & ff. de prætor. stipul. l. prætoriæ. & ff. qui satisda. cogant. l. j. *d* Circa id sciendum, quòd quilibet tutor assecurationem facere debet, de administrāda tutoria, exceptis illis, quos parentes in tutores statuunt: vt Instit. de satisd. tuto. vel curat. §. j. & ff. de confir. tutor. l. si filio. & l. in confirmando. Secundò, qui promittunt pro eorum pupillis: & isti sunt veri tutores, qui promittunt & explere tenētur: vt supra lib.

e In iudicio statui potest fideiussoria sexcuplex.

d Tutor quinis assecurationem facere tenetur de benè administrāda tutoria, exceptis tutoribus, quos parentes constituunt.

pra lib. j. arti. xlvij. & C. de contrario iudicio. l. j. & C. de auctoritate præstan da. l. clarum. Tertiò, qui promittunt pro eorũ pupillis, satisfacere tamen pro eisdẽ non tenentur: vt sunt illi, qui circa iudicium in tutores dantur: vt supra lib. j. art. xlvij. & instit. qui. mod. tollit. oblig. §. fin. Quartò, fideiussores sunt corã iudicio dati; & isti vel fideiubent in actione criminali vel ciuili: qui in criminali actione fideiubent, verigeldo absoluuntur, si illum quem fideiubent, non repræsentant: vt supra lib. j. arti. lxv. in nullo enim iure inuenitur, quòd fideiussores occidi deberent, quàmuis non præsentent illum pro quo fideiusserant, dato, quod etiam dolo malo id fiat: pœna tamen eis imponitur ratione doli: vt xxiij. q. v. in certis canonibus. Qui verò fideiussores sunt in ciuili causa, absoluuntur exsoluendo pecuniã, pro qua principalis accusabatur: vel si mortẽ eius mettertius probauerit: vt supra eod. lib. art. jx. & x. Quintò, fideiussores fiunt pro animali, & isti absoluũtur apportando cutem, si pecus mortuum fuerit: vt supra eod. lib. art. x. & Instit. de lega. §. si res. & C. de in litem dando tuto. l. ad protegendam. Sextò, fideiubent pro sacramento seu iuramento præstando: vt hîc articulus habet. Vnde circa id notandũ, quòd fideiussor huiusmodi nõ absoluitur, nisi ipse, vel hæredes illius, pro quo fideiusserat, soluerint vel iurauerint.

Quæritur, si fideiussor certò nescit, quòd ille pro quo fideiussit, nocens vel innocens sit: *e* contingit enim aliquando, quòd vnus pro amico fideiubet: iuramentũ tamẽ præstare ex certis caussis recusat, occasione intentatæ querelæ. Si itaque hæres illius vel fideiussor iure compelli deberet, vt iuret super negocio quod sibi ignotum est, contra iuris ordinem id esse videretur: vt xxij. q. ij. in certis canonibus. Aduertendum, quòd in isto casu, fideiussor vel hæres, possunt actori deferre iuramentum: vt lib. ij. art. xxij. & C. de iureiuran. l. vlt. In oppositum etsiquidem sentire videntur leges nonnullæ. C. eod. titu. vbi habetur: si vnus negotium suum deferat alicui ad iuramentum, ille potest viceuersa huic iuramẽtum referre. Si itaque actor hæredi vel fideiussori iuramentum sibi delatum viceuersa refert, extunc sequitur, vt priùs. *f* ℟. Quod si actor respondenti iuramentum viceuersa huiusmodi referre velit, respondens illud non acceptarũ, iure se defendere poterit; qui enim deferre vult alicui iuramentum in negotium, quod sibi est ignotum, illud acceptare non tenetur is cui defertur: vt ff. de iureiuran. l. fin. si tamen id eueniat, positoque & non concesso, quòd aliter fieri nõ possit, nisi vt iurare deberet, extũc fideiussor vel hæres, non aliter iurare cogitur, quàm quòd ipse plenam fidem habet, quòd mortuus ille nihil sibi debebat: hæres verò iurabit, quòd ei de debito nihil cõstat: vt supra libr. j. art. vj. & C. de iureiuran. propter calumniam. l. ij. Aliorum enim debita, facilè alteri incognita esse possunt: vt C. de probat. l. j. & deiuran. & fact. ignor. l. cùm quis.

Aliàs promissor ad solutionem rei, &c. Quid si fideiussor iurare noluerit? ℟. quòd soluet promissum debitum, & hæres sibi resarcire tenetur, si illud in vtilitatem bonorum cessit, & sibi cognitum est: vt supra lib. j. art. vj. & Instit. de perpet. & tempo. action. §. aliquando. §. pœnales. & ff. de accusat. l. ex iudiciorum.

e Fideiussor an cogi potest ad iuramẽtũ loco illius quẽ fideiusserat, & quomodo procedendum est in isto casu vide.

f Adhunc passũ vide supra lib. ij. art. xxij. in anno.

Articulus XII.

Qui agit

QVi agit aduersus aliquem, & si ille è cõuerso contra suũ velit experiri actorem, a posterioris actio, nisi priore discussa, non audiatur. b Si multi contra vnum actionem interponere velint iniuriarum, cæteris respõdere non tenetur, donec a primo per iudicium sit absolutus. c Et si actio prorogatur, hoc est, in alium terminum differatur, cautionem non nisi pro suo præstabit verigeldo. c

a Ex isto textu colligitur, q obiectio compensationis locum nõ habet de iure Saxonico: vt hoc articulo, eo quòd is qui proponit compensationis exceptionem, dicit actorẽ sibi debere, &c. Dicit enim Bald. in l. si constat. in fin. c. de compẽsationibus, q cõpensatio est species reconuentionis, vt ibi latius p eũ & per Bald. in extrauagãti ad reprimẽdum. coll. x.

GLOSSA.

b Quando, et qualiter reconuentio fieri possit de iure communi: notatur in Clemẽtina de verborũ significatiõe. Sapè. in glossa ibidem vide.

c Textus a lij addũt: dato, quòd querelæ sint plures.

d Ad hunc articulum vide etiã supra lib i art. lxi. infrà libr. ij. artic. lxxix. Iure Munic. artic. xxviij.

e Pœna illorum, qui recõuẽti respondere nolunt.

f Ius reconuentionis quomodo ab antiquo seruabatur.

Articulus præsens ex iure naturali ortum habet. *d* Naturale etenim est, quòd quidquid ab alio expeto, vt & illud solus faciam. Instit. de iur. natur. per totum. extra. de constit. c. cum omnes. & j. dist. in princ. Et si contra aliquem iudicialiter ago, æquum est, vt illi viceuersa respondeam, si contra me agat: vt supra lib. j. art. lxj. & extra. de mutu. petiti. ex literis. & iij. q. viij. accusatores. §. cuius in agendo. *e* Vnde pœna illorũ qui respondere viceuersa nolũt in reconuentionalibus est, quòd ei respondere non cogitur iste: vt extra de mutuis petitio. per totum. Ius reconuentionis admittitur ex textu, attamen iustificando se prius super quæsito actoris. Vnde nota pro intellectu textus, *f* quòd iure antiquo, cùm reus viceuersa actorem reconuenire voluit, illud eum facere in instanti oportebat, antequam litem cõtestatus est, per affirmationem vel negationem, in hunc modum. Postquã actor querelam suam iudicialiter formauerat, pars respondens nondum responsione facta, querelam itidem fecit suam; posthac verò respondens super actoris propositionem respondit, tandem & actor ad eiusdem propositionem respondere cogebatur: & sic vterque consequenter procedebat iuxta regulas, vt habetur lib. j. art. lxj. Sententia priùs postulata, primò erit pronuncianda: vt extra de mutu. petiti. c. j. & extra de ordi. cogni. c. cum dilectus. Nunc verò iure nouo, pars respondens actorem accusare non potest, quámdiu iudicium durat: quare iura illa correcta sunt, quæ dicebant, quòd ante responsiuam per affirmationem vel negationem, per respondentem querela fieri debet: vt lib. vj. de rescript. c. dispendia litium. §. reus. Iure tamen spirituali adhuc is modus antiquus obseruatur: vt notatur in Clementina. sæpe; super verbo. Exordio. de verb. signif. Iuris enim correcturam euitare debemus, inquantum possumus: vt extra de electi. & elect. potestat. c. cùm expediat. libr. vj. de iure verò Saxonico obseruatur modus, vt textus habet *g*

g Nota, quòd reconuentio cõtra actorẽ videtur solũ habere locum infrà triennij: vt in l. properandum c. de iudi.

Sciendum tamen, quòd *h* iure reconuentionali agere vnus non potest in tribus casibus. Primò, cùm quid ad arbitrorum sententiam datur, coram eis alter aliũ re conuenire non potest, nisi aliter conclusum inter eos sit: vt extra. de arbitr. c. cum dilectus. & ff. eod. tit. l. si cum dies. & ff. de verb. oblig. l. quodcumque. Secundo, quòd recõuenire nõ possunt proscripti: vt infrà art. xvj. §. ij. & supra lib. ij. art. lxiij. Iure verò spirituali, excõmunicatus etiam reconuenire nõ potest: vt supra lib. ij. art. lxiij. & extra. de excepti. c. cum inter. & extra. de iudic. c. intelleximus. Tertiò, si quis alicui pecuniam dederit, quámuis sibi eam non tenebatur, sed ille forsan iu-

h Iure reconuentionali vnus agere non potest in tribus casibus.

san iuramento eandem ab ipso lucratus sit, vel iste pro huiusmodi paruula sūma iurare noluit, si iste postmodum accusare vellet, quòd iniustè pecuniam lucratus sit, respondere sibi non tenetur: vt Instit. de actio. §. item si quis. & C. de his qui accusare possunt. l. j. & C. de iureiuran. l. actori. & C. de condit. indebit. l. indebitum. *i*

i Nota, secūdum ius feudale, actor pro feuens vnam, vel duas q̄relas contra reū, si interrogetur, an adhuc aliq̄d habeat cōtra eū propositurus: si dicat quòd sic, per sententiā compelletur, quod omnia proponat, antequā sibi respondeat: feud. c. lxv.

Nisi priore discussa non audiatur, &c. Hoc idem habetur C. de his qui accusare non possunt. l. j. Quandoquidē vnus alteri respondere nō cogitur, nisi priùs ab ipso liberetur, quid facere iste debet, quòd non accusetur pro pecunijs, quas iam lucratus sit? R. quòd interrogare debet actorem, quo pacto & sub quibus conditionibus pecuniam sibi dederit, & quæ sit causſa, quòd iniustè eam possidere debeat, quod & indicare oportet: vt infrà art. xlj. §. vlt. causſam debet actor necessariò declarare in iudicio, si pars aduersa postulauerit. Si quærat ille per sententiam dari, exquoquidē desuper sententia iuridica iam lata sit, an sibi pro eo vlteriùs respondere teneatur; decernetur quòd non: vt C. sentent. rescin. non pos. l. vlt. & Insti. de excep. §. æquè si debitor. Si multi, &c. Ius istud maximè est necessarium: vnus enim duobus respondere non tenetur, nisi illum qui prius querulatus est absoluerit. Si verò duo vel plures inuicem querulētur, in iudicis est arbitrio decidere & demandare cuicumq; voluerit primam querelam: vt supra lib. j. art. lxj. & ff. de accusat. & inscription. l. si cui crimen. §. hisdem.

Et si actio prorogatur, non nisi vnum prestabit verigeldum, &c. Hoc est; quia non potest nisi vnam amittere vitam, quare non plus etiam nisi vnū soluit verigeldum: vt ff. de custod. & exhibi. reo. l. si quis reum. & ff. de priua. delict. l. nunquam plura.

Arti-

Articulus XIII.

SI cōtra aliquem actiones in iudicio proponentur iniuriarum *a* ipso non præsente, terminusque reo ad respondēdum assignetur, & actor infra dictos terminos reum inuenerit, eum licitè, vsque quo sufficiētem vt eius respōdeat querimonijs præbuerit cautiōem, iure arestabit; *b* quia pacem actori iudex, & non reo, in cuius absentia cōquestum est nunciauit.

a Concordat Iure Mun. art. xli.

b Alij textus ita legunt. qa index actori pacem indicit & nō reo, quia absens ad iudiciū citatur.

GLOSSA.

VT eius respondeat querimonijs, &c. In eodem iudicio; quia vbi semel cœptum est iudicium, ibi & finem accipere debet: vt ff. de iudic. l. vbi cœptum. Nec enim causſæ continentia est diuidenda: vt in l. nulli. C. de iudic. & de sequestra. c. j. & hoc est etiam secundùm intellectum glos. licet supra contra intellexerit, & hoc etiam fieri posset in diuersis iudicijs, & coram diuersis iudicibus per prædicta iura.

GLOSSA.

Quandoquidem, vt supra tactum fuit, tota legis dispositio est, vt per eam temeritas prauorum coerceatur: C. de legi. & constit. l. leges sacratissimæ. & distin. iiij. c. factæ sunt. *c* Vnde nota, quod temeritas seu temere agere, cōtingit tripliciter. Primò, quando quis temerè & impudice audenterq; facit con-

c Temeritas duplex: temereq; agere cōtingit dupliciter. concordat Iure Mun. art. xli. glos.

cit contra ius; vel qui forsan solus deberet iustitiam fouere, & iniustitiam debilitare, solus ipse iniustè agit: cuiuscumque status & legalitatis sit: & contra illos statutū est, quòd quidquid hoc pacto fe- *d Vide supra libr. ij. artic. xxxvi.* cerint, *d* pro non facto reputatur: qui enim contra ius facit, iniustè agit, subitque pœnam, contra excessiuos à iure decretam: vt in exemplo, si vnus equum furetur & detineatur, equus cedit illi viceuersa cuius erat: vt supra libr. ij. art. xxv. & artic. xxxj. Nec res illa furtiua pertinebat ad istum, qui eam furatus est, nec commodum illius aliquàdo habere potuit; immò subit à lege statutam pœnam, quia suspenditur: vt C. de legi. & constit. princ. & edict. l. non dubium. & in auten. vt omn. obed: iudic. §. j. coll. v. Secunda temeritas dicitur etiā esse mala: & fit, quando contra aliquem quis excesserit, & ille propria auctoritate illud vlciscitur, pœna illorum est, quòd causa illorum iusta iniusta efficitur, iusque suum inuertit: vt Instit. vi. bon. rapt. §. sed ne dum. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. ¶ Hic circa id quærere vnus posset, quòd istud quod hic dictū est, quòd videlicet ius suum inuerteret, & illud quod iustum esset faceret iniustum, id non esse bene dictum: quia ius manet in seipso semper, videlicet quòd iustum est & immutari non potest: vt Instit. *e Justicia duplicem habet acceptionem.* de iustit. & iur. §. j. *e* ℞. quòd iustitia quandoque accipitur in genere suo, vel etiam pro illo, qui est iustitia summa, vt est Deus ipse, & ista manet semper: vt Instit. eo. tit. §. j. Quandoque iustitia accipitur pro illo processu, in nanciscenda iustitia, & de ista hic loquitur: vt si quis iudicialiter rem suam expeteret coram iudicio, si idem propria auctoritate illā occupat, ius si quod habuit perdit; quia propria auctoritate rē sibi vēdicat: & istud tā gitur in textu ibi.

Eum licitè vsquequo, &c. *f* & notanter dicitur, iure arestabit. nullus enim suijpsius iudex esse debet: vt infrà artic. lxxxj. & C. ne quis in sua caussa iudicet. l. generali lege. Tertia temeritas, & illa est pessima: videlicet cū quis malè fecerit vel excesserit, vitareque nō vult, sed apertè incedit, acsi ordinatè & benè egisset, vel potestatem ad id faciendū habuisset. Pœna istius est, quòd arestari & detineri potest, quòad cautionem ponat, vt se super eo iustificet. istud tangitur ibi: quia pacem actori iudex, &c. quasi dic. sit quisquis sit: ille tamen propter excelentiā nominis sui, facultatem nō habet faciendi, seu iniustèagendi: illud enim quod pro bono non habetur, malum est; nisi iustitia concomitatur: vt in auten. vt omn. obedi. prouin. iudi. in crimin. & pecun. causs. §. j. coll. v. *f Vide supra lib. ij. ar. xxv. Jure Munic. ar. xxvij. ar. xli. & cx ij. gloss.*

Articulus XIIII.

SI homo dictis sui fe- *b Cùm dicitur, primo varendam petat actionis, &c. Et quādo huiusmodi varēda perficitur vel cavetur, tunc debitum nō potest meliorari, nec maiorari: vt hic, & Jure Mun. artic. xli. non tamen sufficit quòd varenda promittatur, sed quòd effectualiter fiat, & præstetur necesse est.* rendarij non consentiat, propter emissa ab eo verba damnum non sustinebit. Contra quem agitur actione iniuriarum, b primo varendam petat actionis, c quoniam ante huiusmodi varendæ præstationem, actor suā corrigendi actiōem liberam habet facultatem, quam post huiusmodi præstationem nō est habiturus. d

a Concordat Jure Munic. art. xxxv. & xli.

GLOSSA.

c Item, post guarendā peti potest inramētū calumniæ vel malitiæ

Damnum nō sustinebit, &c. Qualiter & quando error & confessio

priùs nō petitum, cùm in qualibet parte litis pōssit.

procuratoris, aduocati, vel principalis, in iudicio possit reuocari, notatur in c. vlt. de confess. & in c. olim de censi. & plenius in Specu. parte ij. tit. de confessis. §. vlt. ibi vide.

Item, tempus probationis reo non currit, nisi prius actor varendam pōstiterit.

GLOSSA.

d Nota, præstita varenda non potest quis actionem suā emendare per hunc textum, potest tamē diminuere eam quę prius plus petijt, potest postea minus petere: per hoc enim nihil deperit reo, cùm sibi suū sal tum manet. ad id faciunt notata p Doct. in c. ij. de libell. oblat. & in c. inter dilect. & de fi. instrument.

e De ferendarijs vide supra lib. i. art. ix Iure Mu. art. xvi. & xlij. gloss.

IN articulo presenti ponūtur duo, respondenti maximè necessaria. Primùm, quàmdiu quis non consentiat verbis ferendarij, damnum nullum sustinet hoc idem habetur supra lib. j. art lx. C. de error. ad. uocat. libello vel precę. l. sententijs. Vnde nota, quod iure Saxonico ferendarij sui dicta retractare poterit vnus, quàmdiu in ea nō consentiat: vt hic. & supra libr. j. artic. lx. Ex isto sequitur doctrina litigantium *e* quòd si ferendarius quid dixerit in damnū principalis, per iudicemque interrogatur, (iudex etenim interrogare eum ante sententiam latam debet: vt supra lib. j. art. lxij.) an dictis cōsentiat ferendarij: ibidem alter debet expeti ferendarius, & per eum denunciatur non esse voluntatis suæ id quod ille dixerat: sæpius etenim euenit, quòd ex stulta ferendarij interrogatione, etiam iusta inficitur causa. Iure verò spirituali, principalis potest post triduum retractare verba procuratoris, & posthac non: vt extra de confess. c. fin. & de censibus. c. olim. & hoc ideo fit, quia principales debent præsentes adesse, & legitimas ostendere causas erroris: hoc Saxonem facere nō oportet, & ita illi longiorem habent diem reuocādi, quàm Saxones ipsi. Aliqui verò id quod dictū est, quòd ad retractādum verba malè emissa ferendarij, deberet alter ferendarius expeti á parte, dicūt, quòd illud ipse idem solus principalis facere debet, verbaque huiusmodi per ferendarium prolata, quàmdiu eis non consenserit, retractabit. impos-

impossibile enim est, quòd vnus consentire deberet his, quæ in damnum vergunt suum, dato etiam quòd ferendarius illa protulerit: ff. de confes. l. ij. & l. vlt. & de cēti. l. forma. §. vlt. ff. de aqua pluuiali arcen. l. sed hoc ita. C. de iuris & facti ignorātia. l. cum testamētum nullo iure. & ff. de iurid. omn. iudic. l. si per errorem.

Quæritur, si iudex non interroget principalem, an dictis ferendarij consentiat, vt supra dictum est, quo tempore possit retractare verba ferendarij? R. quādiu sententia desuper prolata non fit: vt C. de errere calculi. l. errorem. Secundò, quod in articulo ponitur est id; quòd quiuis querelam suam ante guarendam meliorare potest. Vnde varenda expeti debet ab illo, qui te iudicialiter accusat: *f* effectusque varendæ seu vtilitas est; quia actor seu querulator, à querela te tueri debet & tenetur, si ei demeritam exsolues emendam, aut per respōsiuam euades: ita, quòd pro huiusmodi causa seu querela nullus alter te accuset vel accusare poterit: vt supra libr. ij. art. xv. Et item varenda ad id est necessaria, quòd actor querelam suam postmodū meliorare nō potest. sicut si te accusauit pro violentia, non potest postmodum te inculpare pro homicidio: præterea, si te duellariter seu per duellum alloquatur, & nō nisi duas conditiones expresserit, varendamque postmodum faciat, ruet in sua causa; quia omnes tres in duellari actione proponere tenetur: vt supra lib. j. art. lxiij.

f Varenda effectus seu vtilitas. ff. concordat supra lib. j. art. xv. sed et Mun. art. xlv.

Articulus XV.

SI res hereditaria à duobus post tricesimum defuncti postuletur, *a* nisi lite inter eos sopita, id est; do-

a Ad hanc materiam vide infrà artic. xxi. Codices tamē vetustiores parcun-

phum præsentem ita legũt: si post tricesimum diem eandem rem in iudicio acquirere nitatur, possessor neutri respõdebit, donec amicabiliter inter eos cõponatur, aut vnus aliũ in iudicio vocasione istius à causa propellat.

est, donec amicabiliter componant, aut vnus alium in iudicio amoueat, nulli eorũ præbeatur. Retentor vero rei hæreditariæ, armorum bellicorũ, aut suppellectilis, si postulata, post tricesimum exhibere negat minus iustè, pro eo mulctã dabit & emendam, si eius iniusta retentio iudici nũcietur.

b Concordat Iure Munic. art. xxiij. & xxv. Textus tamẽ antiqui hunc passũ ita habent. Si prædium aliquod impetatur à duobus, & iudex exigat illa sibi trad., seruande rei causſa eidem tradetur, donec litigantes per iusſ separẽtur, & qua dederit iudici liber erit.

b Si autẽ res litigiosa extiterit, à duobusq; impetatur, & iudex eam postulet, eidem præsentari debet, eandemque seruabit iudex ad litis vsq; decisionem, præsentansque liberatur. Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica postulet, agnatus ex parte gladij esse debet: c ad vtensilia vero seu geradam, cognatus, id est, ex parte fusi seu mulieris, dũtaxat admittitur.

c Iure Mu. art. xxiij. & xxv.

GLOSSA.

Textus articuli in se planus est: nec longa declaratione indiget, plurimũ tamen conducit illis, qui res aliquas, siue sint hæreditariæ, gerada, arma bellica, apud se in depositio vel accommodato habent, & interim moritur depositor, post modum verò à pluribus vindicẽtur, quomodo se in his obseruare debeatur: sicut si equum, arma, accommodauerit, & interim moritur qui accomodauit, repetantq; duo forsan agnati à possessore rẽ illam, ille vero nescit, quis eorum ius maius ad id habeat, nemini illorum dabit, quoad iure discernetur; idque cauetur per constitutionem præsentem. Constitutionibus siquidem subultus vnusquisque, defacili damnum & periculum euitare potest: vt C. de veter. iur. enucle. l. Deo auctore. §. cùm itaque. Vnde multi articulum præsentem non sanè intelligentes in alium sensum eundem trahere videntur. Tu tamen textum vt in se est intelligere debes.

Si autem res litigiosa extiterit, &c. Doctrina per id datur huic, apud quem res huiusmodi in depositio sit; eandem etenim, si difficultatem euitare vult, iudici præsentabit: &, vt sic, absoluetur; & signanter, si iudex eãdem postulet: mandato enim iudicis obediendũ est: vt Instit. de interdict. §. restitutoria.

Iudex eandem rem vsque ad litis decisiõem seruabit, &c. Textus iste contrariari videtur supra libr. j. articu. xxviij. vbi dicitur. quidquid rerum expeditoriarum morte alicuius, hæredibus nõ extantibus, relictum sit, iudex tenetur seruare per annum & diem. nõ alienando, & tandem in vsum cõuertet suum: possent itaque duo litigare pro huiusmodi re vltra annum, & ita esset contra textum allegatum. R. quòd non contrariatur; ibi enim loquitur de rebus expeditorijs, vbi opinatur nullũ superesse hæredem, hîc verò vbi hæredes extant.

Qui expeditorias, &c. Vnde nota, quòd expeditorias res, seu arma bellica, hoc est, hergenet, nullus repetere debet, nisi sit ex linea paterna: vt supra lib. j. artic. xxvij. In contrarium tamen istius videtur esse articulus tertius libri primi, & item articuius sextus. & Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. itẽ vetustas. & §. diui. prin.

& in auten. de hære. ab inteſt. venien. coll. jx. per totum. vbi habetur; quòd illi qui ſunt ex parte gladij, non habent melius ius quã illi qui ſunt ex parte fuſi. d ℞. q̃ leges allegatæ non contradicunt huic; nec enim, vt ſic, etiam de iure noſtro melius ius habent: quia quámuis cognati ex parte gladij expeditorias res tollunt, in recõpenſam tamẽ mulieres accipiunt geradam: vt ſupra lib. j. art. xxij. Vel dic, quòd expeditorias res accipiunt in primis ratione laboris circa tutelam exhibiti, vel exhibendi: vt ſupra lib. j. art. xxiij. quia qui ſentit laborem, ſentiat etiam cõmoda. Nullus enim proprio ſtipendio militare cogitur: vt extrà de præſcrip. c. cùm ex officij. & in auten. de iudi. §. ne autem. & C. de ſtatu. & imagin. l. j.

d Agnati ex parte gladij arma tollũt bellica. in recompenſam verò iſtius, cognati geradam percipiunt.

Articulus XVI.

NEmo aliũ à ſua repellere poteſt actiõe, a niſi is, aduerſus quẽ actio fuerat ventilata. Infames tantum tutores habere prohibentur. In imperio & in ipſa iuriſdictione, proſcriptis reſpõdere nemo teneatur, b ſed ipſos alijs reſpondere oportebit. c

a Concordat Jure mun. ar. xxxij. Textus tamen antiq. & Germanicus hunc articulum ita legunt. Judex non poteſt aliquem à ſua appellere actiõe, nec alter quiſquam præterquam is, aduerſus quẽm actio inſtituitur.

b Concordat Jure Munici. art. iiij. gloſſ.

c Textus alij addunt, in illa iuriſdictione, vbi proſcripti ſunt.

GLOSSA.

Nemo alium, &c. Cõcordat cum iſto principio: ſupra libr. ij. artic. xxiiij. & infrà eod. lib. art. lxxxiij. & feud. artic. xxxjx. & vide etiam quæ ibi notantur. Quòad poſſeſſionem. Hic non dicitur de actione, oponantur autem actiones à reis & eorum hæredibus & fideiuſſoribus, niſi ſint perſonales, ſed non tranſeunt ab vno fideiuſſore ad alium: vt ff. de fideiuſſor. l. amiſſi. §. vlt. & ſicut exceptio inducitur à reo, contra actionem actoris; ſic ab actore replicatio contra exceptionem, & à reo duplicatio, & ab actore triplicatio & quadruplicatio, & ſic deinceps quintuplicatio vſque ad concluſionem in cauſſa: vt Inſtit de replica. §. j. & §. rurſus. & de foro competen c. ex parte. Effectus autem exceptiõis eſt, ſi eſt dilatoria, vt per eam differatur iudicium, vel euitetur perſona iudicis vel procuratoris; perẽptoria verò propoſita, perimitur actio agentis, vel excluditur intẽtio eiuſdem, ſecundùm Hoſtien. in ſum. de except. §. quis ſit effectus. in princ.

GLOSSA.

Senſus articuli eſt, ſpecialiſq́; doctrina datur, quo pacto vnus aliũ ab actiõe repellere poteſt, & quomodo vnus alteri reſpondere nõ cogitur. Iudex ſiquidẽ, vt ex præcedentibus liquet, vnicuiq́; ſe benignum iudicem præbere debet, quicumq́ue querulatur. Iſte verò qui accuſatur poteſt accuſatorem repellere, ſi infamis ſit, vel iure priuatus, vel proſcriptus; illis enim reſpondere non oportet.

Vnde pro intellectu iſtius nota, d quòd iure priuati dicuntur multifariam. Primò, qui in fama & honore ſunt notati macula aliqua: ſicut de iure noſtro ſunt fures & prædones: vt ſupra li. j. ar xxxviij. & C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. l. ſi furti. & ff. eod. tit. l. vlt. Secundò, iure priuati dicuntur, quĩ anno & die in imperij proſcriptione iacent: vt ibidem libr. j. art. xxxviij. Tertiò, qui eutem & crines redemerint: vt lib. ij. art. xiij. Quartò, qui fidefragi ſunt: vt ſupra lib. j. ar. xl. Quintò, qui vitam vel membrũ redemerint per ſententiam

d Jure priuati dicuntur multifariam. Ad hanc materiam vide ſupra lib. i. ar. xxxviij. infr. libr. iij. artic. lxx. Ju. Mu. art. iiij.

tentiam abiudicatū: vt ſupra lib. j. art. lxiiij. excipitur tamen ille, qui manum redemerit, occaſione varendæ præſtitæ, quam tamē expiere nequiuerit: vt ſupra libr. ij. art. xv. Sextò, infames dicuntur, quos domini redimunt iuramento ſuo: vt ſupra lib. ij. art. xjx. & C. ex quib. cauſſ. alic. infam. irro. per totum. & ff. cod. tit. per totum. & vj q. j. c. infames. *e* Pœna iure priuatorum eſt triplex. Primò, quòd teſtificari non poſſunt: vt ff. de his qui not. infa. per totū. & vj. q. j. c. infames. & extra de teſti. c. teſtimonium. *f* Exceptis tamē tribus caſibus, in quibus teſtimonium etiam illorum qui infames ſunt admittitur; videlicet, occaſiōe fraudis imperij: vt ff. ad leg. Iuliam maieſ. l. famoſi. & C. eod. tit. l. nullus. Occaſione ſimoniæ: vt extra de ſimon. c. licet Heli. Et occaſione fidei: vt ij. q. vij. c. oues. Secunda pœna illorū eſt: quia tutorem habere nō poſſunt, & hoc intelligere quidam volunt, quòd videlicet ferēdarium habere non poſſunt: aliqui verò, quòd pugile carebunt, in actione duellari; tu tamen intellige, quòd vtrumque habere non poterint: vt clare habetur ſuprà li. j. art. xlviij. & hic in textu.

e Pœna iure priuatorum triplex.

f Infames teſtificari poſſūt in tribus caſibus. concordat ſupra li. i. ar. viij. infrà lib. iij art lxx. Iure Munic. art. iiij. gloſſ.

Quærere tamen poſſet aliquis, cuiuſmodi eſt pœna iſta, quòd vnus ferendarium vel pugilem habere nō debet? R. quòd pœna eſt non parua. Ferendarium enim habere non poterit in quo confidat, vt eū à malefacto defendere poſſit, ipſe verò ſeipsū defendere non valebit: qui enim offenſus eſt in vno, offenſus eſt in multis; & qui ſemel malus, ſemper reputatur malus: vt in auten. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio. coll. ij. & ff. de re. vindic. l. & ex diuerſo. & in c. ſemel malus. de reg. iur. li. vj. Quòd etiam pugilem habere non poſſint. *g* Ratio eſt, quia per pugilem vinci poterint & alloqui: vt ſupra lib. j. artic. xlviij. Tertia pœna, quia innocentiam ſuam iuramento declarare non poſſunt: nullus enim debitum ſeu exceſsū iuramento defendere poterit ſuū, qui crimine notatus ſit: vt ſupra lib. j. art. xxxjx. & iij. q. vij. c. infamis. & ij. q. j. c. prohibentur.

g Alia ratio ei fortior induci poteſt. Nullus enim admitti debet meliores et potentiores habere tutores, quàm ipſe ſit: vt ſupra lib. i. art. xlvij. glo.

In textu cùm dicitur, proſcriptis. &c. Proſcripti verò dicuntur qui in imperij proſcriptiōe iacēt, & illis reſpondere non oportet vt ſupra tactum eſt lib. j. art. xxxviij.

Articulus XVII.

PRoſcriptus quemadmodum aduerſus eum actio proſcriptionis in omni loco [a] iuriſdictionis proponitur, ita ſe in omni eiuſdem iuriſdictionis loco expiabit. Fideiuſſorem autem dare debet, vt iuri cōpareat reſponſurus: quem ſi habere nequiuerit, [b] eum iudex vſque ad condignam reſponſiōem retinere tenetur.

a Textus antiqua legunt: proſcriptus ſe in omni loco iudicis in quo proſcriptus eſt, eximere à proſcriptione poterit: quemadmodum etiam in omni loco eiuſdem iuriſdictiōis cōtra eum querela excitari poteſt.

b Alij textus legunt: iudex eum in cuſtodia ſeruabit, donec ad obiecta reſpōdeat.

GLOSSA.

Proſcriptus. &c. Multas quæſtiones de bannitis vide nota. per Spec. tit. de accuſat. ad fin. & ibi per Ioan. Andr. in addit.

Fideiuſſorem autem, &c. Nam & in criminali ſuo nomine conuētus ſatisdat iudicatum ſolui: & niſi ſatisdet, debet teneri in carcere publico: ff. de cuſtod. reo. l. j. & l. ſi quis reum. *c* Niſi ſit mulier, quæ nō debet detineri propter inopiam fideiuſſorum: vt C. de cuſtod. reo, autent. hodie nouo iure. Et

c Mulier propter inopiam fideiuſſoris, incarcerāda nō eſt: vide ſupr. lib. i art. lxx. in anno.

re. Et vide supra lib. ij. art. jx. Et in criminali. pauper reus si nõ inuenit fideiussorem, non committitur cautioni iuratoriæ; sed incarceratur: vt in Spec. iij. parte de accus. §. sequitur. vers. quid si nõ potest. hoc verum secũdùm Bald. nisi haberet declinatoriam exceptionẽ; quia tunc non cogitur satisdare: vt ff. de iudic. l. ij. § sed si dubitetur.

GLOSSA.

Articulus præsens de proscriptis & iure priuatis disponit. Vnde *p* intellectu textus clariori nota, *d* quòd iure priuati duplices sunt. Perpetuo priuati, qui ius suũ nullo modo recuperare possunt; vt sunt malefici, fures, latrones, & eorum socij; vel qui pro furto cõcordauerint, vt proximo articulo habetur. Et ad tempus, & istis ius suum retrahere admittitur. Ius etenim, inquantum potest, potiùs vnum cõseruare nititur, quám cõdemnare: ff. de acti. & oblig. l. diuus Adrianus. ff. de re. iudi. l. inter pares. ff. de reg iur. l. in obscuris. extra. de probat. c. ex literis. & xxxiij. q. j. c. si quis. vt sunt bãniti vel proscripti, qui ad tempus proscribuntur, propter forsan cõtumaciam: vt libr. j. art. lxviij. in fin. & lib. ij. art. iiij. lxiij. & lxvj. & nunc proximè præcedenti articulo.

d Iure priuatis duplices.

Nota, quẽadmodum proscriptio duplex est; *e* ita dupliciter vnus ex ea eliberari debet, iusque viceuersa acquirit suum. Primò, quòd proscriptus pro manuali facto, de quo & hîc tangitur: iste venire potest & acquirere ius suum, veniendo ad iudicium, & iurando innocentiam, cautionemque ponat ad respondendum; hocque ex eo fit, quia sæpiùs proscribitur vnus innocenter, admittitur ergo ei eliberatio, prout habetur, supra lib. ij. ar. iiij. & C. de aboli. l præses. & ses. & hoc intelligendo de proscripto, qui citatus non sit, nec ei terminus præfixus fuit. Si vero citatus secundùm iuris ordinem proscribitur, nõ potest se eximere, nisi cum consensu iudicis & principalis, quia per contumaciam defensam perdiderat: vt ff. de re. iudic. & de effect. sent. l. contra pupillum & l. contumacia. & supra libr. j. art. lxvij. Secunda proscriptio dicitur imperij, & ista proscriptio est duplex. Primo anno proscriptio illa bannus vocatur; *f* & interim dignosci potest, si nocẽs & innocens fuerit proscriptionis illius, & durat anno integro, interimq; imperator admittit expurgationem innocentiæ suæ. Secundò, vocatur proscriptio maior, in qua abiudicatur vnus, vita, bonis, honore, iure; & ex ista expiare se minimè poterit nisi in acie regis, cùm rex pugnauerit, lanceatum inuadat: vt supra li. j. art. xxxviij. & C. de bonis proscript. l. deportati. & ff. eod. tit. l. j.

e Dupliciter vnus ex proscriptione liberatur: vide Iure Mun. artic. ij.

f Concordat Iure Munic. art. xcvij.

Notandum præterea, quòd homines proscribi solẽt propter duplices excessus. *g* Primo, pro violentia; sicut pro homicidio, vulneribus, baculatione: vt supra lib. j. art. lxviij. & isti eximunt se à proscriptiõe dupliciter. Primò, si sunt innocentes, eximunt se: vt hîc, & libr. ij. art. iiij. & xiiij. & C. de abolit. l. abolitio. ff. de re. iudic. l. si se. §. condemnatum. Secundò, eximunt se & eliberant, si concordauerint: vt supra libr. ij. art. iiij. & C. de abolit. l. abolitio. & ff de re. iudic. l. si se. §. condemnatum. & C. de transact. l. causas. istud autem fieri debet de consensu iudicis: vt infrá art. xxxiiij. & C. eod. tit. l. præses. Secũdò proscribuntur, qui de furto vel spolio accusantur, & si innocentes sint, eximere se possunt vt alij. si verò noxij fuerint, concordari eis non licet; quia si concordauerint infames & iure priuati efficiuntur: vt

g Proscribi contingit nõ propter duplices excessus.

supra

supra lib. j. artic. xxxviij. & C. ex qui. cauſ. infam irrog. l. ſi furti. & C. de abolit. l. ij. §. ſin autem. Ex iſto ſequitur, quòd vt ſic, accuſatus, vel perpetuo proſcriptum eũ manere oportet, vel infamis efficitur, aut periurus erit.

Et quia ſæpiùs euenit, quòd vnus alium, vtpote amicus amicũ, à proſcriptiõe lubẽs eliberare vellet, *h* vt id non noceat famæ & honori eius, infraſcriptam vide practicam. Si proſcripto, qui verè proſcriptus eſt, vtpote prædo, vel fur ſuccurere vnus vult, ordinetur aliquis alter extraneus, qui negocium cum actore componat, & ita ille ſolus non concordabit, occaſione furti, exindeque nihil nocebit iuri ſuo. Quod autem id fieri poſſit, vide lib. j. art. xxxviij. cùm dicitur in primo paragrapho. Vel qui paciſcũtur ſpolia vel furta, vel ea reddũt: loquitur enim de illis, qui pro ſeipſis cõcordiam inierũt de furto, quòd infames efficiuntur: & non loquitur neque prohibet, quod alter id facere non poſſit: immò poſtquam liberatus fuerit, nullus eum conuincere poterit, quòd occaſione furti concordauerit. Si verò impetatur ille, qui eum liberauerat, dicere poteſt, quòd ego dedi hoc & hoc, pacem redimendo, vt amicum meum nõ infeſtaret, ſed vt eundem in pace dimitteret, & ille abſolutus non impeteretur. ℊ Quærere vlteriùs quis poſſet, dato, quòd ab actore abſoluitur, á iudice verò quomodo liberatur? ℟. poteſt ſibi præfigi terminus cõtra actorem, actorque non veniens, ex contractu ſecum facto, cadit ab actione; nec plura actor niſi mulctam iudici, & emendam illi, contra quem querulari cœperat, ſuccumbit: vt ſupra libr. ij. art. viij. & hæc omnia ſecundùm condictamen & cõcordiam, cum actore a parte, per amicum accuſati fieri poſſunt. Præterea quæritur, quid tandem facere debeat occaſione iuramẽti, quod præſtare debuit? ℟. quòd iurare deinceps non tenetur: ſi verò ad iuramentum compelletur, iurabit ſub his verbis. Proſcriptio in quã incidi, in ea vlterius manere nolo, ſic me Deus adiuuet. Alij dicunt, quòd iurare teneatur, quòd abſq; culpa eius in proſcriptionem venit: ſed hoc non; quia nullus proſcribitur niſi ex cõtumacia: vt ſupra lib. j. art lxvij. & ff. de re. iud. & effect. ſentent. l. cõtumacia. & ff. quomodo & quando iudex. l. ceſſante. & l. tres denunciationes. quia ſi iurauerit, vt ſic, efficeretur infamis; ergo iurare nõ debet ſecundùm iſtum modum, quòd videlicet ſine eius culpa proſcriptionem inciderit. Quidam dicunt, quòd iurare deberet, quòd facti innocens ſit: ſed hoc non; quia aliàs etiã infamis eſſet: vt C. de iureiuran. l. delata. & l. generaliter. & ff. quarum re. actio. non da. l. iuſiurandum. Exquo itaque fideiuſſores ſtatuere eũ oportet, quòd reſpondere vellet, quare pro facto iurare non tenebitur: per huncq; modum à proſcriptione vnus alium eliberare poterit, honoremq; conſeruabit, & à periurio eundẽ liberabit.

h Practicã vide, quomodo occaſione furti, prædæ, trãſactio fieri debeat, vt nõ deroget fama illius.

Articulus XVIII.

SI proſcriptus dixerit in iudicio, ſe proſcriptionem debito modo euaſiſſe, illud ſi per iudicẽ ſcultetumúe, aut præconem, loco iudicis, & duobus teſtibus additis idoneis viris nõ probauerit, actor probatiõe vlteriori ſuper proſcriptiõe contra eum obiecta non in-

digebit. Sed qui sub regis banno fuerit proscriptus, ad probandum sui expiationem, duorum bannitorum testimonio & iudicis indigebit.

GLOSSA.

Superiùs dictum est, quo pacto vnus à proscriptione se expiare debet: hic tangit, quomodo id eum ostendere oporteat. Vnde nota, quod quemadmodum vnus triplicitèr in proscriptionem incidere potest, *a* ita triplex probatio censetur, quòd quis à proscriptiõe liberari possit. Primo, dicitur vnus in proscriptiõem imperij incidisse, & in isto casu is imperatoris vel regis literas ad se expurgandum necessariò habere debet: vt supra lib. j. art. xxxviii. & infrà eod. lib. art. xxxiij. & C. de manda. princ. l. si quis. Secundò, proscribitur aliquis sub banno regio; vnde ad probandum suam expiationẽ necessariò habet duos bannitos & iudicem pro testimonio: vt is articulus §. vlt. declarat. Tertiò, proscribuntur aliqui à iudice qui vlteriùs infeudatus est, iste pro declaratione liberationis suæ necessariò habere debet in testimoniũ iudicem, & duos ad iudicium pertinentes; si istud habere non potest, victus erit. *b* Quidquid enim quis dixerit, probare eũ oportet: C. de probat. l. possessiões. l. frustra. l. actor. l. sciant. & C. de ecdend. l. is apud. & ff. de excepti. l. j. C. de probat. l. siue possidetis. & Instit. de interdict. §. commodum. & extra. de probatio. c. ex literis.

a Triplex probatio, quòd vnus à proscriptione liberatus sit.

b Quidquid aliqs allegat, probare illud tenetur. Concordat Iure Munnic. art. xxxij.

Articulus XIX.

Inge-

INgenui seu liberi, atq; ministeriales imperij licitè coram imperio aut rege testes esse & sententias inuenire possũt; quia per sacramentum regi fidelitatem debitã spoponderunt. Non licet tamen tali ministeriali sententiã edicere, vel testimonium dare, aduersus bannitos, si caussa in vitam ipsius, honorem, aut hæreditatis amissionem cedere videretur.

GLOSSA.

Saxones rebus prouidentes suis, indemnitatique præcauentes eorum, ab initio diligentissimè semper obseruabant, ne quouismodo conuinci testimonio possint. Præsens itaque articulus de testimonijs tractat, vbi & tria continentur. *a* Primò, innuere vult, quòd nullus testificari potest, nisi sit liber homo. Serui itaq; ad testimonium non admittuntur: vt C. de testi. l. seruos. & extra. de verb. signif. c. forus. iiij. q. iij. c. si testes. ver. liberi testes. & iij. q. vij. c. infames. hoc tangitur hic, cùm dicitur ingenui, &c. Secundò tangitur, quodam modo differentia inter seruum & liberum ac ministerialem: quæ verò differentia sit, inferiùs art. xlij. clariùs declarabitur: & hoc notatur ibi, cùm dicitur. atque ministeriales imperij. Tertiò innuere vult, *b* vt sciamus, quòd nullus testis valet, nisi priùs iuret ad sacra: & hoc tangitur ibi; quia per sacramentum regi fidelitatem, &c. hoc idem vide C. de testi: l. iusirandi. & ff. de feri. l. j. & ex-

a A testimonio qui reiciantur vide.

b Testimonium non valet, nisi testis iuret ad sacra.

& extra. de testi. c. nuper. & c. tuis. iiij. q. iij. c. si testes. ver. iusiurandi. & iij. q. jx. c. hortamur.

Fidelitatem debitam spoponderūt, &c. Vnde nota, quòd iuramentū fidelitatis *e* emphyteoræ, vasalli, & ministerialis est. Iurare enim debet, ꝙ ipse iuri affectus & fidelis esse vult, prout ministerialē decet. Sic etiā infeudatus iurat fidelitatem domino suo; de forma verò fidelitatis, vide in l. br. feud. per totum. & in decretis xxij. q. v. de forma. Iurare enim debet fidelitatem domino, verbo, facto, consilio, auxilio, vita, bonis, &c. vt ibidem clariùs habetur. Vnde nota, pro maiori istius declaratione, *d* quòd ille qui fidelitatem iurat domino suo, hæc infrascripta in mēte semper habere debet: incolume, tutum, honestum, vtile, facilè, possibile. Incolume, quòd ipse domino non sit in damnū sanitatis suæ, tū & bonis. *e* Tutum, ne sit ei in damnū de secreto suo, vel munitionibus per quas esse tutus possit; immò immunis ab omni suspiciōe. Honestum, ita quòd prouideat vtilitatem eius, nec in iure suo eundem impediat, ipsūq; in omni loco, in bonis, corpore, & honore tueatur, ac eidem honestè assistat. Vel sic curare debet, ne sit ei in damnum de sua iustitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatē eius pertinere videntur. Vtile, ne sit in damnum in possessionibus. Facile, ne domino bonum illud ꝙ dominus facilè expedire possit, ordinet, vt sit dificile; neue quod est dificile faciat impossibile; vel paret rem, quæ officere possit domino, in bonis, vita, & honore; debet etiā facilis esse in omnibus honestis, vtilibus, pro obsequio domini. Præterea, pro augmento rerum domini sui, & pro commodo facere debet. ac omninò euitare vt auctoritas & potentia domini non minuatur, sed crescat; nec friuolè domino resistere debet. de his vide plura xxij. q. v. c. de forma fidelitatis. & feud. c. iij. & c. lxix. Dominus etiam iura fidelitatis erga vasallum obseruare tenetur. & si non facit, periurium committit, vasallusque à iuramento fidelitatis absoluitur: vnde dato, quòd non iuret sed promittat, & postmodum illud idem nō seruet, periurus est & fidefragus: *f* apud Deum enim nulla est differentia inter iuramentum & promissum: vt xxij. q v. c. iuramenti.

e Iuramentū emphyteotæ & vasalli quomodo fieri debet vide.

d Fidelitatē domino iurās, quæ habere in mente debet.

e Concordat feud. c. ij.

f Iuramentū & promissum æquipolet.

Non licet tamen, &c. Dicere aliquis posset. Exquoquidem ministeriales contra bannitos testificari non possunt, prout paragraphus articuli habet, quo pacto iraque conuinci debēt in eorum excessibus: difficile enim eorum generatione similes inueniri vel haberi possunt in testificando contra illos; & ita excessus eorum impunè manebit, quòd est contra leges: vt in autent. vt omn. obedi. iudic. §. j. coll. v. *g* Vbi dicitur, quòd status quantumcumq; eminens, non addit facultatem, quod quis malè operari deberet. Re. itaq; quòd ministeriales aduersus bannitos testificari non possunt, intelge coram iu perio. Imperium etenim excep illos, à iure ministerialium. Secundò intellige, quòd testificari contra illos, non possūt in comitatu, quia ibi nullus sentētias inuenit, nisi qui ad sedem iurauerit scabinalē. *h* Tertiò intelligitur, quòd testificari non potest in loco, vbi scabinus est. Si verò homo scabinali sede dignus, locū scabinalem pro tunc non habeat, superioris iudicis iudicium quærere eum oportet: vt infrà art. xxvj. Et quia iudicium quærit, quare & sententias ad iudicium pertinentium tollerare eum oportet. Vnde etsiquidem articulus xij. lib. ij. §. ij. huic contradicere videtur, vbi dicitur, quòd contra bannitū nullus sententiam inuenire potest, nisi sit generatione similis. Re. quòd non

g Status quātumcumq; eminens, nō addit auctoritatem quod quis male operetur

h Nota, iure feud. qui de medium possidet manjum, & qui quinq; solidos ad minus habet ānuatim, testis esse potest, & sententiam reprobare.

non contrariatur huic. Mjnisteriales enim cum scabinis sunt çqualis generatiõis in clipeo: quintum enim obtinent militarem clipeũ: vt supra lib. j. art. iij. huncq; prætactum honorem obtinent banniti, propter eorũ officium.. Ex genelogia etiã sunt nobiliores quã aliqui ministeriales, prout in terra Saxoniæ adhuc cernitur: breuiterque sciendum, quidquid scabini specialius iuris habent, *a* hoc in profectum eis cedit in loco illo, vbi officio præsunt: & vbi bannũ regium habetur cui præsident; & ita debent intelligi iura allegata, pro parte illorum adducta. Si verò ipsi quærulentur, alibi in alio iudicio eos oportet ius dare & ius recipere vt alij homines; etsi etiã contra illos conqueritur cos respõdere oporret vt reliqui: vt supra lib. j. art. lxj. Ibi vbi quis aliquem conuenit, ibi licitè reconuenietur; & infrà lxxjx. & lv. & item, xxvj. & ff. de decurio. l. j. Si etiam deliquerit, iudicium sustinere cogitur illud, vbi deliquit. Quamuis huic contradicere videtur articulus ljx. lib. j. ille tamen, si ibi fuerit bannus regius; & ita pro intentione nostra erit articulus præsens xjx. & C. vbi de crimin. agi opor. L. quæstiones, & C. in qui. cau. mili. fori. præscripti. L. omnes. C. de iurisdic. omn. iudi. & foro. cõpe. L. vlti. & ff. de. re iudi. L. i. & iij. q. vi. c. ibi enim.

a Scabini quomodo prærogatiuis suis gaudent.

Articulus XX.

AGrum alterius arans ignoranter, nullam pœnam pro eo sustinebit. sed qui arat agrum quem dicit suum esse, si succubuerit, hoc emendabit. Quilibet etiam arantem agrum suũ licitè sine iudicis licentia, vt eum ad iustitiam faciẽdam inducat pignorabit. *a* Arando nemo vitam suam amittit aut sanitatem, nisi ager qui aratur alicui per sententiam sit abiudicatus, & adiudicato pax sit super eo nunciata.

a Alij textus habẽt: nemo potest vitã aut membrũ per iudicium demereri, arãdo fundũ indebitè sibi vsurpatum, nisi sibi per sentẽtiã fuerit abiudicatus, & pax victori sit super eundem publicè edita.

GLOSSA.

Articulus præsens superius li. ij. ar. xlvi. declaratus habetur. Vnde dicũt quidam quod superflue ponitur hic. Alij vero asserunt quòd iste contrariatur illi ex eo, quia hîc ponitur, quòd arans agrum sine pœna manet: ibi vero habetur, quòd laborem & semina amittit, qui verò vt sic mulctatur, sine pœna non erit. ℟. tamen quòd non contrariantur adinuicem, hîc enim propterea manet sine pœna, quia ignoranter facit. ibi vero non præcise ignoranter, quia eo tempore, quo adhuc id facit, vel agrũ arat, sibi actio intentatur.

Qui arat agrum, quem dicit suum esse, &c. Hoc ex eo fit; quia sibi vindicat rem alterius extraiudicialiter, & hoc idem verum est, & locum habet in omnibus similibus casibus, cùm vnus vindicat sibi bona alterius iniustè; soluit enim pœnam & emendam: vt infrà art. lxiij. & C. vt nemin. licc. sine iudic. auctorit. signa. l. sæpe. & l. rebus: Instit. vi. bon. rapto. §. sed nedum. C. vnde vi. l. si quis in tãtam. In contrarium istius videtur esse Instit. vi. bon. rapt. §. sed nedum. tùm & in alijs legum locis, quòd is, qui sibi violenter & sine auctoritate iudicis rem vindicat, perdit rem huiusmodi: quòdli res quam vindicat sit alterius, ad duplum

agrum

plum rei vindicatæ cogitur. R. tamen, nullam in eo esse contrarietatem; hîc enim loquitur de illo, qui vindicat extraiudicialiter rem aliquam, emendaque liberatur: leges verò allegatæ intelligi debent de illo, qui violenter inuadit & occupat rē alienam.

b Rusticus alium rusticū eiusdem villæ, pignorari in campo nō debet.

Licitè sine iudicis licentia pignorabit, &c. b Intelligi debet nō de rusticis villanis: in huiusmodi enim casu, rusticus villæ, de facili iustitiam consequi poterit de altero villano: sed intelligitur de externis hominibus, & hoc liquet ex eo, cùm dicitur, vt eum ad iustitiam faciendam inducat.

Arando nemo vitam amittit, &c. Et hoc ex eo, quia arādo terram domini sui non peiorat nec alienat.

Nisi ager per sententiam sit abiudicatus & pax sit nunciata, &c. Et si pacem illam fregerit, vita punitur: vt hîc & supra li. ij. art. lxx. & ff. de vi & vi. arm. l prætor ait. §. ne quid autem. & ff. ne vis fiat ei qui possess. per totum. & ff. de vi. public. per totum.

Dicere quis possit. Quòd vnicuique indicitur pax, ad quamlibet sententiam, cùm quis optat, & signanter circa bonorum resignationem, an ergo ille tàm facilè pacem frangit, sicut hîc iste? R. quòd non; quia forsan ille putare posset, quòd ager huiusmodi suus fuisset: quare gratia sibi in eo ostenditur: vt Instit. vi. bon rapt. §. quia tamen. & C. de iur. & fact. ignor. l. error facti.

Articulus XXI.

a Alij textus addūt: & neuter alium præueniat in agendo. ad hāc materiam vide supra eod. lib. art. xv.

IMpetant si duo vnam rem vel prædium cum simili testimonio & actione, a ipsis æquè res erit diuidenda. Istud testimonium à circumsedentibus villæ, b in qua bona huiusmodi sunt sita determinetur, & qui testimoniū plurimarū habuerit personarum, is rem seu illud prædium obtinebit. Si verò vicinia ignorauerit, qs eorum iustiorem habeat possessionem, c tunc per sententiam veritas expediri poterit: d vel actor & reus de his bonis, quod ad vnumquemq; eorum pertineat, sub iuramenti ostendant præstatione; ad quod iudex nuncios suos mittet. e Quidqd verò ab eis æquè ostēditur, æquè eis, vt dictum est, diuidetur.

b Alij addūt: aut aliarum circūuicinarum villarū.

c Textus vetustiores habent: aqua iudicio decernatur.

d Textus alij sta legunt: vel actor & reus iuret, quòd recte ostendat, quantum sibi de iure pertinet, et nō plus.

e Alij textus habent. si verò vterque iuramento probauerit, æquè eis diuidetur.

GLOSSA.

Impetant si duo vnam rem, &c. pro ista materia ac actione, vide C. vti possidetis. l. vnica. & quæ dicuntur & notantur in c. licet. de probat. & in c. ex literis. Et rectè iudicari debet pro illo, pro quo plures faciunt rationes: de hoc in Spec. de d spurat. & allegat. §. iij. vers. studeas. & hîc: & in dict. c. licet ponitur illud, quòd duo in simul eandem rem, & eodem modo in solidum possidere non possūt, quod intellige, vt ibi notatur: & intellige de re corporali. & licet res communis à pluribus communiter possideatur, quilibet tamen possidere dicitur pro suo iure & sua parte, quamuis pro indiuiso.

Vt dictum est, diuidetur, &c. De iure autem Canonico, quando ex

do ex vtraq; parte pares sunt testes, & petitur res indiuisibilis; iudex cui vult potest gratificari, eamque illi dare: vt notatur iiij. q. iij. c. si testes. in gloss. magna. iuxta fi. ver. si autē neuter possidet. & de testi. c. in nostra. in prima glossa. Alioquin res inter partes diuidatur, vt hic, & ibidē notatur.

GLOSSA.

Declaratio articuli præsentis deriuatur ex articulo immediatè precedenti: sensusq; illius est: si quis dicat quòd alter agrum suum aret, alterque contradicat, suum esse allegando; vel si vterque dicat suum esse, sed alter alleget magis de eodem sibi pertinere, & ita eueniret quód duo vnam rem equaliter impetant, sicut si vterque eorum æqualiter agri stadia habeant, vel possideant, hoc innuitur ibi simili possessione. Si etiam vterque dicat, quód vnus non plus ad illum pertinet quam alter, vel quantum sibi competat, & tunc similis actio erit; & hoc tangitur ibi, Simili actione. Cum vero vterq; se trahunt ad iudicem, & ad vicinos, simile illorum erit testimonium, & hoc tāgitur ibi, Simili testimonio. Specialeque in hoc articulo habetur, quòd in huiusmodi querela vterque illorum actor & respondens est: vt ff. de iudi. L. ij. & iij. & de proba. c. ex literis.

Istud testimonium, &c. Intelligēdum est, non quòd vicini istud narrare vel manifestare deberent, testesque informare: testis enim qui in suo testimonio informatur ab aliquo, locum non habet. *f* Testimoniumque ex narratis fieri non debet; vt extra. de cleri. c. per inquisitionem. & extra. de testim. c. tam literis. in fi. & c. causam extra. de consan. & affini. c. tua nos. extra. de successi. ab intesta. c. cum dilectus. extra. de accusa. c. inquisitionis, § quæsiuisti. extra. de eo qui cogno. caus. c. super eo.

f Testimonium ex narratis fieri nō debet.

g Intellige ergo, quòd vicini per se testificari tenentur, cui illorum iuste ager ille pertinet, & cui non. Vnde & per hoc quód dicitur, Determinetur; innuitur quòd cogi ad hoc possunt; vt C. de testi. L. si quando. & iiij. q. iij. c. placuit. ver. in criminali. Quamuis in oppositum videtur esse, extra. de testi. c. si qui testium. iiij. q. iij. c. placuit, vers. in criminali, & ff. de iureiurand. L. ad personas. vbi dicitur, quòd senes, ægroti, milites qui sunt in obsequio imperij, isti ad testificandum cogi non possunt. Intellige tamen, quòd cogi non possunt, vt veniant ad testificandum qui ægroti sunt, cogi tamen possunt vt testificentur illud, quod viderunt, & quod sciunt. Sic etiam de illis intelligitur, qui sunt extra in obsequio imperij: tum & amici & affines & alij qui nominantur: iiij. q. iij. in c. allegato. Testes tamen huiusmodi cogi non debent, sed salubriter admoneri. *g* Excepto tamen in tribus casibus, vt si veritatem recognoscere noluerint propter odium, amorem, gratiam: vt extra. de testi. cogen. cum super. & xi. q. iij. quisquis. Præterea, qui mediator causæ fuit cogi non debet ad testificandum, nisi charitatiuè petatur per partes vtrasque; vt in auten. de testi. § fi. coll. vi. & extra. de testi. c. dilectorum in princi. glo. *h* Ille etiam qui testibus indiguerit, eis impensas ministrabit: vt C. de testi. L. quoniam. & iiij. q. iij. c. si testes. ver. liberi. *i* Propter testificandum, nihil dari eis debet: vt in auten. vt litigan. in exordi. liti. iurent. § i. coll. ix. Iure tamen Saxonico nullibi inuenitur, quod iudex cogere testes debeat, verum is qui eis indiget eosdem afforre oportet: & ita obseruatur vbilibet. Si quis tamen ius Saxonicum de testibus producendis recte intelligit, apertè inueniet quod non discrepat in isto casu à legibus & Canonibus, & hoc

g Testes in certis casibus cogi possunt.

h Qui testibus indiguerit eisdem impensas ministrabit.

i Testes precio conduci nō debent.

& hoc sub quadam distinctione. Iure enim prouinciali nullus cogere pōt testem qui in sua iurisdictione præsens non est: nisi forsan veritas aliter inuestigari non possit: sicut hic. & xiij. q. ij. c. quanquam. C. de hæreti. L. vlti. & ij. q. vi. c. statutum. Si vero sit in eodem iudicio ille qui in testem vocatur, eundē iudex cogere potest ad recognoscendum veritatem, sub suo iuramento: vt supra lib. ij. art. xxij. ibi. Si idem aduersus quem testimoniū producitur in testem nominatur, &c. & infra lib. iij art. lxx.

D. q. posset quòd articulus xxij. supra lib. ij. allegatus non id inēdit quòd videlicet iudex testes cogi deberet, verū innuere videtur, quòd si is aduersus quē testimonium producitur in testem nominatur, debet de sibi notis veritatem aperire. Sed & in contrarium esset artic. lxij. libr. j. vbi habetur; quòd testes si quis nominat, eos producere oportet. Legibus etiā cauetur, quòd is qui accusat, probationes habere oportet; vt C. de eden. L. qui accusare. hoc istum facere non oportet, si iudex ad testificandum cogeret.

Pro intellectu istius ℟. quod quicquid coram iudicio fieri deber, ex coactione iuris vt fiat necesse est. Si itaque iudex cogere potest, vt ego super meipsum testificer, sine dubio cogere etiam potest, vt veritatem contra alium recognoscam. Quod etiam vnus testes adducere debet quos nominauerat, hoc fit ex eo; quia ipse confidit quod illis notum sit, quos nominat; & postquā illos apportauerit, iudex eos cogere poterit. Ad legē vero allegatam, vbi dictū est, quòd qui accusare vult, probatiōes habere oportet: intellige, testes habere cogitur, vel probationes suæ propositionis: eos enim iudici nominare tenetur, & si illos nominare potest, illos haber.

Vnde & breuiter sciendum, quòd leges allegatæ quæ iniure Saxonico habentur, quòd videlicet iudex testes cogere potest, intellige, postquam eos principalis iudicio præsentauerit. Cum vero dicitur, quòd principalis testes habere debet paratos, intellige, quod eos in iudicium præsentare oportet, die per iudicem prefixo. vt supra lib. j. arti. lxij. & extra. de testi. c. vlti. c. in causis. & c. significauerunt. & in auten. de testi. § quia vero multi coll. vij. *k* Incriminatibus tamē testes cogi non debent. C. de testi. L. quoniam. & ff. de iniur. L. eum qui. & C. eo. ti. L. si non. & C. de famo. libel. L. j. & iiij. q. iij. c. si testes ver. liberi. & extra. de testi. cogen. c. dilectorum. in princip. glo. & hoc ex eo fit; quia excessus qui iudicio denunciatur, corrigique debeat, exactissimè inuestigandus est; vt C. de proba. L. sciant. & C. de accu. & inscrip. L. singuli.

k In criminalibus testes cogendi non sunt.

Et qui testimonium plurimarum, personarum, & c. *l* Intellige tamen, quòd testimonium trium proborum hominum maius & efficacius est, quam centum improborum; quia honestas personarū inspicienda est in testimonio non pluralitas; vt extra de testi. c. in nostra. & c. licet. & iiij. q. ij. placuit. ver. in criminali.

l Testimoniū trium proborum hominū efficatius est, quam centum improborum.

Id quod in annotatis ex codicibus vetustioribus habetur: quæ iudicio decernetur, & c. *m* Quidā dicunt, quòd textus iste intelligēdus est, quòd aqua benedici debebat, & si ex ardore lesit aliquem, illius negotium iniustum erat, istud que admittebatur ex antiqua Saxonum consuetudine; nam & in Leuitico habetur, quod aqua impudicitia mulierū experiebatur. Saul præterea, quodam præsagio didicit, quòd Ionatas mel prohibitum comedisset: & alia multa per huiusmodi signa in nouiam deueniebant; vt in multis locis vete-

m Sentētia aqua dicebatur ex antiqua consuetudine apud saxones, cum causa in dubio erat, & veritas aliter inquiri nō potuit extūc aquam bullientem allori ad bibendum dabant, & si exinde egrotabat, vel aqua illa alterē lederat seu vrebat, sententiabatur reus.

ris te-

ris testamenti habetur. ℟. tamen, quòd istud ex fide nostra minimè admitti debet, qui enim ex sortilegijs res futuras scire conatur, vel periculo huiusmodi se exponit, mortaliter peccat. Scriptum enim habemus, noli tentare dominum Deum tuum. Vnde etsiquidem in antiqua lege experientiæ huiusmodi quodammodo admittebantur, quare facere id licuit, nūc vero quia prohibitum est, abstinendum: vt xxvj. q. ij. peruenū. immò ea faciens excōmunicatur. ead. q v. c. si quis. & c. non liceat. Præterea consuetudo ista apud Saxones est iam abrogata, postquam ad fidem conuersi sunt Christianam: vnde in propositione, iudicium aquæ non dicitur ex eo, quod per aquā veritas indagari deberet, sed potius aquæ iudicium dicitur, quia omnes tam sontes quam innocentes bibere coguntur aquam hanc iuramenti, sicut insontes & nocētes iudei bibere cogebantur ex aqua, in quam vitulus ille conflatilis aureus impulsus erat. *n* Iuramentūque huiusmodi vocatur sententia aquæ; quia iuramentum sicut aqua fluit de vno in alium. Illud etiam quod habetur seu quod sententia Dei experi non debet, nisi aliter veritas inuestigari non possit. sic intelligendum est; quòd vnus ad iuramentum non cogatur, vt aliqui codices habent, si aliter negotium per testes vel probationes inuestigari potest; exinde etiam sequitur, quòd iuramentum dicitur sort legium seu sententia Dei quia deriuatur in corpus & animam: ff. de dolo. l. quod si defe-rentem. Super iuramentum enim, vel occasione iuramenti iudicium Dei pertinet; vt C. de iureiuran. L. iurisiurandi. *o* Admitti præterea non debet, quòd duo super vna re iurent, quia vt communiter, vnus periurus efficitur: vt Insti. de act. § si quis præterea. Si vero duo iurēt super vna re, diuidatur eis per medium propter iuramentum factum: vt C. de re. credi. L. in bonæ fidei. ff. de iureiuran. L. nō erit.

n Hæc glossa declaratiua nō satisfacit opinioni adductæ: sed & eius vlterior interpretatio parū affert vtilitatis. intellige ergo textū vt in se est: quòd hæc fuit antiqua Saxonum consuetudo, in declarādo innocentiam suam quod accusati in aquā bullientem manum immiserant, vel ferrum candens gestabant: vt superioribus declaratū est, lib. 1. articu. xxxix.

o Admitti nō debet, quòd duo super vna re iurent: quia alias vnus periurus

Articulus XXII.

QVI equum aut vestimenta ad certum tempus accomodauērit, & si diutiùs hæc ab eo retinētur, statim post interpositam à creditore actionem, huiusmodi reddere debet detētor. Et si peiorata fuerint, commodatori ad interesse tenebitur, in his verò debitor furtum aut rapinam dici non poterit commisisse; quia solus liberè accommodauerat. Licitè etiam quis bona sua, sicut iuris est, poterit vindicare, quę alius contra iustitiam vltra terminum præfixum tenet occupata.

GLOSSA.

Statim post interpositam &c. *a* Sic ergo mora sua sibi est nociua; vt ff. de reg. iur. L. in cōdemnatione. § vnicuique & co. ti. c. mora. lib. vi *b* Tenetur enim qui in mora est de casu fortuito etiam si res eodem modo fuisset apud dominum peritura ff. de lega. j. L. cum res. § vlt. Itē est mora nociua, quo ad fructus ad quos tenetur morā faciens ex die moræ quando aliquid petitur per actionem bonæ fidei, vel per actionem ex testamēto, quæ sapit naturam actionis bonæ fidei. ff. de lega. j. L. apud Iulia. § fru-

a Mora sua cuilibet nociua.

b Moro sua tenetur de casu fortuito.

§ fructus. & idem si sit actio stricti iuris, qua peto mihi restitui quòd est meum. Sed si peto alienum, veniunt à die litis contestatæ. ff. de vsuris. l. videamus generaliter. circa princi. & § in Fauiana. & §. si actione. Itē is qui in mora est tenetur ad interesse quod peti potest. & augetur a die moræ in odiū debitoris moram agentis. ff. de acti. empti. l. ratio. § si per venditorem. Item nocet mora, quoad causarū prosequutionem. Nam si causa cognita, statutus est terminus actori ad agendum, vel dilatio ad excipiendum, post terminum nō auditur. secundum Di. in regula. indultum. & in regula, mora. de regulis iuris lib. vj. Ad hoc autem, vt quis dicatur in mora esse, requiritur, quòd sciat se debere, vel scire debeat, quòd interpellatus fuerat a die, vel ab hodie, & quòd habuerit facultatem soluendi debitum: vt ff. de rebus credi. l. quod te. Et nota, in dicta regula, mora. Vide plenius ad materiam hanc in l. si exlegati causa. ff. de verbo obligati. in repetitione per Barto. Salicet.

c Actiones perpetuæ & tēporales quæ dicuntur.

Nota, actiones perpetuæ & perēptoriæ sunt *c* quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur perimunt; vt est exceptio dolii mali, aut exceptio, quod metus causa: aliæ vero sunt temporales & dilatoriæ, quæ ad tēpus nocent, & dilationem temporis tribuunt: vt Insti. de excep. §. perpetuæ. & §. temporales. & hoc idē hīc intendit.

GLOSSA.

In articulo presenti tangitur materia accomodati, quo pacto videlicet vnus rem mobilem alteri ad certum tempus commodatam, repetere debet, inuenitur cōtra huiusmodi querelas duplex exceptio. quæ planè habetur Insti. de excep. §. appellantur.

Vnde scien-

Vnde sciendum *d* quod exceptiones huiusmodi quædā sunt perēptoriæ, videlicet quæ totam destruunt causam: sicut si coram me quæris pro decem, ego vero dico quod te deferente iuramentū super eo iuraui, & absolutus sum, destruo tibi in toto querelam: vt Insti. de excep. §. appellantur. & §. æquè. ff. de in litem iuran. in plerisque legibus. C. de re credi. l. in bonæ fidei, & ff. de iureiuran. l. nam postea. & Insti. de acti. §. siquis. Alia est dilatoria & temporalis: vt si me accusas pro decem, ego vero dico, adhuc esse tempus solutionis vnius anni, hic protraho querelam sed non destruo; vt Insti. de excep. §. temporales. ff. de verbo. obli. l. interdum. & hoc tangitur ibi, cum dicitur, Ad certum tempus. q d. si monuerit eum ante tēpus reddere non cogitur. Si vero pro tempore præfixo, reddere tenetur in instanti; huic tamen contradicere videtur iura, quæ disponunt, quod debita iure acquisita in quindena soluuntur: vt supra lib. ij. artic. v. & ff. de solu. l. quod dicimus. vbi habetur, Dato, quod hæres in instanti soluere teneatur, cum aliquo tamen temporis temperamento intelligendum est: nec enim cum facco statim venire debet. Tum & Insti. de inuti. stipu. §. vlti. vbi dicitur: Si fundum agri stipuleris, vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spacium præterierit, quo traditio fieri possit. Contradicere etiā huic videtur articul. lxx. libr. j. vbi tempus sex septimanarum datur; tum & C. de viur. rei. iudi. l. ij. & iij. vbi habetur, quòd datur spacium quadrimestre. *e* Ad sopiendum itaque has controuersias, & prointellectu istius nota, quod debita sunt multiplicia. Quædam sunt cum vnus ita commodat, quod vtilitatem aliquam exinde habet, ille vero qui dedit nullum emolumentum tum consequitur, & huic iæ

d Exceptiones duplices, peremptoriæ, & dilatoriæ.

e Debita sunt multiplicia, varijsque contrahuntur modis.

ic in instant restitui debet, quod commodatum est, de damnoque cauere. & de isto habetur ff. de regu. iur. l. in omn bus. Quidam accommodãt, vterque tamen exinde vtilitatem habet, & iste quindenam habet ad restituẽdum: vt libr. ij. art. v. ff. de solut. l. quod dicimus. Quidam verò commodant, & nullam vtilitatem, verùm damnum ex eo sustinent; sicut fideiussor, qui pro alio cauet, & is si accusatur, sex septimanas habet induciarum, si principalis præsẽs non fuerit: vt lib. j. art. lxx. & ff. de constit. pecun. l. promissor. Item, accommodat etiam aliquis vel promittit, quod ante tempus reddere non potest, sicut si promittit aliquis bona feudalia ordinare seu dimittere; is facere illud non poterit, nisi priùs ad dominũ veniat, & istud apud dominum procuret: vt supra lib. j. art. jx. & Instit. de inutil. stipul. §. vlt. Item sunt quędam debita adeò magna, quòd spacio trium mensium indigent: sicut est verigeldus: vt supra libr. j. arti. lxv. & C. de vsur. rei iudi. l. ij. & ex isto liquet, quòd leges supra allegatæ non contrariantur inuicem.

Furtum aut rapinam dici non poterit commisisse, &c. Circa id notandum venit, *f* quòd si quis alium pro debito proscribit, iniustè agit; quia cùm liberè quis aliquid accommodat, furtum in eo non committitur: vt supra libr. ij. art. xxjx. In contrarium licet videntur leges: vt Instit. de obliga. quæ ex delict. nascunt, vbi innuitur, quòd furtum nedum in furto fundatur, sed etiam in contrectatione rei alienæ, inuito domino: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. furtum. & id in ꝑposito fit. Ꝛ. tamẽ, quòd res quædam potest esse furtiua, ille tamẽ non efficitur fur, ita quòd suspẽdi possit. & de isto hîc tangitur: vt supra lib. ij. art. xxjx. & ff. de fur. l. ser-

f Pro debito nullus proscribi debet.

l. serui & filij. pro huiusmodi etiam furto, vt tactũ est, interfici non licet: vel in aliquem vt nulli iudi. licc. habere loci confer. §. pro furto. coll. jx. Sciendum tamen, pro huiusmodi furto, g qꝑ quis de se in re commodata agit, etsi non interficitur, infamis tamen manet: vt ff. de his qui notan. infam. l. j. & C. ex quib. causs. infam. irrog. l. si te. & vj. q. j. c. infames.

a dolose agens, etsi non interficitur, infamis tamẽ efficitur.

Licitè etiam poterit quis bona sua vindicare, &c. Hoc est, potest ea arestare vel desuper querulari.

Articulus XXIII.

Qvi recipit alitúe ꝓscriptum scienter, hic mulctam præstet iudicio; si verò ignoranter se id fecisse iurauerit, impunitus erit.

GLOSSA.

Qvi recipit alitúe proscriptum, &c. *a* Absolutè enim proscriptus sicut & bannitus extra protectionem communis pacis positus esse videtur: vt C. de natura lib. l. j. Est enim proscriptio expulsio de ciuitate & protectione publica, & bannũ seu proscriptio secum trahit suam executionem, & est interlocutiua; quia fit etiam lite nõ contestata: vt si offendatur bannitus, agere nõ potest: facit quod notatur in l. sed etsi ff. ex quib. causs. ma. Nec etiã coniuncta persona, quæ non est in banno pro eo aget; quia principalis persona inspici debet non secundaria: ff. de iniurijs. l. non solùm. secundùm Bald.

a Bannum secũdum vulgare Gallicorum & Lombardorum, videtur esse edictum publicũ: vnde bannire secundum dicta vulgariũ, idem est quòd proscribere, & bannitus dicitur, quasi proscriptus extra terminum. ff. Proscriptio est aduersus absentem iudicialis pronunciatio, vt in posterum præsentiam det, &

Proscriptum, &c. Etiam patrẽ. Nam propter bannum priuatur pater filio iure naturę: vt nota. Bald. in libr. feud. titu. de pace tenen-

& eius

maneat extra imperiũ: et talis cõtra quẽsit proscriptionis pronunciatio, & cuius bona palã & apertè proscribuntur, dicitur proscriptus: & debẽt omnia bona ipsius scribi, & de ipsis inuentarium fieri, continẽs tàm mobilia, et se mouentium, diuersas species & qualitates, quàm immobilium, vt mensuram agrorum, & numerum vinearum, quãtum sit in vineis, olinetis, arbustis, aratorijs, & pascuis. hanc proscriptionem Greco vocabulo dicimus pragmaticam quæstionem vide ad hanc materiã Iur. Mun. ar. v. gloss.

& eius violat. in §. si verò violator pacis.

GLOSSA.

Et quia multi contra illos qui proscripti sunt, rancore ducti, indifferẽter omnes, qui eosdem hospitio susceperẽt, vel alimenta præstarent, mulctandos esse statuerũt; obuiatur itaque illis per constitutionem præsentem, quæ sub quadam distinctione sita est. Si quis enim proscriptum fouet vt hospitem, ignorans quòd proscriptus sit, excusatur. Si verò hospitat eum sciens proscriptũ esse, sed nescit quòd id de iure esset prohibitum, vt videlicet hospitari nõ deberet, soluet mulctam; quia ius vnusquisque scire tenetur, nec ignorantia eum excusabit. Qui verò fouet & cõseruat in domo sua proscriptum, sciẽs illum proscriptum esse, maiori animaduersione punitur: vt supra libr. ij. artic. lxxij. & C. de his qui latrones & alijs crimin. occul. l. eos qui. & l. si qui.

Si verò ignoranter, &c. Distingue, vel ignorauit ius, occasione istius, quòd aliqua pœna esset, qui fouet proscriptum, mulctam solluere cogitur. iura enim omnes scire tenentur: vt C. de legi. & constit. l. sacratissimæ. & C. de iur. & fact. ignor. l. cõstitutiones. Si verò factum ignorauit, quòd videlicet ille proscriptus sit, man et sine damno: vt C. de iur. & fact. ignorant. l. error.

b Communicatio cum proscriptis prohibetur sub pœna capitis: sicut cum excõmunicatis cõuersatio interdicitur, sub pœna spirituali.

Sciendum etiam *b* quòd communicatio cum proscriptis prohibetur sub pœna capitis seu vitæ: vt infrà art. xxxiiij. quemadmodũ excommunicatis etiam cõmunicatio Christiana interdicitur, sub pœna spirituali: vt xxiiij. q. vlti. c. de excommunicationis. & xj. q. iij. c. quicumque.

Articulus XXIIII.

NVllus propter proscriptionem in vna iurisdictione factam in alia iurisdictiõe condemnari debet. a Qui in superiori iudicio proscribitur, in omnibus iurisdictionibus inferioribus ad hoc pertinẽtibus proscriptus habetur. Qui autẽ in inferiori proscribitur, in superiori iurisdictione non censetur proscriptus: nisi rationabiliter in proscriptionem illam veniat. Inferior iudex de proscriptione superioris iudicis cognoscere nõ debet, nisi forte superioris iudicis proscriptio sibi ita cognita sit, vt eam iudicis superioris loco voluerit testificando affirmare; id est, quòd de ea testis loco sũmi iudicis esse velit.

a Alij legũt: in omnibus iudicijs, summo iudicio subiectis proscriptus habetur.

GLOSSA.

In articulo præsenti quædam ponuntur notatu digna: ad hoc, vt sciatur de proscriptis, in qua iurisdictione condemnari possunt, & in qua nõ. *b* Vnde nota, quòd in extranea iurisdictiõe vnus cõvinci non potest cum proscriptione, qui in alia iurisdictione proscriptus est; hoc ex eo fit, quia proscriptis vita adimi non potest, nisi cõuincatur testimonio iudicis, & septem testium illius iurisdictionis: vt supra libr. j. art. vij. & art. lxviij. Sed si in alia iurisdictione detinetur & apportetur iudici, da

b Cum proscriptione in extranea iurisdictione, vnus conuinci non potest.

to etiam, quòd ibidē adsit iudex ille, qui eum proscripserat, testificari illic nō potest vt iudex; quia iudex nullibi dicitur esse iudex, nisi in iurisdictione sua; & exinde venit prouerbium illud, nullus testes per campum ducere debet, hoc est, quòd nullus iudex multat seu pœnā irrogat nisi in suo iudicio. Iudex etiam ille, vbi proscriptus detinetur, testificari contra eum nō potest; quia non nisi ex narratis de negotio nouit, sed ex narratis nullus testis esse poterit: vt extrà de electi. c. per inquisitionem. & extr. de testi. c. tam literis vestris. In oppositum tamē videtur esse infrà articulus lxxij. vbi dicitur, quòd qui iuri suo in vno derogauit loco, vbique in eo ærumnam sustinebit. In contrarium etiam est consuetudo; quia in proscriptione semper vnus cōuinci potest fermè in omnibus locis; consuetudo verò huiusmodi, ex quo non derogat iuri, tolleranda est: vt Instit. de iure natur. gent. §. ex non scripto. Si quando etiam super aliqua lege dubitatur, iuxta consuetudinem iudicari debet: ff. de leg. l. si de interpretatione. Ex quo itaq; consuetudo oppositū sentiat; ergo, &c. Diceret forsan quis, quòd leges correctæ sint per constitutiones subsequentes. R. tamen, quòd istud non contradicit illi. Vnde p intellectu istius nota, *c* quòd excessus duplex est, pro quo proscribitur aliquis; vnus non adeò notorius, & non adeò in scandalum populo Christiano; & ita proscriptus in vna iurisdictione non oportet quòd proscribatur in alia, & de isto loquitur hic articulus §. j. nec iudex sine querela contra eum agere debet. Alter excessus est enormis, vt sunt publica adulteria, peccatum Sodomiæ, raptus virginum, & similia. Vnde patratores huiusmodi scelerum, nullibi pacem habēt, illosq; iudex vbi libet quærere debet, & sine querela contra eos agere, in mortemq; condemnare: vt Instit. de public. iudic. §. publica. & C. de raptu virgin. & vidua. l. raptores. & ff. ad leg. Iuli. de adult. l. j. & in autent. vt non luxurientur contra naturam. §. j. coll. vj. & in auten. de mandat. princ. §. nēque. coll. iij. Si itaque iudex eos solus quærere potest, quare & alteri iudici in sua iurisdictione cum proscriptione, illa eundem conuincere licitò admitat; & vt sic, vnum nō contrariatur alteri. *d* Iuris enim abrogatiōem vitare debemus in quantum possumus: C. de apellat. l. præcipimus. in fine. extra. de electione. c. cùm expediat. lib. vj. in autent. quib mod. natu. effic. sui. §. tribus. coll. vij.

c Excessus duplex est, pro quo vnus proscribitur.

d Iuris abrogationem vitare debemus in quantū possumus.

Qui in interiori proscribitur in superiori proscriptus non censetur, &c. Exinde duplex habetur vtilitas. Primò honestas, per id enim honorem atribuimus superiori iudici, quòd nullum iure priuare possumus in eorum iurisdictione: honor enim triplex tribuitur superiori iudici ab inferiore: *e* Primus, vt iam nūc tactum est. Secundus, quia super vitam illorum iudicare non possunt. Intelige, si sunt illustres, vel principes: vt infrà art. lv. & C. vbi senatores & clarissimi. l. quotiens. Si verò principes non sint, extunc in ciuilibus non iudicatur contra iudices superiores ab inferioribus, sed benè in criminalibus ad inferioribus iudicantur: vt C. vbi de crimin. agi. opor. l. j. C. vbi senatores vel clarissimi. l. j. Tertiò, quòd superiores iudices ab inferioribus honorari debent: ita, p si apud inferiorem sentētia increpatur, eandem ad superiorem admittere debet: vt in auten. de appellat. §. sancimus. coll. viij. & in auten. de iudi. §. nostros. coll. vj. Se-

e Honor triplex iudici superiori tribuitur ab inferiori.

vj. Secunda vtilitas: quia si is qui apud inferiorem iudicem proscribitur, etiam apud superiorem proscribatur, non posset se apud inferiorem sed duntaxat apud superiorem a proscriptione expiare.

Nisi rationabiliter, &c. Quomodo autem id rationabiliter ostēdi debeat: vide articulum vlti. lib. j. & itidem obseruatur si in marchia proscribitur.

f In criminalibus cautissimè procedendum.

Inferior iudex. &c. *f* In criminalibus etenim cautissimè procedēdum est, & non nisi præcedentibus documentis condemnari vnus debet: vt C. de edendo. l. qui accusare. C. de accusa. & inscrip. l. singuli. C. de probati. l. sciant. in auten. de testi. §. j col. vij. xj q. iij. c. graue. & c. non solum.

Articulus XXV.

MOriatur si iudex, eius successor in iudicialib. actibus testis esse debet omnium, quæ in defuncti præsentia iudicio acta sunt, [a] quantum scabinorū testimonio fuerit informatus, licet ipse præsens non fuerit in facto, nec illud viderit vel audierit. [b] In foro, oppido, seu iurisdictionibus alienis, respondere nullus tenetur, nisi fortè mansiōem, domiciliū, vel bona ibi possidet, vel nisi iniuriādo inibi delinquat, vel ibidem respondere fuerit stipulatus. Quod extra aliquam iurisdictionem actum

a Concordat supra libr. ij. art. xxij. Jur. Mun. articu. xxxv. clariùs verò art. liij

b Vide infrà art. lxxxvij. Jure Munici. artic xxviij lxvi. & ar. ci.

constiterit, hoc in eo iudicandum non est.

GLOSSA.

Mansionē, &c. Quia ratione domicilij sortitur quis forū: sicut & ratione rei, delicti & contractus, & vbi quis soluere promisit: vt in c. vlt. de foro comp. & in c. dilecti. eodem titu. & vide plenè in Spec. de comper. iudi. addit. per totum. & vide notata in c. ij. & in §. statuto. de constitutiōibus lib. vj. in repertorio.

GLOSSA.

Dictū est in præcedentibus, quòd iudices & sententiarum inuentores diligenter attendere debent, quando contingat vitam alicui per testes adimi. in eo enim oculati esse debent: vt supra libr. j. art. viij. & infrà eo. lib. art. lxxxij. Articulus præsens declarat, de testimonio iudicis, si iudex moritur, & vnus per eum proscriptus fuit, quid faciendum. Quidā putabant, quòd proscriptio exspiraret, ex quo testimonium eius cessat. Imperatore enim mortuo, cessat mandatum eius: vt extra. de offic. delegat. c. gratum. & c. relatum. & c. licet vndique. Sic per simile, mortuo illo qui proscriptiōem fecerat, quòd & proscriptio cessaret, sed hoc nō; quia iura illa intelligi debēt, si caussa nōdum finita iudex moreretur, vel actor, vel reus. Proscriptio verò fit tempore vitæ iudicis, & illius qui proscriptus est: quare proscripti o illa non exspirat morte iudicis.

Successor eius testis esse debet, &c. Paragraphus iste apertè videtur esse cōtra ius commune, vbi habetur: quòd testimonium esse debeat nō ex narratis: vt extra. de elect. c. per inquisitionē. & extra. de testibus. c. tam literis. c. cum caussa. extra. de accusat.

to etiam, quòd ibidē adsit iudex ille, qui eum proscripserat, testificari illic nō potest vt iudex; quia iudex nullibi dicitur esse iudex, nisi in iurisdictione sua; & exinde venit prouerbium illud, nullus testes per campum ducere debet, hoc est, quòd nullus iudex mulctat seu pœnā irrogat nisi in suo iudicio. Iudex etiam ille, vbi proscriptus detinetur, testificari contra eum nō potest; quia non nisi ex narratis de negotio nouit, sed ex narratis nullus testis esse poterit: vt extrà de electi. c. per inquisitionem. & extr. de testi. c. tam literis vestris. In oppositum tamē videtur esse infrà articulus lxxij. vbi dicitur, quòd qui iuri suo in vno derogauit loco, vbique in eo ærumnam sustinebit. In contrarium etiam est consuetudo; quia in proscriptione semper vnus cōuinci potest fermè in omnibus locis; consuetudo verò huiusmodi, ex quo non derogat iuri, tolleranda est: vt Instit. de iure natur. gent. §. ex non scripto. Si quando etiam super aliqua lege dubitatur, iuxta consuetudinem iudicari debet: ff. de leg. l. si de interpretatione. Ex quo itaq; consuetudo oppositū sentiat; ergo, &c. Diceret forsan quis, quòd leges correctæ sint per constitutiones subsequentes. R. tamen, quòd istud non contradicit illi. Vnde p intellectu istius nota, c quòd excessus duplex est, pro quo proscribitur aliquis; vnus non adeò notorius, & non adeò in scandalum populo Christiano; & ita proscriptus in vna iurisdictione non oportet quòd proscribatur in alia, & de isto loquitur hic articulus §. j. nec iudex sine querela contra eum agere debet. Alter excessus est enormis, vt sunt publica adulteria, peccatum Sodomiæ, raptus virginum, & similia. Vnde patratores huiusmodi scelerum, nullibi pacem habēt, illoq; iudex vbi libet quærere debet, & sine querela contra eos agere, in mortemq; condemnare: vt Instit. de public. iudic. §. publica. & C. de raptu virgin. & vidua. l. raptores. & ff. ad leg. Iuli. de adult. l. j. & in autent. vt non luxurientur contra naturam. §. j. coll. vj. & in auten. de mandat. prince. §. neque. coll. iij. Si itaque iudex eos solus quærere potest, quare & alteri iudici in sua iurisdictione cum proscriptione, illa eundem conuincere licitò admitat: & vt sic, vnum nō contrariatur alteri. d Iuris enim abrogatiōem vitare debemus in quantum possumus: C. de apellat. l. præcipimus. in fine. extra. de electione. c. cùm expediat, lib. vj. in autent. quib mod. natu. effic. sui. §. tribus. coll. vij.

c *Excessus duplex est, pro quo vnus proscribitur.*

d *Iuris abrogationem vitare debemus inquantū possumus.*

Qui in interiori proscribitur in superiori proscriptus non censetur, &c. Exinde duplex habetur vtilitas. Primò honestas, per id enim honorem attribuimus superiori iudici, quòd nullum iure priuare possumus in eorum iurisdictione: honor enim triplex tribuitur superiori iudici ab inferiore: e Primus, vt iam nūc tactum est. Secundus, quia super vitam illorum iudicare non possunt. Intelige, si sunt illustres, vel principes: vt infrà art. lv. & C. vbi senatores & clarissimi. l. quotiens. Si verò principes non sint, extunc in ciuilibus non iudicatur contra iudices superiores ab inferioribus, sed benè in criminalibus ad inferioribus iudicantur: vt C. vbi de crimin. agi. opor. l. j. C. vbi senatores vel clarissimi. l. j. Tertiò, quòd superiores iudices ab inferioribus honorari debent: ita, p si apud inferiorem sentētia increpatur, eandem ad superiorem admittere debet: vt in auten. de appellat. §. sancimus. coll. viij. & in auten. de iudi. §. nostros. coll. vj. Se-

e *Honor triplex iudici superiori tribuendus est ab inferiore.*

vj. Secunda vtilitas: quia si is qui apud inferiorem iudicem proscribitur, & iam apud superiorem proscribatur, non posset se apud inferiorem sed duntaxat apud superiorem a proscriptione expiare.

Nisi rationabiliter, &c. Quomodo autem id rationabiliter ostēdi debeat: vide articulum vlti. lib. j. & itidem obseruatur si in marchia proscribitur.

f In criminalibus cautissimè procedendum.

Inferior iudex &c. *f* In criminalibus etenim cautissimè procedēdum est, & non nisi præcedentibus documentis condemnari vnus debet: vt C. de edendo. l. qui accusare. C. de accusa. & inscrip. l. singuli. C. de probati. l. sciant. in auten. de testi. §. j col. vij. xj q. iij. c. graue. & c. non solum.

Articulus XXV.

MOriatur si iudex, eius successor in iudicialib. actibus testis esse debet omnium, quæ in defuncti præsentia iudicio acta sunt, [a] quantum scabinorū testimonio fuerit informatus, licet ipse præsens non fuerit in facto, nec illud viderit vel audierit. [b] In foro, oppido, seu iurisdictionibus alienis, respondere nullus tenetur, nisi fortè mansiōem, domiciliū, vel bona ibi possidet, vel nisi iniuriādo inibi delinquat, vel ibidem respondere fuerit stipulatus. Quod extra aliquam iurisdictionem actum costiterit, hoc in eo iudicandum non est.

a Concordat supra libr. ij. art. xxij. Iur. Mun. articu. xxxij. clariùs verò art. lij.

b Vide infrà art. lxxxvij. Iure Munici. artic xxviij lxvi. & ar. ci.

GLOSSA.

Mansionē, &c. Quia ratione domicilij sortitur quis forū: sicut & ratione rei, delicti & contractus, & vbi quis soluere promisit: vt in c. vlt. de foro comp. & in c. dilecti. eodem titu. & vide plenè in Spec. de compet. iudi. addit. per totum. & vide notata in c. ij. & in §. statuto. de constitutiōibus lib. vj. in repertorio.

GLOSSA.

Dictū est in præcedentibus, quòd iudices & sententiarum inuentores diligenter attendere debent, quando contingat vitam alicui per testes adimi. in eo enim oculati esse debent: vt supra libr. j. art. viij. & infrà eo. lib. art. lxxxij. Articulus præsens declarat, de testimonio iudicis, si iudex moritur, & vnus per eum proscriptus fuit, quid faciendum. Quidā putabant, quòd proscriptio exspiraret, ex quo testimonium eius cessat. Imperatore enim mortuo, cessat mandatum eius: vt extra. de offic. delegat. c. gratum. & c. relatum. & c. licet vndique. Sic per simile, mortuo illo qui proscriptiōem fecerat, quòd & proscriptio cessaret, sed hoc nō; quia iura illa intelligi debēt, si caussa nōdum finita iudex morereretur, vel actor, vel reus. Proscriptio verò fit tempore vitæ iudicis, & illius qui proscriptus est: quare proscripti o illa non exspirat morte iudicis.

Successor eius testis esse debet, &c. Paragraphus iste apertè videtur esse cōtra ius commune, vbi habetur: quòd testimonium esse debeat nō ex narratis: vt extra. de elect. c. per inquisitionē. & extra. de testibus. c. tam literis. c. cum caussa. extra. de accusat.

& extra. de consanguin. & affin. c. tua nos & extra. de successio. ab intesta. c. cũ dilectus. extra. de accusat. c. inquisitionis §. quæsiuisti. & extra. de eo. qui cogno. consanguin. vxoris. c. super eo. Est etiam contra ius, vbi innuitur quòd testimonium fieri debet ex his, quæ quis videt vel audit: extra. de testi. c. præterea. & c. cum causam. & xxxij. q. j. c. dixit. Rx. subdistinctione, rerum incognitarum fides nõ datur, nisi testimonium sit illorum, qui viderunt vel audiuerunt: vt extra de testib. c. præterea. Exquo itaq; istud manifestum est & cognitum scabinis, quare iustè datur fides iudici, cui ipsi illa narrarûnt: *e* etiam ex officio fieri admittuntur plura, quod priuato denegatur: vt xxiij. q. v. c. de occidendis. & ita euenit etiã huic, quod ex officio testificari potest, nec est in cõtrarium allegatorum.

e Officio plura admittuntur, quæ priuato denegantur. concordat Jure Munici. artic. xx. & xxxij. gloss.

In oppidis vel foro, &c. *d* distinguere per id vult ius municipale à prouinciali; & dicit implicitè, quòd nullus homo terrestris seu prouinciali iuri subiectus, in iure municipali respondere tenetur: exindeq; innuere vult, quòd actor reum sequi tenetur ad suũ iudicem: vt C. de iurisdictione omnium iudicum. l. iuris ordinẽ. & extra. de foro competenti. c. cum sit. secus tamẽ intelligendũ est in criminalibus; quia illic pati oportet, vbi quis excesserit. vt C. vbi de crimin. agi opor. perrotũ.

d Diuersitatem iuris municipalis à prouinciali vide. concordat infrà co. lib. ar. xxxiij. Jure Munic. artic. xxviij. gloss.

Quod extra aliquam iurisdictionem, &c. *e* Sciendum tamen, quòd accusatus in alieno iudicio, respondere tenetur in quinq; casibus: vt ff. de iudic. l. si quis citetur ex aliena. (vbi innuitur, ꝙ si quis ad extraneum citetur iudicem, comparere tenetur representarurus priuilegia & ius suum, & allegaturus, quare respondere nõ debeat.) Primo, si bona sub illo iudice habeat, apudquem accusatur. vt C. vbi de crimi. agi opor. l. sciẽs. & C. vbi in rem actio cõpetit. l. vlt. Secundò, si ibi excessum fecerit: vt C. vbi de crimin. agi oportet. l. quæstiones. & hic, & iij. q. vj. c. vbi. Tertiò, vbi quis domicilium habet: vt hic, & extra. de foro competenti. c. dilectus. & c. vlti. vel si contraxerit debita ibidem, vel negociationes ac mercantias exercet, respondere etiam ibidem cogitur: vt ff. de re iudic. l. j. Quartò, vbi quis cõqueritur, ibidem respondebit, sicut hîc, & supra libr. j. art lxj. infrà libr. iij. art. lxxjx. & extra. de mutuis petitionibus. c. ex literis. & iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agendo. Quintò, si apud suum iudicem iudicium recusauerit, vel comparere noluerit, alibi conueniri potest: vt infrà artic. lxxxvij. & xvij. dist. c. nec licuit. huic cõtradicere videtur articulus lix. libr. j. vbi dicitur, quòd iudex in suo iudicio omnimodas potest iudicare actiones. Si itaq; iuxta præsentem intentionẽ, homo iuri prouinciali subiectus, iure municipali respodere non tenetur, sequitur contrarium. *f* Rx. quòd iudex quidẽ ex officio suo iudicare potest omnimodas actiones, postquam coram suo iudicio proponentur: sed actor agere vel querulari non debet contra illum, qui est extranei iudicij: quodsi agat, & iste illum viceuersa coram competenti iudice, vbi vterque illorum pertinet accusauerit, indemnem cum reddere tenetur, & cadit ab actione: vt infrà art lxxxvij. C. ne filius ꝑ patre. in autent. l. constitutione habita. hoc idem etiam pati cogitur, si illum ad ius trahat spirituale, in negocijs sæcularibus: vt infrà artic. supra allegato. Notandum etiam, *g* quòd rescripti Apostolici vel alterius iudicis spiri-

e Accusatus in extraneo iudicio respõdere cogitur in certis casibus. vide infrà ar lxxxvij Jur. Muni. artic. xxviij. & ar. ci.

f Concordat Jure Munic. artic. xxviij. gloss.

g Rescriptũ apostolici non valet, si causa sæcularis cõmittatur in re spirituali iudicari.

ſpiritualis non valet, quãdo cauſſa committitur iudicari ſpirituali, iureq; ſubeſt ſęculari iudicio: vt extra. de foro cõpetenti. c. licet. c. ex tenore. c. ex parte Bertæ reginæ. & extra de appellationibus. c. ſi duob. in fin. niſi forſan ſæcularis iudex ius deneget poſtulantibus. quomodo autem reſcriptũ reijci poteſt. vide Specu. titu. de reſcriptio. §. dicat. & §. ſequenti.

Articulus XXVII.

REX eſt communis iudex vbilibet omnium. [a] Liber & idoneus ſcabinatu non compellitur reſpondere in cauſſa duelli corã iudice extratraneo. In iuriſdictiõe autem, in qua inſignitus eſt, id eſt, in qua natus eſt, ſede ſcabinali dignus, & in illa vbi ſedem bãnitorum ſeu ſcabinorum habuerit, iudicio vel reſpõſioni alligetur. [b] Qui autem inibi iſtam ſedem nõ habuerit, ſuperioris iudicis, vbi reſidet & domicilium habet, iudicium expectabit. [c] Hanc ſedẽ pater primogenito, eo vero non exiſtente, ſeniori & ſibi in generatione ſimili agnato relinquet.

a Vide ſupra lib. 1. ar. lviij. & infrà libr. iij. art. lij. Jur. Mun. ar. viij.

b Ad hanc materiam vide ſupra libr. 1. art. li. Jur. Mun. articu. xxxiij. gloſſ.

c Concordat Jure Munici. art. xvi.

GLOSSA.

Rex eſt cõmunis iudex &c. Quia ſicut eſt communis & ſanimus iudex: vt ff. de offi. proconſu. l. ſi in aliquam. §. fi. & l. ſequen. ita eſt & dominus omniũ; vt ff. ad le. Rhodi. de iac. l. deprecatio- & hic, & infra eo. libr. artic xxxiij. & arti. lx. Sic ipſius leges tanquam cõmunes ab omnibus hominibus cuſtodiri & ſciri debent. Vnde dicit imperator. Conſtitutiões principum nec ignorare queſquã nec diſſimulare permittimus; vt in l. conſtitutiones. C. de iuris & fact. ignora. Item alibi: Leges ſacratiſſimę, quę conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debẽt; vt in l. leges. C. de legi. & cõſt. tut.

GLOSSA.

Superius dictum eſt de iudicijs iudicibusque priuatis; hic tandẽ conſequenter tractat de iudice vniuerſali, qui eſt rex ipſe vel imperator. Et quia in omnibus locis ſolus per ſe fore non poteſt, quare loco ſui in prouincijs & ciuitatibus ſubdelegat iudices, qui vicẽ eius gerunt; vt ſupra lib. j. art. lviij. dictum eſt, & infra lib iij. art. lij. & art. xxxiij. & in auten. vt omni. obedi. iudi. §. j. colla. v. & in auten. de iudi. §. a Zenone. coll. vj. Et quia vt dictum eſt rex ipſe ſuper omnes iudex eſt vniuerſalis. [d] Sciendũ itaque, quod ſibi vltra omnes iudices quatuor ſingularia debẽtur; idque applicari poteſt ad vnumquenque regẽ reſpectu ſuarum prouinciarum. [e] Primo, vbicunque ipſe per ſe, vel literis ſuis, aut per miniſteriales cauſam deciderit, pro lege deciſio illa ſemper teneri debet; vt C. de legi. & conſtitu. & edictis. l. leges ſacratiſſimæ & inſtit. de iure gen. §. ſed &. Et iſto modo codex Iuſtiniani eſt compilatus; quia ibi non aliud continetur, niſi ſententiæ & decreta Imperatorum, quæ in ſententiando pronunciarũt, iſtudque pro iure hucuſque tenetur. Secundũ, quod nullus leges cõdere ſeu dubias interpretari poteſt niſi rex ipſe; vt C. de vete. iur. enuncl. l. Deo auto-

d Regis Romanorum ſingularia: & q̃ conſequens vniuerſaliſque regis.

e Vide infr. art. xxxij. & Jure Munic. art. i. gloſſ.

autore.& de legi. & consti.l.finali & in auten. de iudi. §. vl. coll. vj. In omnibus his allegatis legibus habetur, quod in dubijs, vel vbi super lege dubitatur, nulli interpretari licet nisi regi. In oppositū licet istius videtur esse. ff. de reg. iur.l. quotiēs. vbi habetur. Si dubitatur de aliquo, an liber seruus sit, iudex eundēliberum decernere debet: si ergo iudici istud cōpetit, quare non tantum regi pertinet decernere in dubijs. Præterea oppositum istius est, Instit. de acti. §. curare: vbi habetur, quòd iudex debet curare, vt negocium certo iudicet, quamuis sub dubio ad eum delatum sit. Insuper secus etiam est ff. de reg. iur. l. semper. Vbi dicitur: In dubijs sententiare debemus id quod fauorabilius videtur. Prointellectu istius controuersiæ *f* nota, quod dubietas quædam est iuris, quędam probationis, quædam facti. Dubietas iuris & illa est duplex. Primo, vt si homo deliquerit, detentusque in eo sit, dato etiam, quòd rex mandet vt liber dimittatur: iudexque dubitat quid facere debeat, dubietas illa referenda est ad ius scriptum, & non ad literas regis, prout leges suadent: vt C. de senten. & interlo. omni. iudi. l. nemo iudex. & in auten. de iudi. & vt nullatenus cum iur. coll. vj. §. omnis autem. *g* Vbi dicitur: Omnis autem iudex custodiat leges, & secundū eas sententias proferat, & vel si contingat iussionem nostram in medium, vel sacram formam, vel pragmaticam procedere sanctiōem dicentem aliter agi, sequatur legem. Nos enim volumus obtinere quod leges nostræ volunt. Alia dubietas est, quando iudex in aliqua causa nullum ius scriptum habet, vel cùm dubitat super interpretatiōe legis, & hāc dubietatem rex enodabit. Secūda dubietas est probationis; sicut si metseptimus probare debere, quòd meus seruus seu mancipium sis, in negouo huiusmodi & cōtrouersia fauorabiliter procedi debet, super liberatione ipsius, iuxta leges antehac allegatas, *h* Lex enim fauorabilior est semper ad eliberandum vnum quàm ad condemnandum: ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. & ff. de liberali causa. l. duobus. & ff. de re. iudic. l. inter pares. & extra. de probatio. c. ex literis. Tertia dubietas est facti: sicut si quis fecit aliquid, & vnus dicat illum fecisse ex malitia, alter verò quòd sine proposito malo, pronunciare debemus, quòd non malo proposito fecit: extra. de reg. iur. c. estote. Etiam, si vnus querulatur, & taxat sibi damnū magnam summam, iudex moderari debet, & in mitiorem interpretando partē: ac per hanc distinctionem soluitur dubietas iurium in contrariū allegatorum. Tertium singulare regis, quòd potest vnumquemq; noxium corrigere, quacumque pœna voluerit; vt furem ad rotas dare, quàmuis furtum meruerit. Sicarium potest in exiliū mittere, quàmuis capite plecti deberet: & sic de alijs. vt Instit. de iur. gent. §. planè. & ff. de pœnis. l. aut facta. §. fin. Quartum singulare, quòd à sententia regis nulli appellare licet; quia appellatio fit ad superiorem iudicem: vt ff. de appellat. l. j. & jx. q. iij. c. cunctis per mundum. c. ipsi sunt. c. patet. Nec à rege ad Papam appellare admittitur: vt extra. de appellationibus. c. si duobus. & extra. qui filij sunt legitimi. c. causam.

Scabinali sede dignus in causa duellari, &c. *i* Vnde duellariter agere, dicitur criminaliter accusare; duellaris verò actio, id est, criminalis dicitur.

Sedem scabinorum habuerit,

Textus in.

f Dubietas duplex, Iuris, & facti, & quomodo in dubijs procedendum.

g Vide infra ad hanc materiam artic. xxxiij. & lxxij gloss.

h Leges fauorabiliores sūt ad eliberandū quàm ad condemnandum.

i Duellariter agere q.s. vide contrarium infrà art. xxix. in tex-

Textus alij sed malè & depravatè legunt: vbi sponsam suam habuerit, veriùs itaque legendum est; in iurisdictione sua, in loco iudicij, vbi natus est ad sedem scabinalē, vel esse scabinus potest, si senior ex sua genealogia defuerit iudicio, & respōsioni alligetur. Et dicitur locus ille, iudicialis sedes sua, vel locus natalis; quia ipse vel eius parentes illic manu sua ad sacra iudicio iurauerunt. [k] & & iste illius signum habet verificum in sede scabinorum, in qua, sede scabinorum dignus est.

k Vide supra lib. i. arti. li. Iure Munici. art. xxxij.

Ad actionem nō respondebit, &c. Posset quis dicere, quòd istud non est speciale scabinis seu bannitis: est enim commune omnibus, quòd actor forum rei sequitur: vt supra eod lib. art. xxv. & C de iurisdict one omnium iudicum. l cum sit. l. iuris. l in criminali. & l. magisteriæ. xj. q. j. c. experientiæ. Prætactæ leges disponunt, quòd actor sequi reum tenetur ad eius iudiciū, nisi forte in certis casibus, circa arti. xxv. eo. lib. expressis & in illis etiam casibus bannitus, seu scabinali sede dignus, æquè respondere tenetur sicut alter. R. quod scabinorum prerogatiua in hoc casu nulla alia est, nisi quod in comitatu nullus super eos iudicare debet, nisi Comes seu Burgrabius, aut scultetus: vt supra lib. j. arti. lix.

Iudicio vel respōsioni alligetur &c. tam comitis quā sculteti: vt supra lib. j. art. ij. infra lib. iij. ar. lij.

Superiores iudices quærere debet &c. hoc est Comites. Circa id sciendum, quòd Banniti seu scabinali sede digni, primatum habēt inter illos, qui sunt liberi ad iudicium pertinentes. Secundum locum obtinent proprietarij: tertium verò pagani seu censuales, in bonis residentes, qui alienari possunt: vt supra lib. j. art. ij.

Hanc sedem pater primogenito, &c. Hoc idem habetur C. de decurio & eo. finali l. priuilegio. libro x.

Articulus XXVII.

MVlierem si quis in matrimoniū duxerit nesciēter, quam de iure superducere non valebat, [a] & interim pueros procreat ex eadem, si postea per ecclesiam fuerint seperati, hoc pueris in suo iure non derogat, qui ante diuortiū nati sunt; nec etiam illi quem mater gestat tempore diuortij.

a Pro concordantia huius articuli vide c. ex tenore. qui filij sūt legitimi.

GLOSSA.

Articulus præsens de ordine matrimonij tractat, [b] qui & primus est omnium ordinum iure naturali: exindeque omnes ordines initium habent, vt Insti. de iure natu. gen. §. j. [c] Vnde per intellectu articuli præsentis nota, quòd matrimonium lege naturæ fieri potest etiam inter illos, qui sunt consanguinei: vt in auten. qui. mo. natu. effi. sui. § si quis igitur. coll. vij. Secundum leges vero, prohibentur contrahere mutuo in certis gradibus: vt Insti. de nupti. & in auten. de nupūjs. coll. iiij. per totū. & ff. de ritu. nupti. l. nupriæ. & extra, de consan. & affi. c. non debet. Ex quo itaque secundum leges matrimoniū prohibetur in certo consanguinitatis gradu, evenit itaque sæpius, quòd mutuo contrahunt, qui iure contrahere non debent: & de istus articulus præsens.

b Matrimonij ordo primus est omniū ordinum.

c Matrimoniū lege naturæ etiam inter cōsanguineos admittitur.

Vnde nota, tripliciter cōtingere quod aliqui contrahere non possunt, [d] quidam contrahunt; v-

d Contrahere aliqui non possunt tribus modis.

nus verò alterum habere non potest, & hoc dupliciter; vel ex natura, vel ex accidenti. Ex natura, quando actum matrimonij quẽ reddere vnus alteri tenetur exequi non potest, vt sunt frigidi ex natura. Alio modo ex accidenti; vt qui sunt maleficiati, & ratione vtriusq; defectus matrimonium inficitur. Si verò vlteriùs scire vis, an separari propter id debeant, hoc intellige sub distinctione, vel antequam id eis euenit, facti fuerunt vnum corpus, separari non possunt. Si verò vnum corpus nõ sunt facti; hoc est, quia naturalem actum matrimonij inuicem non habuerunt; extunc separari poterint: vt xxxiij q. j. c. quod autẽ. & c. si per sortiarias. nisi forsan marito vxor id faciat, vel facere procurauerit; quia tũc commorari secum tenetur: vt extra de frigidis & maleficiatis. c. laudabilẽ. & c. vlt. Circa idque notandum venit, quodsi ex defectu huiusmodi separatio subsequi deberet: per triennium eos cohabitare oportet, antequam dirimantur: vt extra. eod. titu. c. laudabilem. & in autent. de nupt. §. per occasionem. coll. iiij. & hoc intellige, si speratur melioratio defectus illius. Si vero dubitatur, an effecti sint vna caro siue nõ, reputari debet, quòd coniunctio facta sit, & hoc propter fauorem matrimonij: vt C. de ædili. actu. l. iij. Secundo contrahunt, qui contractum tenere nõ tenentur: & hoc euenit octo modis; & quatuor primis modis dirimitur matrimonium, acsi nullum esset: residuis quatuor modis absoluuntur, ꝙ inuicẽ cohabitare eos non oportet, si volunt; nihilominus manet matrimonium inter eos. Primus modus, si error fiat in persona; vt si promiserant virginem, & aliã loco illius sibi locant, is contractum tenere non oportet: vt xxij. q. ij. c. si quis. Secundus, si vnus vnus ex illis apostatet à fide, vel vterque illorum si infidelis sit, vnusque ad fidẽ conuertatur Christianam, altero infideli manente, cõuersus superducere potest: vel etiam si infidelis conuerso magnã faciat iniuriam: vt xxviij. q. j. c. si infidelis. & ea. q. ij. c. si infidelis. extra. de diuort. c. j. & c. gaudemus. *e* Tertius, si liber seruum ducat ignoranter, & è contra: vt xxjx. q. ij. c. si quis ingenuus. Quartus, si coactus contraxit: vt xxxj. q. ij. c. de neptis tuæ. & isti quatuor modi primi simpliciter matrimonium dirimunt; ita quòd alium superducere possunt si volũt: residui quatuor modi dirimũt cohabitationem, sed non alteri nubendum. Primus modus, si sponsus cum sponsa voluntarie castitatem promiserint: vt extra. de cõuersi. coniug. c. cum sis. & xxxiij. q. v. c. vna sola. & in autent. de nupt. §. secundùm occasionem. coll. iiij. Secundus modus, si vnus illorum adulteratur: vt xxxij. q. vj. c. j. & in auten. de nupt. §. si igitur. coll. iiij. Tertius, si vnus illorum infidelis vel hæreticus efficiatur: vt xxiij. q. ij. c. si infidelis. §. hîc distinguendum. vbi habetur: Hîc distinguendum est, aliud esse dimittere volentem cohabitare, atque aliud discedentem nõ sequi: *d* volentem enim cohabitare licet quidem dimittere, sed non ea viuente aliam superinducere; discedẽtem verò sequi non oportet, & ea viuente, aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendum est, qui in infidelitate copulati sunt. Quartus, si vnus in mortem alterius machinatus sit: vt in auten. de nupt. §. si igitur. col. iiij. Isti quatuor modi separant matrimonium quòad cohabitandum, sed non contrahendum. Tertiò contrahunt aliqui, abstinere tamen abinuicem eos oportet, & hoc dupliciter: *e* vel oportet vnus altero carere ad rem-

e Vide extra de frigidis & maleficiatis. c. laudabilẽ. & c. vlt. & extra. de cõuersi. coniug. c. cum sis. & xxxiij. q. v. c. vna sola. & in autent. de nupt. §. secundùm occasionem. coll. iiij.

d Et per id habetur differentia istius tertij modi, vbi dimittitur cohabitatio ab vna secunda excepta superius, vbi simpliciter matrimonium dirimitur.

e Vir abstinere ab vxore debet in certis casibus, & hoc dupliciter: ad tempus et perpetuò.

tempus; & hoc multifariam. vel vel tempore menſtruorū, ad duos, tres, vel quatuor dies, ſecundùm complexionem: ægritudinem enim illam iuxta diſpoſitionem naturæ patiuntur mulieres; quædam in nouilunio, quædam in decreſcentia lunæ, & quædam plus, quædam minus. vnde tempore illo abſtinere debet vir à cōgreſſu mulieris. Iſtud etiam prohibet philoſophus in ſecretis mulierum, propter multa incōmoda, quæ exinde ſequuntur: aduenientque menſtrua, vt in eodem libello habetur, in quartodecimo anno, & durāt vſque ad quinquageſimum: cumque concipit, ceſſat defluxus vſque ad tempus partus, & poſt partum iterum cōtinuat quatuor ſeptimanis, & aliquibus plus; vt ibidem philoſophus habet, niſi vicioſæ ſint corruptæ, *f* & hæc eſt præcipua cauſſa, cur mulieres in puerperio ſex ſeptimanis iacent, nec viris cum eis actum habere licet; quia ex actu illo mulieres deſtruūtur, & locus matricis oppletur, & occluditur, quòd poſt modum concipere nō poſſunt, multæque ægritudines eueniunt, & vt communiter ægritudo ſpi æ, & aliæ, de quibus potiùs abſtinendum eſt: non enim philoſophi, ſed legiſtæ in hac parte eſſe volumus. Secundò, vir abſtinere debet ab vxore diebus ſolennibus ieiuniorum, vt eò meliùs vacare oratiōibus poſſet: vt xxxiij. q. iiij. c. ſciatis fratres. c. vir cum propria. & c. nō oportet. & c. quotienſcumque. & cad. q. ſi cauſſa.

f Cauſſa cur mulieres, vt communiter, ſex ſeptimanis in puerperio iacent.

Ad hoc quòd vnuſquiſque ſciat peccati huius differentiam. *g* Nota, quòd concubitus viri cum propria vxore fit ꝓpter tria. Primò, proptèr explendam libidinem, ita quòd ſeipſum ad id irritat, & ſic eſt peccatum mortale; vt xxxiij. q. iiij. per totum. Secūdò, propter vitare adulterium, & ſic vnus impetitus ab alio debitū reddit, & eſt veniale: vt xxiij. q. v. c. ſecundùm verba. Tertiò, ꝓpter ſobolem procreandam, & ſic eſt meritorium: vt xxxiij. q. iij. c. vir cum vxore. idque dictum eſt, ſi fit tempore, quo vxor eſt ad id idonea: ſi verò id facis tempore quo vxor ægrotat, conſilio cōfeſſoris vtendum eſt. Scriptura enim docet: noli accedere mulierem menſtruoſam: exinde ſiquidem multa partus eueniunt incōmoda; ſi enim mulierem tempore ægritudinis ſuæ conceperit, ꝓles genita raro fit ſana; & vt communiter ægritudinem oculorum patietur, leproſuſque & alijs morbis infectus puer naſcitur; & præſertim ſi tempore quo in puerperio iacet concipitur, etiam pueri illi fiunt, vt plurimum lunatici: conſilium itaque eſt abſtinere ab illis: nam & viri hydropici efficiuntur, proles verò lepra infecta naſcitur. *h* Item, abſtinere vir ab vxore neceſſariò habet perpetuò, & hoc quadrupliciter. Primò, ꝓpter conſanguinitatem: quia nullus poteſt cōtrahere, niſi de quarta in quintam lineam: vt xxxv. q. iij. c. de propinquis. & extra. de conſanguin. & affinit. c. non debet. & c. vlt. Secundò, dirimitur matrimonium ex cognatione vel affinitate, & hoc tàm ex parte viri quàm mulieris affinibus; neenim mulieris affinem ſuperducere poteris: vt xxxv. q. iij. c. de ꝓpinquis. & c. æqualiter. Tertiò, ex affinitate ſpirituali, quæ fit in baptiſmo. Vnde ſciendum, ſi vnus ex coniugibus alterius affinis ſpiritualis in baptiſmo ſit, etiam eius cōſortis affinis erit. Sed ſi quis tuæ vxoris antehac in baptiſmo affinis fuit, non propter hoc tibi affinis erit, ſi ſuperducis iſtā. Cuius verò pater in baptiſmo tu factus ſis, pueros illius ille vero tuos etiam, qui poſtmodum naſcētur, poſt baptiſmum ſuperducere

g Concubitus viri cū vxore ſit potiſſimum propter tria.

h Vir abſtinere ab vxore perpetuo cogitur quadrifariam.

non poteſt. *i* Vnde etiam ſciendum, quòd vir & mulier inuicem compatres eſſe non poſſunt: vt extra de cognat. ſpirit. c. nedum. lib. vj. & xxx. q. iij. c illud. ea. q. iiij. c. ſciſcitatur. & ea. q. c. j. ij. & iij. per totum. Quartò, contrahit aliquis cum vxore, quam habere non poteſt, vt quia vouit caſtitatem. xxvij. q. ij. c. ij. & iij. In oppoſitū tamen ſentire videntur decretales. xxvij. q. j. c. nuptiarum. vbi habetur, quòd propter promiſſum vel votum coniugia diſſoluenda non ſunt. Rx. ſubdiſtinctione, *k* quòd votum caſtitatis ſit dupliciter. Vno modo, cū benedictione & ordinis ſuſceptione, & illud violari non poteſt: quia Deo vouitur, & ita alteri voueri non poteſt, dirimitque matrimonium: vt extra. de voto. in pleriſq; canonibus. Secundò, votum fit ſine huiuſmodi ceremoniis, & illud non dirimit matrimonium: & de iſto habetur xxvij. q. j. c. nuptiarum & c. vltimo

i Vir & mulier inuicem compatres eſſe non poſſunt.

k Votum caſtitatis ſit dupliciter. vide ſupra eod. lib. art i.

Hoc pueris in ſuo iure nō derogat, &c. De hoc vide extra. qui filij ſunt legitimi. per totum. Sciendum etenim, quòd omnes pueri qui ex legitimis naſcuntur nuptiis, legitimi manēt; dato, quòd per ſententiam iuris ſpiritualis dirimantur abinuicem.

Articulus XXVIII.

a Concordat ſure Munic. art. iij. & ar. xxxij.

Qvi alium [a] dicit illegitimum ortu aut officio, hoc contra ipſum proponens, ille cum teſtibus in ſuo iure perfectis probare debet. Quiuis tamen, quòd ſit legitimus, & pleni iuris, cū teſtimonio probaturus, facilius auditur, quàm propter teſtimonium cuiuſcumque id ei abiudicari poſſit [b] Si verò quis dicat contra aliquem, quòd ius ſuum furto aut ſpolio perdidiſſet, hoc per iudicem cum teſtibus metſeptimus cōtra eum probare oportet.

b Ad hanc materiam vide ſupra lib. i. art. viij. ſure Muni. artic. xxxij.

GLOSSA.

c Quæſtio natiuitatis de iure tāum pertinet ad iudicium eccleſiæ.

Qvi alium dicit illegitimū, &c. *c* Et hoc ſcias, quòd quæſtio natiuitatis de iure tantum pertinet ad iudicium eccleſiæ, cùm ſit acceſſoria matrimonij: vt in tit. qui filij ſunt legitimi. c. cauſſam. q. ij. & c. perlatum. & c. j. & cùm intenditur quæſtio hæreditatis *d* & opponitur petenti quæſtio natiuitatis, tunc ipſa tanquam præiudicialis primò eſt terminanda, & remittenda ad iudicem eccleſiaſticum: vt in c. tuam. de ordi. cogn.

d Si intendatur quæſtio hæreditatis, & opponatur q̄ſtio natiuitatis. iſta primò eſt termināda

GLOSSA.

Quiuis tamen quòd ſit legitimus, &c. hoc ex eo fit; quia ius fauorabilius eſt ſemper reo quàm actori: vt ff. de reg. iur. l. non debet. & l. fauorabiliores. & extra. eod. tit. c. cum ſit. & c. non licet. libr. vj. & ſupra libr. j. art. vij. xv. xvj. & lib. ij. art. xxxvj.

Si dicatur contra aliquē, quòd ius ſuum perdiderit, &c. Hoc idē habetur infrà art. lxxxij. & ſupra lib. j. art. xxxix. *e* Circa id notandum eſt, quòd nullus agere vel incuſare poteſt matrimōium, quòd non rectè contractum ſit, vel inſtigare vt dirimatur, niſi conſanguinei. vt extra. qui matrimo. incuſa. poſ. per totum. & xxxv. q. vj. c. conſanguineos. Ad cognoſcēdum autem ſi matrimonium iuſtū ac licī-

e Matrimoniū nullus incuſare poteſt. vel inſtigare vt dirimatur, niſi conſanguinei.

ac licitū sit nec ne. vide supra lib. j. art. iij. abundantiùs. & in summa Ioan. Andr. iiij decretalū, vbi & certi versus super eo ponuntur. *Error. conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen. hu- Si sis affinis, si forte coire nequis, (nec tus, Hæc socianda vetant connubia iuncta retractant.*

f Iuramentum legitimæ nationis quomodo fieri debet.

Sciēdum præterea, *f* quòd iuramentum legitimæ nationis est; quòd ille iuret, quòd pater & mater eius legitimè cōpulati sunt; & quòd ipse in matrimōio natus sit, & legitimus est; idque facere debet vir metseptimus, mulier verò sola per se.

Articulus XXIX.

a Ad hanc materiam vide supra lib. i. art. 1. Iure Mun. articu. xxxij.

LIber seu idoneus scabinis bannū sui scabinatus, [a] id est, locum vbi natus est scabino dignus, ostendere aut suos progenitores quatuor nominare nō oportet, [b] nisi suo æquali in generatione duellum proposuerit iniungēdum. Licitè quis iurando bannum sui scabinatus poterit demōstrare, [c] licet scabinatum nō possideat. [d] Vbi duo vnā debēt diuidere hæreditatem, senior diuidat, iuniori verò competit electio in hac parte. [e]

b Hoc est, nisi sibi generatione æquali duellū proponat.

c Concordat Iure Munici. art. xxxij.

d Concordat ad hoc extra c.i. de paroch.

e Si autem plures duobus sint, articulus non habet locum, sed succedit ius commune & ita practicatur. vide tamē glo,

GLOSSA.

Declarauerat siquidem superioribus de his, qui in iure suo argui nō possunt, tum & genealogia ac officio. Articulus præsens disponit, quando liber scabinus progenitores suo declarare cogitur; quia nō nisi tunc, quando duellum generatione æquali infert: quomodo autem duellum infertur, vide supra lib. j. artic. lxiij.

feud. c. xxxij. qui de tribus vel pluribus loquatur: quis autem dicatur maior in hoc casu. vide Iason. §. quadam. Institu. de actio. vide etiam C de cōmuni diuidūdo. l. si maior. & l. in cōmuni. vbi habetur, quòd diuisio pertinet iudici.

Nisi suo æquali in generatione, &c. Notanter dicitur: Æquali in generatione; quia si indixerit duellū alicui & ille licet non sit ei similis in officio. hoc est; quia non sit bānitus seu scabinus, generatione tamē æqualis sit. vt si in Marchia duellū indicat, nihilominus ei quatuor progenitores nominare vult. Quid si in expetenda hæreditate, an nominare etiam progenitores deberet? R. quòd sic, si sibi non creditur, quòd mortui amicus sit: vt supra libr. j. art iij. & lib. ij. art. xxx. & Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferunt. §. nostra autem constitutio. & in auten. de non eligen. secund. nuben. §. cū igitur. coll. j. & in autent. de hæred. ab intesta. veni. §. consequēs. colla. jx. Nec est contra id quod hic textus habet. Articulus enim intelligi debet, quòd eum nominare nō oportet progenitores, intelligendo, in criminalibus caussis: in ciuilibus verò nominare cogitur. Tum etiam si dominus feudum seu clipeum natiuitatis alicui recognoscere non vult, etiam illū progenitores ostendere oportet: vt feud. c. ij. nec est contra articulum istū; quia id quod hic loquitur intelligendum est, iure prouinciali, ibi verò de iure feudali.

Quærere aliquis posset, si dubitetur in isto, an bannitus ille ad clipeum natus sit vel non? R. quòd libertas bannitorum, est ratione officij, in quo inueniuntur aliqui magnæ genealogiæ; nec eis illud officit, nec deteriorat nobilitatem eorum. Inueniuntur etiā viles in officijs, nec tamē eos illud nobilitat. *f* officium enim nō nobilitat aliquem, quare & in proposito possunt esse aliqui banniti,

f Officium non nobilitat aliquem.

qui tamen sunt vasalli, aliorum etiam ministeriales. *g* Vnde dato, quòd rusticus bannitus efficiatur, officium illud non nobilitat eum, nec aliquem alium. Contra istud tamen videtur esse infrà art. xxiiij. vbi habetur, quòd rustici banniti esse non possunt ex eo; quia feudū habere nequeunt in iudicio. soluitur ibi in glossa; omnia enim officia veniunt ex legum constitutionibus: nobilitas verò ex natura *h* Constitutiones verò possunt immutare ius hominis, non tamen eius naturam seu genealogiam: vt Instit. de legit. agnat. tute. §. vlt. & ff. de capit. diminut. l. cas. & l. legatum. & Institut. de iur. natur. gent. & ciui. per totum.

g Rusticus effectus bannitus, officiū nō nobilitat eundem. concordat Jure Mu. art. xxxiij.

h Vide supᵉ lib. i. art. iij. Jure Munici. art. i. & art. viij.

Licitè quis iurando, &c. Intellige, quòd se trahere debet suo iuramento ad sedem illam scabinalem, si ibi sit scabinus liber natus: vt supra eod. lib. art. xxvj. in glo. Subiungiturque in textu: Licet scabinatum non possideat, *i* hic notandum est quid speciale, quòd creditur vni ꝓpter suum iuramentum. Ratio verò istius est, quia iste iurat, quód liber scabinus natus sit, & istud nemini nocet, nec aliquis eū impedit in eo, & ita sibi creditur. Sic etiā creditur testi cuilibet, si testimonium illud nemini nocet, & huic ꝓdest: vt de cōsecr. dist. iiij. c. placuit. & c. paruulos.

i Juramentū vnius valet. concordat Jure Munic. art. xxxiij. gloss.

Vbi duo vnam debent dinidere hæreditatē, &c. Hîc nota quædam necessaria circa rerum diuisionem. *k* Diuisio siquidem rerum potest esse triplex. Prima, quòd res quædam diuiditur, vel diuidi oportet rem aliquam ita, quòd in recompensam alia res ei datur; vt si vnum seruū vel equum duo habeant, illum propter diuisionem interfici non licet; quia nullus sua re male vti debet: vel nullus interficiatur propter diuisionem alicuius: vt Instit. de his qui sui vel alieni sunt iur. §. sed & maior. quare in recompēsam pecunia soluitur.

k Diuisio rerum fieri potest triplicitèr

Secundò, bona in feudū data diuidere etiam non licet; quia illa vnus pro feudo seruat: vt in auten. de constitu. imperi: l. hac edictali. §. præterea. coll. x. *l* Tertiò, res ad quam duo vel plures pertinēt, non debet in minimas partes diuidi; vt si mansum agri habeant duo vel plures, vnusque expeteret diuisionem in minimas partes sicut digitus, alter facere non tenetur nisi per medium: vt C. commun. diui. l. ad officium. & l. si maior. Præterea nullus agrum vel bona cēsualia diuidere debet, ita quòd vnus agrum seruet, alter verò cēsum: vt C. sine censu vel reliquis fundum comparare non posse. l. j. ij. & iij. Si verò ille ad quem diuisio spectat diuidere nō vult, extunc diuisio cedit iudici: vt C. fa. mil. herciſ. l. & j. l. bona. C. communi. diuidun. l. si maior. & l. in communionem. & C. communia vtriusq; iudici. l. j. & sequentibus.

l Rem quę diuidi debet, nō oportet in partes minimas scindere.

Articulus XXX.

FErendario carere debet, qui personaliter coram iudicio respōdet. Quamdiu quis se respondere non debere sententialiter defenderit, tamdiu respondisse non dicitur. Iudex æquus esse debet omnibns hominibus, nec debet sententiam inuenire nec inuentā increpare.

GLOSSA.

Quamdiu quis se respondere, &c. Nam qui opponit exceptionem, non dicitur respondere. Et ideo si dominus est citatus ad respondendum, non sufficit mittere procura-

curatorem ad excipiendum: vt de appellat.. c. Nicolao. & vide plenius in Spec. tit. de procurato. §. ratione autem.vers. quid si procurator constitutus. Sic & qui excipiendo aliquid præsupponit, non fatetur; quia semper intelligitur contradicere: vt in regula. exceptionem. de reg. iur. lib. vj.

Iudex æquus, &c. Vnde dicit ius Can. quòd in iudicijs non est acceptio personarum habenda: vt in c. non debet. de reg. iur. lib. vj. Æqualis enim & cõmunis debet esse iudex, non declinans in dextram aut sinistram: vt de accusa. æqualiter. j. & de except. c. cum inter. & de re iudic. c. j. cum concordant. ibid. in glo. lib. vj. vnde. cùm iustus iudex sederit supra sedem, non aduersabitur ei quidquam malignum: vt C. de summa Trinit. in epistola, Inter claras.

GLOSSA.

Superiùs dictum est, in quo casu & quomodo vnus progenitores suos nominare tenetur; & item cũ quis per se aliquẽ alloquitur; post modum cum ferẽdario alloqui eum nõ potest; dignum itaq; (vt articulus præsens habet) hoc idem de reo intelligi debere; ita quòd qui respondere per se iam cœpit, per ferendarium facere non possit; quia quod actori denegatur, hoc & reo: vt ff. de regul. iuris. l. non debet. Vnde sciendum, *a* quòd quiuis ferendarium habere potest si vult, & eo carere, si etiam voluerit: vt supra lib. j. ar. lx. Ferendarij enim positi sunt ad vtilitatem litigãtium, sed vnus vtilitatem potest omittere suam si vult: vt ff. de reg. iur. l. iij. Ius enim nõ proficit alicui præter eius voluntatẽ. C. de pactis. l. si quis in scribendo. & extra. de regular. & trãse. ad religio. c. ad Apostolicam. & extra. de rescrip. c. nonnulli. & ff. de reg. iur. l. si inuitus. Si ergo priùs

a De ferendarijs vide hîc

priùs sibi placuit, & priùs respondeat, quare displicere sibi posthac non debet. extra. de regul. iuris. c. quòd semel lib. vj.

Nota tamen circa id, occasiõe ferendariorum duplicem differẽren iã *b* Principaliter, quòd quidam homines sunt, qui necessario procuratores seu ferendarios habent, vltra velle illorum, dato etiam, quòd respondere soli vellent. Primò, principes: et hoc ex tribus, videlicet, quia sunt occupati negotijs publicis: vt C. de pedaneis iudicibus. l. placet. Secundò, propter illorum dignitatem: vt in auten. vt ab illustr. & qui super eam sunt dignitatem. §. j. col. v. & C. vbi senatores vel clarissimi. l. quotiens. Tertiò, quòd sua præsentia nõ detereatur iudex vel aduersarius, vel quòd aliqua eis dehonestatio circa iudicium non inferatur, in stando, vel sedendo: vt C. de procurat. l. quicumque. & C. de iniur. l vlt. vide etiam de hoc supra lib. j. art. lx. Secundò, ferendarios necessariò habẽt mulieres ipsæ: vt supra lib. j. art. lxvj. & ff. de reg. iur. l. ij. & hoc intellige de iure nostro: iure vero spirituali possunt rem agere suam: C. qui accusa. poss. l. si crimen. & C. de procurat. l. alienam. Tertiò, qui ferendarios necessario habẽt, sunt pueri. C. qui legit. perso. stan. in iudicijs habeant. l. j. ij. & iij.

b Ferendarios, quidã homines necessario habere coguntur, etiam si nolint.

Secunda differentia, *c* quòd quidam homines ferendarios habere non possunt, quamuis illos petant: & hoc quadrifariam. Primi, qui ortilegium siue sententiã increpare volunt: vt supra libr j. art. lx. Secundò, infames & iure priuati, ac capite diminuti: vt supra lib. j. art. lx. viij. & v. q. iij. c. in criminalibus. Tertiò, qui duellum alicui inferunt, aut duellariter alloquuntur: vt extra. de procurat. c. tuæ. & extra. de iudicijs. c. j. li. vj. & c. v. q. iij. c. in criminalibus. Quartò, qui soli respondere incipi-

c Ferendarios quidã homines habere non possunt.

incipiũt: sicut hîc in articulo præsenti; & hoc intellige de iure nostro: secundùm leges enim habere procuratorem eis licebit: vt C. de proeur. l. nihil.

Quamdiu quis se respondere defenderit, &c. *d* Tangitur respõsionis differẽtia. Vnde nota, quòd responsio duplex est, vel est contra querelam, quia videlicet se defendit, quòd respondere non debeat: & hoc sescupliciter. *e* Primò, quia forsan est proscriptus: vt supra eod. lib. art. xvj. Secundò, si pupillus queruletur sine suo tutore. C. qui legiti. person. stan. in iudi. l. j. ij. & iij. Tertiò, diebus feriatis & festiuis respondere vnus non tenetur: vt supra lib. ij. art. x. & C. de ferijs. l. omnes. & l. quadraginta. Quartò, si actio antehac coram iudicio ventilata & finita sit: vt Instit. de excep. §. æquè. & extra. de excepti. c. aduersario. & ff. de except. per totum. & extra. de litis contestat. c j. lib. vj. Quintò, si iudex coram quo conqueritur, non sit iudex ordinarius respondentis: vt C. si non à competẽti iudice. l. vlt. & infrà art. lxxix. Sextò, si actor nollet econtra respondere ad proposita respondẽtis: vt supra libr. j. art. lxj. C. de compensa. l. neque scriptura. & extra. de mutu. petit. per totum. & iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agendo. Septimò, respondere non cogitur quis coram iudice, qui ius sibi antehac denegauit: vt supra libr. ij. art. xiij. C. de pœna iudic. qui ma. iudic. l. vlt. Vnde si quis vnã ex his cautelam præ se habuerit, defendere se poterit quòd non respondeat.

d Responsio duplex contra querelam, & ad querelam: et alia vide de responsionibus

e Nota iure feud. responsio duplex inuenitur ad querelam, vbi vel affirmatur vel negatur: vel contra querelam, quando videlicet excipit se, quòd respondere non teneatur. feudo. c. lxj.

Secundò, respondet aliquis ad querelam, quando quis affirmat vel negat, & hæc dicitur esse litis contestatio, & qui sic respondet, ferendarium postmodum habere non potest, vt textus habet.

Iudex sit æquus omnibus, &c. *f* Doctrina datur iudicibus, ꝙ iustè iudicent præmeditantes iudicium Dei super eos venturũ, & quemadmodum ipsi iudicant aliquem, etiam Deus eosdem iudicaturus est: C. de iudic. l. rem non nouam. & xj. q. iij. c. quicumque. Vnde etsiquidem antehac iudicibus sufficiẽs doctrina, quomodo se in iudicijs obseruare debent, data sit, *g* exsuperabundanti tamen, & hîc quatuor conditiones annotãtur, quas iudices præ se habere tanentur; ꝙ videlicet nemini prẽiudicare debent, propter timorem, auaritiam, odium, amorem; propter enim hæc quatuor inuertitur sæpiùs iudicium: vt xvj. q. iij. c. quatuor. & extra. de sentẽn. & re iudic. c. cum æterni. l. vj. & hîc in textu. Quòd autẽ iudex auarus esse non debet, nec propter dona iudicare: est lex xij. tabularũ plana, quam annotatam vide supra circa art. lx. lib. j.

f Iudicum doctrina.

g Iudicum quatuor necessaria Concordat Iure Mu. ar. xviij. gloss.

D. A. quis posset, doctrinam hanc superuacaneam esse iudicibus. Iudex enim iniustè agere nõ potest, ex his quæ hîc in textu sub sequuntur. Nam nec sententiam inuenire, nec inuentam increpare debet. ℟. tamẽ, quòd qui sententiam inuenit, & qui pronunciat, & qui ad id consultant, eadẽ pœna puniũtur. Primum, ille qui inuenit sententiam, damnatur: secundò, iudex qui edicit & admittit eandem: tertiò, illi qui inuenire procurant, vel qui ad eãdem consenserunt, cùm tamen meliorem & iustiorem inuenire potuissent. *h* Exemplum haberi potest in sententia Saluatoris nostri Iesu Christi. Pilatus enim interrogauit, quid cum Iesu Nazareno facere debuisset; principes & prælati consiliati sunt populo, vt crucifigatur: acclamauit plebs, iudex consensit, ibi sententiam populus inuenit, principes consiliati sunt, Pilatus verò consensit & sequelã dedit, & nullus absque culpa mansit. Iu-

h De sententia saluatoris nostri vide.

Iudex ſententiam inuenire nō debet, &c. Id eſt, ius nouum cōdere ſeu inuenire eidem non licebit, ſed ſecundùm ius iudicare ſcriptum: vt Inſtitu. de offic. omnium iudic. §. j. & C. de iudi. l. iudices. & in auten. de *i*udic. §. omnes. collat. vj. Quòd etiam ſententiam inuenire non debeat; id eſt, debet alios pro ſententia interrogare, qui vlterius mutuo colloquentur: ſententia enim maturo conſilio adinuenienda eſt: vt in auten. de iudic. §. j. coll. vj. Præterea, vt textus habet, quòd ſententiam increpare non debet; non intelligendum eſt, quòd omnibus ortilegijs cōſentire teneatur, *i* ſed quod nullum hominem in damnum inducere vel arctare debet, cum ortilegijs & ſententijs ſuis; verùm inſinuare eiſdem quòd inuicē meliùs colloquātur: vel eos admonere, quòd ortilegium reportent ad illum locū, vbi apportari debet; vel præfigere tempus partibus importandæ ſententiæ. Iudices enim prudentes eſſe competit, ne homines in damnum inducant: vt Inſtit. in proœ. §. ſumma. C. de poſtulan. l. ij. & in auten. de iud. §. j. coll. v j.

i Vide Iure Mun. ar. xxiij

Articulus XXXI.

Q Vidquid vnus alteri debet, vel eidem aufert, [a] hoc hæredib⁹ illius ſoluere tenetur, ſi decedat. [b] Si autem auferēs moriatur, hæredes eius ꝑ debito non reſpondebūt, niſi poſſideant illa bona, pro quibus eorum prędeceſſor fuerat inculpatus. [c] Qui captiuat alium ſine rerum ablatione, id eſt abſque ſpolio, aut vulnerat & affligit ſine vulnere mortali, & ſine priuatione mēbri, hæredibus læſi reſpondere non cogitur: ſi poſt anni ſpacium moriatur, niſi forſan ante deceſſum is, cōtra reū cauſſam iudicialiter inchoauerit.

a Ad hunc paſſum vide Iure Munici. art. lxij.

b Ad hanc materiam vide ſupra lib. i, art. vi. & ar. xxvij. & item libr. ij. artic. xvij.

c Vide ſupra lib. ij. ar. xiij. contrarium iſtius, vbi habetur, quòd captiuās aliquē, capite plecti debet. Reſp. tamen, quòd hic accipitur captiua tio, ſi actio iā expiret anno, & ita pro ſimplici iniuria computatur, & ꝑ conſequens ciuiter inſtituitur: omnis tamen vis huiuſmodi accuſationis ſiſtit in modo proponendi.

GLOSSA.

H o c hæredibus illius ſoluere tenetur, &c. Et hæredis appellatiōe in perpetuum omnes ſuccedentes continentur: ff. de verbo. ſignifi. l. hæredis. & ff. de iure immuni. l. iij. & ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. licet quandoq́ue contineatur tantū proximus hæres: ff. de verb. ſignific. l. ſciendum. ff. de ope. lib. l. cum patronus. §. j.

Hęredes ſui pro debito, &c. Secundùm l. ges etiam pro rapina & furto agitur, contra raptorem & furem & eius hæredes; ita tamen, quòd quilibet pro hæreditaria parte tenetur. vt ff. de furtis. l. ei qui furti. Et ſi fortè ad vnum hæredem res ipſa in ſolidum peruenerit, ipſe in totum poterit cōueniri: ff. commod. l. iij. §. hæres. & ſi ſunt plures raptores ſeu fures, tunc quilibet tenetur in ſolidum conditione furti; ſed vno ſoluente, ceteri liberātur. In actione verò furti vnus alium non liberat. Secus autem de pluribus tutoribus, qui de rebus pupilli ſubtractis, tenentur in duplum; actione de rationibus diſtrahendis: vno enim ſatisfaciente, alij liberantur: C. de condic. fur. l. j. & ff. de adminiſtr. tutor. l. tres. Et licet actione, Vi bonorum raptorum

ptorū & furti teneatur fur & raptor, & qui dedit opem aut consilium, non tamen contra vltimū competit condicio : ff. de condict. fur. in pleriſque legibus. & vide etiam lib. ij. circa art. vltim. Et actio furti datur ad pœnam, ſed condicio ad rei perſecutionē : Inſtit. de acti. §. ex maleficijs.

GLOSSA.

Declaratum antehac fuit, qualiter per reſponſionem aliquis defendi debet; hîc tandem declarat nonnulla, quæ iudicem ipſum cōſiderare oportet: & ponit duo; exindeque duplex querela venit, *d* ciuilis videlicet & criminalis. Ciuilis tangitur ibi, Quidquid vnus alteri debet; innuens, quòd heredi reſpondere neceſſe eſt pro debito mortui, quia ipſe obtinet totum ius mortui: vt ff. de regu. iur. l. hæreditas.

d Querela duplex, ciuilis et criminalis.

Vnde circa id quæſtio fieri poteſt, *e* an hæredes debitum emonentes, cogantur probáre debitum illud ſeptem teſtibus, quemadmodū probatio veniret, ſi contra eos ageretur. ℟. quòd non; quia hæredes impetunt illum, qui ſolus debitum contraxit, viuitq; adhuc : & ita probatio contra eum nō eſt neceſſaria : vt ſupra lib. ij art. xv. Cùm verò hæredes impetuntur, qui non contraxerunt per ſe, probatio debiti ſeptem teſtium neceſſario venit, *f* ex eo, quia factum alterius, vt pote patris, poteſt alteri, vt pote hæredi, incognitum eſſe : vt C. de eden. l. iuſtum. Qui verò pro ſuo debito inculpatur, affirmare vel negare poterit, & ex eo quod ſibi notum eſt, iurare ſupereo ſibi admittitur. Qui autem pro debito prædeceſſorum ſuorum inculpatur, iurare eum non oportet : fieri enim poteſt, ꝙ de debito prædeceſſorum ſuorum ſcientiā nullam habet: vt ff. de iureiuran. l. iuſiurandum.

e Vide ſupra lib. i. ar. xvi.

f Concordat ſupra li. i. ar. vi. Iure Mu. art. lxvij. & ciij.

Vel aufert, &c. Tangitur actio criminalis. Is enim qui alquid accipit, reſpondere tenetur illi, cui damnum eſt illatum: communis enim habetur regula. Cui damnū pertinet, eidem querulari competit : vt Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. §. furti.

Si debitor moriatur, &c. Sciēdum etenim, quòd ſi moritur is qui ſpoliauerat, eius hæredes reſpondere non coguntur pro malefacto. *g* Circa id tamē nota tria ſingularia. Primum, hæredibus meis reſpondere tu cogeris pro furto, ſpolio, &c. quod in me patraſti; hæredes verò mei pro furto & ſpolio quod ego feci, me mortuo reſpondere non coguntur : iſtudque etſi videatur non eſſe æquum, ℟. tamen, nullam in eo eſſe diſproportionem: nullus enim reſpondere cogitur tanquam fur & prædo, niſi ille, qui furtum vel prædam egit : vt ſupra libr. j. art. vj. & ff. de furtis. l. quamuis. & Inſtit. de perpetu. & tempora. ac. §. non autem: ſed hæres in propoſito ſpolium non fecit, quare reſpondere nō cogitur vt prædo.

g Nota ſpeciale qd ex textu.

Niſi poſſideant bona, &c. Hic tangitur ſecundum ſingulare, *h* quòd actio ſeu querela criminalis, ex morte alicuius, ciuilis effi-ſe ff. de reg. iur. l. hæreditas. vbi habetur, quòd hæres totum illud ius prædeceſſoris ſui nanciſcitur; quare & criminaliter meritò cōtra eum agi deberet. ℟. tamen; nullam in eo eſſe cōtrarietatem; hæres enim ius habet ad illud, quod ad prædeceſſorem iure pertinebat : quod verò prædeceſſor iniuſtè occupabat, carere debet: immò illud pecunia emendare : noxam verò vel malefactum prędeceſſoris ſui vita ſua emendare nō cogitur; nullus enim pro malefacto alterius punitur. Tertium ſingulare, bona furtiua hæres reſtituere poteſt ſine damno, ſi ex

h Actio criminalis ex morte alicuius efficitur ciuilis.

cis lo-

eis locupletior factus sit: vt supra lib. j. art. vj. & ff. de reg. iur. l. totiens. si autem ex illo locupletior non est factus, reddere non tenetur: vt Instit. de perpet. & tempor. §. aliquando. & ff. de postula. l. j.

Qui captiuat alium, &c. Ex quoquidem obseruatur regula & ius allegatum: ff. de regu. iur. l. hæreditas. vbi habetur, quòd hæres occupat ius totum prædecessoris mortui: exindeque sequitur, si quid mortuus noxæ fecerit, quòd hæres respondere cogatur; tùm etiam pro omni debito eidem respondebitur. In præsenti paragrapho quãdam ponit exceptionem, quia hæredibus nõ semper respondere oportet, quæ mortuo euenerunt; & hoc tangitur ibi: Qui captiuat alium. Contrarium tamen stius habere videtur supra libr. ij. artic. xxxiiij. vbi dicitur: Qui alium captiuat, respondere tenetur cuilibet domino vel propinquo, &c. Quod etiam in paragrapho dicitur: Aut vulnerat, &c. Contrarium habetur libr. ij. artic. xvj. vbi dicitur: Quod varẽdum quilibet pro mutilatione & vulnere, pro domino & agnatis, &c. hîc verò dicit, q̃ nec respondere cogitur. Alia instantia, & signanter contra illud, vbi dicitur: Et affligit. Cõtrariũ enim istius est, quòd videlicet accusari possint: libr. j. artic. lxiiij. vbi habetur: Qui alium occidit, & cum septem virorum testimonio superare vellet, hoc facere nõ potest, si vnus ex mortui cognatis duello eum defendere proponat: hîc verò dicit, quòd nec respondere cogitur. *i* Instantiæ allegatæ absoluuntur vnica solutione. iura enim ci ita disponunt de facto vbi nondum annus exspirat; quia, vt sic, hæredibus respondere oportet. Articulus autem præsens intelligi debet de facto, quod cui accidit, & vno anno nõ post no postmodum superuixerat, nec actionem incœperat; & ita credi potest, quòd remissio iniuriæ illius subsecuta est; excessus enim huiusmodi multipliciter dimitti possunt; bibendo, comedendo, conuersando que ad inuicem, vel concordia subsecuta, aut amicabili compositione, &c. vt ff. de iniur. l. non solum. & Instit. eod. tit. §. vlt. & ff. de sepul. viol. l. quæsitum. vbi habetur, quòd si quis iniuriam vno anno non queruletur, peramplius audiri non debet.

i Actio iniuriarum si in vno anno non intentatur, exspirat & annullatur.

Sine vulnere mortali & priuatione membri, &c. Exinde doctrina datur, quod quidquid factum sit in contumeliam, hæredibus actio non datur, si adhuc ipse viuit, & querulari potest: vt ff. de iniur. l. iniuria. & l. item apud Labeonem.

Nisi post anni spaciũ, &c. idq; iustè euenit. Querelæ enim huiusmodi nõ plus nisi anni spacio durant: vt Institu. de perpetu. & tempor action. §. non autem omnes. & §. vlt. & C. de iniur. l. si non conuinci. Intellige tamen, nisi principalis querelam viuus incœpisset; qua, vt sic, hæredibus respondere oportet: ff. de iniur. l. iniuriarum. & Instit. de perpet. & temporal. action. §. pœnales. & ff. de inofficioso testamento. l. posthumus. §. fin.

Articulus XXXII.

SI quis aduena se liberum dixerit, [a] pro libero habeatur, donec per testimonium hoc reprobetur. Qui se liberum dicit, & alter eundem seruum esse dicat, eò quòd se ei in seruitutem dede-

a Iur. Mu. art. iiij.

rit, liber euadet, sacramẽto donationem negando prætactam, [b] nisi fortè in iudicio factum sit. Si verò dicat eũ esse suum vernaculũ, id est innatũ seruum esse, dominus cum cũ duobus seruis suis sub iuramentis obtinebit. Si autem alius eũdem à domino vt suũ postulet seruum [c] tunc eum cum septem eiusdẽ serui cognatis aut hominibus veridicis obtinere necesse est. Si tamen is, qui dicitur, suam metseptimus, cum tribus ad eũ iure cognatiõis pertinẽtibus ex parte patris, & tribus ex parte matris probare poterit, libertatem eam obtinebit, attestatiões omnes annullando. Possidentis seruum, probatio faciliùs admittitur, quàm eius, q̃ cum non possidet. [d] Qui se in iudicio in seruum donauerit, eius hæres huiusmodi donationi iure contradicat, & eũ in statũ reducet libertatis. Sed si dominus eum vsque in diem obitus tenuerit, ipse eius accipit hæreditatem & prolem, si eum secuta fuerat, tum & eam, quam post donationem genuerat. Qui se seruum vnius domini negauerit, & ad aliũ se pertinere dixerit, si ille, ad quem se pertinere dicat, ad defendendum cum in iudicio non comparuerit, qui eum impetijt, cũ duobus suis cognatis, [e] quos si non habet, cum duobus vernaculis iurando eum obtinebit. Postquam, vt sic, per testimõium à domino victus extiterit, dãdo ei colaphum corã iudicio, si vult, eundem suo seruitio mancipabit. In quocumque iudicialiter actor verigeldum aut emendam acquirit, in eodem iudex mulctam seu pœnam, si vult, obtinebit.

b Iure Mu. artic. xxi.

c Iure Mu. artic. iij.

d Iure Mu. artic. ij, & artic. iij.

e Textus antiqui habent: cum septem suis cognatis.

GLOSSA.

SI quis aduena, &c. De seruis, & quid sit seruitus, & quid libertas, & qualiter seruus fiat liber: vide plenè per Hostien. in summa de seruis non ordi. per totũ.

Donec per testimonium, &c. Sic etiam vult ius commune, videlicet quod ille cui mouetur quæstio ingenuitatis, non habet necesse probare, si est in possessione libertatis, nisi onus probationis spontè assumat: C. de testibus. l. si tibi.

Si velit obtinebit, &c. Et iustè exigi & recipi possunt tales pœnæ legales, nam sunt debitæ iure naturali & gentium: vt l. j. ff. de fur-

furtis. & ibi nota. & etiam iure diuino, quod est naturale. & patet. Exodi xxj. & xxij. & no. Bar. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure.

GLOSSA.

Articulus præsens de seruitute & libertate agit: notitiaq; eius maximè est necessaria. Si enim negocium aliquod in iudicio haberetur, & interueniret actio seruitutis, negocium illud primùm discuti non potest, nisi priùs terminetur super seruitute vel libertate; sicut si accusas aliquem pro debito, præda, furto, violentia, contumelia per illum tibi illata, & ego dicam illum seruum essẽ meum, priùs determinãdum est, si tu seruus meus sis: vt C. de ordi. cognit. l. eum & ipse.

Vnde sciẽdum, quòd tria notanda ex textu veniunt. Primò, cui competat occasione seruitutis iudicium? Secundò, quomodo querela formanda ac inchoãda sit? Tertiò, cui probatio de iure cedit; & has tres particulas tãgit in primo paragrapho articuli præsentis. Quantùm ad primum sciendum, quòd nullus iudicare potest illud, nisi iudex prouincialis; & hoc tangitur ibi. Si quis aduena. *f* Vnde aduenæ sunt, & dicũtur homines, qui quandoq; aduenium, & quandoq; discedũt viceuersa exhinc, pertinentque ad ius commune prouinciale. *g* Proprietarij verò sunt, qui proprium habent in aliquo municipio, & pertinent quandoque specialiter ad iudicium illius municipij seu fori: vt supra lib. j. art. ij. & C. vbi causa status agi debeat. l. procuratores.

f Aduenæ qui dicantur.

g Proprietarij qui vocitẽtur. concordat supra libr. i. art. ij.

Pro secundò, quomodo querela formari & incipi debet; hoc tãgitur ibi. Pro libero habeatur. Vbi enim quis pro libero habetur, ibidem querelam inchoare tenetur.

Quæritur, si eundem loco serui exinde abducere ad suam iurisdictionem velit, an iudex istud admittere debet? R. quòd non. Contrarium licet istius esse videatur. l. j C. vbi causs. stat. agi debe. Ponituŕque ibidem similitudo, quòd is qui seruit, si fugiat in aliam iurisdictionem, & vsurpet sibi libertatem, non est cum iniuria quòd ad respondendum in illam ciuitatem arctetur, vnde aufugerat: iudex itaque prouincialis, hìc in proposito etiam eundẽ in iurisdictionem illam transmittere deberet, quòd ibidem audiretur, & non illic vbi præuentus est. Istud tamen soluitur sub distinctione, si vnus impetitur quòd seruus alicuius sit, & istud recognoscat quòd sibi seruiuit contra iustitiam, tamen ad seruitutẽ deuenerat huiusmodi; extunc remittitur ad iurisdictionem de qua venera: allegata etenim sua, quòd videlicet iniustè in seruitutem deuenerat, maiori iure probare debet in iurisdictiõe ex qua aufugerat, quàm hìc; & huiusmodi recognitionis actor varendam habebit, nec sibi destrui poterit coram suo iudice: vt supra lib. ij. art. xxij. Si verò dicat ille impetitus, nihil se scire de istius dominio; extunc, vt textus habet, pro libero reputari debet, donec per testimonium aliter probetur; & hoc tangitur in textu ibi: Donec per testimonium, &c. & C. quod vi metúue causs. l. i. & ij. q.v. c. presbyter.

Qui se dicit liberum, &c. Hìc tangitur, cui probatio huiusmodi cedit. *h* Vnde circa id notandum venit, quadruplicẽ esse impetitionem seruitutis, & vniuscuiusq; specialem probatiõem. Primò, si dicis & alloquaris, q̃ ipse se tibi in seruum dedit; & hoc dupliciter fieri potest: vel coram iudicio; & sic conuincitur iudice & sex testibus: vt supr.

h Quadruplex seruitutis impetitio, et vniuscuiusq; specialis probatio. concordat Iure Mu. art. iij.

libr. j. art. viij & hoc si tria concurrant, vt supra tactum est. Primò, si vigintí annorũ erat tempore quo se in seruitutẽ dederat: vt Instit. de iur. person. §. serui autẽ nasc. Secundo, si pecuniã ex venditione acceptam in commodũ conuertit suum: vt C. de liberali causſa. l. non ideo. Tertiò, quod fiat cum consensu hæredum. vt infrà sequenti paragrapho. Si verò sit extra iudicium, istud negare potest, & absoluitur iuramento; idque tangitur ibi, Nisi corã iudicio actum esset.

Si autem eum dicat suum esse vernaculum, &c. Tangitur secũda allocutio, exindeque alia probatio sequitur. In prima enim dixerat, quòd se in seruum sibi dedisset; hic verò dicitur, quòd innatus seruus suus esset: quidquid enim à seruo nobis acquiritur, hoc loco serui apud nos erit: vt Instit. de iur. person. §. serui. & C. de re. vindic. l. partum. istudque probare tenetur mettertius, vt textus habet.

Si autem alius eũdem à domino. &c. Tertia tãgitur impetitio, cum sequenti eius probatione, & in isto casu, probare eum oportet metseptimum veridicorũ suorum vasallorum, qui sunt propinqui illius serui. In contrarium licet videntur leges & canones, qui disponunt, quòd propinqui testificari non possunt. vt C. de testibus. l. ij. extra. de accusat. c. cum P. Manconella. & C. de verbo. & re. signifi. l. fin. & etiã contrariatur. §. sequenti istius artic. ibi. Si tamen is qui seruus dicatur. Re. tamen, quòd ius istud nõ cõtrariatur legibus allegatis nec §. sequenti. Vnde soluuntur iura hîc citata, quòd in causſis quidẽ communibus testificari propinqui non possunt. i Sunt tamen tres speciales causſæ, in quibus testimonium illorum admittitur. Primò, quòd pater & quiuis cõsanguineus testificari potest sui filij & consanguinei ordinationem testamentalem: vt ff. de testa. ordi. & qui testamenta facere possunt. l. qui testamento. Secundò, in causſa matrimonii: vt xxxv. q. vj. c. cõsanguineos. & extra. qui matri. accusa. vel testific. poss. c. vltimo. & extra de sentent. & re. judic. c. tenor. Tertiò, vbi testificari debet genealogia legitimæ nationis vel progenitorum; ibidem etiam amici & cõsanguinei testificari possunt: vt extra. qui filij sunt legitimi. c. transmissæ, sic etiam hic est in proposito, & ita vnum non contrariatur alteri.

Possidentis seruum probatio facilior, &c. Quarta tangitur impetitio, cum sequenti probatione, hoc est, si impetitor habeat possessionẽ serui necne? k Vnde nota, quòd possessio huiusmodi respectu serui triplex est. Vel ego habeo possessionem in eo, vel tu qui mecum contendis de seruo, habes eam, vel ille allocutus habet eam solus; ita, quòd in possessione libertatis sit. Possessionẽque huiusmodi acquirimus tripliciter; quia vel est seruus noster innatus: vt supra lib. j. art. xvj. & Instit. de iur. person. §. serui. vel est ẽptus, & hoc dupliciter; quia vel fuit liber & seipsum vendidit in seruum. l Ad hoc autem quòd emptio huiusmodi valeat, quatuor conditiones requiruntur: vt supra tactum est Prima, quòd sit viginti annorum: vt Instit de iur perso. §. serui. & C. de liberali causſa. l. non ideo. Secundò, quòd pecunia illa sibi cedat, aliàs emptio non valebit: vt Instit. §. prædium. & ff. qui. ad liber. procla. non li. l. j. Tertiò, quòd sit hæredum consensus: vt infrà cod. art. §. sequenti. & Instit. qui. ex causſ. manumit. non poss. §. ij. & ff. de liberali causſa. l. liberis. §. si quis sciens. Quartò, quòd effectualiter illius sit ex venditiõe, & ali-

k. Possessio respectu serui triplex.

l Ad hoc, q. emptio serui valeat, qu. t. or requirũtur. Concordat Jus. Mun. art. xij. glos.

i Propinqui testificari possunt in certis casibus. Concordat Jure Mun. ar. xij.

& aliter non: vt Instit. de empt. & vendit. §. pretium. & ff. qui ex cauſſ. ad liber. procla. l. j. Secūdò, acquiritur nobis ſeruus, vigore emptiōis à domino aliquo, & illum varendare oportet is, à quo emptus eſt, acſi emiſſet aliā rem venditam. Tertiò, acquiritur poſſeſſio ſerui ex donatione; & hoc fit dupliciter: vel eſt liber, & ſe donauit in ſeruum; & ad id pertinent illa, quæ & ad venditionem requiruntur, excepto illo, quòd pecunia nulla præſupponitur. Alio modo, cùm donatur à ſuo domino: vt ſupra lib. j. art. xvj & in his acquiritur poſſeſſio, prout in alijs rebus donatis fieri ſolet. Tertiò, fieri poteſt, quòd is qui alloquatur, poſſeſſionē habet ſuæ libertatis; & hæc libertatis poſſeſſio acquiritur quadrupliciter. *m* Vel ex natura: vt quia liber natus ſit: vt Inſtit. de libertinis. §. j. & Inſtit. de ingenu. §. j. Secūdò, acquiritur libertatis poſſeſſio; vt quia manumittitur: vt ſupra libr. j. art. xvj. & Inſtit. de liter. oblig. §. ij. Tertiò, acquiritur libertas iure ipſo; & hoc trifariam. *n* Primò, ſi dominum à morte liberauerit: ſecundò, ſi falſam monetam manifeſtauerit: tertiò, ſi violentiam mulierum & ſtupra publicauerit: C. quib. ex cauſſ. ſeru. præmi. liber. l. j. ij. & iij. Quartò, acquiritur libertatis poſſeſſio iniuſtè; ſicut ille qui aufugit, & de iſto ſupra tractum eſt, quomodo poſſeſſionem obtinere, vel perdere poteſt. hoc etiam tāgitur ibi: Poſſidentis ſeruum, &c. Vnde circa id ſciendū, quòd proprium, tùm & ſeruus alienari non poteſt ſine hęredum conſenſu: vt ſupra lib. j. art. lij C. de liberali cauſſa. l. liberos.

m Libertatis poſſeſſio acquiritur quadrifariam.

n Seruus libertatem ſequitur ex tribus.

Qui ſe ſeruum vnius domini negauerit, &c. Quærere vnus poteſt, quare ſeruū dominus in iudicio defendere tenetur? Rę. propter id; quia ſeruus per ſe ſolus defendere ſe non poteſt: eſt enim mortuus iure: vt ff. de reg. iur. l. ſeruitutem. & ff. eod. titu. l. liberos. & Inſtit. de capi. diminut. §. ſeruus. & ita per alium defendi debet; idque dominus eius facere tenetur: vt C. de accuſat. & inſcript. l. ſi cuiuſdam. & lib. ij. art. xlij.

Cum duobus vernaculis, &c. Iſtud contradicere videtur, extra. de verb. ſignific. c. torus. & iij. q. vij. c. infames. & item, C. de teſti. l. quoniam. vbi habetur, quòd ſeruus teſtificari non poteſt Rę. quòd iura allegata intelligi debent, quòd ſerui contra liberos homines eſtificari nō poſſunt: ſed benè reſpectu ſeruorū: vt hic in propoſito.

Dando ei colaphum, &c. Vnde colaphus datur ſeruo à domino, cum eum conuicerit, loco emēdæ quam accipere dominus debuerat: vt C. de emendan. ſer. uo. l. ſi virgis.

Quærere aliquis poſſet, *o* an dominus ſeruum profugum ſuſpendere iure poſſet. Quidam dicūt, quòd ſic; quia furtum per fugā commiſit: vt C. de ſeru. fugi. & liber. l. fina. Rę. tamen, quòd ſuſpendi non debet: pro huiuſmodi enim furto ſuſpenditur nemo: vt ff. de furtis. l. ſerui. & in auten. vt nulli iudic. licc. habe. loci cōſeruat. §. pro furto. coll. ix. poteſt eum tamen perpetuò vinculis catenari: vt C. de emendati. one ſeru. l. j.

o Seruus profugus, an ſuſpēdi per dominū iure poſſit.

Super eundem iudex mulctā obtinebit, &c. Dubitari poſſit, quid mulctę iudex obtinet in exceſſu ſerui; exquoquidem ſeruus nihil habet quod ſuum ſit: vt Inſtit. per quas perſo. nobis acqui. poſſeſſ. §. item ſuper ſeruos. Rę. quòd iudex poteſt itidem ſeruo alapam dare loco mulctæ, exquo nihil aliud habet quod ſoluat: vt

ſupra

ſupra lib. ij. art. xvj. & in auten de pac. tenen. coll. x.

In fine textus, vbi dicitur: Si velit obtinebit, &c. quòd de iure facere id tenetur, vt in noua conſtitutione. Nos Adalbertus. & in auten. de mandat. princ. §. quodſi. coll. iij. & C. ad l. Iuliam repetund. l. j. & xxiij. q. iiij. c. eſt iniuſta.

Articulus XXXIII.

QVilibet ius ſuũ corã imperio vel rege obtinet. a Quilibet etiam reſpondere vbique locorum coram rege tenetur, non ſecũdùm partis actoreæ, ſed propria reæ partis iura. Etiam ad omnia incuſata reſpondebit coram eodem, niſi forſan duellum eidem indicetur, ratiõe cuius poterit ſe per ius excipere, ne reſpõdeat, niſi in territorio ſuo de quo eſt oriundus. Si itẽ de proprio impetatur, eum reſpondere non oportet extra territorium ſuum. Rex etiam non ſecundùm hominis tam actoris quàm rei iura, ſed ſecũdùm ius prouinciæ in qua ſiſtit, p-prietas, iudicabit.

a Textus veteſtiores habent: quilibet aduena ius ſuum, &c.

b Actor forum rei ſequitur. ad hanc materiam vide ſupra eod. lib. art. xxv. Iure Mu. ar. xxxiij. gloſſ.

GLOSSA.

REX etiam, &c. *b* Ad quod ſic dicit lex communis: Actor rei forum forum, ſiue in rem, ſiue in perſonam fit actio, ſequitur: ſed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur conſtitutæ ſunt, iubemus in rem actiõem aduerſus poſſidentem moueri: vt in l. vlt. C. vbi in rem act. exer. deb.

GLOSSA.

Quilibet ius ſuum, &c. Auctor priuilegij doctrinã dat omnibus in commune hominibus, ſi quãdo aliquem cõtingat coram imperatore ius agere, quo pacto illic ſeſe gerere debeant: multi etenim coſpectum formidant principis; quare per articulum præſentem eis animum dat, dicens: quòd quilibet aduena ius ſuum coram imperatore obtinet. Ratio iſtius eſt. Quia imperatores ius commune ſtatuerunt omnibus in commune, imperio ſubiectis, quod vocatur ius imperiale. Ex iſto tamen iure communi exemptæ ſunt quædam perſonæ, vel potiùs prouinciæ; *c* vt in p-poſito Saxones: vt ſupra libr. j. art. xviij. Ex quo itaq; per Cæſaream maieſtatẽ priuilegiatæ ſunt prouinciæ certæ, fruſtra eſſet gratia illa, niſi eadem vti poſſint coram imperatore: vt Inſtit. de iur. natur. gent. §. planè.

c Vide ſupra libr. 1. artic. xviij. & infra lib. ij. artic. xliij.

Quilibet coram rege reſpondere tenetur, &c. Exquoquidem rex ipſe communis iudex eſt omniũ: vt ſupra li. j. artic. xxvj. *d* Quare notãter hic dicitur, quòd vbiq; locorum iudicare poteſt, ſi reſpondens ibidem ſit: ſi verò illic præſens non eſt, citari non debet, ſed in illa iuriſdictione vbi reſidet, per iudicem illius iuriſdictionis iudicandus; & hoc propter impenſas euitandas: vt in auten. vt omn. obedia. iudic. prouinc. §. j. & ij. coll. v.

d Declaratio textus pulchra.

Etiam ad omnia incuſata, &c. Id eſt, quòd omnes querelæ propo-

propo-

proponi possunt corã rege. Rex etiam omnes & singulas iudicare potest caussas, exceptis tamen, vt infrà habetur.

e Rex certas caussas iudicare non potest, nec coram ipso respondebitur.

Vnde sciendum, *e* quod rex quinque casus iudicare non potest, nec coram ipso respondebitur. primò, spirituales personas; isti enim priuilegiati sunt per imperatorẽ: vt in auten. apud quos oport. dicer. causs. monach. §. j. coll. vj. & in auten. vt cleri. apud propri. Episc. §. plurimos. coll. vj. & in auten. de sanct. s. Episc. §. sed neque. & §. si quis. coll. jx. Secundò non respondetur corã imperatore pro re spirituali; sicut nec coram Papa pro re sæculari: vt in auten. de sanct. s. Episc. §. vt autem. coll. jx. & extra. de foro competenti. c. licet. & c. ex parte Bertæ. & extra. de appella. c. si duobus. Tertiò, coram imperatore non respondetur pro re, quæ coram alio iudicio incœpta aut terminata sit, vel per trãsactionem composita: vt C. sentent. rescind. non poss. l. impetrata. & C. de transacti. l. non minorem. Quartò, cùm quis pro duello impetitur, nisi forsan delictum ibidem committatur: vt C. vbi de crimin. agi oport. l. quæstiones. Quintò, si super hæreditate seu proprio agatur, vt hîc textus habet: & in autent. vt omn. obedi. iud. prouinc. §. j. coll. vj.

Rex etiam super proprio iudicabit, &c. Sciendum circa id, ꝙ Romanorũ imperator Saxonib. ius speciale dedit, quòd in prouincia cõmuniter habetur, eoq; omnes incolæ vti debẽt, vndecunq; sint, & cuiuscunq; nationis existant: vt supra lib. j. art. xxx. datũ enim est priuilegiũ prouinciæ non personis, quæ facilè immutantur: vt vij. q. j. c. petisti. *f* Priuilegium etenim personis datum, perit vnà cum personis. Quod verò prouincijs datur, semper manet: vt xvj. q. j. c. hinc est. & xxiij. dist. c. communis filius. & extra. de constit. c. cùm accessissent. & ff. de regu. iur. l. priuilegia. & ff. de lega. ij. l. cum patronus. & Instit. de iur. nat. gent. & ciui. §. planè.

f Concordat iure Munic. art. i. gloss.

Articul. XXXIIII.

A Iudice proscriptus, & in bannum regis seu illegalitatẽ inductus, ipsam si euadere velit, per sex septimanas curiã sequi debet: eiq́ue rex pacem indicet. Ille etiã iurare tenetur iudicio se sisti, & se iudici, qui eum proscripserat presentare. Ibidem tandẽ infrà quindenam, postquam in suam prouinciam reuersus fuerit, se iudici supradicto exhibeat omnib. querulantibus responsurus. In signumq́; ac complementum iuris prosequẽdi etiam sacra programmata, id est, literas regali sigillo munitas secũ deferat iudici, [a] vt sciat eum liberum à proscriptione fore. Illegalitatẽ incurrens sine proscriptione inferioris iudicis, curiam sequatur regis per sex hebdomadas, & fit immunis. Qui se à proscriptione imperij exuerit, & iudicio seipsum nõ sistit, de se iustitiam ministra-

[a] *Aliàs enim sibi non crederetur pro quo. vide supra lib. ij. art. xlij.*

ſtraturus, denuncietur illegalis & bannitus, tanquam per annum & diē in illegalitate imperij p̄ſtitiſſet.

GLOSSA.

b Ad imperatorē ſeu regem confugitur in quinq; caſibus.

PRO intellectu textus *b* nota, quòd ad imperatorem ſeu regē confugitur in quinque caſibus. Primo, in appellationibus & ſententijs: vt ſupra lib. ij. art. xij. & in autent. de appel. & infrà quæ tempor. §. ad hæc. coll. iiij. Secundò, ſi iudex dubitet in aliqua lege: vt C. de rela. l. ſi quis. Tertiò, ſi imperator curiam ſuam vel expeditionē indixerit, & ad ſe venire iuſſerit: vt infrà artic. lxiiij. Quartò, cùm quis à proſcriptione ſe exuere voluerit: vt hîc, & C. de ſenten. paſſis. l. generalis. & hoc fit ex parte iudicij. Quintò, ſi ad illegalitatem maiorem inducere quē vult aliquis; quomodo autem id fiat, vide libr. j. art. vlt. Dicere quis poſſet, quid ſi proſcriptus literas apportet regias, quòd à proſcriptōie liberatus ſit, iuramentumque occaſione illius non fecerit, quo ſe expiare deberet? R. quòd releuare illum iſtud non poteſt: *c* literis etiam regiis credi non debet, negocio iam coram iudicio incœpto, ſi ſint contrariæ iuri ſcripto. Imperator enim vel rex non aliud intendit, vel intendere debet, niſi prout ius dictat: vt in auten. vt omn. obed. iudic. prouinc. in pleriſque locis. coll. vj. & in autent. in med. lit. non fieri ſacras formas. collat. viij. per totum.

c Literis regijs credendū non eſt, ſi contrariātur iuri ſcripto. vide ſupra artic. xxvi. et infrà art. lxiij.

d Nuncijs non creditur abſque literis. vide infrà artic. lxiij.

Etiam ſacra programmata, &c. Vnde ſciendum, *d* quòd nuncijs non creditur abſque literis: vt C. de mandat. princ. l. ſi quis.

Qui ſe à proſcriptione, &c. Iſtud declaratum vide ſupra libr. j. artic. xxxviij.

Articulus XXXV.

CAptus in manuali facto, furto aut ſpolio, *a* harum rerum nullū poterit nominare varēdatorem. Inueniet autem quis ſub alio res ſuas ſibi ablatas aut furatas, & ſi retentori huiuſmodi rerum, manuale nō poterit imponere factū, *b* ipſe licitè in his rebus ſuum nominabit varendatorē, ſi ei duellaria verba obijciuntur.

a Concordat iure Munici. art. cxiij.

b Contrariari huic videtur ſupra lib. ij. art xxxvi. §. dicat autē poſſidens.

GLOSSA.

Captus in manuali facto, &c. Vide etiam ſupra libr. ij. arti. xxxv. & talis deprehēſus dicitur fur manifeſtus, ſecundùm leges; *c* puta, quando fur deprehenditur cū re furtiua, antequam peruenerit ad locum deſtinatum, & tenetur iſte ad quadruplum. Locus autē deſtinatus intelligitur, in quo fur eodem die manere diſponebat; & non refert per quem deprehēdatur, vtrum per dominum, vel per alium: vt ff. de furtis. l. quò deſtinauerit. & l. fur eſt. Et idem fit, ſi ad eum deprehendendum accurſus erit. Et item, ſi cùm furtum tibi facerem, tu hoc vidiſti, abſcondiſti tamen te, ne te occiderem: vt ff. de fur. l. ſi quis. & l. penult. Non etiam referet vtrū fur capiatur in furto, vel an derelicta re fugiat, cum viſus eſſet: vt ff. de furtis. l. ſi quis in ſeru tutē. §. vlti. hoc ſecundùm leges; ſed ſecun-

c De manuali facto vide hic diuerſos modos.

secundū hoc ius municipale dic. vt supra lib. ij. artic. xxxv. & lib. j. art. lxvj. & lib. ij. art. xiij.

GLOSSA.

Articulus præsens docet, in quibus casibus vnus ad varendatorē se trahere non potest. Vnde pro intellectu istius nota, *d* q̄ querela duplex est, vbi necessariò varēdator habetur, vel vbi quis vrendatorem habere potest. Vna ciuilis, sicut si ago pro bonis immobilibus, & ille qui illa tibi vēdidit, te varendare seu tueri non potest, bona tollit, viceuersa pecuniam restituendo, & vterque manet sine damno: vt supra libr. j. artī. jx. Alia est querela criminalis, sicut si me accusas pro præda, vel quòd tibi domum aut castrum deprædatus sim: egoque dixi, quod mihi id facere mandatum est; idque dupliciter, vel iste qui mihi mandauit tantæ potestatis erat, quòd eidem obedire ex debito me oportuit: sicut si forsan meus pater fuit, in cuius potestate adhuc sim, vel meus dominus feudalis; idque coram iudicio recognouerit mihi mandasse, vel si suum mancipium sim, liberatur accusatus, si ille respōdere cœperit: ff. de reg. iur. l. velle. & ff. si famil. furt. feciss. dicat. l. j. & sequentibus. Si quis verò excesserit ex mandato alicuius in furto vel præda, cuius potestatem ipse non habuerit, eundem varēdare non potest, dato, quòd recognoscat factum, sed magis erit socius illius malefacti, & similem pœnam subibit, nec pœnam illi minorabit: vt Insti. de oblig quæ ex delict. nascunt. §. interdum. & ff. vi. bono. rapto. l. prætor ait. §. dolo. & supra lib. ij. art. xxv. & C. de raptu virgi. vel vidu. l. j.

d Querela duplex, vbi necessario varēdator habetur

Nullum poterit nominare varēdatorem, &c. *f* Hoc etiam intelligitur dupliciter. Primò, non potest se trahere ad varendatorē, quia opinatur quòd ratione istius id faciat, vt sibi pœna prolongaretur: vt ff. de pœnis. l. si quis. & etiam ratione istius, quia manuale factum est: vt supra libr. ij. art. xxxv. Secundò, non potest se trahere ad aliquem varendatorē ex eo, quia nullum hominem alloqui seu incusare potest de illo facto, exquo manifestum sit: vt C. de quæsti. l. sicuti. & C. de accusat. & inscript. l. accusationes. & hoc intellige, si ille ad quem se trahi negauerit: si verò recognoscat ille qui eū facere iusserit, extunc ille reus erit, & iste dimittitur: vt Insti de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. oblatum.

f Concordat Iure Munici. art. cxv.

Inueniet autem quis, &c. Q. d. nō potest quis manualis facti accusari super re quam amiserat, & illam tota die non habuerat: alter verò non occultando illam seruauit: vt supra li. ij. art. xxxvj.

Si ei duellaria verba, &c. *g* Nota in proposito, duellariter alloqui, non est aliud nisi criminaliter accusare: vt lib. ij. art. xxxvj. Hic ergo, vt textus habet, pro rebus pernoctatis duellariter quis alloqui non potest: vt supra libr. j. art. lxiij. & lib. ij art. viij. *h*

g Duellariter alloqui q.s. Concordat supra lib. ij. art. xij. Iure Mu. art. xxxiij. & xxxv.

In his rebus suum nominabit varendatorem, &c. Is textus contrariari videtur supra lib. ij. artic. xxxvj. vbi dicitur. Dicat autē possidens, &c. in communi foro emptam, & si ignorauerit varēdatorem, innocens facti erit, si emptio iuramento confirmetur. R. tamē, quòd non contrariatur; quia nec hīc præcipitur, quòd id facere teneretur, sed licitum erit ei si vult, & hoc innuit per id cùm dicit: Ipse licitè, &c. Vel dic, quòd ponitur sub conditione, si duellaria verba obijciuntur, sed pro huiusmodi rebus pernoctatis, duellariter alloqui non poterit vnus.

h Vel sic, nullus potest manuali facto accusari pro re quā perdiderat, et tota die illa carebat, eandemq; rem posthac apud aliquem prænenit, quam ipse non occulneretur, sed licitum erit ei si vult, & seruauit: vt supra libr. ij. artic. xxxvi. Ib. qui post alterū diem furtum. &c.

Articulus XXXVI.

QVI alium in iudicio ei indicēdo duellum comprehenderit, & si actio per sententiam prorogabitur, ambobus pax indicetur: quæ si fracta fuerit, debet ante omnia sine duello per iusticiam emendari. Violator verò si in facto comprehenditur manuali, prout violator pacis, iure sententietur.

GLOSSA.

Superiùs dictum est de duellaribus querelis, & quia plerumque accidit, quòd illi qui aliquem duellariter accusant, & si in instanti pro libitu eorum non iudicatur, per seipsos vleiscuntur: doctrina ergo datur ad obuiandum huic malo; quòd si quis duellaria verba alicui inferat, & si interim pacem indictam violauerit, emendare eum oportet, acsi querelam non incœpisset: & quàmdiu id nō fecerit, eidem respondere super duello non tenetur, nec dies præfigitur ei iuridica. Sic etiā deprædatus qui sit, contra illum agi nō potest, nisi restituatur ei illud ablatum est: vt extra. de restituti. spoliat. c. solicitè. & eod. titu. c. frequens, lib. vj. & ij. q. ij. per totum. & hoc tangitur hîc cùm dicitur: Præter duelli.

Violator verò, &c. Hoc est, si violator pacis detentus sit, qui pacem violauit, ratiōe cuius pœnalis actio fieri possit, iudicari super eo debet, vt contra pacis violatorem; caput enim sibi amputabitur: vt supra lib. ij. art. xiij. & ff. de pœnis. l. capitalium. Sed cōtra istud esse videtur textus lib. ij. art. xvj. vbi habetur, quòd violatori pacis manus amputari debet, pro mutilatione vel vulneratione, quàmuis pro his possit etiam criminaliter accusari. Rē. tamen, quod articulus xiij. secundi libri intelligitur, quòd pacis violator pœna capitis punitur, si in facto deprehensus fuerit. Articulus verò xvj. intelligi debet, si factum sit pernoctatum; quia tunc in cute punitur, per manus amissionē. Quærere quis posset, si violando pacem duntaxat baculauerit, an pœna capitis puniri debeat. Quidam dicunt, quòd non; fundantes propositum suum super artic. lxviij. lib. j. Rē. tamen, quòd demeretur caput, si inculparetur; quia si hoc leuiter puniretur, quāti valoris esset pax stipulata? vt supra lib. ij. art xiij. & in plerisque supra articulis cauetur, quòd pax stipulata fracta si sit, pœna capitis vleisci debet. Ista verò pax maior est, quàm stipulata: vt ff. ad l. Iuli. de vi public. l. qui dolo malo.

Articul. XXXVII.

QVI alium sine vulnere percusserit, aut baculauerit, depilauerit, correxeritque, [a] & si cum clamore violentiarum iudicio præsentetur, ob hoc vitæ aut sanitatis non patietur detrimentū. Mulctam etenim & emēdam præstādo liberatur. [b] Qui se ad testimonium, antequam iustè secundū iuris formam interrogetur, ex-

[a] *Concordat supra lib. art. lxviij. Iure Munic. artic. xxxviij. à cōtrario ergo ē sa, si sint vulnera cruenta & carnalia, exēc liberabit se mediante rigeldo, si extiterit contra eum agatur. Si verò criminaliter actio instituatur, in cute punitur: vt supra libr. ij. art. xvi ibi vide.*

[b] *Testem se vltrò exhibēs, à testimōio repellitur.*

tur, exhibuerit, à teſtimonio reppelletur. Qui pecus vicini ſui cũ ſuis pecorib. in domos ſuas duxerit, & in craſtino illud emittet, nihil delinquit: dummodo id non neget, & eius nõ ſentiat vtilitatem. Qui maturos alterius fructus, dum eos putat ſuos aut domini ſui eſſe abſcindit, nec eos auferat, non peccat, immò merces ei pro his tribuatur.

GLOSSA.

Superiùs dictum eſt, quòd exceſſus maior eſt, qui indictam coram iudicio pacem violauerit, quam ſimpliciter demandatam; & hoc fit ratione rei iudicialiter propoſitæ. Conſequenter auctor priuilegij intentionem continuans ſuam, in inueſtigandis iuris ſecretis, quæ in opinionibus plerumque ſiſtunt: *e* propter opiniones enim adinuẽtæ ſunt probationes, & niſi opiniones eſſent, probatione nõ indigeremus. Illud enim quod p certo habetur, probari non oportet: vt extra. de conſangui. & affini. c. ſuper eo. & ij. q. j. c. ſeelus. Quare ſciendum *d* quòd probationes, vt communiter, non aliud faciunt, niſi opinionem; immò & probationes teſtium faciunt iudicem opinatiuum in hoc facto. Teſtibus enim non aliter fides datur, niſi propter id quod opinatur, & creditur illos verum dicere; ex eo quòd iurabant, & nõ quòd de neceſſitate verum ſit: exindeq; apparet, *e* quòd probationes certæ non ſunt, niſi quæ corporaliter oſtenduntur. Quare malè opinantur illi, qui dicunt verum eſſe, ex eo, quia N. & P. iurauerunt: immò potiùs dici debet, creditur verum eſſe, ex quo iſte & iſte iurauit: vt j. q. vlt. c. ſancimus. hoc etiam intelligitur de Saxonibus, in eorum probationibus; immò & probationes per literas nõ ſunt in toto veræ, niſi opinatiuæ: vt iiij. q. iij. c. placuit. §. in criminali. Debet tamen iudex circa opinionem ſtare, quæ probationem infert, quòad contrariũ probetur. Vnde nota, quòd opinio quadruplex eſt, *f* & ſecundùm hoc etiã in articulo quatuor ponũtur, quę opinionem in ſe includunt. Prima eſt probabilis; ſicut cùm vnũ percutis, vel per crines trahis, & in eo detineris. Vnde quemadmodum ſupra lib. j. ar. lxviij. §. j. habetur: Si percutiens baculanſue aliquem, cauſſaque ad iudicem deducta, terminoque aſſignato, idẽ ad euincendum vel excuſandum ſe non præſentauerit in tempore deputato, in proſcriptione condemnetur; hoc eſt, proſcribitur propter id, quòd inobedientem ſe præſtitit: quia ſi veniſſet, emẽdare poſſet, & mulctam præſtare, ſi recognouiſſet. In propoſito verò, cùm verberans aliquem quis captiuatur, dubium eſt, an vltrò veniſſet ad excuſandum ſe ſe nec ne? Opinatur itaque & creditur, ſi in facto detẽtus non fuiſſet, quòd ille propter id fugam non dediſſet, ſed veniſſet ad emendandum ſeſe pro facto; ex quo emenda & mulcta liberari potuit, quare proſcriptionem non incurrit exſoluta mulcta & emenda; & huiuſmodi opinio probabilis eſt: vt ff. de eo quod me. cauſſ. geſt. l. j. & C. de his quæ vi metus cauſſa. l. cum te. & ij. q. iiij. c. preſbyter.

Vitæ aut ſanitatis non patietur detrimentum, &c. Hoc totum efficit opinio probabilis; quia opinatur, quòd ipſe veniſſet, dato,

e Probationes propter opiniones adinuentæ ſunt.

d Probationes, vt cõmuniter non aliud faciũt, niſi opinionem.

e Probationes nullæ certiores, niſi quæ corporaliter oſtenduntur.

f Opinio quadruplex.

quòd non captiuaretur: sed si proscribitur non comparens, opinio declaratur in cõtrarium, non rectè videlicet actum fuisse, quòd post factum non captus esset: opinatur enim eum non venisse, quò ad proscriberetur: vt supra lib. j. art. lxviij. in fin.

Qui se ad testimonium exhibuerit, &c. Tangitur secunda opinio, quæ fatua dicitur: fatuè enim facit, qui homines conuincere vult sine necessitate, & qui se vltrò ad iuramentum exponit, testisque esse vult non interrogatus. *g* Vnde cõtra huiusmodi testimonia triplex fit obstaculum. Primo, quia suspicatur, quod illi ex testimonio huiusmodi emolumenti quid habeant, quare repelluntur à testimonio: vt C. de testibus. l. si quis. & extra. eod. tit. c. sicut. & extra. de probati. c. j. & iiij. q. iij. c. placuit. §. in criminali. Secundò, quia opinatur, quòd homo sit leuis conditionis; hoc est fatuus & maleficus: vt C. de his qui notan. infam. l. j. ij. & iij. & iiij. q. vj c. ij. Tertiò, quia opinatur, quod sit phrenetiçus; fatuorum enim cõditio est, quòd non interrogati referunt: & ista fatua opinio remoueri debet, nec iudex in eam superintendere, immò negocium suspendi, quòad aliud probetur iudici: vt ij. q. j. c. in primis.

g Iu testem se vltrò exhibentis incommoda tria.

Qui pecus vicini, &c. Tertia opinio tangitur, quæ & violẽta dicitur. Ius enim non aliter opinatur, & illam opinionem loco iuris statuit, quod ille nõ male facit, qui pecus vicini sui cum suis pecoribus in domum duxit suam, sine aliqua sui vtilitate, diciturque fortis aut violenta opinio ex eo: quia non datur probatio in contrarium, vt videlicet quis probare velit, quòd animo malo id fecisset. *h* Sic etiã à contrario, clerico non creditur, qui cum vxore alterius cohabitat; dato, quòd probare velit id eum zelo bono facere: vt extra. de cohabi. cler. & mulier. c. si quidquam.

h Clerico nõ creditur, qui cum vxore alterius cohabitat, dato quòd probare velit id zelo bono facere.

Qui maturos alterius fructus, &c. Quarta tangitur opinio, quæ & audax dicitur: & illam habent illi, qui male opinãtur de aliquo, vbi nihil mali opinandum est: vt in proposito. §. iste vltimus. non enim malè opinari debet de illo, qui abscidit maturos fructus alterius, putans esse suos.

Vnde ex præcedentibus nota regulas, pro intellectu textus necessarias. *i* Quidquid bono animo fit, pro bono & honesto reputari debet, quoad contrarium probatum sit. Quidquid verò inhonestum ex se est, pro inhonesto reputatur: sicut si facio laborem pro aliquo, vt in proposito, fructus maturos abscindo: vt textus habet, pro bono reputatur mihi. Sed si mando alicui malè facere, pro malo reputatur, quòad probauero, zelo bono me id fecisse: sicut hic. & ff. de iuris & facti ignorantia. l. si verò conuinci. & extra. de præsumpt. c. j.

i Quidquid animo bono fit, pro honesto reputari debet, donec contrarium probetur

Articul. XXXVIII.

QVidquid homo per annum & diem nõ possederit, pro hoc impetitus, statim respondere tenetur. *a* Mulier impregnata, post mortem viri sui, à bonis eiusdem eijci non debet ante partum. *b* Comestibilia & dotẽ non hæreditat mulier tempore viri, nisi recipiat eadẽ post mortẽ eius. Relicta etiam, non hæreditat suo hæredi ędificia in vitæ p-

a Concordat Iure Munici. art. xcvi. ad hanc materiã etiam vide l. sicuti. ff. de vent. possessi. mittẽd.

b Ratio, qa vir & mulier indiuisa bona possidẽt, mortuo ergo eo, priùs vxoris sunt, quæ eadem libere hereditat in propinquiores: vt supra libr. i. art. xx viij. vel etiam in insimodi rebus cõdẽte vxori: qa forsan bona prætacta labore suo cõgregare sno: vt ibidem in articulo allegato in annotat. habetur.

usio-

uisione, nisi viua de loco prouisiõis, in locum propriũ vel feudalem illa locauerit vel exportauerit. Mulier cũ mortua fuerit tempore vitæ mariti, cognata ipsius vicinior, quę recipit supellectilẽ seu vtensilia, relinquet lectum ornatũ marito, sicut fuerat tempore vxoris, c & mensam ornabit mensali, & bancũ seu scamnũ puluinari ac sedile cussino.

c Concordat Jure Munic. art. xxij.

GLOSSA.

Sensus articuli est: Quidquid vnus per annum & diem non possederit, impetitus respondere in instanti cogitur. d Ita à cõtrario, si per annum & diem illud possederit, ad responsionem in instanti non tenetur: oppositum tamẽ iftius est supra lib. ij. art. iij. in fin. vbi habetur, quòd in omni actione extra duellũ, debet quis fateri in continenti vel negare. ℟. tamen, quòd articulus iste præsens, vbi dicitur: Quidquid homo per annum & diem non possederit, intelligit proprium & feudum; quare articulus legendus est vt in se sonat: hoc est, si per annum & diem non possidetur: si verò anno & die possederit, respondere in instann non tenetur: vt supra lib. ij. ar. iij. in fin. C. quomodo & quãdo iudex sententiam. l. iij.

d Ad obiecta quilibet respõdere tenetur, p affirmatiõem vel negationem, intelligitur super mobile: seu d. c. l. xv.

Dicere quis posset, si respõdere nõ tenetur, signum esset, quòd præscriberet, & quòd iste se in vindicando negligeret, quòd tamen esset contra articulum xxjx. libr. j. & C. de præscript. longi temp. l. super. ℟. tamen, nullam in eo esse cõtrarietatem: non enim dicit, quòd respondere non debeat, sed quòd in instanti respondere nõ tenetur: si verò tam longe nõ possidet, in instanti respõdere cogitur; vt sic enim, non plus iuris habet, nisi quantum ille habuisset, qui ex venditione vel donatione in illum transfudit: vt supra lib. j. art. lij. & C. de rei. vindic. per totum. & ff. de reg. iur. l. nemo plus. & l. non debet.

Non debet impręgnata mulier, &c. Obijcere quis posset, paragraphum istum superuacaneè hic positum fore: dictum enim est sufficienter superiùs libr. j. artic. xx & xxij. quomodo vxores post mortem maritorum expediri debent, & quid eis cedit de bonis defuncti mariti. ℟. tamen, quòd non frustra hæc præsens lex ponitur: immò specialis articulus est, in fauorem prolis nondum enixæ positus, ratione cuius ex bonis mulier illa alienari non debet: est enim hæres in expectando ad illa bona: præterea quandoquidem fœtus, vel puer ille est hæres ad bona huiusmodi, & alimentũ suum ex matre habet, quare merito mater ex bonis ali & nutriri debet de bonis illis: prouisioque ista ad iudicem maximè pertinet: vt C. diuortio facto. l. licet. & C. de alend. liberis à parentibus. l. si competentĩ.

e Exquoquidem mulier, vt supra dictum est, alienari non debet ex bonis defuncti. Quærere potest; quis bona illa prouidere debeat. Quidam dicũt, quòd mater ipsa; hoc tamen non. Illa enim non est vera hæres ad bona huiusmodi, nisi duntaxat, in quantum fœtum portat, & ita non est nisi hospes in bona pueri: vt supra lib. j. art. xx. ibi. Filius est hospes in bona matris. & ècontra. & art. xxij. Alij dicunt, quòd hæredes illa prouidere debeant, hoc etiam fieri nõ debet. Nullus enim hæres alter est

e Bona prægnãtis mulieris quis prouidere debeat.

ter est nisi puer, qui in vtero gestatur, & nondum genitus; qui si viuus nascitur, moriaturque tandē, f hæreditas illa in sinū matris cedit, & ita mater remanet hæres in bonis: vt supra libr. j. art. xxxiij. ℟. itaque, quòd pueri illius nondum geniti verus tutor & hæres id facere debet, prouidereq; tàm matrem pueri, quàm puerū ipsum loco patris, & bona ipsa: vt supra lib. j. art. xxxiij.

f Bona mortui pueri mater capit.

Contrarium licet istius sentire videtur articulus xliij. & xlv. lib. j. vbi innuitur, quòd post mortē mariti mulieris tutor est proximior agnatus. g ℟. tamen, quòd ibi loquitur de tutoria in causis criminalibus. Vel etiam eius proximior agnatus, est tutor bonorum mulieris; agnatus verò proximior pueri, est tutor pueri nondum nati in bonis eiusdem, & cum hoc mulieris dispensator, & ita vnum non contrariatur alteri. Tutor etiam rationē facere debet: vt supra lib. j. art. xxiij. & in auten. vt hi qui obli. se habe. §. si verò coll. vj. C. de offic. diuers. iud. l. j.

g Concordat Jure Munic. art. xcvi.

Cū dicitur comestibilia & dotem, &c. Ratio istius, quia dos & comestibilia mulieribus ex speciali fauore tribuuntur & donantur; sed illud, quòd ex gratia datur, non hæreditat: vt Institu. de iur. natur. gent. & ciui. §. plane. & C. de legib. & constitu. l. iij. & vij. q. j. c. petisti. & xvj. q. j. c. hinc est.

Neque ædificia, &c. Sciendū etenim est, quòd ædificia omnia manent circa hæreditatem: vt Instit. de re. diuis. §. cùm in suo solo. ff. de acqui. re. domi. in plerisque legibus.

Nisi ea viua abstulerit, &c. Intelligendum est, ex quoquidem ædificia in dotalitio meliorare & restaurare potest, ita etiā destruere ea poterit: vt supra libr. ij. art. xxj.

Mulier cùm mortua fuerit, &c. Sciēdū, quòd agnata recipiēs suppellectilem, lectum marito ornatum relinquere debet: vt textus habet, &c. hoc fit propter honestatem: exinde colligi potest, quòd ius etiam honestatem suadet, idque quod decorum est docet: vt in autent. vt ab illustr. & qui super eam dignitatem sunt. §. j. coll. v. & C. de offici. diuerso. iudic. l. j.

h Lectum sternit agnata marito mortua vxoris, quæ causa istius sit.

Mulier prægnans ante partum ejici non debet. Intellige etiam post partum & puerperium, antequam in ecclesiam ierit. Immò vt glossæ antiquiores habent, donec puerum lactauerit, nisi legitimæ adsint causſæ; hæc tamen industriq; iudicis committuntur.

a Ad hanc materiā vide Jure Mu. art. xxvij. Contrariū tamen istius habetur C. de actio. & oblig. l. ob æs alienum. vbi dicitur, quòd liber homo p debito seruire nō cogitur. in autētica-q; ibidem annexa, contra detentores triplex statuitur pœna. Est etiam contra l i. C. de ope. liber. in addi. Bald. Adde etiam cautelam redimē de huiusmodi debitores, per Ange. in §. penul. Instit. de actio.

Articulus XXXIX.

QVI debita ab eo in iudicio petat, qui soluendo non est, nec habere poterit pro eo stipulantem, a iudex eum pro debitis creditori tradere debet, quem tenere in victu & labore tenebitur, sicut aliam familiam, & si velit compedi eum includat, aliter tamen eum nō debet tormētari. Et si effugerit vel eum dimittat, propter hoc non est à debitis nondum persolutis liberatus, quamdiu debitorum solutiōem nequierit cōprobare. b Qui ni iudicio incusetur, & si vt respōdeat à iudice sibi prę cipiatur, c ille verò si nō respon-

b Textus alij addunt: quia, vt sic, sēper pignus erit suum loco debiti.

c Ad hunc passum vide supra articul. lxvij. lib. i.

respondérit, vel se de iure non respondere debere monstrauerit, mulctatus sententiatur, quòd etiam in secunda & tertia vice faciendum erit; & si adhuc non respondérit, extunc in actione est superatus. Sed si actio fuerit criminalis, *d* actorem facti debere causam cū sex testibus comprobare.

d Textus vetustiores ita legunt: quòd actio in vitā aut membri amissionē dirigatur: actor vt sic, cū sex testibus causam iuramēto probare tenebitur.

GLOSSA.

e Fiscus abūdare dicitur, cùm subiectos locupletes habet.

Qvi debita ab eo, &c. *e* Fiscus enim tunc dicitur abundare, si subiectis locupletibus vtatur; vt notatur j. q. iij. c. si quis obiecerit Et interest principis, vt sub se habeat locupletes: in auten. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. cōsideraūimus. coll. ij. *f* Pauperibus tamen, qui sua culpa & vicio in egestatem incidunt, non est subueniendum: vt in c. nō satis. lxxxvj. distin. Dignum enim est, vt malè meriti egestate laborent: vt in l. bona fides. ff. de depo. vel cōtra. *g* Et paupertas in delictis non excusat: vt notatur xij. q. ij. fraternitas.

f Pauperibus, qui sua culpa in egestatem incidunt, subueniendum non est.

g Paupertas in delictis non excusat.

Qui in iudicio incusetur, &c. Sic etiā de iure canonico. Si post præstitum veritatis aut calumnię iuramentum, reus vel procurator ipsius, super positionibus ab aduersario sibi factis, interrogatus, iussusq; á iudice respondere, absque rationabili causa recuset, aut nolit, seu contumaciter se absentet, haberi debet super his, de quibus in eisdem positionibus interrogatus extitit, pro confesso: vt in c. ij. de confess. lib. vj. Vide etiam notata in c. prout de dolo. & cont. & de iuramēto calumnię. c. vlt. & C. quomodo & quando iudex iudex. auten. qui semel. & in Specul. parte. ij. tit. de contum. per totum. & supra lib. ij. art. xlv.

GLOSSA.

Ad remouendam omnem iuris difficultatem, quodque ius completum habeatur, nec aliquid ꝙ necessarium sit omittatur, auctor priuilegij Ecke de Repkaw declarare intendit, quid faciendum est cum illo, qui propter paupertatem id quod debet & tenetur soluere, non potest. Non tamen opinari quis debet, quòd solus ipse Ecke *h* qui auctor priuilegij est, & qui ex Latino in Germanicum præsens priuilegium traduxit, passum istum duntaxat intellexisset, vel quòd solus articulum præsentē pro iure sanxisset: sed quia clariùs id aperuit ex Latino in Germanicum, quod communiùs apud Saxones erat, illud transferēdo: *i* qui enim rem aliquam clariùs enucleat, maiori laude dignus est, quàm qui adinuenit: vt C. de veter. iur. enuclean. l. Deo auctore. §. nam qui subtiliter.

h Vide supra in prologo lib. i. & item i. l. ij. ar. xxxvi. infrà eod. lib. art. xiv. Iur. Munic. art. x. gloss.

i Clariùs rē enucleās, maiori laude dignus est quā ꝙ adinuenit.

Qui soluendo non est, &c. Circa id sciendum, cùm alicui quid debetur, *k* ille solutionem præstolari seu eandem expetere trifariam iure cogitur. Primó, quòd contra debitorem eum agere primùm oportet: vt in autent. de fideiuss. & mandat. §. si quis ergo. coll. j. vbi innuitur, quòd principalis primùm debet cōueniri ante fideiussores: in oppositū licet videtur esse C. eo. tit. l. nō recte. l. iure. l. si alienam. vbi habetur, quòd fideiussores primùm conueniri debēt quàm principalis; quia si reo credere voluisset, fideiussores ab eo non expetisset; sed quia sibi non credidit, verùm fideiussoribus, ergo meritò illi primū monendi sunt. ℟. tamen, quòd differentia legum allegatarum correcta est per autenticam supra adductam.

k Creditor solutionē trifariam expetere cogitur.

ductam. Secundò, quòd creditor expetere debet & quærere solutionem à debitore: primùm in bonis mobilibus: vt in autent. de fideiuss. & mand. §. quòd autem. & supra libr. j. art. lxx. Tertiò, ꝙ tandem quęrere eum solutionem oportet super bonis immobilibus debitoris, & illa acceptare tenetur, prout iudex taxauerit; habet tamen optiõem inter omnia eius bona: *l* ex necessitateq; creditorem immobilia accipere oportet, quamus aurum vel argentum sibi promissum sit: vt in autent. de fideiuss. & mand. §. quod autem. coll. j. & C. de donationibus. l. si quis argentum. & ff. de lega. j. l. si domus. §. qui confitetur. & ff. de re. iudic. l. miles. & in autent. de aliena. & emphyte. §. si verò. coll. jx. & ff. de re. vindic. l. qui restituere. In omnibus legibus supra allegatis habetur, quod si quis alteri debet, & soluere tenetur, sæpiùs creditor vnum pro alio accipere cogitur; quòd si istud nõ esset, debitor traderetur creditori, vt textus habet.

l Creditor immobilia bona accipere cogitur, quãuis aurũ vel argentum promissum sit.

Iudex eum pro debitis creditori tradere debet, &c. Sciendum est, quòd paragraphus iste contradicit omnibus legibus, quæ disponunt, quòd nullus propter debitũ incarcerari debet: vt C. qui bonis cedere possunt. l. j. & in autent. de fideiuss. & mand. §. quòd autem. in fin. colla. j. & extra de solut. c. Odardus. in gloss. vltim. Ibi habetur, quòd creditori abscedere debet bona sua, nec propter id fit infamis. Rx. tamen, quòd debitor seruatur ex officio propter id, quia sic præsentatus & accusatus, iurare forsan non vult, vel se obligare, si ad pinguiorem fortunam deueniret, bonorumque quid vltra quottidianum victum nactus sit, quòd creditori exsoluere vellet: id enim de iure facere tenetur: vt Instit. de action. §. vlt. & in auten. de fideiuss. & mandat. §. quòd autẽ. coll. j. *m* Vel datur custodiæ propter id, quia illum forsan ad laborandum ordinare vult pro debito, & ei necessaria vitæ ministrare: & hoc tangit ibi in textu cùm dicit. Sicut aliam familiam. Vel dic, quòd nõ est contra leges; quia & hic in textu habetur, quod non debet eundem tormentis afficere, nec pœnas aliquas eidem infligere: hoc idem etiam leges volũt: vt C. qui bonis cedere possunt. l. j. Posset tandem quis cogitare, hanc iuris interpretationem minus legitimã fore; quandoquidem expressum habetur. C. de fideiuss. l. vlt. quòd seruari debet sine aliqua læsura. *n* Rx. quòd iusta captiuitas neminẽ cruciat. Vel dic, quòd propterea vinculis datur, quia bona sua malitiosè dilapidauit, soluereq́ nõ valet, & exinde incarcerari potest in vinculaq́ue conijci: vt ff. quæ in fraudem creditorũ. l. fin. §. fi. & illud tã diu durat, quòad laborãdo sese eliberauerit; extunc vincula finem sortiuntur, nec est cõtra prius dicta: vt C. de pœnis. l. incredibile. vbi habetur, ꝙ nullus ad perpetuos careceres sententiari debet: hic enim careceres finẽ habent, cùm se per laborem eliberauerit.

m Debitor ad laborẽ cogi potest ut debitũ, & quid quid laborãdo promerueritad rationẽ debiti detrahatur.

n Iusta captiuitas neminem cruciat.

Et si effugerit, &c. hoc idem habetur. C. qui bon. cede. pos. l. j.

Sciendum etiam, *o* si quis propter benè merita tenetur aliquid; sicut si quid alicui dedi ex mea libera voluntate, vel promitram aliquid, sicut donationem propter nuptias, vel simile, non potest vlterius ad rependẽdum arctari, nisi prout facultas eius se extenderit suam necessitatem prius protegẽdo: vt ff. de dona. l. qui ex donatione.

o Propter benè merita aliquis obligatus, arctari ad expendũ non debet, nisi prout facultas eius se extenderit. vide supra eod. libr. art. iiij. Iure Munic. art. xxvij.

Qui in iudicio incusetur, &c. Dictum est superiùs de his, qui coram iudicio debitũ recognoscũt: hîc tandẽ consequenter continuat, qui nec recognoscunt, neque negant;

negant; & isti cadunt in actione, propter contumaciam: qui enim respondere non vult, nec causam allegare cur respõdere non debeat, ille contumax est. Ad materiam istius sunt pro & contra certæ quædam leges. Primùm ff. de cõfessis. l. certũ. vbi innuitur, quòd duntaxat confessus sententiatur; ponunturq; modi nonnulli, quomodo id fieri debeat. In oppositũ iterum est ff. de reg. iur. l. qui tacet. vbi habetur: qui non recognoscit, nec manifestè negat, sed tacet, pro confesso habetur. & q leges prætactę ad inuicē non contrariantur; quia quemadmodum actori non creditur sine probatione querelæ suæ: vt C. de eden. l. qui accusare volunt. & C. de pbation. l. sciant. ita respondens p reo habetur, nisi se excusauerit. Sed ille qui tacet, non se excusat, p nisi forsan sit qui ius ignorauerit; vt sunt milites, phrenetici, pueri, mulieres: vt ff. de confess. l. certum. & C. de iur. & fact. igno. l. error. & l. vlt. & C. si aduersus rem iudic. in integrum restit. postul. per totum. vel si minorennis sit. C. qui legitimam perso. stan. in iudicio. l. in rebus. Vel si mutus aut surdus sit: istis enim fauor ostendi debet, & tutor per iudicē addi: vt C. de episcop. audient. l. de creationibus curatorum. & Instit. de curator. §. sed &.

p Ius scire & non tenẽtur: vide hîc et infrà eod. lo. ar. lxxxv. & supra lib. i. art. xxviij. lib. ij. artic. lx.

Tunc in actione est superatus, &c. Dicere vnus possit: isto sic stãte, extunc tribus vicibus mulctabitur, quod est contra articulum liij. vbi dicitur, quòd nemo bis mulctã præstat. & quòd non contrariatur; hîc enim tribus vicibus contumax & inobediens fit: quare etiã tribus vicibus mulctatur, nec mulctã soluit pro re pro qua inculpatur, sed ratione contumaciæ. Notandum tamen pro singulari, q quòd quando querela in mortem vel sanitatẽ alicuius vergit, sententiari aut condemnari vnus non debet, nisi recognoscat aut conuincatur: vt ff. de re iudi. l. si se. §. condemnatum. r & C. de pœnis. l. qui sententiam. f vnde quãuis fur recognoscat super aliquem, etiam si morte illud cõfirmet sua, iste expurgatur suo sacramento, nisi superueniat alia probatio.

q Ad mortẽ vel sanitatis lesionem indicare vnus non debet, nisi recognoscat aut conuincatur.

r Facit ad id l. fin. C. de accusation.

f Fur proclamans aliquẽ, etiam si morte illud confirmauerit sua, proclamatus excusare sese poterit.

Ex lege xij. tabular.

Plurimum apud priscos fides in contractu & promissione seruabatur: prout ex lege xij. tabularum liquido apparet, vbi debitores, qui in soluendo non fuerunt, vltra alias pœnas ibidem expressas, etiam vltimo supplicio puniebãtur, aut trans mare venundabantur; quodsi plures creditores fuerint, etiam in partes secabantur. Sequitur textus, obscurus licet, ex præcedentibus tamen intelligi potest. t Æris confessi, rebusque iure iudicatis. xxx dies sunto: post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. Ni iudicatũ facit, aut quis endo pro eo in iure vindex, secum ducito. Vincito, aut neruo, aut compedibus. xv. pondo. ne minore, aut si volet, maiore vincito. Si volet, suo viuito, ni suo vinit, qui eum vinctũ habebit, libras farris, in die dato, si volet, plus dato. ni cum eo pacit, in vinculis sexaginta dies habeto. inter eos dies, trinis nundinis continuis in comitium producito, æriscque æstimiã iudicati prædicato. Tertijs autẽ nundinis, si interea pactus nõ sit, capite pœnas luito, aut trans Tyberim peregrè venum ito. & si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertijs nundinis partes secanto. Si plus minusue secuerunt, sine fraude esto. Cùm verò hæc lex inhumana & dura à Fauorino Philosopho diceretur, Sextus Cecilius iurisconsultus eam tam acerbè, fidei seruandæ gratia fuisse latam, affirmauit. Romani enim eũ

t Lex prima xii. tabu. inhumana esse videtur. cõtra debitores sancita

alias virtutes tum fidem & in publicis rebus, ac in negociorū contractibus coluerunt: vt ex hac lege deprehenditur, quæ tàm grauem pœnam non seruanti in mutuo & debito fidem imponit; præsertim cùm de partiendo & secādo corpore humano loquitur. Sed eo consilio, vt idem Cecilius ait, tanta pœnæ immanitas denunciata est, ne vnquam ad eam perueniretur, vincti itaque plures fuerunt; quia vinculorū pœnam mali homines contemnunt, nemo fuisse dissectus legitur, ꝙ hæc pœna seuitia cōtemni impune non potuit; hoc magis propter antiquitatem ex legibus xij. tabul. hīc inferere placuit. Tu tamen de iure nostro tene, priuilegium articulumque præsentem, in causſa contra debitorem.

Articulus XL.

CVI aliquid soluendum est, eum vsque ad occasum solis, in sua aut in vicina iudicis domo, coram quo solutio extiterit acquisita, oportebit expectare. Qui nūmos vel argentum soluere debet, si pro hoc pigno ra præbuerit, per id non fit liber, nisi sic inter eos pactum fuerit. Per nunciū argētum aut nummi licitè ꝓsoluantur, sed nulli nūcio nisi ei, qui ad hoc à creditore in iudicio deputetur præsentetur. Talis autē conditionis, quēadmodum in promissione continetur, argentum aut nummi persoluātur.

[a] Si autem conditio non fit nominata, argentum aut nummi præstentur, qui cōmuniter sunt currentes vel vsuales in illo loco vel iudicio, vbi promissio facta fuerit.

[a] *Alij textum addunt: debitor huiusmodi denarios prout promiserit, soluere debet.*

GLOSSA.

CVI aliquid, &c. [b] Illud tamen scias, quòd qui promisit certo loco soluere, potest alibi conueniri quàm loco destinato; & habebitur ratio interesse actoris & rei. Vnde dicit lex communis: Qui certo loco se soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecit, arbitraria actione etiam in alio loco potest conueniri; in qua venit æstimatio eius, quòd alter vtrius interfuerit, suo loco potiùs, quàm in eo in quo petitur solui: vt in l. vna. C. vbi conue. qui cert. loc. dare promis.

[b] *Promittēs soluere in vno loco, si non satisfecit, conueniri in alio loco poterit.*

Per nunciū, &c. [c] Scias quòd capiens nuncium amicorum vel inimicorum, capite punitur secūdùm leges; sed secundùm canones excommunicatur: vt nota in glos. pen. j. dist. ius gentium. Et quòd nuncius in delictis teneatur, est arg. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. §. ope. Est tamen contra. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j.

[c] *Nuncium alicuius acceptans, capite punitur.*

Talis autem, &c. Vide pro hoc quod notatur infrà eodem lib. circa artic. xlv. in princ. & supra lib. j. artic. iiij.

GLOSSA.

PRO intellectu textus articuli sciendum, quòd creditor si non expectat diem solutionis, diem solū

istum

illum perdit & non plus : debitor verò nullibi debitum soluere tenetur, nisi vbi promiserit : vt Inst. de actio. §. loco. & ff. de eo. quod certo loco dari oportet. l. iij. & sequentibus.

Qui nummos vel argentū soluere debet, &c. Superioribus dictum est de his, qui alijs debent & tenentur, vnde tamen soluant non habent, & quid posthac in negocio facere teneantur, & ibi solutio expectari debet; hîc tandem tractat de illis, qui pro parte solutionis satisfacere possunt, & hoc in eo, quòd licet pecuniam promissam non habeant, bona tamen, quibus debita resarciāt, offerunt : isti vt textus habet, à debito non liberantur; obseruari enim summè debet, vt quidquid aliquis promiserit illud expleat: vt supra lib. j. art. vij. & Instit. quib. mo. tol. obli. §. j. & ff. si cer. petat. l. ij. §. appellata. *f* Articulo huic contradicere videntur certæ leges, quæ disponunt, quòd si quis alteri quid debet, sæpiùs præter eius voluntatem accipere cogitur, quā quod sibi promissum est: vt in autent. de aliena. & emphyte. §. si verò. coll. jx. & C. de donat. l. argentum. & ff. de lega. j. l. si domus. §. qui confitetur. & ff. de re. iudic. l. miles. & in auten. de fideiuss. & mandat. §. quod autē. coll. j. vbi habetur : Si quis argentum debet, illudque nō habet, bonis suis liberatur, quæ sibi præstabit, iuxta taxā iudicis. Pro solutiōe huius diuersitatis respondetur, *d* quòd vnus alteri debet, & tenetur dupliciter, : vno modo ex natura; sicut, si quid seruis nostris promittimus, vel pueris, qui in nostra potestate sunt, illud iure naturali & ex natura eis adimplere tenemur; quia iure naturæ nulla est differentia inter seruum & liberum : vt ff. de reg. iur. l. iure. & Instit. de libertin. §. ij. & in auten. quib. mod. fi. natur. libe. effic. §. si quis. coll. vij. & Instit. de inutil. stipulat. §. item inutilis est stipulatio. Promissum tamen illud à nobis coram iudice repetere non possunt: vt C. de in ius vocando. l. venia. & l. qui in potestate. Alio modo tenetur aliquis & debet ex legum constitutionibus, etiā si illius rei, pro qua inculpatur, particeps non sit: sicut qui respondere nō vult, cùm inculpatur pro aliquo, quàmuis illud nō fecerit : vt supra in præcedenti articulo. vel si quis donationem viderit, & tacuerit, sententiamque audiuerit, & ei non contradixerit : vt supra lib. j. art. vj. & C. sentent. rescind. non posse. l. peremptorias. Et quemadmodum vnus dupliciter debitor extitit, *e* ita dupliciter etiam solutio subsequitur; & vt sic, liber efficitur: vno modo, cùm præcisè illud offert & soluit quod promiserat : alio modo, cùm aliquid aliud pro contentatione debiti porrigit. Iure siquidem naturali liber nullus fit, nisi per directum soluat quod promisit, & de isto articulus iste habet: & ff. si certum petatur. l. ij. §. appellata. & Insti. qui. mo. contra. oblig. §. item. Sed secundùm iuris & legis constitutiones erit liber, si in tantum sibi dat, pro contentatione debiti, & soluit secundùm quod iudici videbitur, iuxta taxam eius, vt supra dictum est. Vel dic, quòd liber non erit cum bonis suis, in eum sensum, quòd creditor illa pro suis pecunijs seruare vel recipere cogatur vel debeat, sed erit in tantum liber, in quantum eum contentat : vt supra lib. j. art. lxx. §. ij.

Per nuncium argentū aut nūmi, &c. Quocumque enim modo debitum soluitur, non interest : debitor enim ex solutione liberatur : vt supra libr. j. art. lxv. nulli tamen nuncio debitum solui debet, vt textus habet, nisi habeat potestatem : vt C. de solut. & libera. l. nihil.

d Vnus alteri debet, vel debitum contrahitur dupliciter.

e Solutio dupliciter cōtingit.

Sciendum etiam est, si vnus debet & tenetur duplicem vel triplicem summam, *f* quidquid desuper dederit ille, qui dat seu soluit, cõputare potest, super quamcumque summam voluerit: vt C. de solutionibus. l. j. sicut si ad plures summas ex pluribus caussis tenearis, puta ad x. ex caussa, venditionis, ad alia x. ex caussa mutui, ad x. ex caussa locationis. & soluat decem. In electione istius qui soluit erit, in quam summam velit computare solutionem; quòd si non elegerit seu expresserit, istius qui capit erit electio, & computabit ad quamcumque summam voluerit. Excepto tamẽ pro fideiussoria, vel pro debitis, quæ nõ sunt recognita; vel pro debitis, quorũ tempus solutionis nõdum venit: & si neuter illorum expresserit, vt iam dictum est, lex præsumit electionem, in duriorem caussam seu debitum: & si est debitum vsuratium, prius in vsuras: deinde, in sortem: tertiò, occasione vadij: quartò, cambij: quintò, antiquiora debita: sextò, fideiussoria: vt C. de solution. l. j. & ff. eod. tit. l. iij. & iiij.

f Duplicem vel triplicem debẽs summã, si quidquã desuper persoluerit, computare potest ad quamcumq; summam voluerit.

Argentum aut nummi præstentur, in illo loco vsuales, &c. *g* Sciendũ, quòd loquitur hic de nummis, qui in iudicio vsuales habentur, & quibus communiter vinũ, cereuisia, & panis emi potest; & quòd sex vnum grossum valeant, & illis soluuntur ponderosi denarij; & eisdem soluitur emenda, mulcta, verigeldus; de quibus in iure communiter mentio fit.

g Concordat Iure Munic. art. xlvj.

Sciendum etiam, cùm euenit nummos renouare, & antiqui prohibentur, post proclamationem; ad quindenam cum antiquis denarijs *h* licebit debita soluere, & pignora liberare: vt supra libr. ij. art. xxvj. Vnde tempore, quo glossa hæc addebatur textui, fuerant denarij adeò boni in valore, quòd repræsentabãt ponderosos denarios, ita, vt sex valebant vnũ grossum; hodie tamẽ nihilominus cõputare oportet, non secũdum nostros denarios, sed secũdùm illos quòd sex valeant vnum grossum. Verigeldus verò, & emenda, ac mulcta, solui debet, secundũ monetam nostram, quę communiter in iudicio accipitur, qua panis, vinum, & cereuisia emitur. secũdùm ius feud. c. lxjx. Secundùm ius verò prouinciale, sex valent vnum grossum: vt infrà art. xlv. Si etiam denarij non sunt expressi in promissione solutionis, debẽt solui, qui in iudicio illo communiter accipiũtur, & hoc modo etiam verigeldus, emenda, & mulcta soluitur, secundùm iura prouincialia: vt etiã habetur in glos. c. fi. de iudæis.

h Concordat supra libr. ij. art. xxvi.

Articulus XLI.

CViuslibet captiui pacta aut promissiones ipso iure sunt irritę & inanes: sed si sibi mediante sua promissione inducię tribuantur, vel si trãsactio ab eo iuretur aut permittitur, nec interest siue donando pecuniam, siue sine donatione illud iuramentum interpositũ sit, [a] hæc duo & non alia promissa illæsa custodiãtur, quæ ab ipso in captiuitate promissa sunt vel iurata. Quidquid homo iurauerit aut promiserit ob suæ vitæ aut sanitatis conseruationem, & si ea implere nequiuerit, iuri suo

a Textus vetustiores tale sunt: sed si super solam suã mittatur ad terminum, de iure debet in termino cõstituti ac vadire fidem suã liberaturus; pro precio autem aut pratis liber sactus implere tenetur, qualitercũque promiserit, aut inrauerit abrenũciatione vindicta.

suo in eo non derogabit. Qui alium captiuauerit fraudulenter, si se reuersurum promiserit, aut alia iurauerit, ea adimplere non tenetur: dummodo iurãdo affirmet, se dolosè & per metum ad istã inductum stipulationem. b Quicumque etiam ab alio in iudicio pecuniam debitã petit, causam debiti, si hoc reus postulet, actor exprimere teneatur

b Concordat ad id Iu. Mu. artic. xxvi. xxxvij. et cet. gloss. Textus antiquus vltra id sub dit: an ex promisso debitor sit, vel pro hereditate quam ab ipso acceperat.

GLOSSA.

Cuiuslibet captiui, &c. Pro ista materia vide extra. de his quæ vi mer. causs. fi. per totũ. Et in summa Hostien. eod. tit. per totum.

Quicumque etiam, &c. Sic ergo in actione personali debet exprimi caussa debiti, de quo notatur in c. ij. de libel. oblatio. & in Spec. parte ij. titu. de action. seu petit. §. sequitur. post princ.

GLOSSA.

Dictũ est superiùs, quomodo quis ex obligatiõe obstringitur, & explere cogitur; & qa nihil adeò facilè obligat aliquẽ, nisi cũ quis ex mera propria volũtate ꝓmittit & obligat sese: qui enim ex mera volũtate ꝓmittit aliquid, bona volũtate explere eũ oportet; dato, ꝙ postmodum pœnituerit; *c* quia voluntatem suam nullus immutare debet, cum alterius damno: vt ff. de reg. iur. l. nemo. Et quãdo vnus non coactus promittit, non coactus illud explere debet: vt C. de action. & oblig. l. sicut. vbi verò id non fit, tenere promissum non oportet. Quare & articulus præsens dicit, quòd captiui promissa non valent de iure: qui enim in captiuitate aliquem tenet, seruus eius est; quia seruitus ex captiuitate ortum habet: vt infrà sequenti articulo. & Instit. de iur. natura. genti. & ciui. §. j. & Instit. de iur. person. §. ij. & iij. Exquo itaq; seruus suus est, nihil promittere potest: vt Instit. de inutil. stipulat. §. item inutilis.

c Voluntatẽ suam nullus immutare debet cum damno alterius

Sed si super fidem suam mittatur, &c. Exceptio est in duobus, quæ etiam captiuus seruare tenetur. Primò, si promiserit se reuersurum; studque pro bono & vtili captiuo statutum est: quòd eò facilius liber dimittatur, vel tempus reuersionis concedatur: tùm etiam, vt eò diligentiores sint in nauanda opera & labore, quo tãdem citiùs liberari possint. Quare necessario promissum illud seruare tenetur. vt ff. de capti. & postlimi. reuer. l. postliminium. Secũdò, quòd captiuus necessariò tenere debet, est transactio seu cõuentio super peractis; si enim id non esset, controuersiæ & guerræ nullo modo sopirentur. Istud etiam pro commodo captiui sancitum est, quòd fidefragi & infames non efficiantur; & etiam vt citiùs liberari possint. Transactio enim eãdem vim habet sicut sententia: quẽadmodum enim sententiam voluntariè acceptam, a qua appellatum non est, etiam si iniqua vel iniusta sit tenere oportet: vt in autent. de appellat. §. j. coll. iiij. & supra libr. ij. artic. vj. & art. xij. ita transactionem tenere oportet, siue iustè vel iniustè facta sit, dummodo eidem consenserat: vt C. de transactio. l. cum te. & l. caussas. Quamuis contradicere huic videtur C. eo. titu. l. interpositas. vbi habetur, quòd coactas transactiões seruari non oportet. Intellige tamen, si ex illa transactione vel concordia liber non dimittatur: vt ff. de eo quod metus caussa gestũ erit. l. j.

Qui-

Quicūq; homo iurauerit, &c. Dicere vel quærere quis posset; quid si aliquis cogatur ad transactionem, ita quòd promittat certā summam quādo redierit, postmodumq; redire nolet, ex eo forsan, quia promissum explere non posset: si venerit & non impleuerit, videtur quòd periurus sit: si non venerit, sed forsan manserit, videtur quòd iure priuatus erit, quid in hoc casu facere debet, ad euitandum hæc incommoda? R. nihil horum adimpleat; hoc est, neque soluat, neque reuertatur; quia si extra manet, nec prout promiserat reuertitur, contra eum institui actio non potest, ex quo coactus promiserit; sed nec promissam pecuniā soluere tenetur: Ius enim vetat istud; vt hîc, & C. de his quæ metus caussa fiunt. l. si donationis. Promissa enim & iuramenta contra iuris ordinem facta, tenere non oportet: vt C. de legib. & constit. l. non dubium. & C. de pactis. l. pacta. & extra. quod metus caussa gesta. c. sacris. & xxij. q. v. c. si quis. & hoc etiam habet textus ibi: Quicumque homo iurauerit.

Qui alium captiuat fraudulenter, &c. Dictum est de his, qui captiuant aliquem honesto modo; vt fit in bello: hîc tandem tangit de alia captiuatione, quæ inhonesta est. Circa id sciendum, *d* quòd nulla captiuitas honesta est, nisi quæ in bello fit: & inimicus nullus honestus dicitur, nisi qui imperio indicit bellum; & econtra, ab imperio sibi indicitur, vel aliquis nomine imperij sibi denunciat. Omnes alij præter istos, si captiuant aliquem, fraudulenter id faciunt: immò sicarij & prędones nuncupantur: vt ff. de capti. & postlimi. reuer. l. hostes. Excepta detentione, in tuendis bonis aliquibus vel prouincijs: vt infrà art. lxxviij. vel in defendendo vitam alicuius: vt supra lib. ij. artic. xiiij. & ff. de iustitia & iure. l. vt vim. & extra. de sent. excommunic. c. si verò. Si etiam aliquis equitans detentus sit, promittatq; ac iuret se reuersurum, adimplere non tenetur.

d Captiuitas nulla honesta, nisi quæ in bello fit: & inimicus nullus honestus, nisi q̄ publicè bellum indicit. vel sibi indicitur.

Dicere quis posset, quòd textus articuli sibi ipsi contradicat: dictum etenim est, quòd captiuus qui ad fidem dimittitur, redire tenetur, fidem liberaturus suā: hic verò in sequenti paragrapho habetur, quòd quamuis promiserit, explere eum non oportet. R. quòd illi primi, qui redire cogūntur, sunt qui honesto modo captiuati sunt: in sequenti verò paragrapho tanguntur illi, qui fraudulenter & inhonesto modo captiuantur; explere enim promissum eos non oportet: vt C. de pactis. l. pacta. & C. de trasacti. l. interpositas. & C. de his quæ vi metusue caussa gesta sunt. l. ij. & iij. q. j. c. reintegranda. & xv. q. vj. c. si quandoque à sacerdotibus.

Quicumq; ab alio pecuniam debitam petit, &c. *e* Ratio autē istius, quòd actor petēs debitum, caussam debiti exprimere tenetur est, vt respondens recolligat se: vnde venit debitū illud, & exinde edoceatur, ac tandem præcogitet, an affirmare vel negare debeat: vel si iure soluere teneatur, aut se defēdere posset necne; quia nō ad omnia debita est similis responsio & cōtradictio: quare exprimi debet caussa: vt C. de ēden. l. iustum. & ff. eod. tit. l. ij. & extra. de libel. oblat. c. ij. & iij. & ff. de iure fisci. l. ita fidei hæredis. & C. de iureiuran. l. generaliter. §. sin autem. & l. iusiurandi.

e Rationem vide, q̄re causa debiti exprimenda sit.

Articulus XLII.

ALtissimus Deus hominem ad suam creditur imaginem cōdidisse, &

se, & vnum sicut aliū sua redemit beatissima passione; ipse enim æquè pauperem & diuitem in suā collocauit charitatem. [a] Quare non admiremini, hunc librum tàm parum de iuribus ministerialium enarrare, cū & varię sunt, (id est tot apparent) in eo diuersitates, quòd vix enucleari possint. Nā sub quolibet episcopo, abbate, & abbatissa, sibi speciales competere volunt iurium innouationes; id est, iura ministerialiū sunt diuersa, quæ distinguere nō sufficit. Et etiam cùm leges huius priuilegij per diuorum principum cōstitutiones gemmis verborum primitus exornabantur, ministerialiū conditio non cōsistebat, sed omnes liberi erant. Cùm etiam nostri prædecessores ad istam se transtulerunt prouinciam, omnibus competebat facultas ingenuitatis. Scrutando præterea meos sensus, exemplum seruitutis inuenire nequeo, secundùm sacram scripturarum, & legum sanctarum veritatem. [b] Opinantur tamen quidam à Cain fratricida ser-

[a] Concordat Iure Munici. art. 3.

[b] Concordat Iure Munici. art. 3.

seruitutem incœpisse; sed hoc non: stirps enim eius per diluuium fūditus deleta est; seruitutē verò in hūc diem cernimus. Quidam etiam seruitutem à Cham filio Noe incœptā putant; sed nec id locum habet: duos enim quamuis Noe beatificauit filios, tertium tamen nō redegit in seruitutem. Præterea, Cham per suā stirpem possedit Affricam: Sem, in Asia morabatur: Iaphet, Europam sibi subiugauit; & sic nullus illorum alterius seruus permanebat. Item, alij eam ab Ismahele oriundam opinātur; non tamen verisimile videtur: scriptura siquidem Ismahelē ancillæ filium, non seruum alicuius nominauit. Deinde plures seruitutem ab Esau exiuisse commemorant; sed nec id verum esse creditur: Iacob enim etsiquidem recepit à patre eius benedictionem, & per eam dominium suorum fratrū obtinebat; non tamen Esau maledictionis seruituti subponebatur. Iure etiam nostro cautum habemus, ꝙ nullus se in seruum dare

 potest

potest, quin suus contradicat hæres; qualiter ergo tunc Noe aut Isaac alium in seruitutē redigere posset, cùm nec seipsum quis donare in seruum poterit. ex scripturis sacris etiam colligitur, quòd dominus à patrato opere, die septimo requieuit. Septimam etiam hebdomadam statuit obseruādam, cùm iudæis decalogum tradidit; & nobis flamen seu spiritum sanctum suum immisit. Septimū insuper mensem & annum, qui liberationis dicebatur, in quo omnes serui & captiui ad priorem statum, si volebant, manumittebātur, suis duxit ceremonijs subiūgendum. Post septies autē septem annos, annus iubileus adueniebat, in eo quoque omnes liberabantur; quæ libertas ex necessitate etiam nolentibus præstabatur. Dominus etiam Iesus nullum hominem alterius esse hominis, in numismatis tentatiōe, ei à Pharisæis & Herodianis oblata designauit, dicens: Reddite imaginem Cæsaris Cæsari, & quæ sūt Dei Deo. Ex his verbis colligitur, hominem ad Deū pertinere, & qui eum occupat, in omnipotentis peccat potestatem. Secūdùm autem rei veritate, seruitus per captiuitates iniustas, comminationes & iniurias initiū habet, quam homines propter longi temporis consuetudinem, tanquam iuris esset, vsurpare cupiunt.

GLOSSA.

Altissimus Deus hominem, &c. Vide Genes. c. j. & de sum. Trinit. c. firmiter. & de homicid. c. pro humani. lib. vj & C. de pœnis. l. si quis in metallum.

A Cain, &c. Vnde dicitur Genes. iiij. Dixit dominus ad Cain, maledictus eris super terram; quę aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua; cùm operatus fueris eam, nō dabit fructus suos; vagus & profugus eris super terram omnibus diebus vitæ tuæ.

Quidam etiam seruitutem, &c. Vnde scribitur Genes. jx. Euigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset quæ fecerat ei filius suus iunior, ait: Maledictus Canaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis, &c. & Canaan fuerat filius Cham, de quo hîc in textu.

Item alij, &c. Vnde dicitur Genes. xj x. Dixit dominus ad Abraham: Super Ismahelem filium ancillæ exaudiui te, ecce benedicam ei, & augebo ac multiplicabo eum valde.

Deinde, &c. Vnde scribitur Genes. xxvij. Dixit Isaac ad Esau de Iacob fratre suo: Dominū tuum illum constitui, & omnes fratres

tres tuos seruituti eius subiugaui.

Ex scripturis, &c. De ista materia habetur Gen. xxiiij. & Exod. xxxiiij. & Leuitic. xxiij. & xxv. & Deut. xv. in quibus capitulis habetur de libertate, de qua hîc etiam narratur.

Dominus etiam Iesus, &c. Sicut dicitur Mathæi xxij. Ait Iesus Pharisæis: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt illi: Cæsaris. ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari; & quæ sunt Dei Deo.

Secundùm autem rei veritatẽ, &c. Vnde dicit lex imperialis: Ius autem gentium omni humano generi commune est. Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanę iura quædam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captiuitates secutę ac seruitutes, quæ iuri naturali sunt cõtrariæ: *c* iure enim naturali ab initio omnes homines liberi nascebantur: vt Instit. de iur. natur. §. fin. Et idem etiam innuitur Instit. de libertin. §. j. vbi dicitur: Quòd manumissio à iure gentiũ originem sumsit, vt pote cùm iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec etiam esset nota manumissio, cũ seruitus esset incognita. Sed postquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis.

c Vide ad hanc materiã supra lib. 1. in in proleg. Iur. Mun. art. 1.

GLOSSA.

Articulus præsens, non est ex originali priuilegij Saxonum, nec pro iure reputari debet. Sed sunt verba Ecke, qui translator eiusdẽ priuilegij fuit, ex ea ratione insertus, vt per id probetur, quòd seruitus de iure esse nõ debeat; verùm vnum & idem ius ex natura esse omnium. Quòd autem seruitus iure naturali non admittatur, nec vnus alterius seruus esse debet, probatur in textu multis rationibus. Primò, Quia homo ipse ad imaginem Dei formatus est, & ita vnus alteri similis tatione magnis impressæ; ac per consequẽs, vnus non debet esse seruus alterius. *d* In oppositum licet istius instare quis posset, per interemptionem præsuppositi; quòd videlicet non omnes homines per æquum Deo assimilantur: ex doctrina philosophi, qui dicit: In quantum homo sapientior, in tãtum Deo similior. Ex quo itaque non omnes ex æquo sunt sapientes, verùm vnus in sapientia præcellit alium; quare nec per æquũ Deo similes erunt. Præterea habetur in prouerbijs, quòd stultus obsequio & seruitio prudenti erit, eidemque famulabitur. Argumentũ istud soluunt aliqui, quòd ante lapsum Adæ vnus similis erat in sapientia alteri, & ita similes Deo. Peccatum verò primi parẽtis effecit, quòd à creatore nostro multum elongauimus; & ita secundũ quod vnus magis per virtutes bonas appropinquatur Deo, magis assimilatur eidem; quare & vnus sapientior alio, & per cõsequens vnus alteri subiectus. Solutio tamen ista facile perimitur, & alia verior & fundamentalior, ad obuiandum huic instantiæ & eius solutioni.

d Argumẽta §. 1. artic. impugnantia cum eorũ solutionibus

In textu articuli habetur resolutio, cùm dicitur: Et vnum sicut alium sua redemit beata passione, vbi innuitur: & siquidem peccatũ Adæ primi parentis nostri, malum istud nobis attulit, ita quòd multum dissimiles Deo facti sumus; & exinde vnus alteri seruitio suppositus: Christus tamen, prio suo nos redemit sanguine, & ab omni malo liberauit, similesq; sui fecit, ac æquali libertate donauit; quare vnus similis alteri.

Contra istud arguunt quidam; admisso eo, quòd Christus dominus omnes per æquũ glorioso redemit sanguine, nihilominus videmus seruitutem, & alias aduersita-

e Adam ex lapsu duplicē nobis reliquit pœnam. Concordat Iure Munic. artic. 4. gloss.

sitates ineſſe ſuis electis. *e* ℟ ℣ Adam ex lapſu ſuo duplicem nobis reliquit pœnam, animæ videlicet & corporis. Vnde Chriſtus ſaluator, morte ſua, animam quidem à pœnis, hoc eſt à peccatis liberauit; non tamen pœnam corporis propter id mitigauit: ſanctos enim ſuos varia tormenta pati permiſit, mortalitatiq́ue ſubiectos effecit, & laboribus noſtris panē quærere ordinauit. Exquo itaq́ue ſeruitus corporalis pœna eſt; quare nec ab ipſa homo liberatus eſt.

Præterea opponi contra textū articuli poſſit, quòd videlicet Deus nō æquè vnum ſicut alium diligit. In ſacra etenim habetur ſcriptura de Iacob & Eſau, vbi Deus locutus eſt: Iacob dilexi, Eſau verò odio habeo. Et maior ſeruiet minori. ex quibus verbis innuitur, non æquè Deum homines diligere, quodq́ue vnus ſupponitur ſuperioritati alterius. ℟. quod ad conſequendam æternam beatitudinem, Deus æquè diligit omnes, eiſdem vitam æternam tribuēdo, qui bene egerint: in hac verò vita tranſitoria, permittit aliquando aduerſitates in electos ſuos, eoſdem poteſtati tyrannorum ſubiiciendo, vt eò magis promereri ac accumulare præmia futura valeāt: malis verò & peruerſis, eorū nonnulla benefacta, quandoq; tranſitorijs remunerat bonis, non tamen exinde ſequitur, quòd vnū magis diligeret quàm alterū. Hæc & ſimilia contra paragraphū primum articuli formari poſſunt argumenta, mentem auctoris impugnantia; quia tamen magis theologos ſpectant quā iuriſtas, quare breuiter eadem tranſcurrere, & ab alijs etiā ſuperſedere viſum eſt. Concluditur tamen de mente auctoris priuilegij, quòd dominus Deus ad imaginem ſuam omnes nos creauit, & vnum ſicut alium proprio redemit ſanguine, ſimileſq́ue ſui effecit.

Quare non admiramini, &c. Dicere quis poſſet. Quid iuris omiſsū eſt de miniſterialibus, quod auctor priuilegij non decidiſſet: omnia enim iura feudalia miniſterialibus pertinentia, ſignanter de clypeo illorum in lib. feud. & ſupra lib. j. art. iij. expreſſit. Diuiſiones etiam hæreditatum, infrà eodem libr. artic. lxxxiij. docuit. Præterea, qualiter ex poteſtate vnius ad alium ſe trahere debent: infrà art. lij aperuit. Tum quo pacto à poteſtate dominorum ſe eliberare totaliter poſſint: infrà artic. lxxx. elucidauit. ℟. quòd meminit hic de ſpecialibus gratijs, & priuilegijs, quæ habēt diuerſimode. *f* Vnde dicit: Nam ſub quolibet epiſcopo, abbate, iurium innouationes ſunt diuerſæ, &c.

f Nota, famulus vel procurator alicuius domini, res per dominum ſibi in procurationem tradit as, per poſſeſſionem ſibi vendicare nō poteſt, nec eas vllo modo preſcribere. feud. c. lxij.

Et etiam cùm leges huius priuilegij, &c. Sciendum, quòd ab origine iuris ſeruitus nulla erat; ita, quòd nullus alium in ſeruum accipere audebat: vt infrà eod. libr. artic. xliij. textus in ſe planus eſt.

Cùm etiam noſtri prædeceſſores, &c. Ex iſto textu quidam opinantur, quòd miniſteriales ſerui eſſent: inter ſeruum enim & liberum non datur medium. Vnde & ſumma iuris perſonarū diuiſio hæc eſt; quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui: vt Inſtit. de iur. perſon. §. j. Quòd autem miniſteriales liberi nō ſint, textus eſt clarus articuli præſentis. Quod antequam prædeceſſores Saxonum prouinciam illā ingreſſi ſunt, omnibus competebat ingenuitas; poſtmodum verò aliqui ex his miniſteriales eſſe cœperunt; & ita libertate priori fruſtrati. Soluitur opinio iſta per interemptiōem præſuppoſiti. Miniſterialis etenim propriè ſeruus non dicitur, *g* nec propter id, quòd aliquis per longum tempus famulatur alteri, ſuus ſeruus efficitur: vt C. de præſcri. long. temp. quæ

g Ex eo quòd quis per tempus longum famulatur, non efficitur ſeruus ſuus. concordat Iure Munic. artic. lxxx gloſſ.

pro

pro liberta. l. penult. & l. vlt. Vnde pro intellectu huius clariori *h* nota, quòd quorundam hominũ seruitium pertinet ad bona, ita quòd qui bona possidet, seruitiũ exinde præstare tenetur: aliud verò ratiõe conseruationis vitæ; & exinde sequitur differẽtia, ministerialis seu famuli à seruo. Illud enim pro quo seruus seruit, est substantiale; quia propter conseruandam vitam, & proptrea vivit, quia seruit, aliàs occidi potuisset. Ministerialis verò seu vasalli illud pro quo seruit, est accidentale. seruit enim ratione bonorũ, quæ accidẽtaliter possidet, & quę ei collata sunt, ratione obsequiorum. Postquam enim Romani prouincias imperio subijciebant suo, & præfectos constituebant, alios item officiales eisdem adiungebant, quibus itidem confidebant, possessiões illis tribuentes, ex quibus obsequia præstare possẽt, qui in hunc diem curienses aut aulici vocantur. Vnde qui curiæ feudũ habet, necessariò ad hoc natus esse debet; vel dapifer, vel marschalcus, vel camerarius, aut pincerna: vt feud. c. lxiij. Bona etiam quæ dantur in feudum, non faciunt illum seruum; nec vt sic. Vasallus seu ministerialis seruus fit; quia seruit propter aliquid, vt supra tactum est, hoc est, ratione bonorum vel officij, ratione cuius bona illa collata habet. Seruus verò gratis seruit, vel saltim pro vita sua. *i* Secundò, ministerialis miles esse potest, quod seruo non admittitur: vt C. de negotijs gestis. l. j. & C. q milit. pos. l. j. ff. de reg. iur. l. seruus. Tertiò, quia ministeriales sacerdotes esse possunt, sine consensu domini feudalis; seruis verò id denegatur: vt C. de episc. & cleric. l. iubemus. §. seruos. Quartò, quia ministeriales bona sua in feudum dare vel dimittere possunt, quod seruis facere non licet: vt Instit. per quas personas nobis acquir. §. item nobis.

h Seruitium duplex. Iure Mun. art. xij.

i Ministeriales à seruo differentia. concordat Iure Mun. art. iij.

Contrariari licet huic videtur supra libr. j. art. xvj. & lij. vbi dicitur: Vbi filius est liber & legitimus, &c. ℟. tamen, quòd puer nascitur ad bona in obsequium collata; etiam posito, quòd pater suus liber dominus sit: id tamen fit, non ratione seruitutis, sed quia ad bona pertinet, ad quæ ratione officij natus est. Præterea, contrariari etiam huic videtur supra eod. lib. art. xjx. vbi dicitur: Ingenui seu liberi atque ministeriales. ibi liquido apparet differẽtia inter liberum & ministerialem. ℟. tamen, quòd ibi accipit liberos homines. pro liberis dominis: multi enim nobiles & ingenui sũt liberi, qui tamen liberi domini nõ sunt. Quòd etiã ministeriales differant à seruis, est articulus infrà lxxx. vbi dicitur. Si rex aut alter dominus ministerialem aut seruũ manumiserit. ex isto textu liquido apparet, alium esse seruum, & alium ministerialem, istudque denotat hæc cõiunctio disiunctiua, aut. Præterea, si omnes serui essent, qui ratione bonorum famulantur, extunc scabinorum sede digni serui nuncuparentur: præstant enim obsequium ex bonis eis collatis. vt supra lib. j. art. ij. & art. xvj. Tum etiam vasalli, vel qui bona infeudata habent, serui dicerentur: quod tamen falsum est: vt feud. c. iij. & viij. & in vsi. feud. si de feud. controue. fuer. per totum. Insuper & nominibus ipsis differunt; *k* quia seruus seu mancipium, propriè seruus dicitur à seruãdo; quia bello captus, ad hanc mate seruabatur: alij verò ministeriales nuncupantur: vt ff. de reg. iur. l. libertas. Ad textum verò articuli, pro intentione contraria allegatum, ibi: Cùm etiã nostri prædecessores ad istam se transtulerint prouinciam. Respondetur, q̃ etsiquidem, vt auctor priuilegij dicit, ante aduentum Saxonum,

k Seruus à seruando dictus. ad hanc materiam vide supra art. xvi. li. j. ar. xxxiij Iure Munic. art. ij.

conditio ministerialium nō erat, non tamen innuere vult, nec exinde vlterius sequitur, quòd existentibus nunc aliquibus seruis, seruitute quę orta, quòd & ministeriales ipsi serui esse deberent.

l Duarū rerū, per aliqua inserta verba cōmixtio, naturam non immutat eorundem.

l Duarum etenim rerū, per aliqua inserta verba commixtio, eorum naturam non facilè miscet ad invicem; prout etiam habetur in euangelio Ioannis xix. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt in locum Caluarię Golgota dictū, vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. non tamen per id innuere Euangelista vult, quòd Iesus saluator noster iniust' esset quàmuis cum iniustis & latronibus crucifixus erat: ita in proposito auctor priuilegij innuere non intendit, quòd ministerialis & seruus idem sint.

Scrutando etiam meos sensus, &c. Intentionem auctor priuilegij prosequens suam, adducit rationes ex ordine sex, quibus probare nititur, quòd vnus alterius seruus esse non debeat.

m Argumēta ista ex ordine sequentia parū afferunt vtilitatis: sed & solutiones eorū frigidæ, vt aperte ex earum lectione liquet.

m Opinantur tamen quidam à Cain fratricida, &c. Contra istam rationem opponi poterit, signanter cōtra illud, vbi dicitur: Stirps enim eius per diluuium funditus est deleta. oppositum enim istius in sacra tolleratur scriptura, quòd videlicet genealogia Cain etiam post diluuium durauit; vxor siquidem diui patriarchæ Noe, vel forsan filij illius de progenie Cain fuerat: attestante scriptura Genes. vj. vbi dicitur: Videntes filij Dei, hoc est ex progenie Sem, filias hominum, quæ videlicet processerunt ex genealogia Cain, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus. Si itaque progenies illorum etiam post diluuium durabat; quare & seruitus sequi potuit, & exinde contra mētem auctoris priuilegij erit. Proles enim ventrem sequitur matris: vt supra l. b. i. art. xvj. & Instit. de iur. person. §. serui. C. de rei vindicatio ie. per totum & inauten. coll. t. quæ ex adscripti. §. j. coll. v. §. aliqui saluantes mentem auctoris, quod Deus illos, qui pessimi erant ex genealogia Cain, de hoc mundo sustulit, probos relinquendo; & exinde cessauit maledictio, quam Deus contra Cain ediderat: vt habetur Gen. iij.

Quidā etiam seruitutē à Cham filio Noe, &c. contra istam etiam rationem, signanter, vbi dicitur: Tertium non redegit in seruitutē. Instare vnus posset, auctorem priuilegij nō bene sacram intellexisse scripturam. Noe siquidē duobus filijs benedicens, Sem videlicet & Iaphet; Canaan vero tertio filio maledixit, dicens. Maledictus puer Canaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Benedictus dominus Deus Sem, sit Canaan seruus eius: dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Canaan seruus eius: vt habetur Genes. c. ix. vbi præcisè apparet maledictio Canaan; & exinde ex maledictione Cham, seruitutem insecutam, seruosque deriuari, qui & illiberi sunt: vt Instit. de iur. person. §. serui autē. Respondent aliqui, saluare volētes textum auctoris, q' hæc maledictio nō redundabat in Cham, sed in Canaan filium suum; & ita textus articuli manet in suo vigore.

Præterea Cham per suam stirpem possedit Africam, &c. Contra istud argui etiam potest sig. ātter, vbi dicitur: Et sic nullus illorum alterius seruus permanebat: secus enim sacra testatur scriptura; quòd filij Abrahæ, qui erant ex genealogia Sem, occupauerant prouincias Canaan, qui erant de stirpe Cham, terramque illorum diuiserunt, tributariā facientes. Præterea, nobilissimus ille Iustinianus imperator Roma-

nus, qui & omnes illuminauit leges: vt C de veter. iur. enucle. l. j. §. cùm itaq;. & Instit. in præem. §. omnes verò. De genealogia Iaphet procedēs Africam subiugauerat, quæ erat de stirpe Cham: vt Insti. in proœ. §. j. & C. de offic. pręf. præto. Afric. l. j. Respondēt quidam, quòd pro illo tempore nullus subijciebatur dominio alterius, & in eū sensum auctor priuilegij rationē suam fundat: posthac verò genealogia Cham subiecta seruituti erat.

Item alij ab Ismahele eam opinantur oriundam, &c. Istud et ā reprobatur, Ismahel siquidem ex progenie seruus erat: Agar enim mater eius seruilem habebat condicionem; vbi verò mater serua est, & proles ex ea genita illibera manet: vt Instit. de iur. person. §. serui autem. & Institu. de ingenuis. §. j. C. de re. vindicatione. l. j. Id etiam quod in textu dicitur: Sacra siquidem scriptura Ismahelem ancilæ filium non seruum nominauit. est præcisè contra illud, quòd dominus Deus ad Abraam dixit. Genes. xxj. Eijce ancillam hanc, & filium eius; nō enim erit hæres filius ancillæ cū filio meo Israel. Soluunt quidam instantiam istam dicentes, quòd auctor priuilegij non præcisè intendit Ismahelem liberum esse; sed quia seruitus, non ab ipso, sed à matre originem habet.

Deinde plures seruitutem ab Esau exiuisse commemorāt, &c. Contra istud etiam obijcitur signanter: Non tamen Ezau maledictioni seruitutis supponebatur. Auctor enim priuilegij sibijpsi cō tradicere videtur: dicit etenim à principio huius paragraphi, quòd Iacob à patre benedictionem accepit; & per eam dominum suorum fratrum obtinebat, postmodum verò subinfert, non tamen Esau maledictioni seruitutis supponebatur: hîc vnū præcisè contrariatur alteri. Vbi enim dominium alicui conceditur super aliquo, ille subiectus seruus eius erit, *n* Seruitus enim non est aliud, nisi cùm vnus dominatur alteri, q̄q; liber esse ab eo non potest, sine eius volūtate: vt Instit. de iur. person. §. seruitus. & ff. de re diuis. l. j. §. j. ff. pro derelicto. l. finali. ff. de stipulat. seruorum. l. cùm seruus. Instit. de libertinis, §. ij. ff. de liberali causſa. l. si vsumfructū. Si itaque Deus constituit Iacob dominum fratrum suorum, necessariò sequitur, quòd illi sub potestate eius erant. Respondent nonnulli, defendendo textum articuli, dicentes: quòd auctor priuilegij nō negat istud, quòd vnus obsequi non deberet alij, & per cōsequens Esau, Iacob fratri suo: sed dicit, quòd ex illa benedictione, quam Iacob accepit, nō propter hoc Esau maledicebatur, ita q̄ progenies illius seruilis conditionis sit: multi enim ex progenie Esau processerant, qui liberi erāt: quare seruitus ab eo ortum nō habuit.

n Seruitus q̄d sit, vide.

Ex scripturis sacris etiā colligitur, quòd dominus à patrato opere die septimo requieuit, &c. Superioribus auctor priuilegij sufficienter expressit, & dissoluit ea, quę contra mentem eius secundū opiniones aliquorum adducebātur: hic in §. præsentū recitat mētem & intentionem suam, probās & cōcludens, seruitutem in hunc diem nullam fore: & dicit, posito & non concesso, quòd seruitus antehac fuisset, dominus tamen in veteri testamento præcepit seruos manumittendos esse, vt textus habet: vel sic, iuxta aliquas glossas. Si seruitus iure esse deberet, dominus Deus in veteri lege non præcepisset manumissionem seruorum; nihil enim Deus faciendum mandat, quod cōtra iuris ordinem esse deberet, & ad quod vnus ius haberet. Præterea,

rea, quandoquidem ea quæ in veteri testamento demandabantur, lex nostra copiosiùs adimplet: & quia, vt iam dictum est, dominus Deus in veteri testamento seruos manumittere præcepit; quare & nos seruos ipsos habere non debemus.

In contrarium tamen cõclusionis istius primæ, instare vnus possit, & signanter contra illud, vbi dictum est: Quòd quia in veteri testamento seruorum manumissio præcipiebatur: ergo & in nostra lege hoc idem seruari debet; id minimè fieri posse. Multa etenim iudæis prohibita sunt in lege antiqua, quæ nos tenere non oportet: & signanter illa, quæ figurabant & repræsentabant legem nostram; sicut, cùm interdicebatur esus certorum animalium, & alia plura, de quibus in Leuitico per longum habetur, aduenienteque lege nostra, mandata & præcepta omnia figuratiua cessarunt & reiecta sũt: si in proposito præceptum manumissiõis seruorum, in antiqua lege designabat libertatem in septem millibus annorũ aduenire debere, qua genus humanum ex potestate diaboli liberari debuit: quod quia in effectũ iam peruenit, quare cessat figura illa.

Dominus etiam Iesus nullum hominem alterius esse, in numismatis tentatione, designauit. Hæc est secunda conclusio, per quam seruitutem nõ esse admittendam dicit: vnde numisma illud Herodiani & Pharisæi obtulerunt tentantes Christum & dicentes: Magister, scimus quia verax es, legemq; domini in veritate doces, nec respicis personas hominum, an liceat tributũ dare Cæsari nec ne? At ille iussit sibi numisma porrigi, interrogans eos, cuius hæc est imago & superscriptio? At illi dixerunt: Cæsaris. Respondit eis: Date ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

Contra id obijci potest, quòd ex istis verbis dominus Saluator noster, non omninò seruitutem inhibuit: cùm dicit, dandum esse Cæsari, quæ Cæsaris sunt: subijciendo hominem sub potestatem Cæsaris. o ℞. quòd homo ipse duplex est seu constituitur ex duobus, ex interiori videlicet homine, vt est anima ipsa: & exteriori, vt est corpus. Exterior homo non est præcisè imago Dei; quare subijcitur potestati, & superioritati imperatoris, eiusq; iudicio. Vnde & Christus dominus, ex parte suæ humanitatis, pro tributo seu teloneo, nummum quem in pisce diuus Petrus Apostolus inuenerat, imperatori soluit. Sequitur ergo, exquoquidem corpus superioritati imperatoris subiectum est, quare & secundùm istam partem hominis exteriorem, homo liber vel seruus esse potest. Secundùm verò partem interiorẽ hominis, vt est anima ipsa, quæ & loco imaginis Dei habetur. intentio auctoris est, quòd seruitus nullo modo admittatur, nullumque aliud hominem, vt sic in seruitutem inducit, nisi peccatum, ꝙ separat hominem à Deo.

o Homo ex duobus constituitur.

Secundùm autem rei veritatẽ, &c. Conclusio est auctoris priuilegij, ex præassumptis & ꝓbationibus, quòd seruitus per captiuitates & iniustas ac violentas oppressiones superinducta sit: nec secundùm Deum & cõscientiam rectam fieri potest. Contra hanc tamen conclusionem argui poterit: stante enim isto, quòd seruitus de conscientia recta, & secũdùm Deum non admitteretur: extunc Isaac & Abraham cõtra Deum egisse reputabuntur, qui seruos fouebãt: immò & diuus Paulus volũtati Dei repugnare videretur, qui seruos esse tollerabat, docens eosdem debere subiectos esse dominis suis, voluntatem eorum ex-

rum explendo, dominumq; Deum in cordibus eorum adorãdo. Sancta etiam ecclesia catholica, quæ omnia instinctu Spiritus sancti agit, seruitutem non refutat, in tantum, quòd etiam seruos dominis suis restituendos præcipit: vt extra. de seruis non ordinan. per totum. Etiam propter seruitutem matrimoniũ dissoluitur: vt xxjx. q. ij. c. si quis. Tum etiam, si seruus ordinem aliquem sacrum susceperit, domino restituẽdus venit: vt liij. distin. c. generaliter. Præterea leges ipsę seruitutem nõ prohibẽt; immò multa super seruitute imperatores & legiperiti scripserunt: vt Instit de iur. person. per totum. Instit. de ingenu. §. j. Instit. de libert. §. j. C. de seruis fugitiuis & liberti. l. j. ij. & iij. C. de fur. & seruo. corrupt. l. alienum. C. de his qui à non domino manumissi sunt. l. vlt ff si quis. in testament. liber esse. l. j. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. §. si tamẽ. ff. si famil. furt. fecisse. d ca. l. j. in autent. de mona. l. si quis igitur. coll. j. in auten. de sanctis episc. §. si. coll. jx. in auten. de questo. & qui agi debẽr. per totum. coll. vj. In his supra allegatis legibus seruitus admittitur, quod est cõtra intentionem auctoris priuilegij, qui dicit, quòd adinuenta sit contra iustitiam. R. pro solutione generali, quòd ius duplex est.

p Ius duplex est, naturale, & scriptum. Cõcordat Iur. Mun. art. ij.

p Naturale videlicet, & secundũ illud omnes homines liberi sunt, nec vnus subest alteri: vt Instit. de liber. §. si etiam. in auten. qu. mod. natur. effic. sui. §. si quis igitur. coll. vij. ff. de condic. indebit. l. si id, & j. dist. c. ius naturale. & xxjx. q. ij. c. omnibus. & de isto loquitur auctor in textu; qui enim, vt sic, alium loco serui habet, naturæ suæ violentiam facit. Aliud est ius scriptum, & secundùm illud seruitus esse potest. Imperatores siquidem istud sanxerunt, quòd si quis inimicum bello ceperit, vt eius sit, & hoc ex co statutum est, ne occidatur: vt Instit. de iu. person. §. serui. Si etenim ex admissione legum id mihi fauetur, quòd inimici mei bona, quæ consequor, mea manent: vt xxiij. q. v. c. dicat. & j. dist. c. ius militare. Insti. de re. diuis. §. item ea. Per consequens, maius ius habere super inimico, si eum viuum captiuauero, leges ipse admittũt: vt C. de capti. & postlimi. reuer. l. j. & sequentibus. Maius etenim ius habeo ad inimicum, qui in me deliquit, & malum contra me machinatus est, quam ad bona sua, quæ nihil in me deliquerunt: vt in auten. de mand. princ. § oportet. coll. iij. Et secundũ ius istud scriptum, seruitus iusto admittitur, quare nec vnum contrariatur alteri.

Articulus XLIII.

QVarum rerũ se homo non iure intromittit, [a] si eas iure dimittere compellitur, cũ mulcta & emenda his renunciare eũ oportebit. Quas res verò cum cõsensu veri domini accipit, velut si alicui dimittantur, concedantur, accomodẽtur, si res istæ non persoluantur, vel debito tempore non restituantur, [b] propter hoc retentor nõ prę-stabit mulctam, nisi earũ redditio corã iudicio fuerit stipulata.

a Vide infrà eod. lib. artic. xlvij.

b Vide supra eod. lib. artic. xxij.

GLOSSA.

SI eas iure dimittere compellatur,&c. Et secundùm leges si quis hoc fecerit rapiendo, infrà annũ tenetur ad quadruplum, postea in simplum. vt Instit. vi. bon.rap. post princi. Si verò res est immobilis, tenetur ad restitutionem & ad tantũdem. C.vnde vi. l. si quis in tantam. Sed si fecerit furando, si furtum non est manifestum, tenetur ad duplum, si manifestum, tunc ad quadruplum: Instit. de action. §. omnes. & §. in duplum. & §. quadrupli.

GLOSSA.

Dixerat siquidem superiùs articulo præcedenti, quòd seruitus iure naturali non admittitur: vt Instit. de libertinis. §. manumissio. Leges tamen & constitutiones id fieri admittunt: vt Instit. de iur. natur. gen. per totum. articulus itaq; præsens docet, quòd nullus rem alterius, sed nec seruũ ipsum, absq; iuris ordine sibi vendicare, nec illi se intromittere debet; aliàs enim eum emenda dimittere cogitur, vt superioribus declaratum est: & quia de mulcta & emenda hîc meminit,quare sciendum *c* quòd emẽda ad maximum extenditur ad triginta solidos: vt infrà eod. libr. art. xlv. Contrarium licet istius videtur e ſ se Instit. vi. bon. rapto. §. sed nedum. & C. vnde vi. l. si quis in tãtam vbi habetur: Si quis se in bona alicuius intromittat sine iudicis consensu, si res sua sit, perdit eam. Si verò res sua non fuit, tantum de bonis suis perdet, quantũ de alijs sibi vsurpare voluit. *d* Pro intellectu istius nota, quòd vendicare sibi rem vel se in eã intromittere contingit dupliciter; vel cum consensu, vel sine consensu.

c Emenda ad maximũ extenditur ad xxx. solidos.

d Vendicare rem contingit dupliciter.

e Vide contra istam glos. infrà eod. art. xlvij. in addi.

e Res etiam, quas quis vendicare vel se in eas intromittere potest, sunt triplices. itidẽ respectus, mediante quo fit intromissio illa, erit triplex. Primus modus, cùm se quis intromittit & vindicat sibi hominem cum consensu, eo animo, quòd seruus suus esset: & si id non probauerit, iudici mulctã, & huic emendam præstare cogitur: hoc idem faciendum est, si vnus alium pacis violatorem alloquatur: vt supra lib. j. art. lxiiij. & lib. ij. art. xiij. & hoc si sine captiuitate,vulneratione,vel homicidio id faciat; quia aliàs ius pacis violatoris contra eum extenderetur: vt supra libr. j. art. lxjx. Secundò, intromittit se aliquis in bona eo animo, ꝙ sua sint: quod si non probauerit,mulctã & emẽdã dabit: vt supr. lib.ij. art. xxxvj. Tertiò, intromittit se vel vindicat sibi vnus bona alterius immobilia violenter, ea intentione, ꝙ sua sint: *f* violentiaque huiusmodi duplex est: Vna, quãdo se quis intromittit sine iudicio, sine tamen armis vendicat sibi bona alterius; qui sic facit,mulctam & emendam soluit, illique possessioni bonorũ cedere tamdiu,quòad iure secum discernat: vt supra li. ij. art. xxiiij. & ff. vti possidetis. l. ait prætor. & ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hoc interdictũ. & C. de iudicis. l. iudices. Alia violentia fit cũ armis extra iudicium: vnde qui se, vt sic, intromittit, dato, quòd bona sua sint, alter tamẽ ea in possessione seu varenda habuerit, & si expulsus contra eum ciuiliter agat, violator ab actione cadit, & bona sua perdit: vt Instit. vi.bon. rapt. §. sed nedum. & C. vnde vi. l. si quis in tãtum. Si verò res huiusmodi illius non sit, qui eam vsurpat, agatque contra eum criminaliter, huic cedit ad vitam: vt Instit. vi. bon. rapt. §. j. Si verò agat ciuiliter, de iure nostro, ille taxabit damnum, cui violentia illata sit: vt infrà art. xlvij. & ij. q j. c. in primis. ver. Glorioſus autem. & hoc intellige, vbi deputatus verigeldus, vel emenda de iu-

f Violentia duplex.

sta-

re ſtatuta non ſit; quia aliàs ſi deſcriptus verigeldus habetur, obſeruandum ius erit: vt ff. de cuſtod. & exhibit. l. ſi quis. Sciendum etiã eſt, vnuſquiuis cui huiuſmodi caſus acciderit, optionẽ habet in querulando, ſi criminaliter vel ciuiliter agere vult: vt Inſtitut. de iniur. §. in ſumma. g Poſtquam verò actionem intentare cœpit ſecundùm vnum modum, hoc eſt, vel criminaliter, vel ciuiliter, iã ſecundùm illum modum continuare eum oportet: vt ff. de iniur. & famo. libel. l prætor edixit. & l. ſenatuſconſulto.

g Actionem inſtituens ciuiliter, nõ poteſt poſtea criminaliter agere.

Qui vero cum conſenſu veri domini accepit, is mulctam non ſoluit; quia nec per ſpolium, nec per furtum, nec dolosè ex illius poſſeſſione accepit; & ita criminaliter contra eum agere non poterit: vt ſupra lib. ij art. xxix.

Propter hoc retentor mulctã non præſtabit, &c. Hoc eſt, ſine damno manet, h ſi ad tẽpus præfixum non exſoluerit, niſi coram iudicio ſtipulatus eſſet, hoc eſt, ſi ſuper eum iſte conqueſtus fuerit: iudexque ſolutionem demandauit, ille nihilominus omiſit nec ſatisfecit, extũc iudici mulcta ſoluitur, & actori emenda: vt ſupra lib. j. art. liij. & C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. l. cum pro eo. & C. de fructibus & liti. expẽ. l. litigator. & ff. de verb. oblig. l. quotiens.

h Non ſoluẽs debitum, cùm per iudicẽ demãdatum ſibi ſit, ſoluit mulctam et emendam.

Articulus XLIIII.

IN Babilonia a incœpit imperium: ciuitas illa toti imperitabat mundo, quam Cyrus expugnauit, & in Perſiam tranſtulit, in qua vſq; ad Darium perſeuerauit, b quem tandẽ Ale-

a Vide ad hanc materiã extra. in c. venerabilem. de elect.

b De tranſmutationibus regnorum vide Iure Mun. art. vij. in glo. abundè.

Alexander vi[illegible] mperio Græciæ app[illegible]cauit, & ibi ſtetit quouſq; Romani ſibi imperium aſſumpſerunt, & Iulius imperare cœperat, ex eo adhuc Roma ſæcularem, & à beato Petro tenet gladium ſpiritualem, totiuſq; mũdi vrbs illa tenet principatum. Cùm ad prouinciam iſtam noſtri aduenerunt prædeceſſores, Turingos exinde fugauerũt: mortuo enim Alexãdro, quem, vt Aſiam imperio ſubiugauerant iuuerunt: in regione Aſiatica poſt ipſius obitũ, propter ſubiugatorum odiũ, morari non audebant, in trecentis galeis ſe rẽceperũt, quę omnes fluctibus maris tumeſcentibus, exceptis quinquaginta quatuor, interierunt, c quarũ decẽ & octo littora Pruſſiæ petierunt, & illam obtinuerunt: duodecim itẽ galeæ Rugianorum terrã occuparũt, viginti & quatuor autẽ in iſtam ſe terram receperunt, & cùm in numero eſſent pauci, ita quòd agros culturæ tradere cõmodè non poſſent, fugatis & interfectis dominis Thuringorum,

c Concordat Iure Munici. in prolo. & itẽ ar. vij. & artic. x.

reliquam gentem, vt operaretur terra, viuere permiserunt, talia imponentes eis iura, quemadmodum adhuc consistunt in conditionibus Latinorū. Et ex his q iuri derogabāt suo, dediticiorum conditioni subijciebantur.

GLOSSA.

Dictum est superiùs, quòd iure naturali vnus alterum sibi vindicare non potest; & qui id facit, damnum incurrit, nisi in subsidium habeat ius scriptum. Hic tandem declarare vult, vnde ius scriptum originem habeat. Q. d. ius originem habet ab imperio: imperium verò incœpit in Babilone & Persia, vt textus habet, &c. Leges autem illæ & constitutiones, quæ in Babilone statutæ fuerunt, perierunt omnes. *d* Leges verò quæ tandē in Græcia sancitæ sunt, in decem tabulis eburneis, Romanis ad petitionem eorum datæ, & tandem per decē viros duæ tabulæ adiunctæ; ita, quòd leges xij. tabular. ex accidenti nomen sortitæ sunt suum. Leges autem redigere in libros, primus consul Pompeius instituere voluit, sed non perseuerauit, obtrectatorum metu: deinde Cæsar id facere tentauit, sed ante interfectus est. Paulatim tandem antiquę leges vetustate atque incuria aboleuerunt; quarum etiam nullus est vsus, notitia tamē necessaria videtur. Nouæ autem leges cœperunt à Constantino Cæsare, à quo & ius Saxonibus traditum est, & reliquis successoribus, erantque permixtæ & inordinatę. Postea verò Theodosius minor Augustus, ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani codicem factum, constitutionum à Constantini temporibus, sub proprio cuiusque imperatoris titulo, disposuit: quem à suo nomine Theodosianum vocauit: vt dist. vj. c. fuerunt. & C. in proœm o.l. hæc quæ. Superuenit tandem diuus Iustinianus, Iustiniani filius: vt Institu. de donat. §. est & aliud. & Institu. quib. non est permiss. fac. testa. §. cæcus autem. qui omnes illuminauit leges, & in ordinem redegit, ea quæ necessaria fuerunt addendo, minus necessaria verò reijciendo: vt Instit in prœem. §. omnes. & §. cūque. & C. in proœm. l. j. & in autent. vt immobilia ante nupt. donat. §. j. coll. v. & in auten de hęre. & Falcid. §. j. coll. j.

d Legum origo vnde. Ad hanc materiā vide supra li. 1. in prolo. Iure Mun. art. 3. & art. vij.

Intellecto, vnde constitutiōes ortum habeant, sciendum tandē venit, quomodo leges adinuētæ sunt. *e* Vnde notandum est, quòd leges seu constitutiones adinuentæ sunt quadrifariam. Primò, ex responsis imperatorum: interrogati etenim imperatores super dubio aliquo, responsum illud pro lege habebatur. Secundò, cùm caussa per imperatores decisa fuit, decisio illa pro lege seruabatur. Tertiò, quòd imperatores sua per se & propria auctoritate tenēdum mandarunt. Quartò, quòd ex gratia alicui tribuebant, pro iure apud illos seruabatur: hoc modo leges in hunc diem adhuc cōdi possunt: vt C. de veter. iur. enucle. l. Deo auctore. §. cum enim. & C. de leg. b. & const. princip. l. j. & l. cum de nouo. & l. si imperialis.

e Leges adinuentæ sunt quadrifariā Ad hanc materiā vide supra eod. libr. art. xxvi. & Iure Munic. artic. 1.

Ex eo adhuc Roma secularem potestatem habet, &c. Vt C. de veter. iur. enucle. l. j. §. cùm itaq; & sequentibus.

Et à beato Petro gladium spiritualem, &c. Hoc est iudicium spirituale: vt c. de summa Trinit. l. j. ff. ad municip. l. Roma. & extra. de rescript. c. sicut Roma. & exinde caput totius mundi est: C. de ve-

de veter. iur. enucl. l. j. ff. ad munic. l. Roma.

Cùm noſtri aduenerunt prædeceſſores, &c. Dictum eſt vnde ius ortum habet, & quomodo adinuentum ſeu illuminatum, ac in formam redactum ſit: *f* Conſequenter tandem exponit aduentum Saxonum in prouinciã hanc, quam nunc inhabitant: parum enim vtile eſſet ſcire declarationẽ iuris, niſi etiam notitia illorum haberetur, quæ ad ius pertinent. Vnde ſciendum, quòd in chronica Romanorũ ſcriptum legimus, poſtquam Nabuchodonoſor rex Babiloniorũ bellum intulerat erga Arphaxat, dominatiq; toti mũdo cœperat, reſiſtebãt ſibi ex Cilicia, Meſopotamia, Syria, quos & profligauit, exceptis Cilicienſibus; ad vltimum tamen & Cilicienſes potentiæ eius ſe ſubdiderunt, ceteræque tandem prouinciæ ſubactæ. Poſtquam verò Holoferne, princeps militiæ eius erat occiſus à Iudith vidua, iudæorum gentis, exercitus eius diſperſus fuit. Couſurrexit tandem dominus Ciliciæ Petraculus dictus, qui valet in tantũ, ſicut lapidea turris, inimicis reſiſtebat; potentiorque factus, regem Babiloniæ debellauit, ac eius coadiutores, omneſque ſubiugauit prouincias. Et iſti, qui ab eodem Petraculo deſcenderunt, ſeu originem duxerunt, Petraculi dicebantur, regno Babiloniæ in nihilum verſo, Petraculi ibidem conſidebãt, à nemine ſubiugati. Aſciuerunt tandem ſeſe Alexandro magno, Macedonum regi, quorũ auxilio Darium Perſarum regem, & Aſiam totam ſubiugauit. In Cilicia ſiquidem, quæ vicina eſt Aſiæ, reſidebant. Alexandro verò mortuo, populus Aſiæ cum illis de ſuperiori Cilicia cõtra Petraculos conſpirauit, tripliciq; commiſſa pugna, fœliciter dimicarunt: occupataque ciuitate illorum, Merargis dicta, receptiſque bonis, quantum valebant, e uitate in cineres verſa, nauibus repletis, vaſto mari ſeſe cõmiſerunt; nauesque propter imperitiam nauigandi, à fluctibus maris obrutæ perierunt, relictis quinquaginta quatuor. ex quibus decemocto Pruſſiam venerũt, vaſtamque & incultam inuenientes terram, ibidem conſederunt: duodecem Rugiam adnauigarunt, à quibus originem habent Stormeri, Dithmeri, Holtzatij, & Aldebergi: viginti verò quatuor in in hanc prouinciam aplicuerant, qui in hunc diem Petrei dicũtur: in Græco enim petra, in Latino verò ſaxum lapis dicitur: vnde & nos ex deriuato, Saxones nuncupamus. *g* hiſtoria tamen Saxonum aliter ſentit, Saxoneſque cognomen accepiſſe aſſerit ex eo, q poſtquam nauibus aduecti, littora Turingorum attigiſſent, diuq; inter eos de agris certatũ eſſet, Turingi tandem gentem illam aduẽtitiam ſuperiorem eſſe viribus cernentes, per internuncios poſtularunt, vtroſque inermes conuenire de pace tractaturi, quod & factũ eſt, die & loco deputato. Erat illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum vſus, quibus & Angli poſthac vtebantur; his armati Saxones, ſub ſagiſq; deferẽtes ſuis procedebant. Conuenientibuſq; loco condicto, & videntes hoſtes inermes, & illos quidem principes Thuringorum tempus rati totius regionis obtinendæ, cultellis abſtractis, ſuper inermes irruerunt, & omnes fundunt, viciniſq; terrori fuere, & ex illo facinore ſecundùm aliquos nomen illis inditũ Saxonum. Cultelli enim, antiquo vocabulo Saxonico, Sachs nuncupantur; ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantã Thuringorum fudiſſent multitudinem. Vide de hoc Vitichindũ rerum Saxonicarum l. j.

f Vide Iure Munic. artic. vij. & ſequentibus.

g Vide Vitichindum rerum Saxonicarum lib. 1.

Fugatis & interfectis dominis

Thuringorum, &c. Notandum, quòd Thuringi, de quibus meminit, non sunt illi ex comitatu Thuringiæ, quia & illi sunt Saxones, sed isti fuerunt Sclaui, quos Saxones ex eo, quòd improuisè & non admodum cauti in bellum procedebant: Thuringos, id est, fatuos bellatores nuncupabant: occisis verò dominis Thuringorum operarios in prouincia sedere permiserunt: huic glossæ contradicere palam videtur historia rerum Saxonicarum, Saxònesq; ipsos littora non Sclauorum, sed Thuringorum, quæ & discreta à Sclauis gens, conterminaq; Francis fuit, primùm occupasse, per lõgaque tempora cedes inter eos continuatæ. *h* Sed & post cum Francis ipsis cruentum subsecutũ est bellum. Primum circa tẽpora Caroli magni imperatoris cũ Sclauis belum inchoatum fuit, qui circum & vltra Albim fluuiũ in longum vsq; ad littus oceani septẽtrionale sedes extendebant suas, illo tempore Velatabi, Sorabi, Abotriti, Bohemani nuncupati, linguæ quidem vnius, sed diuersorũ morum; finaliter tãdem per Ottonem magnum imperio subiugati.

h Vide Vitichindum rerũ Saxonicarum & Iure Mun. in prolog.

i Seruorum triplex iuris beneficium. Cõcordat Iure Mun. ar. 1.

k Pro intellectu tamen supradictorũ nota, quòd dedititij erant, qui sine conditiõe se reddebant Romanis, & quàmdiu viuebãt serui erant: post mortem verò in libertatem exibebantur: vt Instit. de liberti. §. libertinorũ & de succes. libert. §. fin. Quare ergo non dicebantur serui. Resp. quia successorem habebant, et omnino libertatem sperabant, vel uerius liberi erãt, sed seruire tenebãtur. vide C. de dediti. liber. tollend. l. vnica. in gloss. Latini verò dicebãtur illi, qui dum viuebãt erant liberti, morte tamen deueniebãt in seruitutẽ, nec habebant haredem. Romani enim subiugantes sibi aliquam prouinciã, trãsmittebãt homines illius prouinciæ in aliam prouinciã, & dicebantur Latini, id est Romani, & non erant simpliciter liberti, nec erant liberi: vnde sicut illa trãsmissio iam est sublata, quia aliquando bellum cum indigenis habebant, sic nõ habetur hodie hmõi Latini, sed cum variis modis introducta erat Latinorũ condicio, et difficultates exortæ, tã ex legibus, quàm senatusconsulto: quare imperator recusauit Latinã libertatem: vt C. de Latin. liber. tollend. l. vnica in gloss.

Reliquam gentem, vt operaretur, &c. Dixerat siquidem, vnde Saxones originem habeãt, hìc declarat, vnde incolæ & operarij regionis illius initium cœperunt. Vnde pro intellectu textus nota, ℣ seruis *i* triplex iuris beneficium concessum est. Quidam dimittebantur & manumittebantur in toto liberi, de quibus infrà art. lxxx. & Instit. de libert. §. j. Quidam fuerũt serui diebus vitæ suæ, postquam verò moriebantur, libertatem consequebantur ex eo; quia dominus intromittere se nõ potuit bonis huiusmodi, immò bona eorum hæreditabãt successores; & hi dedititij, hoc est, diurni laboratores dicebantur, ista tamẽ libertas per leges exposa est: vt C. de dedit. liberta. tollen. l. j. *k* Tertij fuerunt liberi dum viuebant, serui tamen efficiebantur, postquam moriebantur; bona enim eorum domini possidebant, vocabanturque Latini: vt Instit. de liberti. §. libertinorum. Latinus enim tempore quo viuebat liber fuerat: mortuo verò eo, dominus medietatem bonorum, segetum, frumentorum, & mobilium accipiebat, alia medietate apud pueros remanente; libertas tamen latina abrogata est per leges: vt C. de latin. libert tollend. l. vnica.

Contra istud quod hìc dicitur de dedititijs & Latinis, est artic. xvj. lib. j. & infrà. art. lxxx. vbi habetur: Quòd si seruus manumittitur, ille liberorum incolarũ ius habere debet. ℟. quòd non contrariatur. Qui enim absolutè & si. ne aliqua condicione manumittitur, in toto liber fit: ille verò qui sub condiciõe aliqua liber efficitur, non est in toto liber; & ita nõ contrariatur vnum alteri.

D. q. posset. Quòd textus articuli finalis, tum & ea quæ d cta sunt de dedititijs & Latinis cõtrariari videntur legibus, quæ disponunt, quòd libertas dediticiorũ & Latinorum est abrogata tempore Iustiniani imperatoris: Instit. de liber. §. sed &. & C. de Latin. liber. tollen. l. j. §. cum igitur. ℟. quòd non est contra leges allegatas. *l* Saxones etenim exempti sunt à communi iure imperiali, & quidquid imperator statuit, seruare & tenere non obligantur, nisi illud singulariter exprimatur in constitutione. *m* Quidquid enim aliquis contra prius priuilegium obtinet, nocere non potest priori, nisi specialiter nominetur & exprimatur illud priùs: vt supra lib. j. art. iij. in fin. glos. C. de codicillis. l. j. ff. de legat. j. l. si quis. xxv. q. ij. c. j. & c. postea. vers. si ergo.

l Saxones exempti sunt à iure imperiali, correctóque iure cõmuni, non corrigitur ius Saxo. in eodem casu.

m Vide supra lib. i. art. ij.

ergo. & extra. de appellat. c. oblatæ. in fine. & extra. de rescript. c. ceterum. & c. ex parte. & c. ex tenore. & extra. de constit. licet Roma. libr. v. & hoc intellige de his, quæ in priuilegio expressum habent. n In casibus verò, de quibus in priuilegio non habetur, recurrendum est, & tenere eos oportet, ius commune spirituale & imperiale; hoc est, leges & Canones: vt extra. de const. c. j. & C. de legi. & cõsti. l. leges. & C. de iur. & fact. ignoran. l. cõstitutiones.

n Saxones in casibus quos expressos in p̃uilegio nõ habent, recurs̃ habere debent ad leges & canones. concordat supra lib. ij. ar. xxxvi. gloss.

Et ex his qui suo iuri derogabat, &c. o Vnde nota differentiã inter dedititios & Latinos. Latini enim dicebantur, qui in bonis censualibus residebant, nec à bonis alienari potuerant, verùm bona ad censum eis concedi possunt. Deditiij verò dicebantur, qui bona propter demerita perdiderant, & eis accipiebantur, ac sine intermissione pro sustentando victu laborare cogebãtur, dominisque suis semper seruire.

o Differentia latinorum & dedititiorũ

Instare quis posset, istud abrogatum esse legibus: vt C. de deditit. libert. tollend. l. j. ℞. tamen, ꝙ ista abrogatio Saxonibus obesse minimè potest: ex eo; quia admittitur in eorum priuilegio: patet ex supra allegatis. Vel dic, ꝙ abrogatũ quidem est, quòd nullus sub cõditione liber dimitti debeat, sed qui manumittitur in toto liber erit: qui verò seruus meus est, illum obligare possum ad laborẽ meum, prout mihi placet.

Articulus XLV.

NVnc intelligite, qui verigeldus cuilibet hominum iuxta vniuscuiusque condicionem debeatur. Illustres, spectabiles & banniti, in emenda ac verigeldo coæquãtur. a Illustres tamẽ seu principes, ac spectabiles & liberi domini, per solutionem auri præ ceteris honorantur: illis etenim duodecim nummi aurei loco emendæ debent præsentari; quorum quilibet tres nummos tenet ponderosos; & pondus nummi aurei, pro decem argenteis computatur: b & sic duodecim aurei nummi valorem triginta solidorum obtinebunt. Bannitis, seu loco scabinali idoneis, triginta solidi ponderosorum denariorum, pro emenda præstãtur; c horum viginti solidi marcã solent ponderare: decem & octo talenta denariorum põderosorum eorum cõtinet verigeldus. Quælibet mulier maritata, dimidiam sui mariti partem emendę & verigeldi obtinebit. Virgo innupta dimidiam habet emendam, secundùm ortus sui generationem, desponsata verò itidem medietatem sponsi sui. d Maritus est etiam tutor vxoris post desponsationem. Vxor cùm lectum mariti ascenderit, per

a Concordat Jure Municip. artic. l.

b Quantum marca auri valeat. vide Jure Municip. artic. xiij. & artic. xv.

c Adhanc materiam vide supra libr. i. xxxiij. Jur. Mun. artic. xvij.

d Concordat supra libr. i. artic. lxij.

per illam copulationem eidem in generatione coæquatur : mortuo viro, mulier ab eius iure liberatur. Paganis verò seu cē sualibus, qui iudiciū sculteti querere solent, [e] qndecim solidi pro emenda, & decem talenta loco verigeldi numerātur. Ex his etiam à præfecto & scabinis, si necesse fuerit prę̄co eligitur, sed non nisi qui tres mās̄os habeat p̄prietatis. Alijs etiam liberis hominibus incolis, qui nullam habent proprietatem, sed veluti aduenæ & peregrini adueniūt & recedunt, vt paganis verigeldus & emenda tribuatur, hoc est, quindecim solidi emenda. Verigeldus, decem talēta. Viginti solidi & sex nummi cū quadrante, est emenda Latinorum. (Alij textus habent, agricolarum) & nouem libræ seu talenta eorum est verigeldus. Duæ laneæ chirothecæ cū furcula seu tridente, quo fimus tollitur, emenda est dedititiorum. [f] Duodecim verò virgarū cumulus tritici, [g] ita vt virga vna passum distet ab alia, & quelibet virgarum duodecē clauos habere debet, clauus verò in ascendendo vnus ab alio in spacio vsq; ad humeros distet, vt cumulus sursum poterit subleuari. In quolibet clauo duodecē bursæ pendere debent, & duodecem solidos quælibet burſa contineat, hic est eorum verigeldus. Ordinatorum seu clericorum filijs, & alijs illegitimè p̄creatis soluitur in emenda currus fæni, quem duo boues annales seu vnius anni trahere possunt. Histriōibus, ioculatoribus, & his qui in seruitutē se dederunt, emenda datur vmbra viri. Pugilibus, eorumq̄ue filijs emenda, splendor videlicet contra solē, clypei duellaris præstetur. Duæ virgæ & vna forpex emenda illorū est, qui furando aut spoliando iuri derogarunt suo. Illegitimorū emendæ parum afferunt vtilitatis, ideo tamen positæ sunt, vt eis acquisitis iudici p̄ hoc mulcta p̄stetur. Sine verigeldo illegitimi reperiuntur, attamē si quem illorum quis spoliat, interficit, aut vulnerat, vel illegitimam violat, pacemq̄;

eis

e Vide oppositū Iure Municip. art. 1.

f Alij textus habēt: hortulanorū seu illorum qui diurni laboratores sunt.

g Textus vetustiores ita legunt: acervus tritici duodecim habēs status, quarum quælibet p̄ vnum passum ab alia distet, & quælibet statua claues cōtinent duodecim à se inuicem distantes, in altitudine vnius hominis statura vsq̄ue ad humeros.

in eis fregerit, secundùm iura pacis violatoris iudicetur.

GLOSSA.

Quorum quilibet tres nummos, &c. *h* Nota, quòd obligatio legalis intelligitur de moneta currente tempore solutiõis; sed obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tempore obligationis: de hoc in Specu. titu. de obligat. & solut. §. nunc aliqua. vers. finali. Et hoc est notatu dignum, propter condemnationes, quæ fiunt ex formis statutorum: vt hîc habes. & vide supra eod lib. art. xl. & supra lib. j. circa articulum liiij.

h De obligatione legali & conuentionali vide

Maritus est etiam tutor suæ vxoris, &c. Vnde dicit lex imperialis: Cùm te non ex senatore patre procreatam, sed ob matrimonium cum senatore contractum, clarissimæ fœminę nomen adeptã dicas: claritas, quæ beneficio mariti tibi parata est, si secundi ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statũ, deposita es: vt C. de nupt. l. cum te. *i* Et mulier debet subesse viro, & quasi famula esse viri; nam vir est caput mulieris, & non è conuerso: vt xxxiij. q. v. cum caput.

i Mulier subesse debet viro.

Ordinatorũ filijs & illegitimè, &c. Et hoc est statutum, vt restringatur luxuria & peccãdi materia. & ideo etiam tales iure hæreditario nõ succedunt, ne homines inuitẽtur ad impudicitiam & incõtinentiam. Vnde & presbyterorũ filij etiam non promouentur, vt restringatur presbyterorum luxuria; & quamuis milites Dei presbyteri dicuntur, eorum tamẽ filij viles sunt personæ: vt de seruis non ordi. c. ij. quòdque non succedunt patribus iure hereditario. ratio est, quia præsumitur, quòd paternæ incontinentiæ sint imitatores: vide Doct. de fili. presby. in rubric. & per totum.

GLOSSA.

Auctor priuilegij, qui ex Latino in Germanicum illud traduxit, *k* superius lib. ij. art. xiij. sufficienter docuit, quam pœnam & emẽdam sustinere cogitur, qui conuictus in criminalibus fuerit querelis; hîc tandem declarat, quid ille emendare debeat, cùm ciuiliter accusatus superatur, cùm dicit: Nunc intelligite.

k Vide supra in prolo. lib. 1. libr. ij. artic. xxxvi. lib. ij. artic. xxxix. & item Iure Munic. arti. x. gloss.

Vnde nota, quòd verbum istud intelligite in principio positum, denotat aliquid speciale; & non nisi sex articuli sunt in toto hoc priuilegio, qui ab hac dictiõe, Intelligite, percipite, vel considerate inchoãtur; in illisq; aliquid speciale ac vtile includitur. Primò est articulus xx. lib. j. vbi habetur aliquid speciale, quid militaribus ex gratia & fauore vltra alios collatum sit. Secundò, est articulus xxxiij. libr. j. vbi declaratur ius speciale super posthumis, quodq; compati debetur impręgnatæ mulieri post mortem viri. Tertiò, habetur articulus tredecimus secundi libri, vbi ponitur differentia misericordiæ & iustitiæ. Quartò, habetur articulus lxvj. secundi libri, vbi agitur de pace & iure nouo Saxonibus dato, cùm ad fidẽ conuersi sunt Christianã. Quintò est infrà articul. lj. vbi agitur de verigeldo animaliũ volatilium, si damnum in eis committatur. Sextò, est articulus præsens, vbi habetur verigeldus cuiuslibet hominis. Ex quo intelligere vnusquisque potest, quanta gratia & prærogatiua diui olim imperatores Saxones ipsos condonauerunt, in negocijs quæ iniurias seu contumelias attinet. Iure enim Cæsareo imperatores facultatem habent vnũquemuis sententiare, condemnare, emendam decernere, secundũ

libitum eorum, secundumque genealogiam & excellentiam personarum, contra quas excessum est. Vnde & principes cõdemnare vnum possunt ad quinquaginta libras auri; iudices prouinciæ, ad sex libras; iudices verò inferiores, ad tres libras: vt C. de modo mulctar. quæ à iudic. infligun. l. illustres. & l. eos. Præterea, si committitur iniuria alicui, & iudex eãdem non moderatus fuerit, extũc is qui patrauit emendare tenetur, secundùm æstimatiõem illius, qui passus est iniuriam: vt Institu. de iniur. §. pœna autem. & ff. eod. tit. l. prætor edixit. ista verò omnia sunt à Saxonibus remota, in eoque illis gratiosè prouisum, statutusque modus, quomodo emẽdare eos oporteat, si aliquid excesserint, tunc & verigeldus vniuscuiusque animalis expressus.

Vnde pro intellectu horum, put etiam supra lib. ij. art. xxxviij. in gloss. quodammodo habitum est. *l* nota, quòd maleficium seu excessus fit quadrupliciter. Primò, fit animo deliberato, vt est homicidium, præda, furtum, oppressio mulierum, scortatoria; & exinde oritur actio criminalis, & pœna illorum est mors: vt supra lib. ij. art. xiij. C. ad leg. Iuli. de sicarijs. l. si quis. & l. is qui. & ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos. & ff. ad leg. Iuli. de vi public. l. qui cetu. & C. de rapt. virgin. l. j. & C. ad leg. Iuli. de adult. & stupr. l. de crimi. Secundo fit, ex negligentia, non animo deliberato, nec cum dolo; sicut si phreneticus vel puer occiderit, vel si in auem sagittando hominẽ interfecerit, pœna illorũ est occisi verigeldus: vt supra libr. ij. articu. xxxviij. & lxv. & Instit. ad leg. Aquil. §. item si putator. & ff. eod. tit. l. itẽ. si obstetrix. in fine. Tertiò fit excessus, in ciuilibus actionibus; sicut si quis alium, etiã deliberatus, verbis afficiat malis, mẽdacium ei obijciendo, vel leniter percutiendo, vel alicuius rei se intromittat, vel debitum iudicatum non soluat, *m* & hoc dupliciter, vel in præsentia eius lucratum sit, & sic actor propior est eũ cõuincere: si verò in eius absentia, reus euadet cituùs: feud. c. lj. vel testes non producat, vel varendare non posset aliquẽ, istorum pœna est emenda statuta: vt libr. ij. arti. lxij. & libr. lij. artic. xxxvij. Quartò, fiunt excessus, sine dolo malo; vt cùm quis ioco verbis afficiat aliquem, mendacem eum vocando, hìc nulla emẽda sequitur, si ille iurabit & ioco id fecit: vt C. de iniur. l. si non conuicij. & ff. de iniur. l. illud relatum.

l Maleficiũ seu excessus cõtingit quadrifariam. concordat supra lib. ij. articu. xxxviij.

m Debitum quomodo lucretur contra debitorem.

Illustres, liberi domini, & banniti, æquati sunt in verigeldo, &c. Istud videtur esse contra priùs dicta, vbi dicebatur, quòd emendã vnusquisque habet secũdùm sui generationem: vt supra libr. ij. arti. xvj. Exquò itaq; isti tres non sunt similes generatiõe, quare & emenda eorum similis esse nõ deberet. *n* ℟. quicumque æquè liber est, sicut alter ei in generatione similis sit, quia generationem non aliud distinguit, nisi libertas & seruitus; exquo ergo banniti æquè liberi sunt, sicut liberi domini seu spectabiles, & spectabiles æquè liberi sunt principes. quare emẽda eorum est similis.

n Vide supra lib. 1. art. xvj. & li. Iure Munici. art. ij.

Insuper obijcitur, eos similes generatione non esse, ex articulo ij. vbi dicitur eos habere distinctos gradus. ℟. quòd loquitur ibi de militari dignitate; hìc verò de naturali generatione, quæ in his omnibus eandem obtinet libertatem: vt Instit. de iur. perso. §. serui. Vnde & si quidem etiam secus dicatur lib. feud. in princip. ℟. tamen, quòd ibi loquitur secundùm ius feudale, hìc verò secundùm ius prouinciale. Præterea, cõtradicere etiam videtur huic l. quisquis. C. ad leg. Iuli. ma-

iest,

ieſt. ℟. tamen, quòd ibi loquitur de his qui fraudulenter agunt cõtra principes, hîc verò de illis, qui cõtumelia aliqua illos affecerint Inſuper in cõtrarium etiam videtur eſſe. Inſtit. de iniur. §. atrox iniuria. & C. eod. tit. l. atrocem. & ff. eod. titu. l. prætor edixit. §. poſſe hodie. leges iſtæ allegatæ innuere volunt quòd maior eſt exceſſus. ſi quis ſpectabilem perſonam iniuria affecerit, quàm qui inferiorem. ℟. tamen, quòd nõ cõtrariatur propoſito noſtro. Loquitur enim ibi de his qui officio præſunt, & qui maiori auctoritate fruuntur: hîc verò loquitur de his qui æquales generatione sũt.

Illuſtres tamen præ ceteris honorantur auro, &c. Exquoquidẽ principes ratiõe officij nobiliores ſunt, quã ceteri homines liberi, & non ratione generationis; quare illis aurum tribuitur pro emenda, quod nobiliùs eſt argento: & hoc per id intelligi datur, quòd de iure poſitiuo excellentiores ſunt ratione officij. Quòd autem aurum illud nõ maioris valoris eſt, quàm triginta ſolidi nummorum, qui alijs hominibus pro emenda dantur: denotatur, quòd ipſi iure naturali nõ maioris excellentię sũt, quàm ceteri homines: vt Inſtitu. de iur. perſo. §. j. ff. de iur. perſo. l. quod attinet. ff. de cõdic. indebit. l. naturaliter. in autentic. de monachis. coll. j.

o Aureus nũmus iure Cæſareo pro ſolido computatur: vide ſupra lib. ij. art. i. gloſſ.

Duodecim nummi aurei, &c. o Sciendum, quòd in toto iure Cæſareo, aureus nummus computatur pro ſolido, hoc eſt, ℔ duodecim argenteis; & octuaginta huiuſmodi nummorum, conſtituunt libram auri: ℔ vt Inſtit. de libert. §. libertinorum. in gloſſ. & Inſtit. de pœn. temer. liti. §. finali. & ff. de in ius vocando. l. libertus. & l. ſi ſine. Prout verò habetur C. de ſuſceptori. præpo. & arca. l. quotienſcumq;. libram conſtituunt. lxxij. ſolidi. q

p Libra auri quantũ valeat. Concordat ſupra lib. ij. art. i. gloſſ.

q Libra ſpatiũ contineat. vide ad hanc materiam ſupra lib. ij. artic. vij.

Quælibet mulier, &c. r Honor enim viri mulierem nobilitat, efficiturque eius ſocia, cùm lectum eius aſcenderit: vt in auten. de cõſul. §. ſi autem. coll. iiij. C. de nupti. l. cũ te. ff. ad munic. & de incol. l. filij. §. j. & ff. de ſenat. l. fœmina. & C. de dignit. l. mulieres.

r Honor viri mulierem nobilitat.

Maritus eſt tutor vxoris, &c. Hoc ideo ponitur, vt ſciatur qs agere debeat ℔ contumelia vxori facta; ſ & intelligi datur, ℔ vir agere debet ſuper iniuria mulieris, & ei reſpondere oportet, no autẽ pro cõtumelia viri mulieri reſpondetur. vt Inſtit. de iniur. §. patitur. & ff. de iniur. l. quod ſi viro.

ſ Pro iniuria mulieris vir agere debet, & non è contra.

Paganis ſeu cenſualibũs, &c. Ex his præco eligitur. Quod autem ius præconis ſit, ſuo loco declarabitur. Cenſuales verò dicũtur villici, quibus bona committuntur in adminiſtrationem, alienariq́ue poſſunt cùm libuerit.

Alijs verò liberis hominibus, de quibus itidem in textu mentio fit, & hi ſunt aduentitij in bonis, ita quòd aliquando aduenium & ècontra recedunt, & iſtud intelige, vt textus habet.

Viginti ſolidi & ſex nummi cũ quadrante, &c. eſt emenda Latinorum. Quadrans in textu deſignat, quòd nolunt liberi eſſe.

Duæ laneæ chirotecę dãtur deditit ijs propter id, ℔ ipſi quotidie dominis ſuis laborare coguntur.

Quærere hîc vnus poſſet. Quãdoquidem deditit ius vilior eſt in ſuo officio quàm Latinus, vnde id eueniat, quòd magis datur ſibi pro verigeldo, quam Latino vel pagano. Quòd autem deditit ius vilior ſit quàm Latinus, patet ex ſupradictis. Eſſet etiam cõtra prius dicta, vbi habetur, quòd ſecũdùm vniuſcuiuſq́ue generatiõem emendare oportet: vt lib. ij. art. xvj. ℟. non eſſe contrarium: non enim illic habetur, quòd verigeldus ſolui deberet ſecundùm vniuſcuiuſq́ue generationem, ſed ℔ emen-

emẽda soluitur, secundùm quòd vnus suam obtinet generationẽ: per emendam enim satisfit illi cõtra quẽ excessum est. Verigeldus verò soluitur illi, cuius erat deditius: exquo itaque ad dominum pertinebat suum, & vtilior fuit sibi quàm aliquis alter seruus, propter continuum eius laborẽ: quare soluitur verigeldus non eo respectu, quòd vilis sit, sed ratione damni, ꝙ dominus accepit per decessum eius: vt Instit. ad legem Aquil. §. illud. & ff. ad leg. Aquil. l. proinde. & l. si seruum. C. lege Aquilia. l. contra.

Sacerdotum pueri & spurij, &c. Posset vnus dicere, auctorem superfluum in eo esse, quòd dicit: sacerdotum filij, & illegitimè ꝓcreati; vno etenim vocabulo id absoluere potuisset, vtpotè dicendo, illegitimè nati. *r* Peccatum autem est fieri per plura, quod potest fieri per pauciora, philosopho teste. & quòd nõ superfluum est, quod textus habet: per id enim differentiam notificare vult illegitimorum; quia dato, quòd filij sacerdotum illegitimi sunt, laicorum verò naturales filij, non adeò illegitimi nuncupãtur. *s* Pueri enim sacerdotum nullo modo legitimari possunt. Intellige tamen de pueris sacerdotum, qui extra matrimonium procreati sũt. Laicus enim superducens virginem, suscepta ex ea prole, mortuaque, si presbyteratur, pueri illi legitimi erunt. Pueri verò qui ex laico patre & matre extra matrimonium nascũtur, legitimi esse possunt per subsequens parentum matrimonium: vt Instit. de hære. quæ ab intest. defer. §. sin autem. Puer enim illegitimus legitimari potest, si ex muliere genitus sit, quæ post modum vxor sua esse potest: vt Instit. eod tit. & C. de natu. liber. & matri. eo. l. cum quis. & l. nuper. in fin. & in auten. de trien. & semis. & succeff. filio. §. fin. coll. iij.

r Peccatum est fieri ꝓ plura, quòd fieri potest per pauciora.

s Sacerdotũ pueri, nullo modo legitimari possunt.

iij. Istud tamen fieri non potest in filijs sacerdotum, nec legitimari possunt: culpa autem istius est, quia in consecratione Deo ipsi ecclesiæque Christianę despõsantur. Si ergo cum aliqua mulierũ cõcubuerit, ipsa est suæ veræ spõsæ; hoc est ecclesiæ catholicæ filia: vt vij. q. j. c. nihil. & ita legitimi fore non possunt: vt in auten. de incestis & nefar. nupt. §. j. collat. ij. & C. de incestis, & invtil. nupt. l. qui contra. & in auten. quib. mod. natur. effici. sui. §. vlt. coll. vij.

Duo annales boues, &c. Per id denotatur, quòd quemadmodum boues illi annales æqualiter non possunt trahere currũ, quamuis similes sunt alijs bobus in forma ad trahendum, pro vtilitate tamen nihil efficere possunt: sic & spurij, quibus datur emẽda huiusmodi, similes sunt ceteris hominibus, tamẽ ad honorem & vtilitatem aliorum de iure venire non possunt: vt ff. de regu. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem.

Histrionibus, & his q se in seruitutem, &c. Vmbra enim hominis hominẽ repræsentat, sic isti habent quidem similitudinẽ hominis, nõ tamen sunt eis similes in iure, sed pro mortuis reputãtur: sunt enim mortui iure: vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. & l. seruitutem.

Pugilibus & eorum filijs datur splendor clypei. &c. hoc fit ex eo; quia illi vna cum pueris suis victum habent ex huiusmodi vili officio, exponuntq; sese & pueros suos ad opus illud infame.

x Ex textu articuli et glo sis habetur ꝙ emẽdatur secundùm generationem sed nõ verigeldus, vt patet de de textis quorum emenda vilis est: verigeldus verò excedit alios.

Illegitimorum emendæ, &c. *x* Ponuntur tamen & numerantur ideo, vt iudici qui loco Dei residet mulcta soluatur; quia in huiusmodi personis plus excediturcontra Deum, quàm in personam ipsorum.

Articulus XLVI.

Inme-

IN meretrice autem & in alicuius concubina committitur violentia,& si eam quis preter eius voluntatem violat, in vita sua condemnetur. Pro vno vulnere nonnisi vnus impetitur, licet rei operis & auxilij possint plures accusari.

GLOSSA.

IN meretrice autem, &c. Intellige cùm desinit meretricari, quod etiã innuit textus, cùm dicit: Præter eius voluntatem. Est enim aliud in meretrice, cuius publicè venalis est turpitudo: xxxij. q. iij. meretrices. *a* Et nulla necessitas, hoc est paupertas ipsas meretrices excusat: vt ff. de ritu nup. l. palam. §. non est. & xxxij. q. v. ita Quas etiam vilitas vitæ fecit indignas legum obseruatione: vt C. ad le. Iuli. de adult. l. quæ adulterium. in fine. *b* Etiam scias, quod senatoris filia non potest agere actione iniuriarum, si in veste meretricali fuerit deprehensa: nam tunc perdit priuilegium: vt ff. de ritu nupt. l. senatoris filia. sicut & nõ iniuriatur matrimonio, qui ipsum ignorauit: C. de adul. l. si ea. Nec militiæ, qui militẽ ignorat: ff. loca. l. si ignoras. vide in c. in audientia. de sent. excommun.

a Meretrices nulla excusat caussa.

b Filia etiam senatoris in veste meretricali deprehensa, perdit priuilegium conditionis suæ.

GLOSSA.

Exquoquidem mulier soluta, & meretricaria, à peccato desistere potest, quare ille qui præter eius voluntatem perpetrat libitum in ea suum, collum demeretur. *c* Exemplum est de sancta Afra, quæ antehac publica mulier fuit, conuersaq; à peccatis, cùm vnus præter eius voluntatem opprimere eam voluit, ipsa renuente, eandem interfecit; & hoc fuit suum martyrium; quia quemadmodum vnus honestam fœminam præter eius voluntatem in lapsum inducere non debet, sic & in huiusmodi mulieribus prauam libidinem patrari non licet: vt C. de raptu virgin. vel viduar. l. j. ff. de seruo. corrupt. l. j.

c Beata Afra martyriũ.

Pro vno vulnere, &c. *d* Sciendum etenim est, quòd pro vulnere vno, nisi vnus criminaliter accusatur; possunt tamen plures accusari consilij, auxilij; hæc verò accusatio fit simplex: si tamen recognouerint, æquæ culpabiles fiunt: vt ff. ad leg. Iul. de vi. publi. per totum. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. j. & ff. ad leg. Iuli. de vi priua. l. hac lege. & l. nec interest.

d Pro vno vulnere, nõ nisi vnus criminaliter accusari potest.

Articul. XLVII.

QVicũq; alteri quidquam iniurioſe, violenter, vel præter eius voluntatem, siue sit multum siue parum, abstulerit, cœperit, *a* reddere cõpellitur cum emenda. *b* Sed si auferens ablatã rem habere non posse iurauerit, soluere eandem debebit, secundùm æstimationem actoris, aut valorẽ minuere sacramento. *c* Venatile cum venatili in valore simili, dummodo hoc iuretur, persoluatur.

a Iuxta articulum istũ xlvii. lex si qs in tantam. C. vnde vi. locũ nõ habet de iure Saxonum, quia hic p excessu emendatur, & ita vt cõmuniter obseruatur. Textus enim indistincte loquitur, quamuis gloss. supra eo. lib. arti. xliij. nitatur distinguere passum istum, & potius tenet contrarium. Ad hanc materiã vide etiã supra lib. ij. ar. xxv. & infrà eod. libr. arti. lxxxiij.

b Vide infr. eod. lib. ar. li.

c Concordat Iure Munic. art. Cxx. Textus vetustiores vltra id quòd

GLOSSA.

seqtur habet: Aues cantantes, aut vngulas stringentes, canes leporarij, aut sagaces, aut molossi. per sibi similia soluuntur, dummodo iuretur hoc aque valere: idem est in pastoricijs & alijs canibus, & non persoluuntur tritico, vt vulgo dicitur. vide infrà artic. xlix.

Pro intellectu textus sciendum, quod articulus præsens, pro quadam noua constitutione & lege in antiquis exemplaribus habetur. Articuli enim præcedentes, qui sub distinctione positi sunt, in priuilegio sub vno comprehenduntur articulo; ex eo, quia emẽda seu pœna, de quibus antehac dictum fuit, exsoluitur, cùm vnus cõtra alium deliquit: hîc verò præsens articulus determinat de emendis seu pœnis, cùm aliquis deliquit in rebus alicuius. Vnde dicit: Quicumque alteri quidquã iniuriosè abstulerit. hoc idem habetur supra artic. xliij. & Instit. vi bon. rapt. §. sed ne dum. & C. eod. tit. l. si res.

Siue multum siue parum sit, &c. In isto includit etiam articulũ xliij. Videtur tamen id esse cõtra æquitatem, quòd vnus mulctam seu emẽdam pro paruo æquè expetere deberet excessu, sicut pro magno. iura etenim nonnulla dicunt, quòd pœna concomitatur mulctam seu emendam: quòd si actor extendere emendam vltra modum vellet, iudex illud moderari secundum possibilitatẽ tenetur: vt Instit. de actio. §. curare. & in auten. de mand. princ. §. quod si. coll. iij. & C. de pœnis. l. si quis. & in auten. vt nulli iudi. licc. habe. loc. conf. §. quia verò. coll. jx. ℟. id quod dicitur: Siue multum siue parũ alter alteri reciat, emendare oportet: emenda tamen illa, non æquè magna est. Vnde textus habet, quòd restituere cogitur cum emẽda; hoc est, secundùm quod res illa magna sit quæ ablata est: secundùm hoc etiam restituitur cum emẽda; nec habetur in textu, quòd emenda æquè similis, vel æquè magna esse deberet.

Siue multum siue parum, &c. Posset aliquis quærere. Quantum parua res esse debeat, quòd pro illa queruari vnus non possit. ℟. sub distinctione, *d* quòd querela est duplex. *e* Vnde si querulatur q̃ sit deceptus vel delusus, quærulari non potest, nisi damnũ extendat se ad duos solidos: vt ff. de dolo malo. l. si oleum. in fin. *f* Sed si agatur contra furem, auditur etiam pro vno denario: vt Instit. de re. diuis. §. gallinarum. & ff. de damn. infect. l. si proprietarius. in fin. Quod autem pro furto occasione minoris damni agitur, quàm quod committitur ex collusione, ratio est; quia furtum communiùs est quàm collusio; & illud quod communiùs est, magis animaduertitur: vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. finali. Non tamen *p* huiusmodi parua re suspenditur: vt supra lib ij. art xiij. & in auten. vt nulli iudic. lic. habe. §. pro furto. coll. jx.

d Querela duplex. vide supra libr ij. artic. xxxix. gloss.

e Quanti valoris res esse debeat, quòd pro ea querela instituj possit.

f Occasione furti actio instituj etiam p vno denario poterit.

Iurabit, quòd illud reddere nõ possit, &c. Intellige; dato, quod res magna sit, quæ ablata fuit: vt Instit. de iniur. §. in summa. & ff. de iniur. l. lex Cornel. §. hac lege. & l. senatusconsul.

Soluere debet secundùm æstimationem, &c. Et hoc est contra articulum proximè sequentem, vbi habetur, quòd solui debet secundùm statutum vergeldum; illud enim quod iure taxatũ est, non oportet postmodum minorari vel adaugeri. *g* ℟. sub distinctione, quòd quidquid huiusmodi rerum iure taxatum habetur, illud non oportet iure Saxonico minorari vel adaugere. Illarũ verò rerum, quarum taxa non continetur, actor æstimabit seu taxabit: respondens verò iuramento minuere poterit. Secũdùm leges verò & canones damnum taxatur quodlibet, per illum cui illatum est: iudexque minuit & moderatur, & illam moderationẽ iudicis actor iuramento confirmabit; quod videlicet damnum nõ minoris precij fuit, nisi secundùm quòd iudex taxauit: vt C. de iudic. l.

g Æstimatio rei secundùm ius Saxonum fit. vt hîc vide infrà artic. li.

dic. l properandum. §. sin autem. & in autent. de iudic. & vt nullatenus cum iureiuran. §. ij. coll. vj.

Posset querere aliquis, an ius Cæsareum & canonicum discrepat à iure nostro in eo casu? R. q̃ non discrepat; seipsã etenim glossa soluit: cùm subinfert: In his verò vbi rerum taxa habetur, æstimatione iudicis non indiget: vt supra dictum est: & ff. de custod. & exhiben. reo. l. si quis. & C. de fideiuss. & mandat. l. ii Barsatorã.

h Concordat Jure Munici. art. cxx.

Aues cantantes, &c. *h* In paragrapho isto includit infrà articulũ lj. qui disponit de animaliũ & volatilium verigeldo; vnde ad paragraphum istum pertinent: canes omnes venatici quocumque nomine vocentur: accipitres, falcones, & omnes aues ad venandum aptæ. Item alia animalia & volucres, quæ magis ad voluptatem, quàm vtilitatem seruantur: vt fasones, psitaci, & ceteræ aues cantantes, mardures, asperioli, & alia quæ ad iucunditatem duntaxat asseruãtur, suo simili persolui debent.

Articulus XLVIII.

QVI pecus alterius voluntariè aut sine volutate occiderit, quod manducari potest, constituto verigeldo persoluat. Qui verò id mutilet, cum suo dimidio liberatur verigeldo sine emenda, si iurauerit non sponte neè se fecisse, & ipse illud retinet cuius erat. Qui autem voluntariè sponte & absque necessitate occiderit, aut in pedem mutilet animal ad manducãdum minimè aptum, plenũ persoluere tenetur verigeldum, cum emenda. Si verò in occulto mutiletur, mutilans eius præstet medietatem. Occidatur autem aut mutiletur animal non ex hominis consensu, sed tamen ex eius culpa, & si hoc iuratur, sine emenda, vt supra dictum est, persoluetur. *a* Mutilẽtur autem aut occidatur canis, cùm hominem aut suum pecus in campis vel in villa mordere voluerit, nulla emẽda sequetur, si alio eum modo compescere nõ potuisse, vt iuris est, faciens iuramẽto comprobabit.

a Concordat supp̃ libr. ij. ar. lxij. Jure Munic. art. cxxxij. gloss.

GLOSSA.

Qui pecus alterius, &c. Ignoscẽdum enim est ei qui non sponte facit: ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. si libertus. & ff. de bon. poss. con. ta. l. si in adoptionem. & C. de administra. tutor. l. cum quædam.

GLOSSA.

Sciendum, quod ad articulũ presentem pertinet infrà articulus lj. qui tractat de verigeldo diuersorum animalium.

Cum voluntate aut sine volũtate, &c. Qui enim pecus occidit aut mutilat, siue id faciat voluntariè siue non, nihilominus domino illius animalis nocet, & damnum

num eidem infert, & ita emendare eum oportet: vt Instit. de leg. Aquil. §. j. C. eod. titu. l. de pecoribus.

b Furto auferens pecus, vitam demeretur. Occidens illud verigeldo absoluitur, rationem vide hic.

b Sciendum etiam, furto auferens pecus, vitam demeretur, hoc tamen non sequitur, si illud interficit vel mutilat; & hoc ex eo fit, quia furtum illud non patratur, in pecus quod furatur, sed in hominem cuius animal illud fuit; qui ergo contra hominem excedit, ille etiam secundùm humanitatē seu in corpore pati debet, hoc est in vita sua: vt supra lib. ij. artic. xiij. & ff. de pœnis. l. capitaliu̇m. Ille verò qui interficit vel mutilat pecus, deliquit in animali. Sed quia homo præest omnibus animalibus; Deus enim omnipotēs omnia subiecit sub potestatem eius, oues & boues, &c. quare non demeretur vitam suā, si illud occidit: vt supra libr. ij. artic. lxj. & j. dist. c. ius naturale. & Instit. de re. diuis. §. feræ. & ff. de acquirend. re. domin. l. quod enim.

Articulus XLIX.

CAnis, qui campum visitauerit, alligetur, ne ab eo damnum alicui inferatur, quòd si intulerit, ab eo quem insequitur, vel si hic soluendo nō est, à domino resarciatur.

GLOSSA.

a Canis haberi non debet, vbi vulgo iter est.

Canis, qui campum, &c. *a* Vnde etiam secundùm leges nō debet canis haberi, vbi vulgo iter est: & si aduersus hoc factum fuerit, & nocitum libero homini esse dicatur, extunc quod bonum & æquū iudici videtur, tanti dominus minus condemnetur. Ceterarum autem rerum, quāti damnum datum sit, dupli: vt Instit. si quadru. pauper. feciss. dicat. §. ceterum. & supra lib. ij. art. xj. & lxij.

GLOSSA.

Articulus iste declaratus, quodā modo est supra libr. ij. arti. xl. & lxij. hic tamen expressiùs hoc idē habetur. *b* Vnde circa id nota, q̄ quorundam opinio fuit, qui dicebant, quòd qui canem occiderit, eundem tritico opplere tenetur, ita quòd per caudam supra eleuatus canis, per totum tritico obstrueretur. Secundùm autē rei veritatem, canem occidens, etiam manet sine damno, si aliter cōtra eum sese defendere non potuit: vt supra articulo præcedenti: si verò non in defensa eum occiderit, iuxta statutum verigeldū persoluetur, vel secundùm valorem & æstimationem, si verigeldus statutus non sit: vt supra lib. ij. art. xl. & lxij. & libr. iij. artic. xlviij. & infrà art. lj.

b Opinio quorundam de cane occiso.

Articulus L.

VBI Theutonicus, p̄pter iniuriam vitā, sanitatem, aut manum amittit, siue inde se redimat siue nō, desuper mulctam aut emendam non præstabit.

GLOSSA.

VBI Theutonicus propter iniuriam, vitam, &c. Et est ratio, quia ad mortem condemnatus, efficitur seruus pœnæ, & per seruum pœnæ non acquiritur fisco: vt ff. de his quæ pro non scriptis. l. si in

metal-

metallum. secundùm Bald. satis enim est semel luisse supplicium: vt in l. omnes. C. de pœn. Nec debet quis duplici pœna conteri: vt de iudic. c. at si clerici. §. de adulterijs. cum concordan. ibi. in gloss. penult. An autem occisum p̄ delicto Deus puniat: vide xxiij. q. v. quid ergo. Vnde etiam condemnatus, qui non deputatā pœnam sustinuit; quia mortuus est: vel quia in terrorem aliorum stetit suspensus, a potest licitè sepeliri. C. de religi. & sumpti. fune. l. obnoxios.

a Suspensus licitè sepeliri potest.

GLOSSA.

b Quis p excessu in corpore punitur, multam non soluit.

b Nota, q sanguinem suū fuderit p̄ aliqua iniuria, hoc est eius multa & pœna; sicut enim ille qui emendam dat pecuniariam, liberatur eadem, ita etiam qui sanguinem suum fuderit pro excessu, etiam absoluitur: vt in auten. de mand. princ. §. oportet. coll. iij. & hoc intellige de excessu, vbi vtrumque vita & bona non amittuntur.

Articulus LI.

NVnc intelligite de animaliū volatiliumque verigeldo. Pullus cum dimidio a nummo: aneta totidem; auca autē cū nummo persoluetur. b Auca verò oua ponens, & gallina tribus nummis persoluentur. Et anas venatilis docta ad alias aliciendum, tantundē. Hoc idem etiam fit cum porcello catulo, & hœdo dū sugunt: agnus & capreolus, cum quatuor: vitulus, cum sex: ouis, cum octo: Pullus equinus, in duodecim: hoc est in solido, dum sugunt: c canis custodiēs curiam, seu canis fundi, sicut & is, qui ouile sequitur, tribus solidis: annalis porcus, & pecus domesticum, quatuor solidis: sus succulos portans & nutriens, quinque solidis: verrem simili modo computādo plenæ ætatis: Bos aratrū trahens, asinus, mulus, & equa, cum octo solidis: d item equi ad laborem valentes, duodecim solidis soluuntur: cæteri equi q̄ iuuenes sunt, secundùm suam ætatē computabūtur: equus cum quo quis dominū suū sequendo eidem inseruit, talento: id est, viginti solidis coęqua tur. e Dextrarijs autem, cursoribus, & ambulatoribus, equis militum, verigeldus certus nō est deputatus, nec porcis incrassatis, ideo ipsi & omnes res mobiles secundùm æstimationem, si solutionem faciens eam suo iuramento non minuerit, persoluantur.

a Alij textus habent: cū denario.

b Textus vetustiores ita legūt: auca nutriens, & gallina tempore nutritionis.

c Textus antiqui habent: canis fundum custodiens, vno solido. pastoricius verò tribus exsolui tur solidis.

d Alij textus ita legunt: iumentum, & alij equi campestres ad laborem apti. &c.

e Æstimatio rerum verigeldum non habētium. vide supra arti. xlvij.

GLOSSA.

Et omnes res mobiles, &c. Debet enim fieri æstimatio, vt communiter non ex affectione singulorum: ff. ad leg. Aquil. l. si seruum. & quod ibi. nota. & ff. ad l. Falcid. l precia.

GLOSSA.

Articulus præsens in vltimo loco huius libri habebatur: nunc verò hoc loco ponitur propter continuationem ex eo, quòd concordat cum materia, de qua in præcedentibus habetur: intelligique debet, vt in se sonat, & secundum expositionem art. xlv. & xlviij. istius libri.

Si quis, curiosus esse volens, quærere velit: cur verigeldus, vt textus habet, animalium descriptorum positus sit, & non maior; eadem ratione interrogari ab eo quis posset. Quare à iure inducię dantur ad quindenam, post sex septimanas, ad proximum iudicium bannitum: vt supra lib. j. art. lxvij. & cur verigeldus à iure decretus, in duodecim septimanis soluitur, & aliæ multæ quæ hic in iure habentur obseruantiæ. *f* Et itaq;, quòd in his & similibus quę in voluntate & potestate principis, seu primi legislatoris posita sunt vel fuerunt, sic vel aliter constitui, ratio inuestiganda non est: vt extra. de rescrip. c. si quando. in gloss. & signanter in primarijs constitutionibus; quidquid enim pro tempore illo illis placuerat, *g* lege habebatur: vt Instit. de iur. natu. §. sed quod princip. nec omnium danda est ratio.

f Non omnium quæ in iure descripta habentur, ratio inuestigãda est.

Pullus cum dimidio nummo, &c. Nec mirari debes. *g* ex eo enim id statutum est, nam expensæ illæ, quas adhuc expositurus esset, si vlterius pullũ fouere vellet, animaduerti debent in taxando eo, & vna cum isto computabuntur. Q. d. pullus soluitur medio nummo; quia vix mediũ nummum excedebat, antequam fouebatur, & cum hoc retinet pullum is cuius prius erat.

g Vide Jure Munic. artic. cxxij.

Articulus LII.

REGem eligere iure Theutonici debent, [a] & cùm ab episcopis ad hoc deputatis benedicetur, & ad sedem in Aquisgranis receptus fuerit, regalem habet dignitatem. Cùm autem ab Apostolico fuerit consecratus, imperij habet potestatẽ, & imperialem dignitatẽ & nomen. Rex ipse eligitur iudex super proprium feudum, & vniuscuiusque hominis vitam. [b] Imperator verò, quia in omnibus locis iniurias iudicare non potest, ideo illustribus, id est, principibus cõfert comitatus seu comitias vexillaque feudalia, & comitibus præfecturas, id est, scultetias. [c] Feudum seu iurisdictio feudalis, per quam aliquis in vita aut manu condemnetur, in quartam personam non confertur, excepta præfectura, id est, scultetia, in comitatu. [d] Iudex enim absque

a Concordat Jure Munic. artic. viij.

b Vide supra lib. i. ar. lxvij. lib. ij. artic. xxvi. Jure Munic. artic. viij.

c Textus vetustiores vltra id habent: quæ ipsi etiam vlterius conferre possunt.

d Concordat supra lib. i. ar-

tic. lix. Jure Munic. arti. x. artic. xvi. & xviij.

absq; prefecto, id est, sculteto, legitimum iudicium habere minimè potest, qa si de iudice conqueratur, coram sculteto respõdere tenetur. [e] Scultetus enim est iudex culpæ iudicis, & pallatinus seu palãsgrauius imperatoris iudex est: [f] burgrauius verò, id est, perpetuus castellanus, iudex est marchionis.

e Concordat Jure Munic. art. xvi.

f Concordat Jure Munic. artic. viij. & artic. ix.

GLOSSA.

Articulus xlvj. & sic omnes sequentes vltra continuãdo & procedendo, ab art. xlvj. vsque huc; in quibusdam codicibus habentur pro vno.

Theutonici regem eligere, &c. [g] Qui hoc meruerunt suis virtutibus. Et dicũtur Theutonici Germani: vt in c. venerabilem. de elect. Nam verè sunt germen nobilitatis: vt notat. Io. xxxiij. dist. c. quorundã. habent ergo Theutonici regnum Romanæ ecclesię: de consecr. dist. v. c. in die.

Iure &c. Sic etiam dicit dict. c. venerabilem. & exponit ibi Hostien. de iure. j. naturali ratione. allegat ad hoc Instit. de iur. natu. §. quod verò. & j. dist. consuetudo. De electione autem imperatoris vide plenè in dict. c. venerabilem. de eius verò iuramento, & triplici coronatione habetur in Clemen. Roman. c. de iureiur.

g Causa autem istius, vt in cronicis legitur, quòd eũ ecclesia Romana ab Astulpho rege Lombardorum oppremeretur, petit auxilium à Constantino & Leone filio eius imperatoribus Cõstantinopolitanis, & cùm nollẽt patrocinari ecclesiæ Romanæ, Stephanus Papa secũdum nationẽ Romanus, trãstulit imperium ad Carolum magnum, qui fuit filius Pipini, quem Zacharias prædecessor eius substituerat Ludouico regi Francorũ quẽ depositurat, de quo habetur

GLOSSA.

Dictum est superiùs, quomodo emenda coram iudice pro quolibet excessu obtinetur: hîc declaratur de iudice ipso, & vnde ortũ habeat, incipiendo à iudice supremo, qui est imperator. Vnde notanter in textu dicit, quòd Theutonici regem eligere debent, & non dicit imperatorem. [g] Rex enim fit ex electione; imperatoriam verò maiestatem actibus bellicosis consequitur. [h] Ius verò eligendi regem seu imperatorem Carolus mperator magnus Theutonicis dedit. Antehac enim potestas regem eligẽdi erat senatoribus Romanis: postmodum data erat facultas militibus in bello, propter periculum, ne exercitus sine ductore maneat; vt mortuo vel occiso imperatore belli, alter eligeretur. Carolus verò magnus postea, attenta dexteritate & militia Theutonicorum pro illo tẽpore, quam indefessè & fideliter circa imperium declarabant, electionem regis illis decreuit.

Et cùm ab episcopis benedicetur, &c. Consecratio etenim tribuit sibi nomen regium; electio verò subijcit sibi imperium; dato, quòd Papa non confirmet: vt xciij. dist. c. legimus.

Cùm autem ab Apostolico fuerit consecratus, &c. Idque Apostolicus facere tenetur ad hoc, vt ostendat regis electionem. [i] Vnde circa id sciendum, quòd rex nomen regium regnumque consequitur electione; imperium verò bello & pugna: nomen verò imperatorium, ex consecratione Papæ nãciscitur.

Rex eligitur iudex super feudum & proprietatem, &c. Exeoque supremus & communis est iudex omnium: vt C. de leg b. & constit. l. j. & l. cùm de nouo. & l. si imperialis. C. de vete. iur. enucle. l. tanta. §. erat enim mirabile. & §. sequenti.

Imperator verò quia in omnibus locis, &c. Exindeque habetur, quòd iudices omnes sub nomine regis vel imperatoris iudicant. vt in autent. vt iudic. sine

xv. q vi. alius & trasla-tio illa facta ẽ anno domini septingentesimo septuagesimo sexto, qui Carolus coronatus est a Leone Papa tertio, elapsis post hoc xv. annis, ab eo tempore trasłatum est imperium à Gracis ad Germanos. de hoc vide in c. venerabilem. de elect. in gloss. sup verbo Trãstulit.

g Concordat Jure Munic. art. viij. gloss.

h Glossa ista non in toto vera est: non enim Carolus Theutonicis auctoritatem dedit eligendi regem, sed Apostolicus seu ecclesia, vt supra annotatũ est.

i Rex nomẽ regium consequitur electione: imperiũ actibus strenuis, nomen imperatorium ex consecratione.

quoquo ſupra. §. itaque. coll ij. & in auten. ius iurandū quod prę ſtatur ab his. §. j. coll. ij. Sciendumque vlterius venit, quòd ab imperatore omnis auctoritas deriuatur in iudicijs *k* & iudex quilibet ſit quiſquis ſit, non aliter appellari debet, niſi dominus.

k Judex quilibet dominus nuncupari debet.

Feudum ſeu iuriſdictio feudalis, &c. Dubitare aliquis poſſet, quomodo id fieri debeat, cp videlicet feudū in quartā perſonam cōferri non poteſt, vbi iudicare deberet ſuper vitam aut ſanitatem, excepta ſcultetia, vt textus habet, eſſetque contra omne ius Saxonicum; vt ſic enim, nullus iudiciū exercere poſſet, niſi ſcultetus ſit, nec ipſe gograuius eligi poterit. Nam ſi regem collocare vis in primo loco, margrabius ſecundum obtinebit gradum, & comes tertium; & ille qui poſt eum ſequitur, ſculteti obtineret officium, eſſetque quartum feudum, & ita nullus inferior iudex in terra Saxoniæ foret. Immò, qui ſuper vitam & ſanitatem iudicare deberet, ex neceſſitate, vel princeps, vel comes, vel ſcultetus, vt ſit requireretur; hoc tamen eſſet contra articulum lv. & lviij. & articulum vltimum lib. j. vbi habetur, quòd electus gograuius, ſuper vitam & ſanitatem iudicare poteſt. Intellige ergo textum, quòd rex infeudare poteſt, illudque quod rex ex parte imperij infeudat, quo ad iudicia exercēda, iudicium illud vel eſt ducatus, vel comitatus, vel ſcultetia. Alij verò domini infeudare poſſunt in quatuor vel plures manus; vt marchio, &c. Vel dic, quòd iſtud quod loquitur de infeudatione, intelligi debet in comitatu; huiuſmodique feudum princeps obtinet ab imperio, comes verò à principe. Ibi verò comes nullum alium infeudare, vel iudicium in feudum conferre, niſi præfecturā ſeu ſcultetiam; vnde veram, rectam, & intelligibilem textus ſententiam efficit verbum iſtud, Comitatus. Intelligendo ſcilicet ſic: in vno comitatu feudū iudicij extra quartam manum conferri non poteſt, dempta ſcultetia; non intelligere vult, quòd alibi extra comitatum feudum vltra quartā manum conferri non poſſet, ſed quia duntaxat hoc in comitatu euenit, vbi ſententia cōfertur, aliàs enim extra comitatum feudum vlterius conferri poterit. *l* Conſuetudinēque pro teſtimonio habemus, quę eſt optima legum interpres: vt Inſtit. de iur. nat. gent. & ciui. §. ex non ſcripto. ff. de legi. & conſtit. l. de quibus. Inſtit. de offic. iudi. §. j & xj. diſt. in his rebus.

l Conſuetudo optima legum interpres

Quia ſi de iudice conqueratur, hoc eſt, ſi cōtra comitē agatur, &c

Et palanſgrauius eſt iudex imperatoris, &c. Intellige, quòd ſuper illum iudicabit, qui antehac fuit imperator, inquantum enim imperator eſt, nullum iudicem ſuper ſe habere poteſt: vt infrà arti. liiij. in glo. Eſt enim ſuper omnes iudices, & ſupra omne ius, ſub lege tamen viuit: vt C. de legib. & conſtit. princip. l. digna. & Inſtit. qui. mod. teſta. infir. §. fin. ff. de lega. l. ij. & iij. ff. de inoffic. teſta. l. Papinianus.

Burgrabius eſt iudex Marchionis, &c. huic contradicere videtur infrà articulus lv. vbi dicitur, quòd ſuper illuſtrium vitam nemo iudicat, niſi imperator. R. itaque, quòd burgrabius eſt iudex marchionis in ciuilibus cauſſis, & de iſto loquitur hîc: non tamē in criminalibus; quia vt ſic, duntaxat rex ipſe ſuper eum iudicat. Vel etiam ſoluendo textum articuli. R. quòd burgrabius poteſt in criminalibus querelam exaudire, & conſcriptam ad imperatorem tranſmittere, rexque tandem ſententiabit, & ita vnum non contrariatur alteri: vt C. vbi ſenat. vel clariſ. l. quotiens. & in auten. vt cleri.

cleri. apud propri. epiſc. §. ſi tamen. coll. vj. & C. de offic. procon. l. legati. & C. ad le. Cornel. de falſi. l. vbi. & iij. q. vj. c. quamuis.

Articulus LIII.

QVælibet prouincia Theutonicæ terræ habet ſuum palanſgrauionatum, Saxonia, Bauaria, Franconia, & Sueuia; quæ antequam à Romanis ſuperabantur, regna fuerunt, [a] à quibus ipſis in ducatus nomina fuerunt permutata. [b] Attamen illuſtres in vaſallos & vexillorum feuda reſeruarunt, quæ ipſis per imperiũ iam ſublata ſunt. [c] Iudex in ſuo iudicio mulctam habet & non emendam, eo quòd iudex agere non poteſt & iudicare: nemini verò emendatur, niſi actori. Ideoque illuſtribus emendã non competere, iniuſtè ab aliquibus vulgatum eſt. [d] Non licet alicui iudicium diui dere, aut integrum cõferre iã collatum, ita, quòd ille cui collatum eſt, habeat ſucceſſionem, quòd oporteat incolas ſuſtinere, niſi ſit comitatus pertinẽs in feudum vexillorum, cundem nõ licet vacantem habere. Similiter nõ licet regi vel imperatori vexillum feudale diutius retinere, quin illud cõferat infrà diem & annum.

a Concordat Jure Munic. art. ij. & art. vij.

b Textus vetuſtiores ita legunt: Principes tamen deuictos ſeu ſubactos, loco vaſallorũ, et feudale vexillum ſub nomine ducali ibidem fore permiſerũt: Imperiũ verò poſtmodum eis & feudum illud principatus aut ducatus & feudale vexillum abſtulit.

c Alter enim eſſe debet iudex, & alter actor, & nullus poteſt in propria cauſſa eſſe iudex: vt C. ne quis in ſua cauſſa ius ſibi dicat. l. vna. & iij. q. iij. c. i. & ij.

d Alij textus ita legũt: Iudicium diuidere non licet, nec integrum conferre, vel partẽ eius, ita, q̃ ille cui collatum eſt, ſucceſſionẽ habeat: quod oporteat incolas ſuſtinere, niſi ſit ſpecialis comitia, quæ vexillo pertineat feudali. hanc enim vacantem habere non licet.

GLOSSA.

Quælibet prouincia, &c. Antehac declaratum habetur, quòd rex ſuperior eſt iudex omnium in ſæcularibus actionibus: imperiũ enim è cœlis à Deo collatum eſt, vt iuſtitia mediãte omnia gubernẽtur: C. de veter. iur. enuclea. §. mirabile. Dictum eſt præterea de iudicibus, & quo pacto principes, comites, ab imperio fiunt, qui & aulici imperij dicuntur: vt lib. feud. c. j. & item de illis, qui à comitibus infeudantur, qui & ſculteti nuncupantur: in articulo præſenti declarat de iudicibus, qui non tantum ex gratia fiunt, vt illi de quibus ſupra, ſed etiã partim de iure iudicium eis competit, vt ſunt palanſgrauij, qui hoc modo creati sùt. Romani etenim prouincias ſubiugãtes, reges ſubactos dominari in prouincijs permittebant, tranſmutatis eorũ nominibus, in teſtimoniũ quòd ſubacti ſunt: ſicut in veteri teſtamẽto Ieconias, Zedechias nominabatur. Itidẽ & Romani reges ſubactos, qui & nomen regis præferebant, duces & palanſgrauios nominabãt. [e] Dux enim dicitur, qui bellum ſequitur, vel cui ducatus ab aliquo principe in feudum datus ſit: vt in lib. feud. c. quis dicat. marchi. comes. §. qui à principe. [f] Nomenque iſtud Palanſgrauij eſt compoſitum ex Italico & Germanico: Phalent enim in Italico deſignat ſubiugatum dominum, vel ſubiugatum regnum.

e Dux vnde dicatur. Concordat Jure Munic. arti. vij. infrà eod. lib. art. lviij.

f Princeps dicitur prouiſor imperij, vel principalis feudi, quo infeudatus eſt. dux vocatur, cùm in imperio præeſt exercitui. Groff. ſecundũ antiquum vocabulum Saxonicũ iudex dicitur, & hi quadruplices Phalczgraff, q̃ſi iudex ſubiecta, puincia, quia Phalẽth in Italico ſubiectus dominus dicitur. Margraff index fori vel iuriſdictionis vnius. Burgraff index vnius ciuitatis vel caſtelli. Gograuius index vnius facti. Dingrauius iudex vnius iudicij vel rei: feud. c. lxxij.

Groff

Groff verò in Germanico, iuxta antiquum Saxonum vocabulum, iudicem designat: exinde deriuatur Gograuij, qui ad tempus eliguntur, iudicesque rusticorum fiunt: item margrauij, id est vnius fori iudices: burgrauij, idest, ciuitatis vel castelli iudices. *g* Itidem etiam in proposito phalansgrauij, hoc est iudices subiugati regni, & huiusmodi iudicem quelibet prouincia terre Saxoniæ habet vnū. Princeps q; Saxoniæ est inter illos vnus: vt infrà artic. lxij. Secūdus est palatinus Rheni, hoc est, dux Bauariæ. Tertius est marchio Brandeburgensis. *h* Phalāsgrauionatū Franconiæ habet Archiepiscopus Maguntinen. Phalansgrauionatum Sueuiæ episcopus Trien. phalansgrauionatum Aquisgrani retinet episcopus Colonien. & isti tandem habent principes sub se infeudatos, q ad phalantas pertinent, & vocantur electores imperij; seu super illustres: vt in auten. vt ab illustr, & qui super eam sunt dignitatē. §. j. col v.

g Vide feud. Lexij.

h De electoribus imperij vide infrà artic. lxij.

Iudex in suo iudicio mulctam habet, & non emendam, &c. Sequeretur ex eo, quòd iudices vilioris conditionis essent, quā ceteri homines. Quilibet enim homo emendam habet secūdùm sui generationem: vt supra lib. ij. art. xvj. & Instit. de iniur. §. atrox iniuria. & ff. eod. tit. l. prætor edixit. §. atrocem. & C. eod. tit. l. iiij. Tum etiam si emendam non habent, ergo nec dignitatem: q tamen est falsum, & cōtra priùs dicta, vbi habetur, quòd iudices adminus liberi esse debent: esset etiam contra ius feud. ca. lxj. vbi habetur, quòd nec mulieres, nec clerici, nec illegitimi iudices esse possunt: vt in autent. de iudic. vt nullatenus cum iureiur. §. j. coll. vj. & ff. ad leg. Iuli. de vi. priua. l. j. Signumq; istius hîc est, quòd legitimos iudices esse oportet; & si quis infamis sit, iudex esse non potuerit: vt C. ex qui. causs. infa. l. j. extra. de reserip. c. sciscitatus. de resti. c. licet ex quadam. de iureiuran. c. querelam. de excess. præla. c. inter dilectos. & iij. q. vij. c. infamis. Exindeque sequitur, exquoquidem legitimè nati sunt, & bonæ famæ, merito emendam habere debent. ℟. ad obiecta sub distinctione. *i* Iudicem in suo iudicio præesse intelligitur dupliciter. Vno modo, quando est in ciuitate vel loco vbi iudicare sibi competit; & ille locus vocatur iurisdictio sua, si quis cōtra eum deliquit; vt sic, emendare sibi oportet, vt ceteris hominibus. Alio modo, iudex est in suo iudicio, quando in sua sede iudiciali residet, quod nos iudicium bannitū nuncupamus, ibi nulla emenda sibi sequitur, sed tantum mulcta, vt textus habet. Iudex enim non potest & actor & iudex esse: obuiaturq; per id auaris iudicibus, qui extorquere audent pro excessu in iudicio eis illato mulctā & emendam: mulctam ex parte contumeliæ iudicio factæ, emendam pro contumelia iudici illata; quod fieri non debet: persimile, sicut nec actori vtrunque cedit, & mulcta & emēda, sic nec iudici.

i Iudicem in suo iudicio p- esse, intelligitur dupliciter

Querere quis posset, iudex cōtumelia affectus vel verberatus, tempore quo pro tribunali iudicio residet, quam emendam obtinet: vt sic enim, minus iuris sibi competeret quàm alijs. ℟. si iudici talium quid in iudicio residenti euenerit, querulari potest superiori iudici, emendaq; sibi decernitur, non quidem vt iudici, sed vt actori. Vel ℟. Iudici in iudicio pro tribunali residenti, si quid iniuriæ euenerit, emenda quidem sibi nō cedit, sed ille punitur corpore, propter fractam iudicij pacem; vt supra lib. ij. art. xiij. & ff. ad leg. Iul. de vi publ. l. qui dolo. & per totum.

Et nemini emēdatur, nisi actori, &c.

&c. Ideoque illustribus emendā non competere iniuste diuulgatū est, &c. Excludit opinionē illorū qui dicūt, quòd vbicumq; rex vel princeps sit, quòd ibidem iudiciū bannitum esset. Q. d. exquoquidem iudici emenda non datur in eorum iudicijs, & secūdùm quod aliqui opinantur, quòd corā principibus semper iudicium bannitum sit: exinde sequitur, quod principes nullam emēdam haberent. Intellige tamen, quòd iudicium nomen iudicij sortiri non potest, nisi cùm per ortilegia sententiatur; hoc est, index iudicium bannitum non habet, nisi cum per sentētias iudicat: vt supra lib. j. artic. ljx. quare opinio illorum falsa. qui dicunt, quòd principes emendam non haberent. Patet enim ex art. xlv. eiusdem lib. quòd principes emendam habent.

Non licet alicui iudicium diuidere, &c. Dicere quis posset, si diuidere iudicium non potest, ergo nec iudicium in feudum dare, sic scilicet intelligendo: rex vel alter dominus, si iudicium infeudare vult, illud totaliter vasallo cōferre tenetur, & ille cui sic confertur, vlterius alium infeudare non poterit. Intellige tamen textum articuli, & exinde soluitur dubiū istud. Rex creare potest marchionem seu margrabiū, qui confert sibi iudiciū vnius oppidi vel fori; & hoc marchio facere non potest, quòd videlicet vlterius cū simili feudo infeudet aliū, ex eo, quia marchio aut comes cum sua infeudatione non potest aliū marchionem aut comitem creare.

Non debet etiam ducatus aut comitatus diuidi, nec marchionatus, &c. Hoc intellige ex eo, quia vexillum feudi est, vel quia imperij officium est: vt in constit. Freder. §. præterea. de prohibita feud. aliena.

Nisi sit comitatus, &c. Ponit exceptionem, vbi iudicium infeudatum vlterius infeudari oportet, sicut & rex in regno feudum vexillorū conferre cogitur infrà annum & diem, & ex feudo vexillorum principes de necessitate comites infeudant, & comites consequenter scultetias, vt in præcedenti articulo: & hoc de veris iudicibus esse dictū intellige. Quilibet enim verus iudex, potest iudicio suo subdelegare quemcūq; vult: vt C. qui pro sua iurisdictione iudices dare. l. j. & in auten. vt defun. sine fune. eo. §. illud. coll. v. & ff. de iudic. l. iudiciū. in auten. de iudi. & vt nullatenus cū iureiuran. §. omnes. coll. vj.

Articulus LIIII.

FEudum in iudicando seu iudicio, non licet alicui habere, nisi sit liber, idoneus scabinus, & nisi regi fidem & omagiū faciat, secundùm ius liberorum; per hanc fidem etiam iuret, quando ducitur in testem. Rex cùm eligitur, oportet ipsum iurare fidem; id est, omagium præstare impetio, & ꝑ iustitiam exaltet, confortetque, iniuriam verò pro posse deprimat, & etiam imperiū in iure suo protegat, secūdùm quòd scit & prævalet: quo finito, iuramentum aliquod de cetero non præstabit, a nisi fortè ab Apostolico de hæresi accusetur. Postmodum omnium rerum

a Concordat Iure Munic. artic. viij.

ad su-

ad ſuum teſtimõium pertinentium per iam imperio præſtitum ſacramentum teſtificabitur, b & ſub ſacramento ſuam ponat promiſſionẽ, vbi pax iuratur. Viciatus corpore aut leproſus, vel ſentẽtia Apoſtolici iuſtè innodatus, in regem non eſt eligendus. c Rex debet eſſe de legitimo thoro natus, & ingenuus, in iureq; ſuo immaculatus. Poſtquam in regem electus ſit quis, Franconiæ debebit habere iura, cuiuſcumq; fuerit natiõis. Quia ſicut Franco, niſi in manuali deprehendatur facto, in vitam eius non condemnatur, aut ius Francorum amiſerit ex cauſſa, illudq; abiudicatum ſibi ſit: ita nemo poteſt in iudicio vitã regis impetere, niſi priùs per ſententiam fuerit imperio priuatus.

b Alij textus legunt: vbi ſacramentu pax confirmatur, ad hoc ipſe ſuum præſtare debet promiſſum.

c Concordat Iure Munic. art. viij. gloſ.

GLOSSA.

Qvi omagium imperio faciat, &c. An qui iurauit prædeceſſori, teneatur etiam iurare ſucceſſori, notatur per Innoc. extra de iureiuran. c. veritatis. & per Arnold. xij. q. ij. long nquitate. Iurans enim alicui eius ſucceſſori aut poſteritati, non tenetur ampliùs iurare: vt notatur in c. non Dei. de ſimon. Et iuramentum fidelitatis, ſi exigitur vltra formam, quãtum eſt vltra, eſt ipſo iure nullum: de offic. iudic. ordi. c. dilectus. d Et poteſt iuramentum fidelitatis per procuratorem præſtari: vt notatur de ſtatu regulari c. vno. in §. verum. & §. Epiſcopis. libr. vj. in gloſ. in eccleſiaſtico. vbi gloſſa dicit: hoc verum eſſe cum præſtatur eccleſiaſtico prælato: ſecus, ſi principi temporali, niſi conſentiret. e Et hoc etiam ſcias, quòd qui ſuccedit in dignitate temporali, tenetur ſeruare quod promiſit aut iurauit eius prædeceſſor. in c. venerabilẽ. de elect. Vnde dicit Valerianus lib. ij. c. j. adduci non poſſum, vt credam vrbi vtilem, quem domi ſceleſtum cerno.

d Iuramentum fidelitatis per procuratorem præſtari poteſt.

d Succeſſor tenetur ſeruare promiſſum prædeceſſoris.

GLOSSA.

In articulo præſenti docetur, qs iudex eſſe poterit, quomodo iudex efficitur, & quomodo teſtificari poteſt. Tandem ponit & tractat de iure regis Romanorum; & quomodo infeudat, vel feuda cõfert, quodq; nullus feudum in iudicando habere poteſt, niſi bannitus. Contrarium tamen huic videtur ſupra. art. lvij. & lviij. libr. j. vbi dicitur, quòd Gograuius infeudatur, & iudicium ſibi committitur: ſi ergo infeudatur, erit iudex infeudatus. In gograuium verò eligi homo ſimplex poteſt, & non ſcabinus natus; & ita contradicere videtur huic articulo. Rn. quòd gograuij nullum iudicium habent in feudum, ſed ſi confertur ſibi aliquid, hoc fit propter laborem ſuum, prout ibidem dictum eſt. Sed quid dicitur de cõſuetudine, quæ iam cõmuniter in terra Saxoniç inoleuit, & ſignãter in marchia, vbi infeudatus iudex nullibi inuenitur ſcabinus natus. Reſpondi poſſet, quòd multa ex conſuetudine admittuntur, quæ de iure fieri non deberent. Cõſuetudo enim renouat ius: vt ff. de legib.

legib. & senatusconsul. l. non est nouum.

Instare iterum quis posset, id fieri non debere, vt iudex ex consuetudine sit: iudicium siquidem exercere voleas, ordinarie vt ad id constituatur, necesse est: Qui enim non ex commissa sibi auctoritate iudicat, non iudicare dicitur, sed occidere. prout habetur in euangelio: qui gladio dimicat; hoc est, propria auctoritate iudicat, gladio peribit; hoc est, iudicio Dei interimetur: vt xxiij. q. j. c. j. & ead. q. iiij. c. ille. Si itaque iudex habeatur ex consuetudine, qui non esset scabinus, non esset secundùm iuris ordinem iudex; & ita potiùs homicida, quàm iudex diceretur. Re. itaq; subdistinctione, id quod hîc dicitur, quòd nemini feudum in iudicando habere licet, nisi sit liber scabinus, homines siquidem duntaxat duplices sunt, liberi & serui: vt Instit de iur. person. §. summa. Serui iudices esse non possunt, nec feudum in iudicando habere: vt ff. de iudi. l. cum prætor. & extra. de rescript. c. sciscitatur. sed duntaxat, qui liberi sunt: vnde textus sic intelligitur; qui feudum in iudicãdo habere debet, ad minus ita liber esse tenetur, vel tantam libertatem habere, sicut idoneus scabinus. *f* libertas enim scabinorum est vilior omnibus: nam & liberi seu ministeriales scabini esse possũt: vt infrà art. lxxxj. §. j.

f Libertas scabinorũ vilior omnium. concordat Jure Mun. art. xvi. & xxxij.

Iurando imperio omagiũ præstet, &c. *g* Quo pacto autem id fieri debeat, infrascriptam iuramẽti attẽde formã. Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum dominũ nostrum Iesum Christum, & per Spiritũ sanctum, & per sanctã gloriosam Dei genitricem, & semper virginem Mariam, & per quatuor euangelia, quæ in manibus teneo meis, & per quatuor euãgelistas, & per sanctos archangelos, Michaelem, Gabrielem, puram conscientiam ingenuumque seruitium, me seruaturum, quod ius habere & tenere volo, secundùm conscientiam & probitatem, in seruitio sereniſſimi principis domini S. occasione traditæ mihi ab illo in eius bonis administrationis, & omnem laborem & sudorem sine dolo suscipiendo, omnemque artẽ malam & dolum in commissa mihi ab eo administratiõe vitare volo: quodque catholicæ fidei sum, & nullo modo vel tẽpore ei aduersabor, nec alium permittam, quantum possibile fuerit mihi, & quòd nulli penitus quidquã dedi, neque dabo occasione dati mihi cinguli, seu officii; sed nec quid quam promisi: quodque probè me in eo ostendere volo in subiectis domini mei, contentus in his quæ statuta mihi sunt de fisco annonis, & iura imperatoria scire volo, nec illa omittendo propter amorem, compatientiam, inuidiam, odium, commodum, vtilitatem. Iuro etiam, quòd probos & bonos in eorum probitate paternè seruare volo, subditosq; à prauis tueri, in iudicijsque æquus iudex esse volo, excessus omnes inuestigando, æquitatemque tenendo, iustos in iusticia conseruando: iniustis verò debitam infligendo pœnam. Id iuro ita tenere & obseruare, aliterque non facere, & si istud non seruauerim, extendatur super me horribile iudicium domini nostri Iesu Christi, & sim particeps Iudæ, inuadatque me Gesi lepra, & tremor Cain, & gladius seu iudicium sæculare sit super me, quod super falsos iudices statutum est. Vide hoc idem copiosius in auten. iusiurand. quod præstatur ab his. per totũ. coll. ij.

g Iuramentũ fidelitatis vasallorũ seu iudicum. hoc idem vide Jure Mun. ar. viij.

Dicere quis posset, quid si vnus non ita vt præmissum est iuret, nihilominusque iudex sit, & ista hîc expressa non seruet, an ex eo efficiatur periurus nec ne? Re. quòd

sic. Iuramentū enim istud est officij, qui ergo officium suscepit, coram Deo iuramentum facit, quamuis coram hominibus apertè id non faciat: vt xxij. q. ij. c. in dolo. & xxij. q. v. cauete. & c. iuramenti. Hoc pacto iurat etiam vasallus cùm feudum suscipit, persimile consules & proconsul iurant ciuitati. Præterea hoc modo iurat professus alicuius ordinis, mutatis tamen mutandis, vt in iuribus allegatis habetur.

Cū rex eligitur, &c. Tractatur hic de electione regis Romanorum, excerptaque est lex præsens pertranslatorem priuilegij, ex cōstitutionibus Caroli imperatoris, cùm imperium Theutonicis tradidit: *b* quidquid enim hic dicitur de imperatoribus imperioq;, non habetur in legibus: vt Accursius dicit. Instit. de iur. natu. gent. & ciuil. §. sed & quod.

b Concordat Iure Munici. art. viij. glos.

Quo finito iuramentū decetero non præstabit, &c. Imperator etenim semel iurando, amplius nō iurat, sed verbum ipsius sicut iuramentum esse debet, *i* omniaq; verba eius veraciter proferantur, tanquam iuraret: vt xxij. q. v. c. iuramenti.

i Verbum imperatoris seu regis ita firmū esse debet, ac si iuraret

Nisi forte ab Apostolico de hęresi accusetur, &c. Vt sic enim iuramēto se excusare apud eū oportet, aliàs Apostolicus eū deponere poterit: vt extrà de sent. & re. iudi. c. ad Apostolicæ. §. de hæresi. lib. vj. In huiusmodi etiam casu, Papa ipse propter hæresim deponi potest, vel iuramento se absoluet. vt notat Ioan. Andre. in glos. extra. de senten. & re. iud. c ad Apostolicæ. ver. de hære. lib. vj. extra. de hære. c. excommunicamus. §. j. & §. si qui verò. & xl. dist. c. si Papa.

Vitiatus corpore & leprosus, &c. Ista hic in textu enumerata, nedum in electione regis, sed in quacumque officiorum electioē nocent, impediuntque electionē. Sed si lepra, aut huiusmodi defectus post electionem alicui aduenerit, non deponitur, sed sibi datur administrator: vt extra. de suplen. negli. præla. c. grand. lib. vj.

Vel sententia Apostolici innodatus &c. *k* Excommunicatio etenim electionem impedit ex multis respectibus. Primò, quia excōmunicatus est diuisus ab ecclesia catholica. Qui verò ab ecclesia separatur, est infidelis: vt in auten. de priuil. dot. hæret. mulier. non præstan. §. j. coll. viij. & iiij q. j. c. ij. Secundò, quia sacra scriptura est mater imperij; & ita qui excōmunicatur, amplius non est filius ecclesiæ: vt in auten. vt deter. sit numer. clerico. §. j. coll. j. & C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. Tertiò, quia rex debet esse iudex cōmunis super omnes; sed qui vult esse iudex, debet esse mēbrum ecclesiæ: vt in auten. iusiuran. quod præsta. ab his. §. j. coll. ij. C. de episc. audien. l. iubemus. Quartò, quia regalis dignitas est præcipua in mundo; & qui non est in congregatione ecclesiæ, etiam sibi denegantur Christianæ dignitates: vt C. de iudæis & cœlicolis. l. ij. & in auten. de priuil. dot. hæret. mulier. §. vnam nobis. coll. viij. Huic tamen contradicere videtur infrà art. lxiij. vbi dicitur, quòd excommunicatio neminem debilitat in iure, nisi subsequatur imperij ꝓscriptio. Ꝛ. quòd excommunicatio nemini nocet: intellige, iure prouinciali & feudali, hic verò loquitur, quòd excommunicatio nocet in electione; electio verò nec à iure prouinciali, nec à iure feudali venit. Quòd autem excommunicatio electionem impediat, habetur extra. de elect. c. venerabilem. & hoc, vt textus habet, si iustè in censuras huiusmodi inciderit, aliàs non; quæ autem excommunicatio noceat & quæ non, infrà circa art. lxiij declarabitur.

k Excōmunicatio electiōem impedit.

Rex

Rex Franconiæ debet iura habere, &c. huic paragrapho contrariari leges videntur in multis locis, quæ disponunt, quòd rex legibus subesse non debet, immò omnibus legibus imperat: vt Instit. quib. mo. testa. infirm. §. penul. & ff. de legi. & senatusco. l. princeps. & ff. de iure fisci. l. fiscus. Tum qa in scrinio pectoris principis vel imperatoris omnia reconduntur iura; & ita nulli iuri subesse debet. Si ergo iura Franconiæ: vt textus disponit, habere tenetur, oppositum sequeretur, quod tamen fieri debet: vt C. de testament. & quemadmodum testamenta ordinentur. l. omnium. & extra. de constit. c. licet. lib. vj. R. quòd rex ex sua dignitate omnes excedit leges, subesse tamē non dedignatur legibus: vt C. de legib. & constitu. l. digna vox. & C. de lega. l. ex imperfecto. & ff. de inoffic. testam. l. Papinianus. §. si imperator. Sciendum tamen, quòd paragraphus iste, qui hîc ponitur, non istud intēdit quòd rex subiectus esse debeat iuribus Frā corum, sed innuere vult, qꝑ quemadmodum Francum, ita & regem nemo accusare potest, nec contra eum agere, inquantum rex est, nisi deponatur. Vnde paragraphus seipsum exponit & limitat, cùm dicit: Quia sicut Franconi vita nō adimitur, &c. ita etiam rex super vita non accusatur, nisi priùs imperio per sententiam priuetur; ex quibus autem causis id fieri poterit, vide infrà art. lxij. quis verò imperatorem iudicare debeat, dictum est supra eod. lib. art. lij §. vlt. Palatinus etenim Rheni iudex illius est.

Rex de legitimo toro natus esse debet, & in iure suo immaculatus, &c. Hoc idem habetur C. qui milit. pos. vel non. l. j. & C. de seruis ad militiam vel dignitatem aspirantibus. l. j. Quòd autem legitimo toro natus esse debeat, habe-

habetur extra. de electione. c. innotuit. Et item iure immaculatus vt sit, ita, quòd cutem & crines non redimat, nec in proscriptione imperij anno & die iaceat, occasione spolij ve prædæ non paciscatur. Legitime natus quod sit, quodque antehac falsus iudex nō fuerit: vt supra libr. j. art. xxxviij. & C. ex quib. causs. alic. infam. irrog. per totum. & ff. de his qui notant. l. j. & ij. q. j. c. in primis. & extra. de testi. c. ij. vers. viliſſimi. & ff. eod. tit. l. iij.

Articulus LV.

SVper illustrium vitā, & corum sanitatē, nemo iudex existit nisi imperator. Super vitam bānitorum condemnatorū, nullus nisi verus prẽco iudicabit.

a Adhanc materiam vide C. vbi sena. vel clariſſi. cini. vel crimi. per totum.

GLOSSA.

Super illustrium, &c. In præcedēti articulo dictum fuit, quomodo rex supremus iudex est in sæculari iudicio; hic tandem declarat, quis super vitā illustrium & principum, qui regi proximi sunt, iudicare debeat: & dicit, quòd rex dūtaxat ipse solus, & nullus alter. In oppositum tamen istius est supra articulus lij. vbi habetur, qꝑ Burgrabius est iudex marchionis, qui etiam princeps est. Præterea contradicunt etiam leges: vt in auten. vt omn. iudic. prouinc. §. j. coll. v. vbi habetur, quibus actio vel responsio competit, id facere tenētur in prouincia, in qua sunt possessionati. Præterea, C. vbi senatores vel clarissimi. l. ij. cauetur, quod senatores, hoc est, principes qui & consules Romani sunt, respōdere oportet in pro-

uincijs, vbi possessionati sunt, vel vbi maiora bona possideant. Respondetur, quòd leges allegatæ locum habent in eum sensum, ꝙ videlicet querela actoris apud iudicem prouinciæ exauditur, eiusque probatio, tum & marchionis vel senatoris responsio, præses tãdem vel iudex prouinciæ regi illud insinuabit, qui & solus negotium decernet: vt C. vbi senatores vel clarissimi. l. quotiens. §. j. ij. & iij. & hoc quantum ad primas duas instantias. Quoad tertiam verò, vbi dicitur, quòd quilibet in prouincia respondere tenetur, intelligit simplices homines, & non principes; & hoc colligitur ex textu ibidem, cùm dicitur: Querulari & respondere debent coram iudice prouinciæ; hoc est, coram principe; & ita lex illa non includit principes: nullus enim iudex esse potest in sua causa: vt C. ne quis in sua caus. iudicet. l. j.

Super vitam bannitorum, &c.

b Judices triplices inueniuntur concordat Jure Mu. art. xvi. glos.

b Nota, ꝙ iudices triplices sunt. Primò, dicitur iudex, qui per sententiam querelam determinat, sicut verus iudex: vt supra lib. j. articu. lxij. & C. de iudicijs. l. rem non nouam. in fin. & in auten. de iudic. §. j. coll. vj. & ff. de re. iudic. & effect. senten. l. ij. Secũdò, iudices sunt, qui causam exaudire possunt, iudicare tamẽ minimè, sed vlterius transmittunt, sicut sunt illi, qui super illustres iudicant, & de istis hîc in glossa supernus tactum est: & C. de iudicijs. l. properandum. §. sin autem. & in auten. de defen. ciui. §. audiant. coll. iij. Tertiò, dicuntur iudices, qui prolatam sententiam exequuntur, sicut est legalis præco: & de isto habetur hîc in fine paragraphi, quòd super vitã bannitorum præco iudicabit.

Articulus LVI.

Præco communis cũ à iudice & scabinis fuerit electus, regi tenetur fidem facere secundũ ius liberorum. Posthac iudex per manum eum ducendo, super sedem cussino textã, in opposito sui locare debet, & reliquias aut crucem in sinum eius collocabit, pacemque eidẽ pronunciabit. Et extũc pignorandi, arestandi, detinendiq; vnumquemuis & bona illorum a præco, quando hoc faciendum pronũcietur, habebit potestatem. Si verò iniuriã cõmiserit, vitæ suæ & rerum, vt alius, patietur detrimentum. Gladium aut arma non ferat, sed si in exequenda iustitia ei indebitè resistatur, clamor debet confiniũ aduocari, & tũc debet ius ꝓsequi secundũ suum posse. Quod si non poterit, iudici conqueratur. Et ei ꝓtinet homo decimus morti condemnandus, & hunc potest dimittere, si redimatur ab ipso. Vbi etiam vir moritur aut mulier absque hærede, b fructus in horreis pauimento viciniores ad eum pertinent, & vestis quotidiana defuncti,

a Alij textus habent: quãdo ad id fuerit expertus, & per sententiam assignatus.

b Textus antiqui habent: annona crescens in terra vacante, sibi pertinet.

Proco

functi, vbi proprietas datur, & donationi pax renunciatur, ab ea tres solidos obtinebit. Facultatē etiam habet vnum hominem, excepto sculteto, in qualibet villa absoluere a iudicio, si non contra ipsum sit querela, vel si incusatus non sit.

GLOSSA.

Superiùs dictum est, de duplicibus iudicibus; hîc tandem consequenter in hoc articulo tractat, & declarat iura tertij ordinis iudicis, qui est præco ipse.

Vnde nota, præconis quædam specialia. *e* Primò, quòd eligi debet ex proprietarijs: vt supra lib. j. artic. ij. Secundò, quòd non adeò legalis vel insignis esse cogitur, & hoc tangitur lib. eod. art. xlv. cùm dicitur: Qui minus quā tres mansos habeat proprietatis. Tertiò, quòd præfectus, seu sculletus cum scabinis, eundem eligere tenetur: vt supra artic. eod. xlv. Quartò, quòd sibi super violentia querulari debet, in absentia iudicis: vt supra libr. j. artic. lxx. Quintò, quòd eius emenda & verigeldus, secundùm suam generationem duplex est: vt supra lib. j. art. viij. Sextò, quòd testimoniū eius stat vice duorum: vt lib. j. art. iij. & hoc, vbi per testimonium septem virorum probare necesse fuerit. Septimò, quòd testificari potest loco iudicis: vt supra libr. ij. art. xxij. Octauò, quòd eum iudex iuramento confirmare debet, & ille iurabit ius promouere, iniustitiam verò deprimere, & reliquias tempore iuramenti in sinu tenebit, in signum istius, quòd iustus esse vult pacem bonis ordinā do, & do, & iram Dei in malis vindicā-do, sicut Phinees in Sambri fecit: *d* vocaturque præco quasi nuncius Dei, vel seruus Dei, quia est minister imperij Dei, & potest homines pœnis afficere & occidere sine peccato: vt xxiij. q. iiij. c. quæsitum. habetque exinde meritum, quòd malos propter excessus corrigit: & per eius factum placatur ira Dei: vt ead. q. si quis. Quare iustò præco interpretationem & significatum nominis sui effectualiter in se habere debet, vt meritò nuncius Dei vocari possit. *e* Vnde circa id sciendum, quòd præco tria in se habere tenetur ad hoc, quòd nuncius Dei vocari possit. Primò, quòd malos & excessiuos iniustosque corrigere seu occidere non debet ex odio, ira, sed duntaxat zelo iustitiæ: vt Instit. qui. ex cauſſ. manumitt. non li. & xxiij. q. v. officia. Secundò, quòd id faciat suo proximo in obsequium, contra quem ille maleficus excesserat: vt ead. q. c. non est. Tertiò, vt id faciat propter Deum; vt videlicet per illam vindictam ira Dei mitigetur, quòdq; ab excessiuo vindicta maior propellatur: vt xxiij. q. iiij. c. si quis. & ead. q. viij. c. legi. & c. occidit. & xxiij. q. iiij. c. quæsitum. & hoc intelligendum cùm per sententiam ad id deputatus sit, vt textus habet; quia aliàs sibi facere licet: vt supra lib. j. art. liij.

Si autem iniuriam commiserit, &c. Et hoc ideo fit, *f* quia officium aut aliqua dignitas iuuare minimè potest aliquem quòd male faciat: vt C. vbi senato. vel clariſ. l. quicumque. & in auten. vt om. obedi. iudic. §. j. coll. v. & xl. distin. c. non vos. *g* Quod si iudicē neglexerit, triginta plagis afficitur: vt supra lib. ij. art. xvj.

Gladium aut arma non ferat, &c. Et hoc ex eo fit, quia præcones pace regia prouisi sunt: vt supra lib. ij. art. lxvj. & lib. iij. ar. ij.

d Præco nūcius Dei vocatur.

e Præco tria in se habere tenetur.

e Præconis specialia vide.

f Dignitas aut officiū nullum iuuare potest, vt male faciat.

g Vide supra lib. ij. artic. xvj.

Si quis verò ei reſtiterit, &c. Hoc eſt, eundem detineat ſi poteſt, & hoc ex eo fit, quia per fugam reũ ſe oſtendit: vt ſupra lib. ij. art. xxxv. & xlv.

g Electionem annihilantia cauſſa quadraginta quinque

g Quod ſi non poterit, iudici deferatur, &c. Et ita pſcribitur ille. Et ei pertinet decim⁹ homo, &c. Exinde colligi poterit, quòd quid quid⁹ vt ſic, lucratur, ius ad illud habet: & quidquid ſibi pro huiuſmodi hominibus datur, iuſtè ſibi cedit: vt xvj. q. j. c. decimæ. Notanterq; in textu dicitur: Homo decimus morti condemnandus, hoc eſt, antequam condemnetur: & hoc propter id, vt eò maiori precio redimi poſſit, qua ſi ſibi traderetur, qui iam iudicatus fuiſſet, infamis efficeretur, & ita vilioris precij eſſet: vt ſupra lib. j. arti. xxxvij. & xxxviij. & ff. de his qui notan. infam. l. j. & C. quib. ex. cauſſ. infam. irroga. l. ſi furti. & l. non damnatos. Secundò, quòd circa hunc paragraphũ notari debet, vbi dicitur: Condemandus. hic enim eſt conſilium; ex præcepto enim habetur, quòd mali puniendi ſint: vt ſupra lib. ij. art. xiij. & ff. de pœnis. l. reſpiciendum. & C. eod tit. l. ſi operis. & xxiij. q. iiij. c. queſitum. In oppoſitum tamen ſentire videtur ſacra ſcriptura, cùm dicitur, quòd mali tollerandi ſunt, vt Saluator noſter Iudam tollerauit: & xxiij. q. iiij. c. j. *h* ℟. quòd mali tollerandi ſunt ab illis, quibus iudiciũ commiſſum non eſt: vt ea. q. v. c. de occidendis. Illi verò quibus iudicium commiſſum eſt, tollerare eos minimè debent: vt xxiij. q. iiij. c. quæſitum. & ſupra libr. ij. artic. xiij.

h Mali tollerandi ſunt, quomodo intelligatur.

Annona creſcens in terra, &c. Intellige de annona, quæ in campo ſtat, & hoc in comitatu.

A qualibet etiam villa, &c. Quilibet enim ad iudicium pertinens, iudicio ſepræsẽtare tenetur, ſi nõ venerit, incurrit pœnam: vt ſupra lib. j. art. ij.

Articulus LVII.

Imperator à tẽpore cõſecrationis ab Apoſtolico, aut alio, [a] niſi in tribus caſibus poteſt excõmunicari: [b] qui ſunt hęreſis, matrimonij diſtractio, [c] & ſacrilegium. In principis electiõe, primus erit epiſcopus Treuerenſis: ſecundus Mogunti-nenſis: tertius Colonien. [d] Primus inter illuſtres regni Palatinus Rheni: q eſt dapifer: ſecundus dux Saxonię, Marſchalcus: tertius Marchio Brandeburgenſis. Cametarius, Bohemiæ rex pincerna eſt, qui non eligit; quia noſtræ nõ eſt nationis. Præter iſtos ſuccedit etiam electio omnium principũ imperij, tàm clericorum quàm laicorũ, non quod ſicuti prædicti ſecundùm eorũ placitum eligere debeant, ſed quem omnes illuſtres eligunt, eundem præ ceteris in regem nominabunt.

[a] ARTICVLVS REPROBATVS.

b Vide ſupra lib. i artic. i Iure Munic. artic. viij.

c Alij legũt: aut eccleſias deſtruxerit conſecratas.

d Concordat Iure Munici. artic. xiij.

GLOSSA.

Imperator à tempore, &c. Poteſt etiam pater filium ſuum illis cõmunem conſtituere regem quoad nomen, ſed non quoad regimen: ſecundùm Bald. in vſib. feud. in

proœ

proœm. in prima diuisione feud.

Nisi in tribus casibus, &c. Hoc est erroneum; quia non solùm in his tribus casibus, sed etiam ratione cuiuslibet peccati, Apostolicus in imperatorem & quemlibet potest & debet censuram extendere. Nam etiam vbi animæ periculum vertitur, potest corrigere leges imperiales; quia in hoc casu leges non dedignantur sacros canones imitari: de quo puncto notatur. c. nouit. de iudi. & c. vltim. de præscript. & in regula secunda de reg. iur. libr. vj. & non solùm Papa, sed & alius inferior iudex: vt ff. de offic. iudic. ordinar. c. j. & de ma. & obedi. solitæ. *e* Debet autem imperator defendere ecclesiam. de electi c. venerabilem. & exaltare dominum Papam. lxiij. dist. tibi domino. Item, tueri clericos. xvj. distin. c. vlt. & miserabiles personas. xxiij. q. v. Principes. & c. administratores.

e Imperatorius officium.

In Principis electione, &c. Vnde de hoc dantur tales versus.

Moguntinensis, Treuerensis, Colonien.
Quilibet imperij est Cancellarius. horum
Marchio præpositus Cameræ, pincerna
Bohemus.
Sic palatinus dapifer, dux portitor ensis.

De hoc nota. in c. venerabilem de elect. & in c. ad Apostolicæ. de senten. & re. iudic. l. vj.

Qui non eliget, &c. Et ex hoc dicunt quidam, quòd de necessitate non est vocandus, nisi cũ alij discordant: nec istud ius habent ab antiquo, sed hodie de facto tenent: de hoc per Hostien. de elect. c. venerabilem. Canon tamẽ dicit, quòd exercitus imperatorem facit. xciij dist. legimus.

f Apostolicus vel imperator, quis eorum dignitate maior, argumenta p. & contra. concordat Iure Munic. arti. vij gloss.

GLOSSA.

Ex texru articuli præsentis oritur quæstio, de superioritate Apostolici & imperatoris, quis eorum sit superior. *f* Arguiturque pro & contra. Quidam dicunt imperatorem esse superiorem, certas præse habente ones. Prima, quia imperator imperium à nullo habet, nisi à Deo; vt xxiij. q. iiij. c. quæsitum. & extra. de appellat. c. si duobus. & ita cum subesse alteri non oportet. Item, imperatorem eligit exercitus: vt supra eod. lib: art. lij. & non Papa; & ita subesse Apostolico non debet: vt xxxvij. dist. c. legimus. Præterea, ecclesia conferre imperatori tenetur tributum, æquè sicut Apostolico: vt xj. q. j. c. magnum. In oppositum sunt alij qui dicunt, Apostolicum esse superiorem; fundantes intentionem suam super dicto Saluatoris, quod habetur in euãgelio de sancto Petro. Quodcumque ligaueris super terram, &c. Idque deriuari volũt ad omnes eius successores: vt de re. iudic. c. ad apostolicæ. lib. vj. Præterea Apostolicus habet vtrũque imperium, cœleste & terrenum: vt xxij. dist. c. j. Præterea, imperator omagium præstat Apostolico: vt lxiij. dist. c. tibi. Insuper, Apostolicus imperiũ ex Græcia hîc transtulit: vt extra. de elect. c. venerabilem. Et item, Apostolicus deponere potest imperatorem: xv. q. v. c. alius. Et etiam apostolicus, quandoq; intromittit se in iudicium sæculare; sicut quando illegitimi qui sunt, legitimos efficit: vt extra. qui filij sũt legitimi. c. per venerabilem. Replicant aliqui, pro opinione prima, in proposito persistentes suo, quòd apostolicus vtrumq; iudicium minimè habere potest. Iudicia enim hęc duo dominus Deus distinxit, duabus personis illa conferendo: Apostolico videlicet & Imperatori: vt x. dist. per totum. Quòd verò apostolicus illegitimos efficit legitimos, dicunt id esse ex admissione & indulgentia imperatoris; vel dicunt illud contingere sede imperatoris vacan-

vacante: vt extra. de foro compet. c. licet. Omissis tamen argumentis pro & contra militãtibus, g soluitur quæstio, prout & supra lib. j. art. j. habetur: & hic specialiter declaratur, quòd in his, quæ sunt animæ, & quæ ad Dei cultum pertinent, & hoc est iudicium spirituale, Apostolicus est superior imperatore. In illis verò quæ ad defensam sæcularem pertinent, quæ nihilominus etiam ad obsequium Dei referuntur, quod iudicium sæculare nũcupamus, imperator est superior, tum & in omnibus quæ ad militiam pertineant: vt xxiij. q. j. c. militare. & xj. q. iij. c. Iulianus. & c. qui resistit. Exquo itaque Apostolicus in spiritualibus est superiòr imperatore, quare eundem excommunicare potest, sed nedũ ipse verũ & episcopus, vt hic textus habet, cũ dicitur: Aut ab alio: vt xcvj. disti. c. duo sunt quippe. & xviij. dist. c. quoniam quidem. & lxiij. dist. c. Valentinianus. & ix. q. iij. c. si autem. Quare & in textu ponuntur tres caussæ, ratione quorum imperator excommunicari potest. Prima, si à fide apostatauerit: propter id enim nedum excommunicari, sed & deponi ab imperio potest: & nedum ipse, sed & Apostolicus à sede sua. Et propter id Fredericus fuit ab imperio depositus: vt extra. de re. iudic. c. ij. lib. vj. Quòd autem & Apostolicus deponi possit, habetur xl. dist. c. si Papa. Secunda caussa est, occasione matrimonij; propter distractionem enim matrimonij Lotharius exauctorisatus fuit, qui omissa propria vxore alteri adhęsit: vt ij. q. j. c. scelus. Tertia itẽ est caussa, sacrilegium, seu deuastatio ecclesiarum: ex iuramẽto etenim ecclesias defendere debet & non deuastare: vt in auten. quomod. oport. episc. §. j. coll. j. C. de sacro san. eccles. l. iubemus. & xxiij. q. iij. c. Maximianus. h Speciale enim imperatorum est, quod ecclesias ædificent ac reficiant: vt in auten. de non alien. aut permu. re. eccles. §. sancimus. coll. ij. & xcvj. dist. c. bòni. & xxiij. q. iij. c. Maximianus. Ecclesia enim est mater sacri imperij: vt in autent. vt determi. sit nnme. cleric. §. j. coll. j. & C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. Imperator etiam iurare tenetur circa consecrationem, iura & dignitatem ecclesiæ defendere: vt lxiij. dist. c. tibi domino. & ꝓpter id Theodosius magnus fuit excõmunicatus à sancto Ambrosio: vt xcvj. dist. c. duo sunt. & id de imperatoribus dictum est. De regibus verò, in quibus excõmunicari possunt, dic: quòd pro omnibus excessibus, si incorrigibiles se ostenderint: vt xv. q. vj. c. alius.

Imperator nisi in tribus casibus excommunicatur, &c. Contrarium istius est xcvj. dist. c. duo quippe sunt. vbi habetur, quòd Innocentius Papa excõmunicauit Archadium ex eo, ꝙ sanctum Chrisostomum ex sede propellere permiserat sua. Respõdetur. & siquidem solus id non fecerat, in illud tamen consensit: consentientes verò & faciẽtes eadem pœna puniuntur: vt xxiiij. q. iij. c. qui aliorum. & lxxxvj. dist. c. tanta nequitia. Sciendum tamen in generali, tàm imperator quàm rex excommunicari potest pro omnibus, vbi iusta excõmunicatio ferri potest: vt extra. de maio. & obedi. c. omnes. & c. solitæ. & de iudi. c. nouit. In textu tamen hic tres caussæ magis præcipuæ sunt expressæ, pro quibus imperator excommunicatur.

In principis electione, &c. Vnde nota, quòd primus episcoporum, vt pote Treuerensis, est cancellarius Romæ. Secũdus, est cancellarius Mediolani. Tertius, est cancellarius Aquisgrani, & id ꝓpter triplicem coronationẽ, quod

que

g Solutio quæstionis mota.

h Imperatorum speciale, quòd ecclesias ædificẽt ac restaurent.

que per id triplex imperium sibi cedit. i Prima coronatio est Aquisgrani, & illam sortitur ab episcopo Colonensi, & est vilior, quia coronatur ferrea corona; efficiturque rex super omnem Germanorum nationem: vt supra art. lv. Secundam accipit Mediolani ab episcopo, ibidem argenteam nanciscitur coronam; & efficitur rex super gentem Italicam. Tertiò coronatur Romæ in solio aurea corona ab Apostolico, & efficitur imperator totius mundi, & super omnem Christianum populū. Corona ferrea designat fortitudinem, qua conterere debet omnes aduersarios fidei Christianę. Corona argentea designat puritatem mentis, quæ in rege, vt resplēdeat necesse est. Aurea verò corona designat id, quia sicut aurū præcedit omnia metalla nobilitate, valore, bonitate, & æstimatione; ita imperator præcellere debet omnes fortitudine, iustitia: vt extra de Iureiuran. in Clemen. Roman. in glossa.

i Romanorū regis coronatio triplex.

Primus inter illustres, &c. Exinde propositum habetur nostrū quòd principes licet seruitiū hæreditar ū habent, non tamen per id serui sunt: dato, vt aliqui volunt, quòd conditio ministerialium seruilis sit, quia in huiusmodi officijs hereditati sunt. cuius declarationem vide supra art. xlij.

Bohemiæ rex, &c. Ratio autē cur rex Bohemiæ eligere non debeat, in textu ponitur, quia videlicet non est Theutonicæ natiōis: istud tamē improbari potest quia remota caussa, remouetur & effectus: vt ff. de reg. iur. l. cum principalis. & C. de legib. & constit. l. non dubium. k Ex quo itaque sit, quòd rex Bohemiæ ex Theutonica natione nūc eligitur, quare remouetur & illud, quod eligere non possit. R. itaque, quòd electio regi Bohemiæ non cedit, vbi electores inuicem concordauerint, uerint, sed si disc[illegible], ita quod tres eligant vnum, & alij tres aliū; ex his duobus potest consentire in vnum, quem voluerit: vt habetur in gloss. Ioan. Andr. extra. de sentent. & re. iudi. c. ad apostolicæ. vers. illi sunt. lib. vj.

k Hæc declaratio nō satisfacit instātiæ, non semper enim Bohemiæ rex ex Theutonica eligitur natione.

Præter istos succedit etiam electio, &c. Et circa id introduci & limitari potest opinio Hostiensis, quam mouet extra· de electio. c. venerabilem. qui dicit electionē imperatoris, secundùm quod hīc textus habet, esse ex accidenti, & non de iure. Imperatorem enim exercitus facit: vt xciij. dist. c. legimus. Quare respondē, quòd Hostiensis non negat electionem imperatoris fieri, à prænotatis imperij electoribus esse iuridicam, & legitimam; sed duntaxat illam, quæ fit per Bohemiæ regem, dicit eam ex accidenti esse, hoc est, si fuerit disparitas electorum adinuicem. Quæritur, si electores negligant in electione imperatoris, an Apostolicus eūdem eligere possit? R. secundùm Ioan. Andreę. quòd id facere minimè potest: vt extra. de elect. c. venerabilem. & extra. de re. iudic. c. ad apostolicæ. ver. illi. lib. vj. & glos. sequen. & hoc ex eo; quia electoribus nullum determinatum tempus præfixum est imperatorem eligendi, nisi forsan id facere ex contēptu nollent, postquam ab Apostolico auisarētur: vt extra. de sentent. & re. iudi. c. ad apostolicæ. lib. vj. in glo. & extra. de elect. c. venerabilem.

Articulus LVIII.

PRincipes imperij nullum dominum præter regem habere debent. Nullum est feudum vexilli, de quo possit illustris seu princeps fieri, nisi il-

lud sibi à rege cõferatur. Feudum alij priùs collatum, sequenti illustriam non tribuit dignitatem. Vel sic, iuxta alios codices: Quidquid alter, vt sic, ab eo accipit in feudum, exinde non est in feudo primus, quia alter recipit ante eum, & non poterit idẽ princeps imperij dici.

GLOSSA.

Principes imperij, &c. Priuilegium illud habent isti principes ab imperatore. Papa enim & imperator possunt concedere priuilegium, quia tales supra ius positi sunt, nec astringuntur legibus: vt in c. proposuit. de concess. præben. & C. de legib. l. digna vox secundùm Dama. Goffri. & Hostien. Et regulariter Papa dat in spiritalibus, & imperator in tẽporalibus; immò & episcopus dat priuilegium: vt in c. cum venerabilis. de reli. do. & cẽsi. c. cũ venerabilis xvij. q. ij visis. de sent. & re. iudic. c. cum inter. & de priuileg. c. cum olim. Dum tamen hoc faciat de sui capituli voluntate. de iure patro. c. pastoralis. & de excessibus prælator. c. sicut venire. Et breuiter, quicumque potest constitutionẽ facere, & quatenus, & in quibus potest, eatenus etiã in illis potest & priuilegium dare: super quo vide in sum. per Hostien. de constitut. §. quis possit. & §. qualiter. *a* Quinimmò consuetudo priuilegium seu priuatam legem inducit: vt notatur per Hostien. in summa tit. de consuetud. §. & de virtute. Et regulariter potest isti concedi priuilegium, quem constitutio concedẽtis potest arctare. quod dic. vt plenè notatur per Hostien. in summ. de constit. §. quando constitutio.

a Consuetudo priuilegiũ seu priuatam legem inducit.

b Et priuilegij interpretatio pertinet ad illum regulariter, qui priuilegium concessit, quia eius est interpretari cuius & concedere: ergo quousque is qui concesserit respõdet, negotium suspenditur: de senten. excommu. inter alia. & de iudi. cum venissent. Et debet diligenter cõsiderari priuilegij tenor: de priuil. c. porro. & c. recepimus. & contra concedentem est latissimè interpretandum: de donat. cùm dilecti. ad fi. & ff. de constit. princ. l. beneficium. nisi præiudicet iuri alieno; quia tunc reducitur ad ius commune, si fieri potest: de consuet. c. cum dilectis. §. penult. & fin. sic tamen vt aliquid operetur, aliàs non esset priuilegium: vrde priuileg. in his. & de verbo. signifi. abbate. C. de thesaur. l. vni. libr. x. & ff. ad munic. l. j. ad fin. & ff. de leg. j. l. si quando. cum similibus. Adde, & vide meliùs nota. per xxv. q. ij. in glossa summæ. & in c. cum venissent. de insti. & in regula. priuilegium. de regu. iur. libr vj. & ibi remissiones.

b Priuilegij interpretatio ad illum pertinet, qui illud concessit.

GLOSSA.

IN articulo præsenti determinatur, qui imperij principes sunt, & qui non; exindeque venit notatu dignũ, quòd principes duplices sunt. Quidam sunt simplices principes, quidam verò principes imperij: vt supra dictum est libr. j. art. iij. & in auten. vt ab illustr. & qui super eam sunt dignitatem. §. j. coll. v. *d* Sciendum præterea, quòd prncipes imperij, qui & super illustres dicuntur, dignoscuntur ex tribus. Primò, vt hîc textus *bene* habet articuli præsentis; secundò, quia bona ab imperio suscipiunt cum vexillo seu sceptro: vt infrà art. lx. Tertiò, quòd prouincias habere debent, quæ ducatus sint: vnde si plures fratres fuerint, bonaque

c Principes duplices.

d Principes imperij dignoscuntur ex tribus.

naque inter se diuidant, cui cedit ducatus ille imperij, princeps erit: vt supra artic. liij. & C. vbi senat. vel clariss. l. j. & l. quotiens. §. viros.

Feudum alteri collatum, &c. Hic declarare vult, quid dux sit, & quis dicatur: & dicit, quòd ille qui in ducatu primariè infeudatus est. *c* Dux enim nominatur ille, cui à principe ducatus in feudum datus sit, vel dux dictus quasi prouisor prouinciæ sibi in feudum datæ, vel dux, qui bellum sequitur.

c Dux quid sit. concordat cod. lib. artic. liij. Ju. Mu. art. vij.

Articulus LIX.

CVM electus fuerit episcopus, abbas, abbatissa, qui scuto fruũtur bellico, tales primò tenentur à rege feudum recipere, & postea ab ecclesia curam spiritualem: postquã verò receperint feudum, ius feudale conferre poterint, & non ante. Vbi episcopus, abbas, aut abbatissa in sex septimanarum tempore non eligatur, electioque regi pertinet vel imperatori; electio, vt sic, deuoluitur ad imperatorem, & ille conferre poterit idoneos pro sua voluntate.

GLOSSA.

VBI episcopi, abbates, &c. De iure autem cõmuni electio prælati pertinet ad capitulum. Vnde dicit ius canonic. Nullus in ecclesia. vbi duo vel tres in congregatione fuerint, nisi eorum electione vel postulatione presbyter, id est prælatus eligatur: vt in c. j. de electio. *a* Et hoc debet fieri infrà tres menses; aliàs eligendi potestãte pro hac vice carebunt: vt in c. ne pro defectu. de elect.

a Electio p̃lati quàm cito fieri debet.

GLOSSA.

Articulus præsens disponit de electione principum, signãter spiritualium, duoq; in textu tanguntur. Primũ, si princeps spiritualis pro tempore debeat determinato eligi, interimque non eligitur, electio cedit imperatori vel Papæ, officiumque illud conferre potest cui vult. *b* Sciendum tamen circa id, si electio Papæ pertineat, extũc illi quibus de iure spectat electio, spaciũ habẽt trium mẽsium; vbi verò imperatorẽ attinet, sex septimanarum induciæ dantur: & si neglexerint, electio post modum nulla. Sed cõferre potest vel imperator vel Papa: vt extra. de elect. c. ne pro defectu. Secundũ quod tangitur in textu est, quòd principes electi, feudum priùs accipere debẽt, & postea curam spiritualem, quia dato, quòd electus sit, curamque spiritualem habeat, & confirmatus existat, feuda tamen conferre non poterit, nisi ipse priùs collatum feudum habeat. & iste est articuli sensus.

b Electores. quantum spacij habent ad eligendum p̃latum.

Vnde circa id ,p intellectu articuli *c* nota, quædam electionis iura, tùm & electionis distinctionem & differentiam. Primò, eligitur vel electio fit iudicis à populo: de hoc supra lib. j. art. lvj. lvij. & lviij. Secundò, eligit patronus capellanum seu curatum ecclesię, & circa id nota sex vtilitates. *d* Primò, ecclesia vacante, si patronus curatum non elegerit infrà quatuor menses, amittit ecclesiã & feudum; episcopusque illud conferret cui vult: vt extra. de iure patron.

c Electionis iura vide. cõcordat Jure Muni. artic. xliij. gloss. & electionis differentia.

d Patroni p̃rogatiua in cõferendo beneficio.

e Patronus mutare votū potest in conferendo beneficio.

tron. c. quoniam in quibusdam. *e* Secundò, quòd patronus potest conferre ecclesiam vni, tandem si pœnituerit secundò & tertiò, & sic consequenter quamdiu sibi nō committitur administratio curæ per episcopum: vt extra. de iure patro. c. pastoralis. Tertiò, quòd patroni incst defensa iurium ecclesiæ, ita quòd bona ecclesiæ & pastoris tueri tenetur: vt xvj. q. vij. c. filijs. Qnartò, patronus id habet honoris, quòd curatorem eligere potest: vt extra. de iure patron. c. ij. & iij. *f* Quintò, quòd patronus potest etiam percipere vtilitates ecclesię & curati; & hoc si ad inopiam deuenerit: curatus enim sustentare patronum tenetur ex bonis ecclesiæ inquantùm poterit: vt xvj. q. vij. c. quicumque. Sextò, quòd patronus collationem ecclesiæ donare, cōmittere, vel æbscedere potest: vt xvj. q. vij. c. nemini. & extra. de iure patron. c. j. & vij. sed nullo modo vendere. Si verò villa vel ciuitas venditur, collatio etiam illa non nominata alienatur cum alijs bonis: vt extra. de iure patro. c. ex literis.

f Patronus vtilitates eccle sia percipere potest.

Tertiò, electio fit regis, & ibi principes nō possunt negligi, quia illis non est tempus determinatū electionis, nisi forsan eligere noluerint postquam moniti sunt per Papam: vt extra. de electi. c. venerabilem. & extra de sentent. & re. iudi. c. ad apostolicæ. & in glo. vers. illi. lib vj. Quartò, electio fit Apostolici per decessum prioris, & si in decem diebus non elegerint, extūc sæcularis potestas Cardinales in cōclaue mittet, & si qui absentes sint, vel ex conclaui discesserint, auctoritatem eligendi amittunt. Illis verò sic in conclaui positis, primis quinque diebus nō nisi vnum ferculum tribuitur. post peractos verò quinque dies, nonnisi panis & vinum porrigitur: vt extra. de elect. c. vbi periculum maius. lib. vj. Quintò, electio fit, episcopi vel aliorum prelatorum: vt textus habet.

g Electionī annihilantia, causæ quadraginta quinque.

g Vnde nota, quòd electionē annihilantia vel annullantia causæ inueniuntur quadraginta quinque. Prima, si eligitur antequam corpus prædecessoris tumulatum sit: vt extra. de elect. c. bonæ memor æ. Secunda, si electio occulta sit: vt extra. eod. tit. c. quia, pter. Tertia, si electus antehac habeat beneficium curatum: vt extra. eod. tit. c. dudum. Quarta, si infrà tempus determinatum non elegerit: vt hìc in textu. Quinta, si electus non sit legitimè natus: vt extra. eod. tit. c. innotuit. Sexta, si sit idiota: vt xviij. dist. c. quoniam quidem. & extra. de ætate & qualitate & ordine præficiendorum. c. vlt. Septima, si electus sit prauæ vitæ: vt extra de electio. c. cum in cunctis. Octaua, si ille cui committitur electio alium eligat, quàm sibi commissum est: vt extra. de eod. tit. c. cū dilectis. Nona, si electores priùs verbis composuerint cum illo, quem eligere volunt, vel cum amicis: vt extra. eod. tit. c. per inquisitiōem. Decima si eligitur ille qui sit minor triginta annis: vt extra. eod. tit. c. cum in cunctis. Vndecima, si electio fit post interpellationem iustam: vt extra. eod. tit. c. consideramus. & c. auditis. Duodecima, si electores vel electus censuris irretitus sit: vt supra eod. lib. artic. liiij. & extra. de elect. c. venerabilem. Tredecima, si electio sit ab illo cui interdictum est officium: vt extra. eod. titu. c. cum inter. Quartadecima, si electio sit ex eo actione sæcularis potestatis: vt extra. eod. tit. c. quisquis. Quintadecima, si electio sit à minori parte capituli: vt extra. eo. tit. c. scriptum est. Sedecima, si non sit ex potioribus capituli: vt extra. eo. tit. c. licet. & c. congregato. & c. scriptum est. Decimaseptima, si electus

lectus priùs consensum præbuerit antequam eligatur: vt extra. eod. tit. c. cum post petitum. Decimaoctaua, si per laicos sit electio, signāter in collegiatis & cathedralibus: vt extra. eodem tit. c. Massana. Decimanona, si electio sit ad clamorem populi. ad clamorem etenim eius nullus eligendus est: vt extra. eod. tit. c. Osius. Vigesima, si electus intromittit se bonis ecclesiasticis, antequam confirmetur: vt extra. eod. tit. c. qualiter. & c. nosti. & c. auariciæ. lib. vj. Vigesima prima, si postquam electio publicatur, tandem effectus electionis protrahitur, & nō subsequitur: vt extra. eod. titu. c. cum post petitam. & c. in genesi. Vigesimasecunda, si simoniaca sit, dato, quòd electus nesciat: vt extra eod. tit. c. si alicuius. Vigesima tertia, si episcopus vel archiepiscopus electum non examinauerit: vt extra eod. titu. c. nihil. Vigesima quarta, si electus nō sit diaconus: vt extra eod. tit. c. dudum. Vigesima quinta, si violenter electus ad id veniat: vt extra. eod. tit. c. quisquis. & xvj. q. vij. c. per laicos. Vigesima sexta, si persona eligitur, quæ est petenda, hoc est, quæ sit ex alia diœcesi: vt extra. eod. tit. c. innotuit. & extra. de postula. prælat. c. gratum. & c. vlt. Vigesima septima, si secundùm nouum modum electionem faciant, prout eis placet: vt extra. de postul. c. gratum. Vigesima octaua, si electio ad septem personas admittitur, & tres è medio sui, quartū eligant, & alij tres, alium extraneum, iste obtinebit, q è gremio electus fuerit; & hoc, si ad id consenserint: vt extra de elect. c. cum in iure. Vigesima nona, si electio alibi sit, quàm antehac fieri consueuit: vt extra. eod. tit. c. considerauimus. Trigesima, si electio sit cum condicione: vt extra eod. tit. c. cum dilectus. & extra. de sentent. & re. iudic. c. cum olim. Trigesima prima, si electio sit cum disiunctione, hunc vel illum: vt extra. de electi. c. in electionibus lib. vj. Trigesima secunda, si sit in non determinatam personam, vtpote si ille qui primus venit eligatur: vt extra eod. tit. c. in electionibus. lib. vj. Trigesima tertia, si electoribus prohibeatur electio, sine eorum superiore; illi enim eligere, vt sic, non possunt: vt extra. eod. tit. c. his quibus. Trigesima quarta, si aliqui allegent eos debere electioni interesse ex capitulo, qui tamen non sunt, & proponant causas, cur electioni interesse debeāt: vt extra eod. tit. c. constitutus. & extra. de caussa, pprietatis & possessionis. c. cum ecclesia. aliàs electio non valet. Trigesima quinta, si in electione quid committatur, quod per consilium prohibitum sit: vt extra. eod. tit. c. quia propter. Trigesima sexta, si electorum vnus, qui ad electionem pertinet, despectui haberetur & non vocaretur ad electionem; electio non valet: vt extra. eo. tit. c. bonæ memoriæ. & c. per venerabilē. Trigesima septima, si electio non sit secundùm quod de iure fieri debuit: vt extra eod. tit. c. quia propter. Trigesima octaua, si in electione non attingitur numerus & potior numerus electorum: vt extra. eod. tit. c. Romana. & c. in genesi. Trigesima nona, si Papa mandauerit, quòd eligere debeant secundùm quorundam consilium, & id prætermiserint: vt extra. eod. tit, c. cum in veteri. Quadragesima, si eligitur qui eligi non potest; vt laicus vel excommunicatus, vel cui officium suspensum sit, perdunt ipso facto electionem, si scienter id fecerint: vt extra. eod. tit. c. innotuit. Quadragesima prima, quòd electio sit circa cathedralem seu in summo ecclesiæ cathedralis: vt extra. eod. titu. c. cum terra. *b*

h Religionẽ acceptans eo animo, vt in Abbatem eligatur, electio illa inutilis fit

h Quadrageſima ſecũda, ſi monachetur quis eo reſpectu, quòd eligatur poſtmodum in abbatem: vt eod. tit. c. cum ad noſtram. & xvj.q.xvij.c.per laicos. Quadrageſima tertia, ſi eligatur abbas ſeu prior nondum profeſſus: vt extra eod. tit. c. cum ad noſtram. & c. cauſſa quæ. Quadrageſima quarta, ſi ab his quibus comittitur electio, eligatur qui non ſit idoneus: vt extra. eod. tit. c. cauſſam quæ. Quadrageſima quinta, ſi electio ſit ſub condicione & diſiunctione; vt ſi eligo illum qui acceptare vellet & aliud ſimile. extra. eod. tit. c. in electionibus. li. vj. quod cap. eſt Innocentij quarti in conſilio Lugdunenſi.

Articulus LX.

IMperator confert cum ſceptro ſpiritualibus & cum vexillis ſæcularibus feuda omnia illuſtriæ dignitatis. Neclicet ei feudũ vexilli vacans per annum & diem non collatum tenere. a In quamcumque ciuitatem imperij rex deuenerit, ibi telonea vacabũt ſibi, & monetæ. Quãcumque etiam prouinciam ſeu territorium intrauerit, iudicium illius ſibi vacabit, & ei licebit iudicare omnes cauſſas, quæ coram iudicio non fuerant incœptæ aut finitæ. In aduentu principis omnes detenti ad faciendũ cum eis iuſtitiam ſunt regi præ-

a Concordat Iure Munici. art. viij.

gi præſtandi, quantò citius poſt regis poſtulationem id cõmodè fieri poterit, & in eius præſentia conuincendi ſunt, aut vt iuris eſt, dimittendi. Poſtquam imperator aut rex vel eius nuncij, detentori in domo illius aut curia denunciauerint, vbi detẽtus habetur vel antea tenebatur, vt eundẽ repræſentent, illi verò id facere contempſerint, & citatio per nuncium regium probari poſſit, ſtatim qui eos tenent & detinuerunt, & caſtra in quibus detinentur, proſcriptioni imperij includentur.

GLOSSA.

l. 1 telonea vacabunt, &c. De teloneis, vide Iure feud. art. xj. in gloſſa.

Sibi iudicia vacẽt, &c. Omnis enim iuriſdictio eſt imperatoris: vt in §. hac edictali. de pace iuram. ent. fir. coll. x. vbi dicit Bald. quòd imperator eſt, qui iuriſdictionem tribuit, magiſtratus creando, vel confirmando, vel præſtando auctoritatem creandi vel confirmandi: vt ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. cum vrbem. & in auten: de defen. ciui. §. interim. Ita, quòd etiam minima iuriſdictio non poteſt conferri, niſi auctoritate principis mediante: vt notatur ff. de iuriſdict. om. iudic. l. & quia. & C. eod. tit. l. priuatorum. & per Innoc. de offic. ordi. c. cum ab eccleſiarum. ſecundùm Bald.

De o-

De omni cauſſa, &c. Iudex enim ſuperior in teritorio poteſt cognoſcere de omnibus cauſſis, de quibus iudex inferior in ipſo teritorio cognoſcere poſſit, de offic. ordi. c. cum ab eccleſiarū. & C. de offic. præfect. vrb. l. j. Hoc verum, niſi conſuetudo ipſius terræ præfigeret certum ordinem in cognoſcendo; quia ipſo iure non valet, quòd fit contra conſuetudinem informantem iuriſdictionem, & contra ordinem conſuetum.

Cum eis iuſtitiam, &c. Eſt enim regum propriè facere iuſtitiam: xxiij. q. v. c. Regum. & ad hoc poteſtas eſt à Deo ordinata. de quo per Hoſtien. & alios. in c. j. de homicid. lib. vj. Summum autem bonum eſt in terris colere iuſticiam. xij. q. ij. cum deuotiſſimam. Et iniuſtitia aufert nomen boni & religioſi principis; nec debet ad arma permittere venire, quos poteſt ſua iuriſdictione cōpeſcere. ff. de vſufruct. l. æquiſſimum. Sed cùm principi multa licent, vt hîc vides, *b* nunquid ergo poteſt rem vnius alteri dare? videtur quòd ſic; quia eſt dominus omnium: ff. ad leg. Rhodi. de iac. l. deprecatio. igitur poteſt in quemcumque transferre: Inſtit. de re. diuiſ. §. per traditionē. Item, quia ab ipſo dominium impetratur: C. de iure. dom. impe. per totum. Præterea, hoc, ſcilicet transferre dominium, poteſt res iudicata: ff. de re. credit. l. iij. & ff. de public. iudic. l. j. Et principis reſcriptum hoc poteſt: C. de teſta. in pleriſque legibus. Et poteſt hoc etiam vſucapio, quæ à iure ciuili eſt inducta: ff. de vſucapi. l. vſucapio, ergo fortius imperator hoc poteſt. Item, quia rē aufert imperator, & dat militibus: ff. de re. vindic. l. item ſi. §. j. ff. de euict. l. Lucius. Item, quia ipſe ſeruum alienum manumittit: ff. de nat. reſtit. per totum. Itē, quia dat viam ad ſepulchrum per fundum alienum: ff. de relig. & ſumpti. fu. l. ſi quis. Poteſt etiam rem communem cum alio vendere: C. de vend. re. fiſc. l. vna. lib. x. Item, quia omnia licet principi, quæ ſibi expreſsè non prohibentur: ff. ex quib. cauſ. ma. l. necnō. §. quod eis. Tollendo enim iura imperatorum quis audet dicere: Hæc villa mea eſt, mea eſt hæc domus: viij. diſt. quo iure. In cōtrarium verò videtur, quòd non; quia dominium rerum eſt ſingulorum hominum, non imperatoris: vt Inſtit. de re. diuiſ. §. ſingulorum. Quod ergo imperator non habet, in alium transferre nō poteſt: vt ff. de acquir. re. domi. l. traditio. Item, quia dominium eſt de iure naturali: ff. de iuſti. & iure. l. ex hoc iure. Sed ius naturale eſt immutabile: Inſtit. de iur. natur. §. penult. & ff. de conſtit. princip. l. j. Et non debet cuiquā ius ſuum detrahi: ff. de his qui ſui vel alien. iur. ſunt. in pleriſque legibus: hoc enim eſſet iniuſtum, & inde naſceretur iniuria, vnde iura deberent naſci, quod eſſe nō debet: vt C. vnde vi. l. meminerint ergo. Nam & priuatus non tenetur ſuum ius vendere principi: ff. de his quibus vt indign. l. poſt legatum. §. ſi ſeruum. *c* Solutio. Dicunt communiter Doctores, quòd imperator non poteſt rē vnius alteri dare, niſi cauſſa legitima ſubſiſtente, vel ratione delicti, vel communionis, vel ratione publicæ vtilitatis; vt in dictis iuribus, ſoluto tamen precio ſecundùm vulga. moder. & alios.

b Princeps, an rem vnius alteri conferre poſſit, argumenta pro & contra.

c Imperator rem vnam alteri conferre non poteſt, niſi legitima præcedente cauſſa.

GLOSSA.

Articulus præſens diſponit, quomodo imperator principes infeudat, eiſdemque feudum imperij, ratione cuius principes efficiuntur, confert. *d* Vnde p intellectu iſtius clariori notandū, quòd principes

d Clerici q-dē, mulieres, ruſtici, inre feudi carent.

Principibus tamen eccleſi-

asticis sceptro ex gratia regia feudum cõfertur: illud tamen non nisi in tutelam accipiunt, cũque contingit principibus spiritualibus, vt sic infeudatis, iudicare super cutim aut vitam, illud cõmittere debẽt officialibus suis.

cipes vtriusque status æquè feudum petunt ab imperio, per genuflexionem & manus compositionem; & hoc designat illorum omagium; ibidemq; rex vel imperator tribuit sæcularibus principibus vexillum seu bannerium ad manus, in signum, quòd quẽadmodum ipsi vexillum imperij obsequia pręstando sua secuti sũt, ita digni reputari, vt ducatus eis conferatur, vexilloq; imperij infeudentur. Spiritualibus verò cõfert feudum per sceptrum, quod est vnum ex quinque clenodijs quæ imperatori Romæ tribuuntur. e Vnde circa id nota, quòd quinq; sunt clenodia imperij, quę cõmuniter Romæ imperatori circa eius consecrationem per Apostolicum, postquã coronatur dantur. Primum clenodium est corona, quæ capiti imponitur suo. Corona autem illa est quasi sertũ quoddam superapposita quadam concauitate: sertumque illud instar quatuor liliorum floribus cõdecoratum est: ad denotandum, quòd imperator mitis, probus, timensque Deum esse debeat, alios etiam homines qui ex quatuor elementis formati sunt ad id inducendo. Idemque, humilis, benignus, erga probos pius, & absque ira, sicut lilium inter omnes flores est sine spina. Supra concauitatem verò coronæ est crux superapposita, habens cornu deflexum in anteriorem partem, & aliud in posteriorem. Vlterior & copiosior huius clenodij in certis glossis habetur interpretatio; & quia parum vtilitatis affert, eandẽ omittendam duximus. Secundũ imperij clenodium est bãnerium, insignitum aquila, cui crux in pectore sculpta est, ad denotandum, quòd crucem ante omnes Christianos portare debet, ad defensam omnium; semperque paratũ sese exhibeat mori pro ecclesia Christiana; est enim tanquam clypeus & torax ecclesiæ Christianæ. Vnde & Apostolicus postquam eundem chrismate in scapulis inungit, crucem faciendo hæc verba profert: Domine Iesu Christe, fili Dei viui, sanctifica famulũ tuum S. vt fortem clypeum se exhibeat nobis contra omnes visibiles & inuisibiles hostes, prout tu domine Deus sanctificasti nos precioso sanguine in ligno crucis, & à potentia inimicorum liberasti. Tertium clenodium imperij est vexillum, seu vt libr. feud. c. iiij. habetur, labrum in anteriori parte rubeum, in posteriori verò glaucum: rubeum designat verum amorem, quem erga Deum habere debet, & erga iustos & probos homines: per glaucum verò designatur probitas, quã in hac mortali carne, in se & erga alios ostẽdere debet: designatq; etiam mortem, quam improbis inferre ex officio tenetur. color enim glaucus mortem designat, vt medici dicunt. Quartò, habetur pomum aureum, quod occludi & apperiri potest, oppletumque terra fieri solet, ad denotandum mortalitatem imperatoris, in dignitate imperiali. Quintum clenodium imperij est sceptrum, hoc est virga aurea, in summitate binos liliorũ flores continens, istudque Asuerus rex excogitauit, vt habetur Hester c. v. designatque benignitatem imperatoris; vnde spiritualibus sceptro feudum confertur, ad denotandum, quòd spirituales feudum à rege ex gratia habent, & non de iure: istud vide de consecratione imperatoris per totũ.

e Clenodia imperij quinque.

In quamcumque terram intrauerit imperator, &c. Et hoc est ex eo, quia principes in huiusmodi negocijs, nonnisi commissam habẽt prouinciam: vt supra artic. lij. Et qui huiusmodi iudicia à principibus conduxerit, oportet damnũ tollerare, in aduentu regis, *f* quia nullus potest plus iuris conferre alteri,

f Vide infra art. lxxvij. Iure Munici. art. xxvij. gl.

alteri, quàm quod ſolus habuit: vt ff. de regu. iur. l. nemo. hoc idem eſt intelligendum de teloneis & moneta. Vnde & id quod dictū eſt, ꝙ videlicet imperatore aduenīente, iudicia ſibi vacant: habetur etiam ſupra lib. j. artic. lviij. §. vltim.

In aduētu principis omnes detenti, &c. Dicere quis poſſet, ius iſtud competere cuilibet iudici, vt captiui coram eo conuincantur; aliàs proſcribere poterit illū, qui eundem detinet: cur itaque in paragrapho iſto ſoli regi id tribuatur? ℟. Quòd etſiquidem iudex quilibet, captiuum in ſua iuriſdictione ad ſuum iudicium repetere poteſt, ſolus verò rex captiuos etiam à iudicibus repeut ex eo, quia ſupremus iudex eſt. Iudex enim ſuperior poteſt cognoſcere de omnibus cauſſis, de quibus iudex inferior in territorio cognoſcere poterit. c. cum ab eccleſiarum. de offic. ord. & l. j. C. de offic. præto. præfect. Afri. & hoc eſt verum, niſi conſuetudo ipſius terræ præfigeret certum ordinem in cognoſcendo; tunc ipſo iure non valet ex facto contra conſuetudinem iuriſdictionis, & contra ordinem conſuetum.

In ipſius preſentia vincēdi ſunt, &c. Exinde habetur, quòd nullus iudex quantumcumq; ſupremus ſit, abſque ordine iudicij ꝓbationibuſque ſufficientibus, aliquem interficere debet: vt C. de edend. l. qui accuſare volunt. & C. de probat. l. vlt. & C. de accuſat. l. ſinguli.

Aut vt iuris eſt dimittendi, &c. Hoc fit etiam ex eo, ſi reſpondens actori iure ſe excuſauerit, emendam ſibi præſtare cogitur actor: vt ſupra eod. lib. art. xliij. & Inſti. de pœna temer. litigan. §. ij. ℊ ſi verò per contumeliam quid contra eum oppoſuerit, eandem ſolus ſuferre tenetur, quam ex odio & inuidia contra illum intentare voluit: vt C. de his qui accuſare non poſſunt. l. criminis. extra. de elect. & elect. c. ſtatuimus. lib. vj. & ij. q. iij. c. qui non probauerit. & ea. q. viij. c. qui crimē. extra de calumn. c. cum dilectus.

ℊ *Vide ſupra lib. ij. art. viij.*

Quodſi contempſerint detentores, &c. Proſcribentur: vt hic & ſupra lib. ij. art. lxxj. non obſtante quòd querela contra captiuum iam inſtituta fuit. Ratio verò ꝓſcriptionis potiſſima eſt, quia mandato regio non obediuit.

Qui eos tenent, &c. Iure enim cautum eſt, qui alium captiuum tenet, reſpondere pro eo tenetur: vt ſupra lib. ij. art. xxxiiij. Quòd verò & domus proſcribatur, vbi detinetur; eſt art. vlt. lib. ij.

Stat m qui eos tenent, &c. Vbi enim iudex propter obſtaculū aliquod vel impedimentum iudicare non valet, illud rex ſolus iudicabit: vt ſupra lib. ij. art. xxv.

Articulus LXI.

POST decem & octo hebdomadas [a] Comes ſuum iudicium in legitimo iudiciali termino, vbi ſcabini, præfectus, & præco ſunt præſentes, extra dies feriales & ligatos debebit pronūciare. Nemo poteſt præfectus eſſe niſi ingenuus ſit, [b] & de illa iuriſdictione oriūdus. Præco adminus dimidiū manſum habere debet ꝓprietatis. Omnes illius iuriſdictionis ab ortu ſolis, ſi iudex ibi fuerit, vſq; ad meridiem iudiciū debent expectare.

[a] *Concordat lib. i. artic. ij. clariùs verò ſure Munici. art. xlv. textus verò vetus. ſtiores ita legunt articulū iſtum. Comes quilibet iudiciū ſuum ſemper indicere debet in decē octo ſeptimanis, extrà tempus feriatum in loco legalium iudiciorū, vbi ſeultetus, ſcabini, & ꝓco generalis affuerint.*

[b] *Seruus enim iudex eſſe nō poteſt: vt C. de iudi. l ſeruus. ff. de arbi. l Pedius. §. finali. ff. de offic. prætor. l. Barbarius. extra. de reſcrip. c. ſciſcitatus. & ij. q. vij c infamis. §. tria.*

GLOSSA.

Dictũ est in præcedentibus, quomodo imperator principes vtriusque status infeudat, qui & duces esse debent Christiani populi: vt infrà art. lxiiij. & libr. feud. à princ. hic tandem declaratur de iudicibus, qui vlterius per principes infeudantur; vt sunt comites. Isti etenim subiudices principum sunt: vt supra eod. libr. art. lviij. Vnde in articulo præsenti quatuor ex ordine tanguntur. Primò, ꝙ comes non semper statuere & indicere potest iudicium suum, & hoc propter id, ne homines iurisdictioni vel prouinciæ subiectos destruat, quotidianis mulctis, & depauperet. Istud etenim & leges ipsę vetant: vt C. de modo mulctarum. l. eos. Idque tangitur in textu ibi: Post decem hebdomadas. Ponitur etiam tempus, quãdo id fieri debeat, ne videlicet semper molestet & fatiget bannitos, qui ex eorum proprijs, ad iudiciũ comitis venire tenentur: vt supra lib. j. art. ij. §. ij. Ponitur præterea propter id, ne agricolæ in suis laboribus impediantur: itidem etiam cauetur legibus, & hoc ex eo, ne operibus defraudentur suis: vt in auten. de quæsto §. j. coll. vj. *c* Quilibet enim iudex prouidere tenetur, ne subditi imperij depauperentur, sed vt diuites fiant: vt in auten. vt iudic. sine quoquo suffragi. circa medium. coll. ij. & Instit. qui sui vel alien. sunt iuris. §. penulti. & C. de offic. diuers. iudic. l. nemo. ff. de offic. prætor. l. j. Statutum etiam est determinatum tempus propter id, ne comites negligentes sint. Quemadmodum etenim illud, quod mensuram excedit vicium est, ita defectus vicio tribuitur: vt in auten. vt determina. sit numer. cleric. §. dudum quidem. coll. j. & in auten. de referend. sacri pallacij. §. fin. coll. iij. & in autent. de mensu. cleri. §. j. coll. iij. & in auten. de consul. ciuitat. in prin. coll. viij. Si etiam comes negligens sit, extunc iniuriæ manerent nõ iudicatæ, quod tamen fieri non debet. Publicæ etenim vtilitati inest, vt praui è medio bonorum eradicentur, sicut paleæ à tritico separantur: vt supra lib. ij. art. xiij. & C. de ferijs. l. penult. & C. de pœnis. l. si operis. & hoc tangitur ibi. Post decẽcto hebdomadas.

c Iudex quilibet prouidere debet, ne subditi depauperentur.

In legitimo iudiciali termino, &c. Per id prouidetur, quòd locus determinatus iudicij sit, vt vnusquisq; sciat, vbi iudicium expectare debeat, ne per ignorantiam se quis excusare posset. Ius etiam publicè edici debet: vt iiij. dist. c. erit. & in auten. vt factæ nouæ constitutiones. §. j. coll. v. Notanter etiam in textu istud adijcitur, propter scultetum, qui ibidem adesse tenetur, super Comitem, si necessarium foret, iudicaturus: vel vt primam inueniat sententiam: vt supra lib. j. art. lix. & lib. iij. art. lij. Banniti etiam ꝓpter id adesse tenentur: illis enim propriè competit sentẽtias inuenire, & nulli alteri: vt supra libr. ij. articu xij. quodque homines sententijs compescant in excessibus eorum, & etiam qui mulctam dare recusent, bona eorum consignari decernant: vt supra lib. ij. artic. xlj.

Nemo potest præfectus esse, &c. Tertium tãgitur, quòd videlicet præfectus aut iudex liber esse debet, & illius prouinciæ natiuus.

Præco adminus, &c. Vnde prę cò in vulgari dicitur Buttel, ex eo, quia iudicis & iudicij nũcius est, necessarioque habere debet medium mansum proprij; quia aliàs non esset proprietarius, quod tamen requiritur: vt supra lib. j. art. ij. §. vj. & lib. iij. art. xlv.

Ab or-

Ab ortu solis, si iudex ibi fuerit, &c. Tangitur quartum in textu, quādiu videlicet populus iudicium præstolari cogitur, & dicit, quòd ab ortu solis vsque ad meridiem, & non vltra: *d* Ratio autem istius, quia iudicium exerceri sobriè debet: vt infrà artic. lxjx.

d Concordat infrà ar. lxix. Jure Munici. art. xvi.

Articulus LXII.

QVinque ciuitates, quæ Palanciæ dicuntur in Saxonia inueniuntur, in quibus rex legitimis debet præsidere curiis. Prima dicitur Grona: Werlicz secunda, quę modo in Goslariam est translata: Walhusen tertia, Halsthede quarta: quinta Merssleborg. Septem etiā feuda vexilloru in Saxonia sunt definita: ducatus Saxoniæ, *a* Palantia, Marchia Brandeburgensis, Lanthgrauionatus Thuringiæ, Marchia Misnensis, Marchia Lusaciæ, & Comitatus Ascariæ. *b* Quatuor archiepiscopatus cum quindecim suffraganeorum diœcesibus in Saxonia reperiūtur: Magdeburgensi subest episcopus Neumburgensis, Merseburgensi, Misnensis, Brāndeburgensis, & Hawelbergensis archiepiscopatus Moguntinesis quatuor in Saxonia habet suffraganeos: scilicet, Halwerstadensem, Hildensemensem, Vuerden. & Padelbornensem. Archiepiscopo Bremensi obediunt, episcopus Lubicen, Schwerinensis, & Raczeburgensis. Episcopus verò Osnemburgensis, Mindensis, & Monasterienſis, archiepiscopo obediunt Colonien.

a Alij textus loco Palantia, legunt Landsberga.

b Textus Germanicus habet: Duo archiepiscopatus in Saxōia inueniuntur cū quindecim episcopatibus.

GLOSSA.

Satis abundè superioribus declaratum est, quomodo Comes iudicio suo præesse debet, locusque iudicij notus vnicuique vt sit: hic tandem declarare vult loca, vbi supremus iudex iudicium exercere debeat, quæ itidem vnicuiq; nota esse oportet; quæ & ex ordine in textu expressa sūt, dicūturq; loca illa alio vocabulo Palantiæ, vbi rex legitimis curiis residere tenetur. Qui autem ad Palantiam citari debeant, & qui interesse tenentur, & quomodo citandi sunt: vide iur. munic. art. xiij. & xiiij. xv. &c.

Septem vexilla feudorū in Saxonia sunt definita, &c. Dictum est superiùs, quòd principes imperij prouincias habere tenentur, in quibus feuda vexillorum sint: declarat tandē hic; quot numero prouinciæ huiusmodi sint: & dicit, q̄ sunt numero septem: principes verò nonnisi quatuor. Marchio Missnen. habet vexillum feudi in Marchia Misnen, & Landsberga ac Duringia. Marchio Brā-

deburgen. habet vexillum feudi in Marchia Brandeburgen. & Luzacia. Dux Saxonię, vexillum feudi habet in Saxonia. Brandeburgensis verò dux, vel ex Hanhalth feudum vexilli habet in Ascaria; & ita quatuor principes septem habent vexilla feudalia. Quid autem sentiendū est de principibus ex Braunschweyck, vel de Luneborck. R. dimissis opinionibus, quòd nunc principes Saxoniæ vtrunque ducatum possident: pro illo tēpore enim dux Braunschwicen. vtramque possidebat prouinciam. vnam vocitabat ducatum Venen. alij dicunt Sclauorum, aliam verò ducatum Saxoniæ, quæ & Palantia dicitur.

Quatuor episcopatus, &c. Codices nōnulli, tùm & textus Germanicus, nonnisi duos archiepiscopatus ponunt in Saxonia; Colonien. & Bremen. extra Saxoniam esse dicunt: suffraganeos tamen seu episcopos nihilominus prenotati archiepiscopi duo in Saxonia existentes habent suos, vt textus habet: nec per id aliud innuere vult, nisi explodit quorundam opinionem, qui dicebant, quòd ius Maydeburgense seu Saxonicum, in tantum se extendat, in quantum se iurisdictio seu bannus episopi extendit; non aliud etenim textus innuere vult, nisi declarat, quòd episcopatus huiusmodi in terra Saxoniæ situati sunt.

Sciendum circa id, quòd liber præsens Speculum Saxonum ex eo nuncupatur, quia generaliter omnibus inseruit Saxonibus; & omnibus hominibus, qui isto iure vtuntur. Dicitur etiam ius prouinciale ex eo, quia omnium hominum istius prouinciæ, quicūque sint, ius est: & non dicitur ius istud, ius Maydeburgense, propter id, quòd omnes homines ad illam ciuitatem se trahere debeant: sed quia illi domini sunt iuris istius, vel superius istud: & hoc ex eo, quia ipsi seniores sunt prouinciæ istius & capitanei iuris; ius tamen istud non ipsis solis statutum est.

Articulus LXIII.

COnstantinus imperator Siluestro Apostolico, & per eum Ecclesiæ mulctā sexaginta solidorum cōcessit temporalem, adiungens eam spirituali ad puniendum & ad constringendum omnes qui Deo & ecclesiæ satisfacere contemnunt, & in foro ecclesiastico pœnas incidunt criminales; vt ius alterum alteri succurrat vicissim ad coarctandum, vt dictum est, rebelles ac in ecclesia contumaces. Excommunicatio animæ nō corpori est nocitura, & ita corpus nō perimit. [a] Nec est excommunicati per hoc cō dicio in iure ciuili deterior, neque feudali, si imperij proscriptio excommunicationem nō subsequatur. Proscriptio hominē morti cōdemnat, si in ea fuerit deprehēsus: ius autem sibi non aufert, [b] nisi in ea diu contumaciter perseueret.

[a] ARTICVLVS REPROBATVS. *Ad hanc materiā vide Iure Mun. ar. v. Oppositum tamen istius reperies ibidem art. iij.*

b Alij textui legunt: quantumcumq; etiam in ea per seueranerit.

GLOSSA.

Con-

Constantinus imperator, &c. Iste Constantinus, vt habetur in chronicis, annis triginta imperauit, suoque tempore vigebat hæresis Arriani, & celebratum fuit Nicenum concilium; hic Constantinus magnus mundatus est à lepra, & baptisatus à Papa Siluestro, ac omnes dignitates imperiales, imperiumque totius occidentis, Papæ Siluestro contulit: & ipse basilicam Saluatoris Romæ construxit, quam Papa Siluester dedicauit; & hæc fuit primæ ecclesiæ consecratio, quæ adhuc Romæ & circumquaque celebratur: prædictæque consecrationis tempore, imago Saluatoris, non opere humano sed diuino, omni populo, picta in muro apparuit: Nycomedæque Constantinus moritur, cùm paulò antehac cometa magnus apparuisset.

Quomodo imperator Constãtinus in Papam beatum Siluestrũ & eius successores *e* imperiũ vrbis Romanæ, quò ad omnem potestatem consentiente senatu trãstulit: vide xcvj. dist. Constantinus. & de elect. c. fundamenta. §. ne autem. lib. vj. Et de ista donatione, an teneat, disputare graue est peccatum, cùm iure sit determinatum: de iureiuran. in Clemen. Roman. §. porrò. & ibi glo. Et an per successorem imperium reuocari possit: vide in remissio. Gaspar. de Cal. ver. reuocatio. De ista donatione vide in c. Constantinus. xcvj. distin. per totum. conferendo etiam imperialia sceptra simulque cuncta signa atque banna.

e Vide ad hanc materiã abunde Iure Munic artic. vij. gloss.

Excommunicatio non corpori, &c. Hoc omnino est erroneum: vt de iudi. intelleximus. & c. pia. de excep. & c. decernimus. de senten. excommuni. & quæ ibi notan. lib. vj. cum similibus. Vide quid de excommunicatis & proscriptis notatur, supra li. i. circa arti. i. Et domino excõmunicato hæretico vel bannito, vasallus nõ tenetur seruire vel iurare. xj. q. iij. c. vlti. in i. glossa,

Si imperij proscriptio, &c. Et tunc sic in istis quæ habentur, supra li. i. ar. xxxviij. non autem in agendo: iure feu. art. xij. Aliâs etiam eadem ratione proscriptio repelleret: vt infra eod. §. proximo. sed hoc est falsum: vt supra li. ij. ar. lxij. §. i.

Nisi in ea perseueret, &c. Vide etiam pro hoc Iur. mu. ar. iiij. & ar. v.

GLOSSA.

Artieulus præsens & proximè sequẽs disponit de coercitionibus seu mulctis, quas quiuis iudex erga subditos iurisdictionis suæ habet: frustra enim iura condita forent, nisi essent ii, qui ius promoueant & defendant: *d* vt extra de electi. c. vbi periculum maius. li. vi. & ff. de origi. iur. L. ij. §. post originem. extra, de statu mona. c. ij. ver. quoniam li. vi. Vnde dicit in textu primum, de mulcta apostolici, quam Cõstantinus Siluestro Papæ dedit, quæ est sexaginta solidi, & eosdem accipiunt habentes merum & mixtum imperium, pro criminalibus factis. *e* Circa id notandum, quod huiusmodi sexaginta solidi vocantur bannus regius: vt infra articulo, sequenti. §. iij. iiij. & v. & xvi. q. i. c. statuimus.

d Concordat Iure Munici. artic. vij. & xviij.

e De banno regio, & quid sit: vide supra lib. i. art. lxv. lib. ij. art. xij. Iure Munici. art. x.

Ex textu articuli sequi videtur, quod Constantinus impator apostolicò ius seculare, vltra spirituale, concessit & dedit. *f* An autem id sit verum, quod videlicet Papa vtrumque iudicium habeat, & an donatio per Constantinum imperatorem imperij occidentis Siluestro Papæ facta sit valida necne? habentur pro & contra argumẽta. Quidam dicunt, quòd imperator id facere potuit, quare donatio valida. Imperatoris enim iusta

f An donatio imperij occidentis p Constantinum imperatorem Syluestro Papa facta sit valida necne, vide pro & contra argumẽta

voluntas ius constituit: vt ff. de constitut. l. j. Si itaque imperatoris voluntas erat, quòd Apostolicus vtrumque iudicium habeat, quare pro iure meritò id haberi debet: ex quoquidem imperator de imperio, tanquam de suo proprio donare potest quidquid voluerit: vt C. de quadrien. præscr. l. fin. in prin. si itaque apostolico concessit, ad eundem pertinebit. In oppositum alij dicunt, donationem illā esse inualidam. Si enim imperator ab imperio aliquid alienaret, non diceretur Augustus: non enim augeret imperium, sed minueret. Imperatoris verò officium est imperium adaugere: vt Insti. in prin. dato etiam, quod apostolico istud concessisset, donatio illa vergere non possit in præiudicium posteritatis suæ: vt Insti. in prin. & ff. de recep. arbit. l. nam magistratus. & ff. ad Trebellianū. l. ille à quo. §. tempestiuum. Præterea officium alicuius rei, eiusq; autoritas destrui, & in viliorem conditionem reduci non debet: vt C. de episcopo & cleri. l. placet. Et item, nulli competit duplex gerere officium: ff. de pac. l. si plures. Hic quidam respondēt, quod & siquidem donatio huiusmodi sit magna, propter tamen autoritatem personæ cui facta est, vt pote apostolici, tollerare eam debemus. Secundùm tamen rei veritatem, donatio illa iure non valet: vt in auten. de non alienā. aut permutan. re eccl. per totum coll. ij. & C. de legi. & consti. prin. l. digna vox. & Insti. quimo. testa. infir. §. i. Et siquidem id contra clericos dictum sit, succensere tamen non debent, cùm & Accursius in cōmuni eius declaratione iridem sentit: vt in auten. vt determi. sit nume. cleri. §. i. in glo: super ver. conferēt. coll. i. §. iij. *g* vbi & concluditur, quod & siquidem Constantinus imperator, Syluestro Papæ tribuit secularem potestatem: vel vt textus habet mulctam, non tamen sibi concessit secular iudicium.

g Conclusio ista non satisfacere videtur quæstioni propositæ, & argumentis in contrariū adductis.

Vt qui corporaliter Deo nollent emendare, &c. vt videlicet qui cita us sit & non comparet, vel qui aliomodo se ostendit rebellem, iste mulctatur, vt textus habet, & iratus spirituale & secularе inuicem in eo concordant: vt supra lib. i. ar. i. & in auten. vt determinā. sit numer. cler. §. i. coll. i.

Excommunicatio non corpori. &c. Sciendum, quod quemadmodum proscriptio iure seculari corpori nocet, ita excommunicatio animæ est nocitura, & quia superius circa articulum. iij. mentio facta est, de excommunicationum sententia, cuius declarationem in hunc passum distulit: Quare sciendum, quòd excommunicatio non est aliud, nisi iudicis spiritualis sententia, quam profert, propter manifestos vel probatos excessus, cōtra animam alicuius.

h Excōmunicatio q̄d sit. Concordat sup̄a Muni arti. v.

Circa id notandum venit, *i* quòd sententiæ quandoque proferuntur iniustè ex multis causis. Primò, si sententia emitur precio non valet: vt ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua. & ver. venalis. & extra. de vi. & honest. cleri. c. cū ab omni. & C. quan. prouo. non èst necess. l. venales. Secundò, si sit pronunciata diebus feriatis vel festiuis: vt extra. de fer. c. i. & ff. de feri. l. si feriatis. vel in Augusto: vt extra. de feriis per totū. Tertiò, si est contra absentem, qui nondum est contumax: vt ij. q. ix. c. caueant. & ff. de procu. l. absent. & ff. de seruis. l. absens. Quartò, non valet, si intro non contineantur verba quæ soluere & ligare possunt & similia: vt ij. q. vi. c. ei qui. §. diffinitiua. extra. de accusa. c. illa. extra. de verb. sign. c. j. C. de sente. & interlo. omni. iudi. l. præses. Quintò, non valet sententi-

i Sententia quandoq; iniustè proferūtur ex multis causis.

sententia, si non sedendo pronunciatur: vt iij. q. iij. c. inducię. §. spacium, & in auten: vt ab illustri. & qui super eam sunt dignita. §. quicunq; coll. v. & C. de sen. ex pericu. recitan. l. i. Sextò, si non in scripto datur. vt ij. q. i. c. in primis. in fi. & extra. de senten. excom. c. j. li. vi. nisi in quibusdā causis, vbi non necessariò requiritur scriptura: vt extra de cōsue. c. ad audientiam. & C. de senten. ex peri. recitan. l. vlti. & ff. de recep. arbi. l. diem. in prin. & l. nō distinguemus. §. quod si hoc modo. Item si sententia pronunciata sit contra illum, qui nondum viginti quinq; annos habet, & qui sine tutore est: vt C. qui legit. perso. standi. l. i. & ij. & C. si aduersus rem iudi. postulatur restitutio l. cum & minores. & C. de procuratoribus. l. nō eo minus. Sententia etiam non ligat, si non cōpetens iudex pronunciauerit: vt extra. de cōsue. c. ad audientiam. & extra. de iudicijs. c. atsi. si cleri. & ij. q. i. c. inprimis. & C. si non à competenti iudice. l. vlti. Item, si proferatur, à seruo, iudæo, hæretico, vel infideli. vt extra. de hæreticis. c. excommunicamus. §. credentes. Item, si secularis iudex in causa spirituali proferat sententiam, non valet: extra. de foro competenti. c. si diligenti. & c. significasti. & in autent. vt cleri. apud propri. epis. &c. §. si verò. coll. vi. Item, si sententia feratur post alias sententias quæ appellatæ sunt: vt ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua. & C. de senten. & interlo. omni. iudi. l. post & C. quando prouocare non est necesse. l. i. Item, si lata sit in locis suspectis & inhonestis: vt extra. de appel. recusa. & rela. c. qua fronte. & C. de senten. & interlo. l. cum sentētiam. & ff. de reg. iur. l. omnia quæcunq;. Item, si non seruatur ordo iuris: vt ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua. & extra. vt lite non contestata. c. i. Item, sententia non valet, si tramites iudicii deficiant. Vnde nota, quod tramites iuris sunt multiplices. *k* Primò, quòd querela in scriptis dari debet: vt iij. q. iij. c. inducię. ver. spacium. & ver. offeretur. & extra. de libel. obla. c. i. Secundò, quando vnus querelam proponit & alter recognoscit, vel negat: vt sic, dicitur litis contestatio: vt extra. de electi. c. dudum. & de lite contestat. c. vnico. & C. de litis contestata. l. vnica. Tertiò est expetendum iuramentum calumnię, *l* hoc est, quod falsè conquerulerur, quodque etiam veritas fateatur, si causa est spirituàlis, vt extra. de electi. c. dudum. & de lit. contes. c. vnico. & C. eo. ti. l. vna. & de iureiur. l. si quis. Quartò, quod recognitio testiū, seu testimonium conscribatur: vt extra. de proba. c. quoniam contra. & C. de sententi. & interlo. l. prolatā. Quintò, vt testimonium illorum publicetur: vt. C. eo. tit. l. ea. Sextò, quod sententia pronunciari debet sedendo: vt C. de assess. & domest. l. i. & C. de senten. ex pericu. recitan. l. i. & ij. *m* Septimo, quòd sentētia in scripto pronuncietur: vt ij. q. i. c. in primis. Item, sententia non valet, si sit contra ius scriptum, vel constitutiones: vt ij. q. vi. c. ei. qui. ver. diffinitiua. & extra de senten. & re. iudi. c. i. & c. inter cetera. & c. cum inter vos. Item, sententia non valet, si proferatur à iudice, qui alios socios & coniudices habet, illos tamen omittit, & solus pronunciat, nisi forte habeat in commissis: vt ij. q. vi. c. ei qui. ver. diffinitiua. & ver. item si plures. & extra. de offi. iudi. c. prudentiam. & c. causam. & extra. de senten. & re iudi. c. ad probandum. Item, non valet, nisi ter citetur, vel vno edicto pro tribus, & si solus non est, debet sibi in domo denunciari, vel vxori

k Iuris tramites multiplices vide.

l Nota, quod iuramentum calumniæ de iure Saxonico non præstatur nisi in causis spiritualibus: vt hic in glos. ibi tertius trames, vide etiā feud. c. lxviij. Contrarium tamen sententiatur apud Lipsen.

m Vide ad hanc materiam supra lib. ij. art. xi. Iure Munic. artic. xi.

vxori eius: vt xxiiij. q. iij. c. de illicita. & ff. quæ senten. sine apel. l. i. & extra. de dolo & contumacia. c. causam. & c. prout nobis. & c. vlti. & extra. de eo qui mittitur in possessi. c. vlti. Item, non valet sententia, si super mortuum lata sit: vt ff. quæ senten. sine appella. rescindan. l. penul. nisi sit contra hæreticum vel infidele .m quia illi post mortem etiam excommunicantur: vt xxiiij. q. ij. c. sanè. Excommunicatus autem si quis sit, etiam post mortem, potest super eum fieri inquisitio: vt xxvi. q. vi. c. qui recedunt. & extra. de sententia excommunicationis. c. à nobis. Item, sententia non valet, si quid impossibile præcipitur: vt ff. quæ sententiæ sine appella. l. vlti. Item, non valet sententia, si iudex solus est excõmunicatus: vt extra de senten. & re. iudi. c. ad probandum. & extra. de excep. c. exceptionem. & extra. de electione. c. vlti. extra. de consue. c. cùm dilectus. extra. de concess. præben. c. quia diuersitatem. Item, sententia non valet, si procurator falsè egit: vt extra. de procu. c. in nostra. & c. ex insinuatione. & extra. de rescrip. c. ex parte Decani. & C. de procura. l. licet. Ligat tamen tamdiu sententia, donec super falso dinoscatur. Item, sententia non valet, si contra phreneticũ vel furiosum lata sit: vt ff. de re. iudi. l. furioso. dato etiam, quod post senteutiam à furia resipiscat. Item, sentẽtia non valet, si illi qui officium illud ex debito administrare & defendere deberẽt, pecuniam propter id accipiunt, & se conuincere permittunt: vt C. de aduocatis diuerso. iudi. l. i. Item, sententia non valet, si profertur ab illo, cui ex auaritia commissum est officium, vel qui non attigerit vigesimum annum: vt extra. de offici. & potesta. iudi. delega. c. cum vigesimũ. nisi forsan antehac Papa vel imperator id sciat, antequam sibi iudicium contulit. Non valet etiam sententia, si commissarius index datus sit, qui nondum vigesimum attigerit annum: & id esset cõtra illud quod habetur extra. de offi. & potes. iudi. delega. c. cum vigesimum. & extra. de elec. & electi. cùm in cũctis. ℞. tamẽ prout in glo: habetur, extra de rescrip. c. statutum. li. vi. & ff. de re iudi. l. quidam. Circa id etiam sciendũ est, si non verus tutor agit causam pupilli, sententia lata non potest præiudicare pupillo: vt C. in qui. cau. resti. in integ. non est necess. l. si tutor.

n Excõmunicatio iniustè lata an tolleranda sit.

Quæritur vlterius, *n* excõmunicatio iniustè lata an tolleranda sit vel non? Quidam dicunt quod sic. Subditus enim præcauere debet sententiam superioris: vt xi: q. iij. c. i. siue illa sententia sit iusta, siue iniusta, alij dicunt, quod non est curanda: vt extra. de sententia excommunicationis. c. per tuas. Qui enim alium excõmunicat iniustè, seipsum excommunicat: vt xxiiij. q. iij. c. comperimus. & c. qui negligunt & c. si quis. & c. de illicita. *o* ℞. tamen, soluendo argumenta prætacta, ℣ excommunicatio aduertenda est & timenda, dato etiam quòd iniustè excommunicatus quis sit: beniuole etiam debet separari ab ecclesia, *p* nisi forsan in duobus casibus, si scilicet lata sit post appellationem factam, vel si huiusmodi sententia & excommunicatio in se contineat notoriam & importabilem iniustitiam: vt extra. de sentent. excommunic. c. per tuas. Canones verò allegati, quod sententia excommunicationis iniustè lata curari non debet, hoc intelligitur, quod animæ nocere non potest: ex quo minus iustè contra eum lata sit. *q* Vnde sciẽdum, quòd iudex iniustè excommunicans aliquem, ab officio suspenditur ad annum; & si exercet

o Concordat Iure Munici. art. v. gloss.

p Excommunicatio in duobus casibus aduertenda non est.

q Iudex iniustè excõmunicans aliquẽ, suspẽditur ab officio. concordat Iur. Mu. art. v. gloss.

inte-

interim officiū, efficitur perpetuò irregularis: vt extra. de sente. & re. iudi. c. cum æterni regis. lib. vj.

Proscriptio tollit vni vitam, &c. Hoc idē habetur supra in plerisque locis. C. de custo. & exhibit. reo. l. inquacumque.

In annotationibus in fine textus, vbi habetur. Quantumcumq; etiā in ea perseuerauerit, &c. Vnde sciēdum, qui propter aliquem excessum proscriptus sit, excessus huiusmodi, siue malum per eum patratum, quantumcumque etiā per lōgum tempus in eo perseuerauerit, bonum non efficitur: ꝙ enim à principio malum est, successu temporis non conualescit: vt ff. de reg. iur. l. quod ab initio. nec excessus ille minorem sequitur pœnam, si quis in proscriptiōe seu excōmunicatione perseuerauerit: vt C. de pœnis. l. impunitas.

Articul. LXIIII.

CVM rex publicam indixerit expeditionem, [a] vel suam curiam sententiando illustribus per sacra programmata, seu literas sex septimanis antehac declarauerit, ad hoc omnes generalitercō uenire tenentur, vbicumque fuerit intra Saxoniā seu Theutonicam nationem; quòdsi omiserint, mulctando puniuntur. [b] Illustres vexillo feudali insigniti, cētum talenta seu libras regi mulctæ nomine dabūt: omnes alij decem talenta seu libras, vbi ꝑ iniuria seu pace fracta non mulctatur. Duci decem talenta præstet, ꝙlibet generosus seu nobilis pro mulcta, cuius est patria infrà ducatū. Multæ tamen nationes in terra Saxoniæ sunt, quæ sibi aliena competere iura dicunt; vt Holzacij, Haldeleri, & Stormeri; quorum iura & mulctas hic non describo. [c] Sexaginta solidi comiti seu aduocato, si bannū à rege susceperit, ꝑ mulcta præstātur. Bannū nemo conferre potest nisi rex ipse solus. Rex etiam denegare non potest bannum conferre iudici, cui iudiciū est collatū. Si comes partē comitiæ alteri conferat, aut iudex, seu aduocatus, partem iudicij seu aduocatiæ, hoc agit perperam, & est contra ius attentatū, nec desuper infeudatus bannū habebit regale, ita quòd illud ab eo sustinere seu pati quem oporteat. Bannum confertur sine dominio. Palāsgrauij seu palatini, & landgrauij, sub banno, vt comites, iudicant regis: & ideo eis sexaginta solidi pro mulcta dantur. Cuilibet marchi-

a De expeditione etiam vide in vsi. feud. de capitulis Corradi. §. vlt. & in constitutione Frederici. l. hac edictali §. vlt. & l. imperialem. § firmiter. & supra art. xxxiij.

b Concordat Jure Municipali artic. xv. & xlvij.

c Concordat Jure Municipali. art. xlvij. & cxxxv.

oni triginta solidi mulctę dātur, & ipse iudicat sub gratia seu omagio suo. [d] Sculteto seu præfecto sui pagani octo solidos mulctæ præstant. [e] Aduocato autem infeudato sine bāno regio ad maximum tres solidi dantur. [f] Gograuio solidus aut sex nūmi tribuuntur: vel secundùm quòd in arbitrio villanorum cōtinetur. Sculteto, qui & præfectus rusticorum dicitur, sex nūmi, & aliquando tres solidi, pro crinis & cutis liberatione tribuūtur, qui ad potandū omnibus villanis cedunt.

d Iure Mun. arti. xiviij. & art. xxix.

e Et illi vocantur etiam Gegrauij: qd tempus eligun tur ſtaciosū: vt ſupra lib. i. art. lviij.

f Intelligitur de iudice ad casus subitus electo. concordat Iure Mun. art. x.

GLOSSA.

Cùm rex publicam indixerit expeditionem, &c. [g] Militare enim non est delictum, sed propter prædam militare peccatū est, nec rēpublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam, vt diuitias augeat, videtur esse damnabile; propterea enim quadam prouidentia militantibus sūt stipendia constituta, nedum sumptus quæritur, prædo grassetur: vt xxiij. q. j. c. militare. Ordo autem ille naturalis mortalium paci accōmodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli auctoritas atq; cōsilium penes principes sit. Sed si humana cupiditate bellū geritur non nocet sanctis, in quos nō habet quispiam potestatem, nisi desuper datam: non enim est potestas nisi à Deo, siue iubente, siue sinente: ergo vir iustus, si fortè etiam sub rege homine sacrilego militet, recte potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruās, quod sibi iubetur, vel non esse cōtra Dei præceptum certū est, vel vtrum sit, certum non est, ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi: innocentem autē militem ostendat ordo seruiendi: xxiij. q. j. quid culpatur. & facit etiam. c. audacter. xiij. q. j. [g] Ius enim militare est solennitas belli inferedi, nexus fœderis faciendi, id est, pacis componendæ, egressio in hostem, commissio pugnæ, disciplina flagitij militaris, modus stipendiorum, dignitatum gradus, honor præmiorum, decisio prædæ, & proportionarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio, ac principis portio: vt j. distin. c. ius militare, [h] vbi dicit glo. fin. quòd omnia quæ acquiruntur in bello, sunt principis, sed ipse tenetur ea diuidere secundùm merita personarum. Summa autem laus militiæ est obedientiā reipublicæ vtilitatibus exhibere: & quidquid sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare: vt xxiij. q. j. summa. Iustum namque bellum est, quod ex edicto geritur de rebus repetēdis, aut propulsandorum hostium caussa: vt in c. iustum. xxiij. q. ij. In iusto enim bello, vtrum quis apertè pugnet, an ex insidiis, nihil ad iustitiam interest. Iusta autē bella definiri solent, quæ vlciscūtur iniurias: vt in c. dominus noster. xxiij. q. ij. Vbi notatur in prima glossa; quòd sicut per insidias sic & per dolum possumus licitè vincere hostes nostros. all. xxij. q. ij. vtilē. & xliiij. dist. in mandatis. Dum tamen hosti non rumpamus fidem: vt xxiij. q. i. noli. Fides enim quando promittitur etiam hosti, seruanda est, contra quem bellū geritur, quanto magis amico, pro quo pugnatur. Bellum autem debet esse necessitatis, vt Deus liberet à necessitate, & con-

g Militare nō est delictū, sed ꝓpter prædam militare est peccatum.

g De bello inrendo vide hic per totum.

h Concordat supra lib. i. in prologo. Iure Mun. art. i.

& conſeruet in pace. Nō enim pax quæritur vt bellum exerceatur: ſed bellum geritur vt pax acquiratur. Ad hoc cōuenire tenentur, &c. Et meritò: quia etiā in dubio eſt obediendum. xxiij. q. i. quid culpatur. in fi. melior enim eſt obedientia quam victima. de man. & obedi. c. illud. & de hęre. c. ad abolendam. Nam per victimam aliena caro, per obedientiam verò ꝓpria mactatur: viij. q. i. ſciendū.

Multæ ſunt in terra Saxoniæ, &c. Nota, quòd qui à principe de ducatu aliquo inueſtitus eſt, dux ſolito more vocatur: qui verò de marchia, marchio appellatur. Dicitur autem marchia, quia in archa locata, cùm iuxta mare plerūq; ſit poſita. Sed qui de comitatu aliquo eſt inueſtitus, hic comes appellatur: vt in vſi. feud. qui dicatur dux, mar. co. c. i. & in prin. ibi vide. Nota autem, quòd in iſto articulo tractatur de modo mulctarum ſecundùm ius municipale, *i* Scias autem ſecundùm leges communes, quòd mulcta eſt animaduerſio pecuniaria, arbitrio iudicis ſtatuenda: ff. de verb. ſignifi. l. aliud. §. i. Pœna verò eſt & corporalis & pecuniaria, à pœna impoſita etiam non appellatur, ſed à mulcta. Et mulcta non dicitur niſi à maioribus magiſtratibus inferatur: pœna autem à quolibet qui habet poteſtatem iudicandi: vt in prædicta. l. & l. ſi qua. eo. tit. Item, ſi mulcta imponatur vltra modum à lege conceſſum, non tenet impoſitio: ſecus ſi in pœna. C. quando prouoca. non eſt ne. l. certa. & ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna. Secundùm leges ergo communes mulctare poſſunt illuſtres vſq; ad l. libras auri, cùm peccatū eſt grauiſſimum: C. de mo. mulcta. l. illuſtres. Spectabiles autem vſq; ad tres vncias auri: præter procunſulem & comitem orientis & præfectum Auguſtalem, qui quiuſq; ad ſex vncias auri mulctare poterint. Sed clariſſimi, puta pręſides prouinciarū, vſq; ad duas tantum vncias indicunt mulctas. Nullus tamē iſtorum in aliquem, etiam ſi cēties peccauerit in anno, ſecundùm dictum modum, niſi ternam imponat mulctam, & ſi excedat, tenetur condemnatio in duplum. Procurator verò Cæſaris, vel curator reipublicæ, nō poteſt indicere mulctam: ſicut nec magiſtratus municipalis ſeu ciuitatis defenſor. C. de defen. ciui. l. i. niſi forte modicas, nō graues: C. de ſportulis. l. ij. Imponuntur autem hæ mulctæ pro delictis omnibus, ſecundum prædictum modum, præterquam pro peculatibus & manubijs, i. deprędationibus, concuſionibus, furtis, & alijs flagitijs, quæ coerceri ſeueriꝰ conuenit: & ideo in eis ſeuerior mulcta eſt imponenda, pro arbitrio iudicantis. *k* Item mulcta impoſita non eſt remittenda, niſi paupertas condemnati ipſum perſuaſerit. C. de modo mulcta. l. eos. Et mulctæ applicantur fiſco, niſi iudex pro operibus publicis vel neceſſarijs cauſis, vel lex illas deputauerit. C. de modo mulcta. l. mulctarum. & C. de epiſco. audien. l. ij. ff. de iure. pa. l. diuus. §. vlti. Et mulcta non irrogat infamiam. C. de modo mulcta. l. i. de iſta materia etiam plenè vide in Specu. de ſent. prola: §. i. ver. eſt etiam quarta, cum ſequen. vide et ā quæ notantur in diuerſo. reſpon. i. circa art. xviij. §. ij. & per Hoſtien. in ſum. de re. iudi. ſub rubricella de mulct. per totū.

i Mulcta qd ſit ſecundū leges. & alia plura de mulctis hic vide.

k Concordat Iure Munici. art. liij.

GLOSSA.

Pro intellectu articuli notandum, *l* quòd mulcta non eſt aliud illud quàm quod pro exceſſu datur, cùm quis in iudicium delinquit, á mulctando ſeu puniendo dicta. Pœnam enim quandam, & dolo-

l Mulcta qd ſit, ꝓpter quid datur.

rem infertilis, à quibus exigitur: vt timeant & præcustodiant se in pòst, iudiciq; obedientes sint.

Cùm rex indixerit publicam expeditionem, &c. *m* Nota, quòd regis mãdatum triplex est. Primò mandare potest expeditionẽ bellicam, vt sibi auxilium præstent contra inimicos imperij, & illud mandatur in instanti, & absque omni mora vt fiat: vt li. feud. c. iiij. §. ij. & ff. de capti. & postlimin. reuer. l. hostes. Secundò, mandat curiam suam, id est, iudicium suum, & istud indicit sex septimanis antehac: vt supra eo. li. art. lx. Tertiò, indicit curiam suam, hoc est, seruitium, quando vltra montes seu alpes expeditionẽ facit, ad consecrationem consequendam: & istud indicit sex septimanis, & vno anno, & tres dies antehac. *n* Circa id notandum etiam venit, quòd ab expeditione bellica vnus se liberare potest, decima parte bonorum suorum: vt li. feud. c. iiij. v. & vi.

m Rex tria mandare potest.

n Ab expeditione bellica vnus liberari potest decima parte bonorũ.

Per sacra programmata vel literas, &c. *o* Nuncijs etenim imperatoris & Papæ non creditur, absq; literis, quantumcunq; insignes sint: vt C. de mandatis principum. l. si quis.

o Nuncijs imperatoris siu apostolici. absque literis non creditur. concordat supra art. xxvi. & xxxiij. eo. li.

Vbicunq; fuerit infrà Saxoniã &c. Hoc est intelligẽdum, de primis duabus expeditionibus; quia tertiam expeditiõem insequi tenentur, cùm rex ad consecrandum iuerit: vt li. feud. c. vi. Et hi qui vltra Salam fluuiũ, ex ista hic parte cõmorantur, non tenentur obsequium imperio expeditionis bellicę, præstare, nisi in Bohemiã & Sclauoniam, seu Vandaliam.

Illustres principi centũ talenta mulctæ dabunt, ceteri omnes decem. Duci etiam de cem pro mulcta præstent &c. Intellige de ducibus, qui principes non sunt, sed qui duces exercituum fuerint: vt sunt capitanei: quare non immeritò superadditur in textu. Et quilibet liber generosus: vt in vsi. feud. qs dux Marchio, Comes &c. §. i. Vel dic, quòd duci mulcta datur decẽ talenta, si nob lis sit ille, q mulctatur, & iudiciũ illud, vbi mulcta soluitur, sit nobilium iudicium: vt est ius feudale feud. art. lxviij.

Multæ sunt in terra Saxoniæ nationes &c. Notandum, quòd illi qui in textu enumerantur, inferius appellantur Lamburgen.

p Si bannum à rege susceperit. Vnde bannus regius, quemadmodum etiam superius dictũ est, non est aliud, nisi coactio regis quæ est sexaginta solidi, sicut hic, & articulo præcedenti, & xvi. q i. c. statuimus. ff. de reg. iur. l. nemo. extra. eo. tit. c. nemo. li. vi. ff. de pœnis. l. si quis forte.

p Bannum regius quid sit. concordat supra lib. 1. art. lix. lib ij. art. xij. Iure Munic. art. x. glos.

Rex denegare non pòtest bannum cõferre, &c. Quamuis enim multa contra ius fieri possunt, rex tamen ea plurimum obseruare tenetur, ne quid contra ius sit quod ipse condidit: vt ff. de reg. iur. l. non omne. & extra, eo: tit: c. quod semel. li: vi. & extra. de consti. c. cum omnes. & C. de legi. & consti. l. digna vox.

Palansgrauij, &c. Quid autem palansgrauius sit, dictum est superius eo. li. art. liij. Ex quo itaq; palansgrauij, lanthgrauij sub eo banno regio iudicãt, vt comites quare ipsis eadem mulcta præstatur, sexaginta videlicet solidi, quia vbi est eadem ratio, ibi est eadem iuris dispositio: vt extra. de consti. c. translato. & extra. de rescrip. c. inter cæteras. Quod autem minus datur marchioni, quam comiti, est ratio: quia ipse iudicium banniit sub suo omagio, & non sub banno regio: vt infra, articulo proximo.

Prefecto seu sculteto dantur octo solidi, &c. Intelligendũ est in comitatu: & coram eodem iudex iustificare se cogitur, si quis contra eum agere debeat: vt supra li. eod. art. liij.

Siu

Sui pagani, &c. De his vide supra lib. i. art. ij. & lib. iij. art. xlv.

Aduocato autem infeudato sine banno, &c. Hoc intelligendū est in marchia, vbi iudicia habentur in feudum.

Ad maximū tres solidi dantur, &c. Intelligendū est, nō ꝙ aduocatus quamlibet mulctā habeat, quę minor sit: sed dicitur, ꝙ ad maximū hæc mulcta se extēdit. Quidam etiam intelligunt, iudices huiusmodi gograuios esse, q ad tempus spaciosum eliguntur: de quibus habetur supra lib. j. art. lviij. eosdemque infeudare marchiones tenentur. Opinio tamen ista stare non potest: gograuius enim ex consensu villani eligitur, eundemque dominus infeudare cogitur: vt ibidem in dicto articulo habetur.

Sculteto sex nummi, &c. Et hoc est præfecti rusticorum vera mulcta, & aliquādo tres solidi; & hoc fit, cū vnus crines vel cutim liberauerit, infamisq; & iure priuatus pronunciatur: vt supra lib. ij. art: xiij. ex indeque fit, quòd istud cedit in cōmunem potum rusticis. Ex isto articulo quidā intelligere volūt, quòd propter negligentiam, ignorātiam, inceptamq; iniuriā querelam, quæ non continuatur, mulcta & emenda coram iudicio rusticorum solui deberet, & sculteto tres solidi, cuilibet rusticorū sex nummi cōmunes, dominoque superiori decem solidi Brandeburgen. Articulus tamen iste nō istud intedit per expressū. Iure etiam municipali in huiusmodi excessibus sculteto dantur octo solidi, datur præterea in vtroque iudicio emenda parti. lib. i. art: liij. & lxii. & lib. i. art. viij.

Ex his iam declarata habetur vniuscuiusq; iudicis mulcta, quæ de iure propterea statuta est, ne iudices mensuram mulctarum excedant: vt C. de modo mulct. l. eos. Iudices enim subditos coercere debent, seruata pietate magis quam seueritate pœnarum: vt in auten. vt iudi. sine quoquo supra. §. quod si. coll. ij. & hoc, si leuis excessus sit, ibidem etiam parua mulcta iniungi debet: vt in auten de manda. princi. §. quod si. coll. iij. Præcauere itaq; iudices debent in his & alijs, ne auaricia obcęcati, quæ & mater est omnis maliciæ: vt in auten. vt iudi. sine quoquo supra. §. cogitatione. coll. ij. secus faciant præmeditantes, quod & ipsi extremo iudicio subiecti sunt: & quemadmodum ipsi se iudicādo præstiterint, eodem modo à supremo iudice Deo omnipotenti iudicium susceperturi sunt. Immo, magnam in eo esse differentiā: nam is, quem iudex iudicat, homo mortalis est: ille verò qui iudicem iudicaturus est, Deus est: vt C. de iudi. l. rem nouam. diligenter itaque artem dat, vt æquum se in iudicando præbeat.

Articulus LXV.

Marchio iudicabit sub sibi præstito fidelitatis sacramento, post sex hebdomadas; ibidē [a] potest quilibet cōtra alium sententiā inuenire, qui in suo iure reprobari nō poterit. [b] Attamen ibi nullus respondebit ad duellum sibi generatiōe inæquali. Si quis à sibi in generatione æquali infeudatur, non suam originē aut ciuilia iura, sed tantùmmodo feudi dignita-

[a] *Quis autē dicatur marchio, qui dux, & qui comes, notatur supra eod. libr. circa arti. lxiij. ibi vide. Iure Munic ar. x.*

[b] *Textus antiqui legunt: post quadraginta dies.*

tem, id est scultetum bellicum, minorauit.

GLOSSA.

Super intellectu articuli præsentis, nonnullæ fuerunt opiniones & controuersiæ. Quidam enim vt Burchardus episcopus Maydeburgen. & comes Ottò de Falkenstheyn, intelligere voluerunt articulum: Marchio iudicabit sub sibi præstito fidelitatis sacramento: hoc est, sententiæ quæ in marchia inueniuntur, quod videlicet inueniri debeant sub iuramẽto, quod ipsi marchioni circa omagium fecerunt. Opinio tamen ista non placet multis. Iure enim prouinciali nulla sententia inuenitur sub iuramento omagij: istud enim ad ius feud. magis pertinet. vt feud. c. iij. iiij. Alij verò vt Volrad & Conradus de Roslavv. intelligere textũ, voluerũt, quòd marchio iudicare debeat sub suo omagio, hoc est, sub omagio & iuramento quod regi præstitit. Sed istud etiam non placet: nec enim id speciale marchionis est. Omnes etenim iudices sub iuramento præstito iudicant: vt supra art. liiij. & in auten. Iusiurandum quòd prę statur ab his. §. 1. col. ij. Si verò id ita sit, quod marchio iudicaret, vt alij iudices, mulcta çquè similis esse deberet alijs iudicibus: quod tamen non est ex textu articuli precedentis. Palansgrauijs enim, lansgrauijs, comitibus cedũt sexaginta solidi: huic verò non nisi triginta. Alij verò, vt Henricus & cæteri, textum intelligere voluerunt, quod marchio iudicaret propria autoritate. Quemadmodum enim alij iudices iudicia eorum banniunt autoritate regis, ita etiam intelligere voluerũt, ꝙ marchio iudicaret autoritate sua: hoc etiam fieri non potest: marchio etenim nec quiuis alter iudex iudicare potest, nisi autoritate ab imperio concessa: & secundum rei veritatem, nullus iudex verus est, nisi imperator ipse: qui alijs communicat tãdem iudicia: & hoc ex eo liquet. Imperatore enim præsente, iudicium omnium cessat: vt in præcedentibus dictu est. lib. ij. art. xv. supra eod. art. xxvi. & lx.

Reiectis itaque opinionibus, pro intellectu articuli nota, quod ibi est immutatio personarũ, cùm dicitur: Marchio iudicabit. intelligi enim textus debet, de iudicibus machioni subiectis, qui iudicant sub præstito fidelitatis sacramento: sic scz iudex iudicat sub omagio marchionis. Q. d. imperatori omnes iudices iurare coguntur, quod iustè iudicabunt: vt supra eo. li. art. l iij. & C. de iudi. l. rem non nouam. Sed pro iudicibus in marchia, marchio ipse iurat: & in illum imperator prospectum habet pro his omnibus, [c] Hoc modo etiã procuratores iurant pro principalibus, & huius iuramenti reus efficitur, tam ille qui iurat, quam pro quo iuratur: vt extra, de iuramento calumniæ. c. penulti. & fi. Nec mirari debes, quod hîc in textu ponitur: Marchio: & per id intelligere vult iudices: quia si quis loco marchionis facit & iudicat, marchio ipse facere videtur: sicut quicquid nomine imperatoris quis facit, imperator ipse facere dicitur: vt C. de emendan. codi. Iusti. l. cordi nobis. §. supra dictis. Ibidem potest quilibet contra alium sententiam inuenire. Oppositum videtur esse in communi practica: in iudicio etenim marchionis nullus sententiam inuenire potest, nisi sit ad clypeum natus: prout communiter habetur in iudicijs marchionalibus, quæ in communi camera marchionum habẽtur. ℟. aliqui, quod hoc forsan ex eo fit, quia aliter ex consuetudine venit:

[c] *Procurator iuramentum explere potest pro principe.*

venit: fieri enim potest vt consuetudo opprimat ius: vt ff. de legi. & senatusco. l. non est nouum. & ita credunt in proposito fore. Responsio tamen ista nō est sufficiens. *d* Iuris enim abrogatio nē in glossis maxime euitare debemus. Intelligendus ergo textus est, quòd ibidem potest quilibet contra alium sententiam inuenire: hoc est, in iudicio prouinciali, vel in iudicio iudicis infeudati: hoc autem non fit corā marchione vel in ciuitatibus, vbi camerę huiusmodi habentur. Vel dic, cum dicitur, quod vnusquiuis sentētiam contra alium inuenire potest: hoc fit ex eo, quia ibi non attenditur si sit fide scabinorum dignus vel non. Indifferenter ergo quilibet ibidem sententiam inuenire potest in iudicio.

d Concordat infrà articu. lxxviij.

Attamen ibi nullus respondebit ad duellum, &c. Hic exponitur illud quod prius dictum est. Q. d. velit: in marchia Thuringiæ quiuis sententiam inuenire potest contra alium, coram iudicibus infeudatis: nullus tamen sibi generatione inęquali, in dignitate nobilitatis, pro duello respōdere tenetur: vt supra lib. i. art. l. ij. Qui etiam alium ad duellum prouocare vult, necessariò sibi æqualis esse debet.

Si quis sibi in generatione æquali infeudetur, non suam originem, sed tantummodo dignitatem minorauit, &c. Ratio: origo enim & genealogia est ex natura, feudi verò dignitas est de iure scripto: sed ius scriptum obfuscare non potest ius naturale: vt Insti. de legiti. agnato. tutel. §. fi. *e* Vt si ego dominus sim illius cui bona confero, istud est ex constitutionibus: fieri enim potest, quod conferre possim bona fratri meo; & ita de iure scripto essem dominus eius. Iure verò naturali esset frater meus, nec ius scriptum auferre

e Vide infrà art. lxxviij.

ferre sibi potest, quod non sit frater meus; & hoc innuitur in textu, cùm dicitur. Non suam originem aut iura ciuilia: hoc est, emendam quæ iure prouinciali sibi debetur non minuet: vt Insti. de iniurijs. §. atro., sed duntaxat feudi clypeum, id est, militarem dignitatē. vt i. dis. c. Ius militare.

Articulus LXVI.

NOn liceat castrum [a] vel forum ædificare, nisi octo stadia distet ab alio. [b] Non debent etiā oppida aut castra muniri, aut in prædijs seu villis muri, fossata, valles, aut turres ædificari, absq; licentia iudicis prouincialis. [c] Absque licentia tamen eius fodere licet in altum, quamdiu fossor cū fossorio terrā eijcere poterit absque adiutorio asseris, gradus, aut scabelli ad vlteriùs proijciēdum. Licitè etiam sine eius licentia trium mansionum altitudo cū lapidibus & lignis ædificetur, dummodò vna subterranea & aliæ super terram apparebunt, ita quòd ianua sit in inferiori mansione super terram vsque ad hominum genua. Fundus etiam seu curia cum sæpibus, virgis, seu lignis, aut muris extensis, in tali altitudine,

a Promateria istius articuli si vis scire ius commune: vide C. de ædi. priua. per totum.

b Textus vetustiores istum textum ita legunt: non liceat castrum forum seu villam forensem, nisi vnum miliare ab alia distat, construere.

c Concordat Iure Munic. art. ix.

tudine, quòd sedēs in dextrario, manu possit attingere summitatem circūdari potest, sed in his propugnacula minimè construantur. Castrum præterea quod propter violentiam vel iniuriam destructum est, sine licentia iudicis & actoris reedificari non debet. Destruat etiam dominus castrum, vel propter paupertatem eius patiatur ruinam, vel si illud amiserit violēter, sine licentia iudicis illud licitè poterit reædificare.

GLOSSA.

Ex textu articuli præsentis nonnulla colligi possunt ciuitatibus vel villis foralibus, quæ de nouo fundari debent, maximè appropriata. Primùm, quòd oppidum vel villa foralis, non debet in propinquo alteri ædificari: esset enim in damnum alterius, quod fieri nō debet. Ius enim prohibet, ne quis diteturcum damno alterius: vt ff. de cōdict. indeb. l. naturaliter. & ff. de reg. iur. l. Iure. Forum enim aut oppidum esset vilius, ex erectione in propinquo alterius. Itē, ciuitas seu villa foralis, erigi non debet, sine licentia iudicis. & in testimonium istius, quòd voluntatis imperij sit, imperator mittit chirotheca suam *d* vel potius literas sigillatas, consensum præben. in locum illum: vt habetur Iur. mu. art. ix. Quod autem istud pertineat ad imperium, admissio videlicet erectionis fori vel oppidi, habetur. ff. de nundinis. l. i. & ij. & C. eo. ti. l. qui exercendorū. Sciendum etiam, *e* quòd qui in huiusmodi foro vel nūdinis quid emerit, in instanti solui debet, nisi aliter cōpositum sit: vt ff. de nūdinis. l. si quis. *f* Item, in foro non debent fieri contractus monopolitici, quòd videlicet componant aliter merces non vendere, nisi secundùm quòd mercatores secum contraxerint, sub pœna quinquaginta lib. auri imperio soluēdorum. Iudices verò id admitten. xl. libris auri puniuntur: vt C. de monopolijs & conuentu negociatorum. l. iubemus. & ff. ad le. Iul. de annona. l. i. *g* Frumenta etiam non debent, carius nec altius statui, nisi secūdùm quod Deus illa statuit: ff. ad le. Iul. de anno. l. Impatores.

d Concordat Iure Munici. art. ix.

e In nundinis emens aliquid, in instāti solui oportet, nisi aliter contractū sit.

f Monopolia interdicūtur. Cōcordat lib. ij. ficu. i. in annota.

g Frumenta carius statui non debent, nisi secundùm quod Deus illa statuerit.

Non debent oppida aut castra muniri, &c. Et hoc propter id, ne augeatur numerus inobedientiæ: *h* quia si pauciora fortalicia vel munitiones sint, etiam pauciores inobedientes inueniuntur: qui enim non habent propugnacula, facilius iudici obediunt, & quia quædam fortalicia sunt vtilia pro uincijs, & quædam non, quare officio iudicis prouinciæ interest, admittere castrum vel forum erigere, vbi pro commodo sibi videtur: & hoc tangitur in textu, cùm dicitur: Sine licentia iudicis. Potest etiam illud prohibere propter futurum damnum. vt ff. de operis noui nūciatione. per totū.

h Vbi pauciores munitiones inobedientes inueniuntur. vbi maior obedientia. & econtra.

Licitè etiam sine eius licentia, &c. Lex ista potissimū posita est, pro commodo ciuium, & signanter mercatorum: quia ex huiusmodi constructione seu ædificatione nemini damnum imminere potest: & ita iure admittitur: vt ff. de reg. iur. l. domum. & C. de seruitutibus. l. altiùs.

Fundus etiam sepibus aut muro in tanta altitudine, quòd sedēs in dextrario attingere possit summitatem, circumdari potest, &c. Ius istud propter militares positū est: illis enim licet curias suas circummu-

cumdari potest, &c. Ius istud propter militares positum est: illis enim licet curias suas circummunire in quantum insidentes dextrario, gladio summitatem attingere possint: & hæc est mensura munitionum illorum. Alij verò munitiones faciunt: vt textus habet: vt C. de militibus. l. penul.

Destruat etiã dominus castrũ. &c. Intellige, si illud prius ex admissione iudicis cõstructum erat, extunc reformare illud poterit. Sed si per sententiam destructum sit, reædificari non potest; vt textus habet; & infra art. proximo, & supra lib. ii. art. vlti.

Articulus LXVII.

QVi alterius castrum min⁹ iustè expugnauerit seu occupauerit, & ammittens hunc, prout iuris fuerit, prosequitur expugnatore castrum adhuc violenter obtinente, nulla isto tempore aduersus prædictum castrũ poterit actio proponi; propter quam in præiudiciũ veri domini desolationis contra illud sentẽtia promulgetur.

GLOSSA.

Sẽsus articuli prẽsẽtis est. Si castrũ alicuius occupatũ fuerit, occupator verò tãdem ex castro prædam cõmittat, per factũ illud suum castrũ illud demoliendũ nõ est, nec factũ illius verò domino, cui per violentiam castrum ablatum est, nocere debet. Nullus enim ex culpa sua alteri nocere poterit: vt superius dictum est. Minus iuste, &c. Si enim iure castrum sententietur, agere proillo non poterit, nec illud reædificare: vt iur. feud. c. lxxiij. a Sciendum etiam, quod castrum destrui seu demoliri potest ex quatuor causis. Primò, si quis violatorem pacis in castro hospitauerit: vt supra. lib. ij. art. lxxi. & lxxij. Secundò, si mulieres vel virgines ibidẽ opprimantur: vt supra lib. iij. ar. i. Tertiò, si captiuos ibidem detinuerit vltra mandatum regis: vt supra eo. lib. art. lx. Quartò, si dominus castri iurare non vult pacẽ ex illo castro seruare: vt in auten. de pace seruan. §. hac edictali. in fi. coll. x.

a Castrum ex quatuor causis demoliri potest.

Et ammittens hunc prout iuris fuerit prosequitur, &c. Idq; fieri debet coram iudice prouinciæ cũ clamore: vt ff. de vi. & vi. arma. l. prætor. & supra lib. ij. art. lxxij. Tùm etiam pro violẽtia & preda: vt supra lib. ij. art. xxv. & ff. ad le. Iul. de vi. priua. l. hac lege. & de vi. & vi. arma. l. prætor ait. §. neq; C. de vi. publi. & pri. l. si quis. & l. omnibus. Tenebitur etiam quelam huiusmodi annuatum innouare: vt lib. feud. c. xxij. ff. de vi. & vi. arma. l. ij.

Articulus LXVIII.

IVdex siquidem debet primò in castrũ vel in tignum a tres ictus verberare, quòd iure extitit cõdemnatum; & ad hoc villani debent excidendo & destruendo adiuuare: cremari non debet, nec lapis aut lignum abduci, nec aliquid quod intus habetur, nisi per spolium fuerit

a Alij textus addunt: securi. ad hanc materiam vide supra li. ij. art. vlti. lib. iij. art. i. inr. mn. ar. xxix.

erit inductum; quia illud spoliato, qui id iure consequi poterit, tribuatur. Aggeres & fossata ab incolis illius iurisdictionis, sub eorum expēsis, in tribus diebus complanētur, si ad hoc cum violētiaru clamore conuocentur.

GLOSSA.

b Iudex castrum destruere non potest, nisi ex rationabilibus caussis.

Pro intellectu articuli *b* nota, quod iudex castrum diruere non potest, nisi rationabilibus adductus causis. Primò, quòd iudicialiter ad id cogitur: vt supra lib. ij. art. lxiij. Secundò, si opinātur in arce fore pacis violatores, & denegetur inquisitio illorum: vt supra li. ij. art. vltu. qui enim inquisitionem admittere non vult, signum est, quòd ipse culpa non careret: vt Insti. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. est etiam. Tertiò, si castrum non defenditur, cùm per duellū alloquutū sit: vt supra lib ij. art. vlti. & ff. ad le. Iul. maiest. l. lex duodecim tabularum. Quartò, si tenens arcē iurare nollet pacem tenere: quia, vt sic, opinantur illum velle perperam agere: vt in auten. de pa. tenen. l. hac edictali. coll. x.

c Iudex externos milites ad comprimēdum prædones conducens, incolæ expensas illis ministrare non coguntur.

Et ad hoc villani debent excidendo, &c. *c* Quid si dominus vel iudex prouincię externos milites in prouinciam adducere velit, ad comprimendos prædones, an incolę expensas illi ministrare tenētur? R. quod non. vt in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. interdicimus. coll. ij.

Cremari non debet, &c. Intelligendum est etiam de ædificijs: vt supra art. i. lib. iij. & hoc, si arx capi potest sine crematione: quia aliàs si aliter occupari non poterit, cremari admittitur: vt in auten. de pa. tenen. l. hac edictali. coll. x.

Nec lapis aut lignum, &c. Quāuis enim homo perperam agat, bona tamen eius non auferūtur: non enim bona delinquunt, sed homines ipsi bona occupantes: vt in auten. de manda. princi. §. oportet. coll. iij. nisi spolium sit, quia illud spoliator restituere cogitur: vt supra lib. ij. art. xxv.

Aggeres & fossata complanētur, &c. Et hoc tunc contingit, cū aggeres in fossata deiciuntur ab incolis illius iurisdictionis, &c. Omnes enim violētiæ clamorem sequi tenentur, & qui non sequitur, mulctam præstabit: vt supra lib. i. art. liij.

Sub eorum expensis, &c. Iudex nihilominus etiam suos habere tenetur, quos incolæ expensis prouidere non coguntur. vt C. de epis. & cle. l. si quis.

d Vasallus an castrum domini oppugnare licitu possit, vide infra art. lxxviij.

d Quæritur, si vasallus dominū habeat in iurisdictione illa, & in destructionem castri domini sui feudalis expeditio sit, an sequi tenetur necne. Quidā dicunt quod non: quia qui in destructionem domini auxilium præstat, feudum perdit & honorem: vt in l. b. feud. qui cau. feud. amitti. c. i. R. tamen, quod sequi tenetur: vt infra art. lxxviij.

Articulus LXIX.

VBi sub regis cognoscitur banno, iudices seu scabini, capucia, pilea, aut pepla, & chirotecas habere non debent: chlamides seu mātella habeant super humeros, iudicētque inermes: *a* ieiuni & sedentes etiā debent sententen-

a Vide supra eod. libr. art. lxi. in fin. glo. Iure Munic. art. xvi.

ſententias inuenire contra quemlibet: Theutonicum aut Sclauum, ſuo iudicio ſubditum, liberum, aut ſeruum, & hoc nemini alteri licet facere, niſi ipſis. [b] Quodſi eis in generatione æqualis ſententiã eorũ increpet, is ſedẽ poſtulet, quam ei pronũciator debebit accõmodare: & poſtquam ſederit, ſententiam ab eo opinatam veriorem promulget, & ſe trahat cum illa, vbi de iure ſe trahere debet, & eam, vt ſupra dictũ eſt, obtineat vel amittat. [c]

b Textus veteres italegunt: & ille q̃ ſententiam inuenerit: cedere ſibi de loco tenebitur, iſte verò locum illũ occupabit.

c Ad hanc materiam vide ſupra h. 9. art. xij.

GLOSSA.

Et ſedentes etiam, &c. Sedere enim iudices nonſolum debent cũ diffinitiuè pronunciãt, ſed etiam cum res, quæ agitur, plenam cognitionem deſiderat: vt ff. quis or. in bo. poſſ. ſer. l. ij. §. dies. & in auten. vt ab illuſ. & qui ſuper eam ſunt. §. ſanximus. coll. v. & in auten. de iudi. §. ſedebunt. & de re. iudi. c. fi. lib. vi.

GLOSSA.

In articulo præſenti docetur, quo modo iudex & ſcabini in iudicãdo habere ſeſe debeant, cùm ſub banno regio iudicant: honeſtatem etenim præſeferre maximè in omnibus tenentur: cui enim Deus omnipotẽs plus donorum impartitur, etiam maiorem honorem ſeruare debet, & maiori laude & gloria, ratione donorum præſtitorum, Deum laudare tenetur, de pluribuſque eum reſpõndere oportet. Exquo iraque ſcabini in exercendo iudicio plus honorati ſunt, quàm alij ſimplices; ergo etiam plus honeſtaris præ ſe vt habeant neceſſe eſt: nec id ſine quodam ſpirituali myſterio fit. Per id quod dicitur: Caput non tectum eos debere habere. intelligi datur, illos ad imaginem Dei creatos eſſe, quare nec animas vitijs maculare permittãt, facies etiam & vultus eorum tectos non habeant ad inſinuandũ, quòd iuſtitiam cũ iniquitate obtegere non debent: vt xxxiij. q. v. hæc imago. Nudas etiam habere debent manus. Per manus etenim opera hominum intelliguntur, ad inſinuandum, quòd ab exceſſibus liberi eſſe debent, pro quibus alios condemnant. Fur etenim non libenter furem iudicat: vt in auten. de ſanct. epiſc. in princ. coll. jx. & ff. de eden. l. ſi quis. & in auten. vt iudic. ſine quoquo ſufra. fi. §. fi. coll. iij Manus præterea eorũ immunes à donis eſſe debent: munera etenim iuſtum peruertunt iudicium: vt xi. q. iij. c. quatuor.

Chlamides ſeu mantella, &c. Per id deſignatur verus amor, quẽ habere tenentur in iudicãdo: quia ſicut mantella obtegunt alias veſtes & corpus, ita amor illorum iuſtitiam obtegere debet, in humeriſq; illa geſtare eos oportet: hoc eſt, amorem & fauorem probis oſtẽdere, ſicut pater fauorem filijs oſtendit: vt in auten. de defenſo. ciuita. §. ſi qua. coll. iii. Et ſine armis iudicent: & hoc ex eo, quia pace imperij ſunt muniti: vt ſupra eod. lib. art. ij. Tum etiam, vt nullus eorum arma teneat: ſine enim ira iudicabunt.

Ieiuni, &c. Hoc fit ex eo, ne ebrietas eos ad iniuſtitiam inducat. [d] Ebrietas etenim eſt ſepius origo mali: vt xliiij. diſ. c. i.

d Ebrietas origo mali.

Quemlibet hominem &c. In-

tellige eiusiurisdictionis subiectū: vt in auct. vt om. obedi. iudi. §. hæc considerantes. coll. v. Vnde nec Sclauus potest se eorum sententiæ defendere, quamuis respōsioni defendere se poterit, si actor Theutonicus sit, & ille eum non intelligat: vt infra art. lxxi. Tum etiam, vt sequēs articulus habet, si non iudicatur sub banno regio: siue sit Theutonicus siue Sclauus: hoc est, sententias scabini inuenire possunt contra vnumquemq;, qui coram eis responderit. In oppositum licet videtur articulus sequens, vbi dicitur. Quod Saxo contra Sclauum sententiam inuenire non potest. Intelligitur tamē articulus allegatus sequens, si iudicium sit extra bannum regium: articulus verò præsens disponit, cùm sub banno iudicatur regio.

Sedentes pronunciabunt, &c. Sententia etenim quæ non sedendo pronunciatur, est ipso iure nulla: vt in auten. vt ab illustri. & qui super eam sunt dignitat. §. sancimus. coll. v.

Articulus LXX.

VBI verò sub banno non iudicatur imperiali, ibi quilibet contra alium sententiam inuenire & testimoniū dare poterit; dummodo rationabiliter increpandus non venit, excepto Saxone super Sclauum, & ècōuerso. Sed si Sclauus vel Saxo in iniurijs vel crimine recēti pacis fractæ deprehensus, & cum violētiarū clamore iudicio fuerit præsentatus: extunc Saxo Sclaui, & èconuerso, sic deprehensus, testimonium & sentētiam sustinebit.

GLOSSA.

Præcedenti articulo dictum est, quomodo iudicatur sub bānoregio, & quomodo iudex & scabini se habere debeant, quòdque nulli sententiam inuenire licet, nisi iudici & scabinis. In articulo præsenti determinatur, quomodo iudicatur extra bannum regium, sicut in Marchia Brandeburgensi, Landzbergensi, Luzaciensi; quia istarum prouinciarū ius discrepat à Saxonico quodammodo: vt supra libr. ij. art. xij. & hoc ex eo fit, quia huiusmodi Marchiæ habent speciales iudices: vt supra li. iij. art. lxiiij. & ita liberiores sunt in mulcta. In comitatu enim sexaginta solidi mulctæ dātur: in Marchia verò nō nisi triginta: vt in prętacto lxiiij. art. Tum in marchia, quilibet probus ferre sententiam potest. in comitatu verò nisi bānitus: vt supra art. allegato. lxiiij habetur.

Dūmodo rationabiliter increpandus non venit, &c. Exinde liquet, duplex ius marchionatus. Primò, etsiquidem communes inuenire possunt sentētias vnus cōtra alium, vnus tamen alteri duellum indicere non potest, si ei sit generatione inæqualis: & hoc intelligitur de illis qui in clypeo sunt inæquales: vt supra art. lxv. & in lib. feud. de pace viola. Secundò, quòd quilibet sententiam inuenire potest, qui in iure suo increpandus non est.

a Circa id nota, quod diuersi homines sunt, quorum iuri derogari potest, ita quòd sententias eorum tàm in marchia, quàm alibi tollerare

a Diuersi homines inueniuntur, quibus iuri derogari potest. vide supra lib. i. art. xxxviij. libr. ij. art. xvij. Iure Munic. art. iiij.

tollerare non oportet. Primò, quia occasione prædæ, furti, cõcordiam inierint: vt supra li. i. art. xxxviij. & C. ex qui. cau. infa. irroga. l. non damnatos. Secundò, qui iudicialiter conuicti sunt: vt C. eo. tit. l. si furti. & l. etsi. Tertiò, publici fures & prædones: ff. de furtis per totum. & extra. de testi. c. ex parte. Quartò, certantes: & eorum proles. vt supra lib. i. art. xxxviij. Quintò sunt, periuri: vt extra. de testi. c. sicut nobis, &c. testimoniũ. vt extra, de præsumpti. c. literas. Sextò, sunt lusores: vt supra lib. i. art. xxxviij. & ff. de his qui notan. infa. l. & iiij. q. i. c i. Septimò, aleatores. vt extra de excessibus prælatorũ. c. inter dilectos. & extra. de vita & honest. cleri. c. clerici. Octauò, contra quos probari potest, quod fidefragi sunt: vt supra lib. i. art. xl. & ff. de his qui notan. infa. l. ij. Nonò, proscripti: vt supra lib. i. art. xxxviij. lxviij. & alijs plerisq; locis. Decimò, illegitimi seu inhonesti: vt C. de testi. l. si testis. extra, de testi. c. ij. ver. vilissimi. Intellige tamen, quòd isti supra nominati, sententias inuenire & testificari in iure spirituali, & etiam seculari possunt, in tribus casibus. *b* Primò, occasione simoniæ, sicut contra illum, qui rem sacram vendit vel emit. Secundò, occasione hæresis. Tertiò, occasione fraudis in imperium commissæ: vt C. ad le. Iul. maiest. l. nullus. & extra de simonia. c. licet, & ij. q. vii. c. oues.

b Iure prima si testificari possunt in tribus casibus. cõcordat supra lib. i art. xxxij. lib. iij. ar. xvi. Iure Municipi art. xij.

Excepto Saxone super Sclauum, &c. Saxo enim super Sclauum sententiam inuenire & testificari non potest: *c* & hoc ex eo, quia ab antiquo semper inimici fuerunt: vt supra eo. lib. art. xl iij. Postquam etenim Saxones Sclauos, qui & Thuringi dicebantur, ex eorũ sedibus vsq; in ducatum vltra Albim pepulerunt, *d* magnũ posthac inter eos ortũ est bellum, & vsq; & vsq; ad tempora Caroli imperatoris durauit: qui magno adaucto exercitu, Sclauos debellauit, & ex illo ducatu eosdẽ per omnem Saxoniæ prouinciam dispersit, inhabitariq; iussit. Exindeq; in hũc diem multæ Sclauorum villæ ibidem sunt. Ad hanc materiam plura habentur iure municipali: exin deque vnus contra alium testificari non potest. *e* Inimicus enim contra alium in testem admittitur, nec contra eum sententiam inuenire debet, sicut nec vnus consanguineus contra alium: vt extra. de simo. c. per tuas.

c Sclaui & Saxones ab ãtiquo inimici semper fuerũt

d Vide infra art. lxxij. Iure Munic. in prolo.

e Inimicus in testem non admittitur

Sed si Saxo vel Sclauus in iniurijs, &c. Quia vt sic, captiuatus vnus, sustinet sententiam alterius: vt C. vbi Senato. vel clarissi. l. i. & hoc intelligendum est de iudicio prouinciæ vbi iudicatur sine banno regio: quia ibi vnusquiuis sententiam inuenire potent contra alium: in iudicio verò marchionis, vbi contra legales homines iudicium exercetur, rusticus sententiam inuenire non potest: vt ex antiquo seruatum est. *f* Vnde etsiquidem antehac forsan seruabatur, consuetudine tamen aliter fit, quæ & pro iure custoditur: vt Insti. de offi. iudi. §. i. ff. de legi. & senatusconsul. l. de quibus C. quæ sit longa consuetudo. l. præses. xi. dist. in his. extra. de successi. c. vbi. ver. de hoc. Sed si in iniurijs deprehendatur, &c. Extunc contra eum extenditur iudicium: vt C. vbi senato. vel clarissi. l. i.

f Clariorem huius glosse declarationem vide supra eo. lib. artic. lxv. gloss.

Articulus LXXI.

QVilibet reus respõdere ad actionẽ nõ tenetur, si actio non innato sibi idiomate proponatur. Vnde si in Theutonico contra vnum agatur,

iſte verò iuramento affirmet Theutonicū ſe ignorare, reſpondere vt ſic nō cogitur. Si verò conqueratur contra eum in ſermone ſuo ſibi intelligibili, ipſe etiam aut eius ferē darius reſpondere tenetur, ſermone, quem etiā actor & iudex intelligat. Si autē in Theutonico antehac queſtus eſt vel reſpondebat, vel ſententiā in iudicio promulgauit, & hoc contra eum comprobetur, eundem in Theutonico reſpōdere oportebit, excepto in pallatio imperatoriæ maieſtatis; quia ibi quilibet iura ſuæ genealogiæ noſcitur obtinere.

GLOSSA.

Quilibet reus ad actionē reſpondere non tenetur, &c. Ratio, quia nemo cogitur in iudicio reſpondere, niſi prius veraciter intelligat ea, quæ ſibi obiiciuntur: vt v. q ij. relatum. & l. xxiij, diſtin. error. Item, quia nemo ex ſua reſponſione obligatur, niſi prius intellexerit ea, quæ ex aduerſo proponebantur: vt de ſpon. ex literis. & de verbo. obliga. l. i. in fi. ff.

GLOSSA.

Exquoquidē ſententia fit ex querela & reſponſione iudicialiter factis: vt ſupra lib. i. art. lxij. actorq; aliquando agere vellet ſermone illo, quem reſpondens non intelligit, quare in articulo præſenti datur doctrina, quo pacto in eo caſu procedendum ſit.

Vnde nota, *a* quòd reſpondere vnus nō tenetur alteri in quatuor caſibus. Primò, ſi accuſatur in idiomate quod ignorat: vt textus habet. Alij caſus habentur ſupra eo. lib. art. xxx. in glo. Poteſt tamen actor vna lingua querulari, & reſpondens itidem alia reſpondere, dummodo vterq; ſe intelligat: vt Inſti. de verbo. obli. §. in hac re. & ff. eo. ti. l. i.

a Reſpondere vnus alteri nō tenetur, in quatuor caſibus. concordat ſupra eod. libr. art. xxx.

Si iuramento affirmet, quòd Theutonicum ignorauerit, &c. Allegare forſan quidam poſſet, Theutonicum ſe ignorare, cùm tamen illud calleat: Quare tria in textu ponūtur ſuper eo documēta. Primum, ſi teſtificari contra eum poteſt, quòd antehac in Theutonico reſpondebat vel agebat, &c. reſpondere vt ſic cogitur. vt textus habet.

Circa id quæritur, quid ſi in Theutonico alia diſpoſuit negocia, an teſtimonio vinci poteſt? R. quòd non; quidquid enim extra iudicium aliquid Saxo fecerit, iuramento abſolui poteſt: vt ſupra lib. j. art. xviij. Sed ſi coram iudicio actum quid ſit, teſtimonio cō uincitur: vt ſupra lib. j. art. vij. Secundum, quòd iurare eum oportet eſt, quòd videlicet non intelligat propoſita actoris; ſi verò iurare noluerit, reſpondere cogitur: vt C. de iureiuran. l. in bonæ. & l. cum proponas. Tertium, ſi recognoſcat linguam illam, & in ea accuſatur, poſtmodum verò eam negare vellet, illud auxiliari ſibi minime poteſt; *b* quia nullus immutare verbum poterit in damnū alterius: vt ff. de reg. iur. l. nemo.

b Verbum immutari nō debet, in dāmnū alterius.

Quem actor & iudex intelligat, &c. Iſte paragraphus contrariari priori videtur, vbi dictū eſt, quòd innato ſermone querela ꝓponi debet, quomodo id fieri poteſt, ſi reſpondens Italus vel Sclauus

uus sit, & actor Theutonicus, vt sibi responderet sermone sibi intelligibili; videtur enim id esse impossibile, sed ad impossibilia nemo obligatur: vt ff. de reg. iur. l. verum. Ius autem & lex possibilis esse debet: vt iiij. distin. erit autem. ℞. prout in antiquis originalibus scriptum habetur: q̃ articulus iste respondentem cogere non vult, vt respondeat sermone sibi incognito, sed quòd ferẽdarium habeat, qui verba & responsionem eius notificet: quidquid enim statuitur contra actorem, hoc etiam reus facere cogitur: vt ff. de reg. iur. l. non debet.

Articulus LXXII.

a Concordat Iure Munici. art. iij.

LEgitima & ingenua proles, a clypeum patris sui & hœreditatem eius matrisque obtinet, si sit equalis generationis vel melioris.

GLOSSA.

Legitima & ingenua proles &c. *b* Sed qualiter probetur filiatio vtriusque? dic, quòd maternitas legitima & naturalis potest probari per testes, scilicet, per obstetrices, quæ interfuerunt; ff. de ven. inspic. l. j. §. de inspiciendo. & §. sequenti. Paternitas autem probatur per nuptias; nam postquam semen apposuerit, id quod ex ventre postea nascitur, marito acquiritur, qui est dominus ventris & ideo partus debet sequi cõditionẽ patris, tanquã domini & tanquã dignioris. Et hoc est quod dicit lex: quia mater semper certa est, pater autem est is quem nuptiæ demonstrant: ff. de in ius vocan. l. quia semper. Nisi forte maritus anniculum domi inueniat, in quo pateat, quòd suus nõ est: ff. de

b Filiatio q̃liter probetur: vide hic.

ff. de his qui sui iuris vel alie. sunt. l. filium. ff. de libe. & posthu. l. si posthumus. §. vlti. & de Carbo. edic. l. i. §. Pomponius. Statur etiam in hoc casu verbo viri & mulieris, scilicet patris & matris, si quem filium nominent, & affectum paternum erga eum, demõstrent, talibus enim violentis præsumptionibus prima facie, nisi cõtrariũ probetur, statur: vt de præsumpt. c. afferte. & c. illud. C. de adopt. l. penult. §. si verò. maximè si inueniatur in possessione filiationis, nisi contrarium probetur: C. de probat. l. non nudis. & de testa. l. neq; professio. & ff. de probat. l. imperatoris. Grande ergo iudicium pro filio facit professio patris: ff. de liber. agnos. l. j. §. Iulianus. Legitima autem filiatio & ciuilis probatur per testes: ff. de probat. l. ab ea parte. C. de adoptio. l. vlti. & de emãcip. l. iiij. & ibid. de legitima & spirituali cog. c. veniẽs. & c. vlti. Naturalis verò tantũ probatur per testes, & famã & recognitionem, & affectionẽ: vt extra. de probat. c. per tuas. C. de nup. l. si vicinis. ff. de ritu nupt. l. in libere. & de concubi. l. in cõcubinatu. & xxxij q. iiij c. liberi.

Ac matris hæreditatem, &c. Hic clarum habes textum, quòd legitimus succedit parentibus, nõ distinguendo etiam an ab initio, an ex post facto fuerit de legitimo matrimonio natus: vt in c. cum inter. & c. lator. & c. ex tenore. & in c. tanta. cum ibi notatis. qui filij sunt legitimi. Pro quo etiam vide supra libr. j. artic. lj. Licet aliqui errantes dicunt, quòd quamdiu illegitimatio in progenitores & superiores possit computari & probari, iamdiu etiam legitimus non succedit parentibus, quod falsum est. *c* nam si nepos est legitimus, quamuis filius est natus ex coitu dãnato, succedit tamen auo secundùm quosdã. Nam vicium censetur purgatum per

c Illegitimi filij filius succedit auo, secundùm quosdam.

per mediam personam secundùm aliquos. vide in Gl. ij. sub arti. ij. cum remis. Gl. v. art. xxxjx. & art. lj. supra lib. j.

GLOSSA.

Clypeum & hæreditatem, &c. Hoc est feudum & insignia, quæ defert tum & hæreditatem tollit: vt supra li. i. art. xvij. & in auten. de hæredibus abintestato venien. §. quæ igitur. coll. ix.

Articulus LXXIII.

SI verò pagana aut villana bannito copulatur, [a] genita ex ea proles, non matri, sed patri in emenda & verigeldo coæquatur, quia ius obtinet patris & non matris; & ideo nō succedunt in hæreditatem matris, aut alicui⁹ cognati ex parte matris. Istud etiam ius habebant ministeriales vsque ad tempora Vichmani archiepiscopi MAydeburgensis, quòd filius patris & filia matris iura nanciscebantur: & si ministerialis existebat condicionis, eos sequebatur, nec tūc inter ministeriales erat opus permutatiōe. [b] A iuris autem principio hoc ius fuit, quòd liber partus nūquam seruilem procreauit partū. A prædicti autem archiepiscopi temporibus hoc ius inualuit, [c] quòd proles vtriusque sexus tam filius quàm filia, in condiciōe erat matris, si mater Theutonica existebat, licet & pater Sclau⁹ aut Theutonicus nūcuparetur. Sclauæ autem proles sequitur patrē Sclauum. Si vero Theutonicus fuerit, iura nanciscitur suæ matris. Aliq dicunt, quòd Sclauæ sint ingenuæ, ex eo, quòd earū proles sequitur patrē Sclauū, ꝙ reprobamus; quia suis dominis, quotiēs copulentur præstant mercedem copulationis; quotiens etiam à viro iuxta eorum ritum separentur, domino soluūt tres solidos, & in aliquibus locis plus, secundùm eorū veteres consuetudines.

a Concordat Jure Munic. arti ij. Textui vetustiores hunc textū ita legunt: si mulier orta de idoneo scabino, nubat tabernario, aut colono, seu villico simplici, genita ex ea proles. &c.

b Vide ad hanc materiā Jure Munici. art. ij.

c Alij textus hunc paragraphum ita legunt: proles vtriusq; sexus in conditione matris erat, cui ipsa pertinebat, vt pote, si Theutonica fuit proles, eā insequebatur, & eidem pertinebat, & p consequens pertinebat etiam illi cui mater, siue pater sit Theutonicus, siue Sclauus: Sclauæ autem proles, sequitur patrē Sclauum. si Sclauus sit Si verò Theutonicus fuerit, matrē sequitur.

GLOSSA.

A iuris autem, &c. Vide Insti. de ingenu. inprin. vbi dicitur Si quis ex libera matre nascatur, patre verò seruo, ingenuus nihilominus nascitur: quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus est, quoniā vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore quo nascitur licet ancilla cōceperit. [d] Sequitur enim partus ventrem quoad libertatem. C. de rei. vindi. l. partum de na. ex libe. ven. c. vnico. ff. de sta. ho. l. & seruorum. & de ser. non ordi. c. vltū. Quod verum de con-

d Vide iura Munic. arti. ij. & art. iij.

consuetudine verò vel alio iure singulari posset esse secus: vt in c. licet de coniu. ser. & infra, hoc eo. arti. Qualiter autem & in quibus partus sequitur patrem & matrem, vide ad plenum per Hostiē. in sum. de seruis non ordinan. §. quid sit libertas. vers. est & quarta. & de coniu. seruo. §. & an. cōsensus. & in prin. de na. ex libe. ven. §. cuius conditionem. Illud etiam certum est, quòd si dominus ancillam suam dotem sibi cōscribendo, quod in liberis tantum mulieribus fieri consueuit, & non in ancillis sibi copulauerit: vt ff. de iure do. l. si mulier. §. vlti. & l. Proculus. Vel tanquam liberam alicui libero tradiderit matrimonialiter in vxorem, vel sciens eam duci à libero taceat, amittit propterea ius suum, & mulier eripitur in libertatem. Et idem est de seruo, si sciente, tacente, vel tradente domino suo cū libera contrahat: vt in auten. de cætero. §. sed & si quis coll. vi, & in auten. de nup. §. si verò. ab initio. coll. iiij. & C. de lati. liber. tol. l. vnica. §. si quis. de hoc per Hostien. in sum. de coniu. seruo. in dict. §. & an consensus. ver. verum si dominus. Si autem seruus vel ancilla cum libera persona matrimoniū contraxerint, nulla ratione propter id est dissoluen. Sacramentū enim ecclesiæ est: quare & seruis minime denegari debet: licet inuito & contradicente domino: vt in c. de coniugat. seru. dominus tamen nō debet seruitijs debitis defraudari, vt ibid. Et partus ancillæ vxoratæ eiusdem domini, cuius erat ancilla, quicunq; etiam fuerat pater, siue liber siue seruus efficitur: ff. de sta. homi l. & seruorum. Et pecunia tradita ex parte ancillæ viro dotis nomine, an sit viri? Dicquod sic: vt in allega. legi. si mulier. §. vlti. & l. Proculus. ff. de iur. doti.

e Contrariū istius vide supra eod. libr. artic. xxvij. Iure Munic. art. ij.

Glossa

GLOSSA.

Articulus præsens tractat, quomodo quis alteri similis in generatione fit: quæ in iure magnam facit controuersiam, *f* vnde nota, quòd similem generatione esse alteri intelligitur quadrupliciter. Primò, ratione officij: & de isto loquitur hic, cùm dicitur bannito. Bannitus enim dicitur qui propriū liberè possidet vt ex illo officium scabinatus in comitatu habere possit: vt supra lib. i. art. ij. & istud ratione officij quod habet, deriuatur in filium & propinquiorem agnatū, & non in pueros filiæ, quia illi nanciscūtur iura sui patris: vt supra lib. ij. art. xxvi. in fi.

f Similem esse generatione, intelligitur qnadrupliciter. ad hanc materiam vide supra libr. i. art. ij & ar. vi. lib. ij. art. xij. Iure Mu. art. xxxiij.

Istud etiam ius, &c. Tangitur secundus modus similis generationis, quod est ratione seruitij, quod occasione bonorum in feudum datorū præstatur. Ex quo etenim bona conceduntur, propter id quod seruitium impendatur principibus vel ecclesiæ: vt in lib. feud. c. lxij. Cùm ergo alter alterius ministerialis est, ille non est generatione æqualis isti, cuius bona accipit, & ita bona illa sibi cedere non possunt. Si enim id contingat, quòd bona ex quibus ministerialis ad Maydeburgum esse deberet, hæreditari possent in illū, qui in Brandeburg vel alibi ministerialis est, perirent & desolarentur officia infeudatorum principū, quia iste ad seruitiū nasceretur, & alter bona possideret quæ loco mercedis esse deberent istius hic ministerialis: quod fieri nō debet: vt infra art. lxxxi. quod etiam hic rectus habet, quòd ministeriales eiusdem iuris sint sicut banniti, hoc in toto fieri non potest, & hoc ex eo intelligitur. Banniti enim accipiunt hæreditatem, & omne ius, post decessum patris. Sed ministeriales iura nanciscebanniti

bantur matris, & hoc vsq; ad tem pora Viehmani archiepiscopi: qui, vt textus habet, de consensu imperatoris hoc ius immutauit: statutumq; fuit, quòd filius patris & filia matris iura nanciscebātur. vt si pater liber fuit, mater verò serua, filius natus liber erat, & nō filia. Si verò mater libera, & pater seruus, filia nata libera erat, & non filius: de hoc vide supra lib. i. art. xvi.

A iuris autem principio, &c. Tangitur tertiū, quomodo vnus alteri similis vel dissimilis generatione existit: & dicit, quod seruus non est similis generatione libero. Seruus enim non potest hæreditare bona liberi: quia quicquid seruus acquirit, domini est: vt supra eo. lib. art. xxxij. & Insti. per quas perso. acqui. §. i. & Insti. qui sui vel alieni sunt iuris. §. ij.

Quod liber partus nunquam seruilē partum, &c. Tangitur id, quod à principio legibus cautum est, quòd videlicet mulier libera seruilem partum procreare non potuit: dato, quòd maritus fuit seruus: vt Insti. de iure perso. §. vlti. & Insti. de ingenu. §. i.

A prædicti autem archiepiscopi temporibus, &c. Quidam intelligunt hūc textum, quòd puer seruilis condicionis non existit, quamuis pater sit seruus, mater enim libera, secus verò intelligēdum est: vt patet ex pòst sequentibus: cùm dicitur. Si mater cui proles illa pertinebat Theutonica existat, licet pater Sclauus aut Theutonicus, &c. Si verò Sclauo pertinebit, proles illa non erit libera, & ita id quod prius sequitur.

g Vide supra eod. lib. art. lxx. Iure Munic. in prolog.

g Aliqui dicunt, quod Sclauæ sint ingenuæ, &c. Sciendum, quod Sclaui ab antiquo, vt in plurimū, serui erant: quia cum Saxonum prædecessores in prouinciā istam aduenerant Nothuringos; hoc est Sclauos occuparunt, & qui viui remanserunt serui & captiui effecti sunt, & exinde venit eorum seruitus, sicut & quælibet alia: vt Insti. de iur. perso. §. serui. & Inst. de liber. §. manumissio: supra eo. lib. art. xlij. & xliiij. Notandum tamen circa id, quod vbi certò ne scitur aliquem esse seruum pro libero reputari debet: vt supra eo. lib. art. xxxij. & ff. de reg iur. l. libertas.

Secundùm consuetudinē prouinciæ, &c. Hoc erat tēpore quo fidem nō susceperāt Christianam, nam tunc temporis dimittebant vxores pro libitu, quia tamen id repugnat Christianæ charitati, cōsuetudo illa aboli a est nec seruari debet: vt extra de cōsuetudine. c. fi. supra lib. art. xviij. in fi. & i. dist. c. consuetudo. & viij. dist. c. mala. Quartò simi i generatione alteri fit ratione mi i.ari. originis: sicut in scuto bellico, quod nobilitatem vocamus.

h Similiū generatiōū differentia, iure nostro maximè est necessaria. vide supr. lib. i. art. xlv. gloss.

h Notandum, quod hæc quadruplex similis generationis differentia, in hoc libro maxime est necessaria: sepius enim mentio de eadem habetur, multiq; ignorant ad quam illarum applicari aliquid debeant. Vt itaq; maior illius notitia habeatur, breuiter transcurrendum est, vbi & in quibus articulis mētio de illa fit: & ad quam ex his quatuor applicari debeat. Vnde sciendum, quod lib. i. de simili generatione habetur art. ij. xxij. & xxiij. §. ij. & xl ij. §. ij. lib. ij. art. iij. & xij. §. iij. & iiij. & li. iij. art. xix. xxvi. li ij lxv. lxxij. hæ omnes similis generationis acceptiones pertinent ad primū modum, quia ad iudicium referūtur. Quo ad secundum modum, habetur li. i. art. ix. & lxx. vbi agitur de ministerialibus. Quoad tertium modum, habetur lib. i. art. ijj. §. vi. & ar. v.i. §. & lib. iij. ar. xxij xxxiij. xli. xliiij. & ix. Ibi enim habetur de seruorum simili generatione. Quoad quartum habetur li. i. art. iij. §. ij. & art. x. xx. xxiij. xxv. xlij.

xliij. §. iiij. & li. j. §. ij. & xl. §. iiij. & lib. ij. art. xv. & item li. iij. art. lvi. lib. feud. c. lxxij. §. iij. & hoc pertinet ad militarē dignitatem.

Articulus LXXIIII.

Diuortium si iure fuerit celebratum inter virum & vxorem, mulier dotalitium, id est, vitæ prouisionem, sibi in proprietate viri donatum & ædificiū in ea locatū obtinebit, sed ædificia huiusmodi destruere aut auferre minimè poterit: præter id nihil cōsequetur de ædificio, sed neque dotē. Supellex sua, id est, vtensilia & comestibilia, debent etiam sibi reddi: & quidquid ad maritum secum attulit, aut tantum sibi de viri bonis dabitur, quantū in contractu matrimonij promissum fuerat.

GLOSSA.

a Causse matrimonialis diuortij, et occasione dotis ad iudicem ecclesiasticum pertinent.

Diuortiū si iure fuerit, &c. a Scias, q̄ causa matrimonialis seu diuortij est de iure cōmuni tractanda coram iudice ecclesiastico sicut & causa dotis, quæ est accessoria ad matrimonium: vt in c. de prudentia. de dona. inter virum & vxorem. Et est huiusmodi iudex episcopus. xxv. dist. c. perlectis, vel eius officialis, vel alius ab eo specialiter delegatus: de frigi. & male. c. i. de regula. c. ij. & de Insti. c. ex frequentibus: deinde capitulum: eo, quòd sede vacante, episcopo succedat in iurisd. de maio. & obe. cum olim. Et etiā inferior episcopo: puta archidiaconus, archipresbyter, abbas. vel alius minister ecclesiæ ex speciali priuilegio vel mandato episcopi, aut ex consuetudine præscripta: & sic intelligitur de testibus. c. Albertus. & de testi. cogen. præterea.

Tempore copulationis &c. Et illud propriæ est dos: vt in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. vbi dicitur. Illud verò te nolumus ignorare, quòd vxor dare dicitur viro dotē, vir autē vxori donationem facere propter nuptias, secūdùm legitimas sanctiones, & illa mulieribus est restituenda: b etiam de iure canonico: quod sic disponit. Mulieres cùm pro aliqua licita causa à proprijs viris fuerint seperatę, totā dotem præcipimus eis reddi. Et sic vt soluto matrimonio dos redit ad virum. ad mulierē ita & dona. propter nuptias redit: vt de dona. inter vir. & vxo. c. i. & vlti.

b Vide supra lib. i. art. xx. glo.

GLOSSA.

Mulier seperata iure, &c. Vt textus habet, & supra art. xxviij. dotalicium obtinet, & ædificia, quæ tamen auferre non poterit: quod facere possit, si post mortem eius ad eam venirent: quia, vt sic, obtinet dotem, supellectilem, & comestibilia: vt Insti. de donatio. per totum. Et quicquid bonorū ad maritū attulit, vel sibi promissum fuerit &c. Circa id sciēdum, quod mulier, vt sic, tollit propriū suum, & donationem propter nuptias: vt in auten. de nup. §. per occasionem. coll. iiij. etiam si cui extraneo alienatum sit, totum recuperabit. c Attamē diuortio subsequuto, pueri si quos antehac genuerit, ex vtroq; nutriri debent, apud

c Diuortio subsecuto pueri apud matrē manebūt, quoad adoleuerint.

apud matrem tamen manebunt, quamdiu non adoleuerint: vt in auten. vt lice. ma. & aui. §. illud quoq;. coll. viij. & C. de alimentis. l. iij. & iij. Si verò ex vnius culpa diuortium sit illud, pueri manebunt circa illum qui occasionē diuortij non dederit: vt C. de diuortijs l. i. & in auten. de nup. §. i. coll. iij. & C. de patr. potes. l. filia. Attēdendū etiam quòd mater per triennium pueros fouere ex debito tenetur: vt C. de pa. potes. l. penultī.

Articulus LXXV.

IN proprietatibus vera donatio seu vitę prouisio fit mulieri & non in feudo: a quia in proprietate nemo illis ad vitam ipsarū infringere potest, in feudo verò eam multis modis viciari contingit. Feudū marito viuente ꝓpter nuptias est mulieris donatio, ipso mortuo, eius feudum appellatur. Neque vir, neque mulier, diutius feudum quàm ad vitæ tempora retinebūt, licet vir ipsum iure hæreditario & nō mulier post se relinquat.

a Concordat iure Munic. art. xxij. glo.

GLOSSA.

In feudo verò, &c. Et si maritus cōcesserit vxori rem feudalem in donationem propter nuptias, viro defuncto, mulier ipsam rem retinere amplius non potest, nisi dominus, ad quem dominium istius rei pertinet, à principio vel ex post facto, voluerit consentire: vt legitur & notatur in c. nuper. de dona. inter vir. & vxore. Et si dominꝰ alienationi rei feudalis semel cōsenserit, tunc nō poterit postea reuocare. Ar. ff. qui mo. pig. sol. l. sicut. §. si voluntate. & §. si permiserit. & l. si debitor. §. si in venditione.

Et non mulier &c. Ad hoc Ar. in lib. feud. si femina habens beneficium moriatur, nullomodo succedit in beneficiū maritus nisi specialiter sit de ipso dictum, vel nisi inuestiti fuerint, nam secundùm vium regni beneficium vocatur paternum & nō maternum: sed secūdùm æquitatē dicimus filios debere succedere. vt in li. feu. ti. An maritus succedat vxori. c. si femina, & item iur. feud. c. xxi.

GLOSSA.

Quandoquidē vitæ prouisio mulieribus, vt communiter fit in proprio aut feudo: declaratur itaq; hîc, in quo potissimum fieri debeat, quòd non infringatur, & dicit, quod in proprio & non in feudo. Textus tamen articuli impugnari potest tribus rationibus. Primum, quicquid mulier vitæ prouisionis habet, ius ad illud habere videtur, admissoq; quòd mulieres ad feudum nullum ius habēt, sed si sibi conferatur ius, ad illud habebunt: vt in lib. feud c. ij. §. vlti. vbi habetur. Si quis cōsequutus fuerit bonorum feudalū possessionem, illa possidere debet & continuatur vsq; ad alium dominum. Secundò, improbatur articulus, quia mulier æque nullum ius habet ad proprium, nisi iudex illud sibi tribuat, sicut nec ad feudum, nisi dominus conferat: si itaq; iudice indigeat, quoad proprium obtinendum, sicut & domino feudali quoad feūdū, quare simili iure vtrumq; consequi potest. Tertiò, quia maritus vxori proprium conferre non potest, quoad

quoad vitæ prouisionē, sine consensu hæredum: vt supra lib. i. ar. xxi. & ar. lij. Feudum verò confertur sine hæredum cōsensu: sed illud quod faciliori iure conferri potest tutius obtinetur. Nec obstat declaratio in textu articuli posita, vbi dicitur: Vitæ prouisio in feudo esse non potest ex eo, quia, vt sepius, viciari & infringi potest. Declaratio enim ista falsa est. Feudum enim ipsis nolentibus ab eis auferri nō poterit: proprium verò multis modis amittitur per mulierem, in qua vitæ prouisio sibi facta est: vt si ex possessione eam dimittat, vel ligna fructifera succidat, vel ascriptitios fugiat, &c. vt lib. i. art. xxi. Et quia æque vtrunq; perdere possunt, quare nō erit potius ius in vno quā in alio. Soluuntur tamen instantiæ per interemptionem earundem. Tempore enim Eckę, qui trāslator priuilegij fuit, ius mulierum nō erat pinguius & melius in feudo. A multis si quidem feudum habebatur, sine certa possessione: & isto stante, varijs etiam modis alienabatur, vel per mortem domini, qui illud conferebat, nec succedere potuerunt ad alios dominos: vt feud. c. ij. & xxiiij. Etiam prouentus certos dominis tribuebāt: vt feud. c. iiij. Præterea, illi qui feudū testificari debuissent, illud videre & audire eos necesse fuit: & propter has cōtrouersias ac difficultates, necessaria prouisio mulieribus erat, vt vir cum vxore illud susciperet: vt feud. c. lxxv. per translatorem itaq; priuilegij consultum est, vt in proprio, prouisio huiusmodi mulieribus sit: iusq; istud Fredericus imperator in fauorē mulierum statuit. Leges enim multa in fauorem mulierū sanxerunt: vt Insti. qui. aliena. licet vel non. §. l. & C. de rei vxoriæ actione. l. vnica. §. cum lex. C. de jure dotium. l. quotiens. & ff. de donatio. inter vir. & vxo. in multis legibus. C. de fun. dota. l. i. ff. eo. ti. l. iij & iiij. & Insti. de actio. §. fuerat. In auten. de æquali. dotis. §. his cōsequēs est. coll. vij. In auten. vt immobi. ante. nupti. §. ij. coll. v.

Feudū marito viuente &c. Hîc declarat autor priuilegij, quòd non securum fuit mulieribus virę prouisionem habere in feudo: de facili enim alienari potuit ab ea, quia expectantia feudalis ipsius fuit: nunc autē est eius proprium feudū: quia illud actualiter possident, cùm vir & vxor inter se possideant bona indiuisa: vt supra li. i. art. xxxi.

Notandum circa id, quòd donatio huiusmodi seu vitæ prouisio, quandoq; nuncupatur expectantia feudalis: hîc verò dotalitium nominatur, quia confertur in recompensam dotis apportatę, *b* nomina enim rebus adæquari debent: vt Insti. de donatu. §. sed nos. C. de episco. & cleri. l. decernimus.

b Nomina rebus adequari debent.

Neq; v r neq; mulier &c. Hoc fit ex eo, quia est stipendium militare, quod pater hæreditat in filium, si illud promereri poterit: sunt tamen nonnullæ constitutiones in antiquo iure, quæ disponunt, quòd mulieres hæreditare possunt. Iure tamē Saxonico constitutiones illę abrogatæ sunt: vt feud. c. ij. & xi.

Articulus LXXVI.

MOritur autem mulieri vir eius, [a] & ipsa si cum mariti hæredibus permanserit rebus indiuisis longo aut breui tē pore, si postea diuidere voluerit, in omnibus quę ibi tunc supersunt rebus,

a Vide supra lib. i. art. xx.

suā accipiet, propter nuptias, donationē: domestica cibaria, vtēsilia [b] sicut accipere debuerat tēpore mortis mariti sui. Si verò mulier interim alteri copuletur, copulatusque ad eā & ad indiuisa cum hęredibus bona ingressus fuerit, & postea vxor decesserit, vir obtinet plenū ius in omnibus bonis mobilibus, exceptis ædificijs & suppellectili. Qui vxorem duxerit viduam, habentem feudum, propriū, aut dotalium, vitæ prouisionem, aut terram censualem, quicquid in bonis arādo culturæ tradiderit, laboratumue sit, interimque moriatur vxor priusquam virseminet, licebit, vt sic, marito seminare annonā & metere, censumque seu pensionē aut pactū soluere successori, ad quem bona illa deuoluūtur, tenebitur. Sed si mulier agro iam seminato, & sub terrā semine abscondito obierit, vir percipere debet fructus. [c] Cēsum autē, sed nec quicquam, de his soluere tenebitur: de quibus ipsa dum vixerat, nihil persoluebat. [d] Census etiam & reditus, qui in mulieris fuerint bonis, si ipsa post dies ad soluēdum deputatos ab hac luce decesserit, census & pēsio viro pertinet, quasi stipendiū deseruitum, sicut hæredum esset, si virum non duxisset.

b Fallit, secundum ius nostrū artic. xxij. Ibidem ad hāc materiam vide abundantius.

c Textus antiquissima legunt: si & inquātum ager huiusmodi nemini censualis sit, ita, quòd vxor olim censum ex eo non præstabat.

d Textus vetustiores ita habent: si cēsus aliquis ad mulierem pertinebat, interimq; eo nō percepto obierit, marito census huiusmodi pertinebit.

GLOSSA.

Paragraphus primus articuli præsentis, sufficienter habetur expositus supra lib. i. art. xx. §. iij. Si verò mulier alij copuletur, &c. Quòd vir mobilia post mortem vxoris retinet, est ex eo: quia nulla mobilia mulier hæreditat, ad hæredes etenim huiusmodi bona, non ad mulierem iure pertinebant. Quod autem ædificia & geradam seu suppellectilem non capit maritus, est ex eo, quia ex gratia illud datum est mulieri. Vnde dicitur in textu: Maritus omne ius mulieris retinet in mobilibus. Q. d. ad quod mulier ius habet, ad illud & vir, sed quod mulieri de gratia datum fuit, hoc non iuuat maritum. Gerada enim & proprium de gratia mulieribus confertur: [e] gratia autem non iuuat nisi illum cui data est: vt Insti. de iur. natu. genti. & ciui. §. planè. Qui vxorem duxerit viduam &c. Et quia necessariò sciendum fuit, quantum iuris vir habeat in bonis mulieris, [f] quare in textu tangun tur quadruplicia bona, quæ, vt cōmuniter, vir tollit cum vxore. Primò, est proprium: & illud est duplex. Primum ita cōpetit mulieri, quòd illud hæreditare potest in omnes pueros, tàm prioris quàm sequentis mariti: vt supra lib. ij. art. xxiij. & illud proprium est, quod iure hęreditario illis pertinet. Quæritur vlterius circa id, an illud alienari poterit necne

e Gratia nō iuuat, nisi illum cui conces sa est.

f Quadruplicia bona quæ vir cū vxore percipit.

sub distinctione, vel illud alienare vult propinquis (glossa antiqua habet & verius extraneis) vel hæredibus, vel marito suo: si extraneis, vel illud fit ex fauore, aut propter Deum: si ex fauore, necessariò requiritur consensus viri & hæredum: vt supra lib. i. arti. xxxi. Quid si illud det cum voluntate viri, vel propinquorum & nō hæredum. R. quod vir & mulier illis carebunt: hæredes verò illa faciliter vindicare poterint: vt supra li. ij. art. lij. Quòd si dabit cum consensu hæredum, sine tamen voluntate viri, donatio quidem illa valet, sed ille cui donatur nullam vtilitatem ante mortem vxoris habebit: quia vtilitas, vita durante vxoris, apud maritum manebit. Illa verò mortua cui donatum est cedit, & non hæredibus: quia quod semel placuit &c. ff. de reg. iur. l. nemo. *g* Si verò hæredibus illud dare vult, cōsensu mariti indiget: vt Insti. de adopti. §. si verò. Item, si marito donare vellet, hoc fieri non potest: dato, quòd cōsensus hæredum sit. Maritus enim est tutor vxoris, pupillus autē tutori nihil dare potest: vt in auten. qui. obliga. se habe. perhi. §. quod si quis. coll. vi. Si verò alienare vellet propter Deū, id est, testamentaliter, id facere non potest sine hæredum consensu, iure Saxonico: secundum leges autem ei facere admittitur sine hæredum consensu, si tertiam partem relinquat pueris: vt in auten. de trien. & semis. §. & hoc nos. coll. iij. Aliud proprium, quod maritus cū vxore accipit, est proprium quod vxori donatur ad vitam ipsius, quod & vsus fructus propriè dicitur: & illud alienare non potest, quia post mortem cedit ad hæredes illius, qui donationē fecerat, & illa non nisi vsumfructum ad vitam habebit. *h* Cùm dicitur feudum aut dotalitiū habētem, &c. Hic multi errare videntur in vocabulis istis, feudo videlicet & dotalitio: quia, vt cōmuniter dotalitium seu vitæ prouisio feudum mulieris est ex eo, quia ad nullum illud hæreditat. Ad declarandum itaq; errorem & difficultatem huiusmodi: sciendum, quod mulieres quadruplex feudum habere possunt. *k* Primò habere poterint ius feudi in bonis ex quibus imperio nullum seruitium præstatur: vt est feudum castrēse. feud. c. iiij. Secundò, quòd ad vitam emitur per easdem: tertiò, in bonis demortuis, quando aliquid ad illas hæreditat, vel per mortem cedit, quæ deuolutoria bona dicitur: quartò, in illo quæ donantur sibi respectu dotis apportatæ, quod & dotalitiū dicitur.

l Pro intellectu præterea clariori horum nota, differentiam expectantiæ feudalis, vitæ prouisionis, & dotalitij. Feudalis expectātia dicitur, quando dominus confert bona alicui sub conditione, hoc est, si vacare illa contigerit, post mortem alicuius vasalli, qui sine prole decederet. Istud pleriq; tribuere solebant vxoribus suis in feudum, pro eorum dotalitio, sed quia vt plurimū viciabatur & infringebatur illud, idem, vt pote, si illud vacare dominis non contingebat nec ipsi habere quicquam in eo potuerunt. Exinde venit illud, iuxta aliquorum sententiam, dictum, quòd maritus dotalitium vxoris suæ dimittere potest, sine consensu eius: postquam etenim confertur, vt sic, mulieri quicquam in expectantia feudali aliquorū bonorum, is qui in possessione bona habet, dimittere bona huiusmodi poterit, cuicunque voluerit: vt feu. c. x. Secundum, est vitæ prouisio vxoris quam in possessione habet, & illam dimittere potest, quando vult, si sine tutore sit. Tertium vocatur, donatio propter nuptias: & est illud quod donatur in respectu dotis, & an-

g Vidua pueros habēs post mortem viri, cum pupillorū tutore cohabitare debet. ex lege xij. tabul. vbi habetur: Tutor cū pupillorum matre ne habitato. Agnati seu substituti qui successionē spectant, tutores sunto, & dari tutores possūt. Sed si aliq̄ sit insidiarum suspicio, apud alios pupillus educator. Hæc tamen lex potiùs quadrat & applicari debet ad arti. xxiij. supra libr. i.

h Feudū mulieribus in dotalitium datum, circa vitam mariti, est vitæ prouisio: post mortē verò est suum feudum, & dominus illi admittere iure debet sequellā in bona cum tutore eius.

Mulier dotalitium in bonis feudalibus inscriptum, marito secūdo nubenti dare non potest. Maritus omnes fructus capit ex bonis feudalibus vxoris suæ quamdiu ipsa viuit: & post mortē fructus colligat, vel sibi refarcire debent omnia ex posita fructuum & laboria facti, & censu retenti eidem cedunt. feud. c. xvij.

i Mulieres q̄ru plex feudū habere possunt.

k Secundum aliquorum declarationes hic in isto p su, feudū accipitur p dotalitio, vitæ prouisione, donatione propter nuptias, indifferenter.

l Differentiam vide expectatiæ feudalis, vitæ prouisionis, dotalitij, concordat supra libr. i. art. xxxij.

& antequam illud vir mulieri donet, prius illud dimittere cogitur, & postmodum dominus confert, virq; tandem illud aggrediatur, in signum, quod feudum hæreditarium sit: quodq: vxori concessum est ad eius vitam: & de isto superius dictū habetur, quòd illud vir sine consensu, etiam cum consensu vxoris alienare non potest: alias mulier illud recuperabit ab vnoquoque emptore, nisi sibi alia donationis recōpensatio fiat: vt Insti. qui. mo. aliena. licet. §. accidit. & in auten. vt immobi. ante nupti. donati. §. i. coll. v. & in auten. vt nulli. iudi. licc. habe. §. & illud. coll. ix. & C. ad senatusconsul. Velleianum. l. antiqua. & l. si mulier. & ff. donati. inter vir. & mulier. l. i. Si verò illud iuramento abrenunciauerint, tenet abrenunciatio: quia cogeretur iure canonico: vt extra. de iureiurando. c. i. lib. vi. Et huiusmodi donatio in legibus vocatur donatio propter nuptias: vt Insti de dona. §. sed nos. Alibi tamen in quibusdam locis: vt feud. c. v. glo. donatio propter nuptias indifferenter accipitur etiam pro expectantia feudali: quæ vt supra dicebatur, est pactio seu promissio feud. vt si vni tribuitur feudum actu, & alteri promittitur post mortem illius, si decedat sine hærede: hic tamē dotalitium proprie est, quod fit & donatur in respectu dotis, quæ etiā vocatur propter nuptias.

m Bona censualia duplicia.

Aut terram censualem, &c. *m* Nota, quòd bona censualia sunt duplicia: & secundùm hoc, dupliciter vni adueniunt; vel pertinent alicui ex hæreditate, vel ex bonis; si hæreditariè alicui pertinent, ille ad id natus esse debet: vt supra lib. j. art. xxj. §. penult. & in auten. de non alienan. §. hæc ergo. coll. ij. & C. de agricol. & censi. l. ij. & l. quemadmodum. Secundò, bona censualia alicui pertinent, cùm ei vnà cùm iure censito tribuuntur: vt hic in textu & infrà art. lxxix.

Quidquid in bonis arando, &c. nec tamen aliquid deteriorabit: nullus enim locupletari debet cū iactura aliena: ff. de re. iur. l. iure.

Laborare debet, & fructus percipere, &c. Hoc est, si agrū illum cœperat laborare tēpore vitæ vxoris, debet vltra continuare laborem, & censum seu pactum exinde soluere: sed si vltra laborem etiam impensas fecerit circa vitam vxoris, ita, quòd illum seminauit, nihil exinde soluere tenetur: retinet siquidem fructus pro labore & impensis suis; nullus enim laborem suum alteri gratis cōferre debet: vt extra. de simon. c. cùm sit Romana. nec aliquis cogi potest, quòd labore suo alterum ditet: x. q. ij. precariè. & dignus est fructibus, qui laborem præstat: sufferre enim ille cogitur damnum in segetibus; quare & commodū dignè expectare eidem licebit: vt Insti. de legi. patro. tutor. §. j. ff. de reg. iur. l. ij.

Si ipsa post dies ad soluendum deputatos mortua sit, &c. Est enim census deseruitus: vt libr. ij. art. lviij. & id iustè euenit, exquoquidem ille vxorem vsque ad tēpora census prouidebat. conuenientiùs est, quòd census pecipiat, quàm hæredes, qui nullā prouisionem sibi fecerunt, leges etenim id fieri suadent, vt æquitas vnicuique sit. vt in auten. de non e ligen. secundo nuben. §. illud quoque. coll. j. ff. de reg. iur. l. non debet. aliàs ius colluderet vnum, quod fieri prohibetur: C. de bonis quæ liber. l. fin. §. penulti. in autent. de æqual. do. §. hæc igitur. coll. vij.

Articulus LXXII.

SI agrum seminatū exponat quis ad annos deter-

determinatos sub cēsu aut pensione certa, quod seminatū eidē certo tempore viceuersa restituat, in quocunq; tempore locator infra annos moriatur, terra seminata restituēda est hæredibus: quia defunctus non potuit agrum aratori diuitiùs varendare, nisi quamdiu viuebat. Hæredes autem tales, ad quos bona prætacta pertinent, census seu reditus præstare compelluntur, cui pertinent, de annonis, quemadmodū locatori defuncto prestabantur, a eo quod mortis sue tempore ipsius aratrū agrum non arauit.

a Alter textus habet: sicut soluebat illi, qui terram exposuit, ex eo, quòd aratā terrā eius non coluit, sed alius.

GLOSSA.

Terra seminata est hæredibus restituenda &c. Quia lex conductionis est seruāda: vt Insti. de loca. & conduct. §. conductor. & C. eo. ti. l. legem. Huc facit regula cōtractus de reg. iur. l. vi. Sed quid si colonus seminauit agrū, an emptor agri possit eum expellere, nō refarciendo ei sumptus? Quidam tenent, quod possit expelli: sed in contrarium videtur. l. si colonus: ff. de vi. & vi. arm. i. vide. l. si fundus. ff. de loca. & in Specu. eo. tit. §. i. ver. sed pone. Et colonus sicut emphyteota non potest incidere nisi arbores cedu as quæ sunt in fructu. de hoc. ff. sol. matr. l. diuortio. §. si fundum, per Dij. & facit. ff. de dolo. l. & elegāter. §. i. Nam deuastare arbores & deuastare domum iudicantur ad paria secundum Bal. vbi supra in addi. & supra lib. i. art. liiij.

GLOSSA.

Superius dictum est, quid maritus post mortem vxoris in bonis eius obtinere potest: hîc tandem declarat quid iuris habeat ille, cui bona per dominum locantur vel conducuntur: vt textus habet.

Articulus tamen iste impugnari potest tribus rationibus. Primò, superius enim dictum est, quòd mortuo domino, censitus hæredibus censum exsoluere debet, nec ad varendam, nisi proprio aratro indigebit: vt supra lib. i. art. lix. §. ij. Secundò, quia in conducto & locato contractus simpliciter teneri debent: vt C. de loca. & condu. l. legem. & Insti. eo. ti. §. conductor. Contractus enim ex conuentione legem accipit: ff. de pos. l. i. §. si conueniat. quod hic non fit: nam euenire poterit quod condictamē inter eos erat, agrum restituere seminatū in triēnio, interim verò mori potest in vno anno, & ita cum iniuria esset, vt seminatum agrum in vno anno restituere cogeretur. Tertiò, fieri enim potest, quod ille qui condu xit moriatur: & iste agrum seminauerit, postmodum verò hæredes mortui, conductoris agro se intromittere possint, soluēdo censum locatario, quem soluturus esset pro agro non seminato: si forsan non seminatum suscepisset: istudq; iniustum videretur: hæredes etenim ante omnia fructus haberent, censusque non plus penderent, nisi quantum ex inculto agro soluendus fuisset: & ita ditarentur cum damno istius qui conduxerat: quod fieri non debet: vt ff. de condi. indebi. l. nam hoc natura. ff. pro empto. l. qui cum: ff. de peten. hære. l. planc. ff. de reg. iur. l. iure. Rationes prætactę soluuntur: quo ad primum, quòd

censitus varendatione non indiget nisi aratro, intelligi debet de bonis cēsualibus quæ vnius sunt: bona verò locata, vt textus habet, non mariti erant tantum, sed illa tenebat ex parte vxoris, & quia terram huiusmodi non diutius habere potuit, nisi ipsa viuente, *b* quare nec diutius eam varendare potest illi cui locauit, nisi quamdiu ipse cum vxore viuebat. Nullus enim pinguius ius in aliū transfūdere potest, nisi vt solus habuit: vt ff. de acquire. domi. l. traditio. C. de distracti. pigno. l. si debitor. ff. de pigno. & hypo. l. pignoris. & C. sine censu. & reliquis. l. ij. & vlti. Vel dic, si terra illius sit cùm eam seminat: vt supra lib. ij. art. lix. Quòd autē censitus nulla varēdatione indiget nisi aratro, hoc intellige, quòd nihil aliud indiget ad id quòd fructus colligere possit illius anni, nisi quod ostendit agrum illum laborasse. In proposito autem, seminare eum oportet, & seminatum restituere; & hoc, si seminatum susceperat, & aliter non; & per id soluitur etiam tertium argumentū. Secundum argumentum, vbi dicitur, quòd cōdiciones locati seruari debent: intellige, quòd obseruari debent inter eos, qui contractum fecerāt, & etiam per hæredes, si illud tollerare volūt: sin verò successores illud infringere voluerint, hoc fieri debet sine damno alterius partis, vt textus habet: ibi cùm dicitur: Hæredes autem. *c* Secundùm autem rei veritatem sciendum est, quòd in omni conductione bonorum, requiritur consensus hæredum, quando bona sub conditionibus locātur; quia si non consenserint, pactum seruare non tenentur. *d* Ex conducto enim aut locato, æquè bona hæredum alienari possint, sicut per venditionem: vt in auten. de non alienan. aut permutādis reb. Eccles. §. alienationis. & §. quia verò. coll. j. ff. de statu liber. l. statū liberos. Quemadmodum etenim in venditione pecunia pro bonis accipitur, ita in conducto posset tanta summa recognosci quòd in æuum ille in domo sederet, nec hæres ad hæreditatem peruenire posset. Ad obuiandum itaque his, quodque hæres bonis non fraudetur, hæredes optionem habent, si locatum tenere volunt; vel illi, qui conduxerant pactum, soluere, quem ipse soluturus esset; & ita hæres veniet ad suam proprietatem, & cōductor manet sine damno. Quid si ille qui conduxerit damnum susceperit? an ista quæ supra dicebantur fieri possint? R. quòd sic; quia qui contractum occasione locati vel conducti faciunt, ignorare eos non debet ius hæredum, quod videlicet ipsi illud sufferre nō coguntur: vt ff. de reg. iur. l. qui cū alio, & C. de legi. & constitu. l. leges. & C. de iur. & fact. ignoran. l. constitutiones. & l. cum ignorantia.

b Vide supra in lib. ar. l. sure Mu. art. xxvij. glo.

c In omni conductione consensus hæredum requiritur.

d Ex conducto æquè bona alienari possunt, sicut per venditionem.

Articu. LXXVIII.

REX & quilibet Iudex super vitam sanitatemq; & hæreditatē cuiuslibet sui vasalli siue cognati *a* iudicare potest; & in his suā non disrumpit fidelitatem. Vasallus etiam suo regi & iudici & alijs omni tempore licitè iniurijs resistere poterit: quamuis sint sui domini seu cognati, ac si externi sint, & in his suā non frangit fidem. Vasallus licitè insequi

a Alij textus legūt: iudicare punire potest.

insequi potest dominum & è contra, & cognatus cognatum in causa pacis factæ & crimine recenti, & iurare tenetur ex parte iudicij eundem detinere, quando cum clamore ad id fuerit vocatus, nec in eo cõtra fidem delinquit suam. b Vasallus etiã dominum, vel dominus vasallum, necnon cognatus cognatum, & etiam alter ad alterius munitionẽ domũ aut castrum licitè sequitur, c & ad arestãdum eum secundùm iuris formam potest patrocinium præstare, si ad perpetratã iniuriã per violentiæ clamorem fuerit euocatus, & etiam munitio de iniurijs infamata per eum, si non excusetur, licitè destruatur: & in his suam non disrumpit fidelitatẽ. Licet etiam cuilibet defendere ciuitatem, burgũ, castrum & terram, & vitam domini sui, & cognati, & vasalli, & etiam amici contra dominũ, cognatum, & vasallum, si violenter impetantur, & contra eos licebit pugnare, & non delinquet, vt prædictum est: dummodo res ipsorum nõ rapiat.

b *Alij textus ita legunt: similiter castrũ vel dom. alterius, quilibet pnominatus, ex parte iudicij inuadere debet, & ad terram prosternere, si non legitimè excusetur manetq; vt supra dictũ est, absque culpa.*

c *Vide supr tod. lib. artic. xvij.*

Si vulneret vel occidat dominus vasallũ, aut e cõuerso necessitate compulsus, non delinquit in fide, si dicta necessitas contra læsum, vt iuris est, fuerit comprobata. Socium in via & hospitem tàm actiuum quàm passiuũ, hoc est, apud quem hospitio susceptus est, & quem in hospitium susceperit, & item illum, qui ad gratiã alicuius confugit, tenetur quisq; pro posse defendere, contra quemlibet violentiam inferentem, nec, vt sic, contra fidem agere dicetur suam. Inuadat verò vasallus dominum suum, vel dominus vasallũ, nondum corã vasallis, secundũ quod iuris est, proposita contra eum actione, hic in suam fidem nosci tur deliquisse, sed si nõ animo damnificandi contra ipsum sese expediuerit seu aduenerit, & damnũ ex eius aduẽtu acciderit, ab his qui eundem cõcomitantur, vel ipse adiuuerit inscienter, illud secundum formam iuris resarcire tenetur, & in his suã non disrũpit fidelitatem. Qui in expeditione seu comitiua fuerit multorum,

& nō sit principalis seu capitaneus, ab alijsq; socijs inuasio sit, & damnū exinde dn̄no suo, vasallo, aut cognato, aut cuicūq; fuerit illatū absq; cōsilio suo, facto iuramento, manet sine culpa & absq; dolo.

GLOSSA.

d Iudici an resistere liceat Vasallus etiam suo regi & iudici, &c. *d* An & quando de iure communi liceat iudici resistere: vide ff. de iusti. & iure. l. vt vim. C. de appel. l. quoniam. & l. ij. de senten. excommuni. c. dilecto. lib. vj. & de tempor. ordi. c. ad aures. Libertatem autem propriam defendere quis potest etiam de iure, contra principem, illam sine caussa auferre volentem: vt notat Hosti. in c. significauit. de pœnit. & remiss. vide etiam in c. sanè. de excessi. prælat. Et hoc scias, quòd quiuis potest resistere iudici, & se aduersus eum tueri, etiam si sit iudex suus ordinarius, si ipse ordinę iuris non seruato, iniurietur siue clerico, siue laico, in rebus vniuersaliter, siue in persona: secundùm Innocent. in c. dilecto. de sent. excommun. libr. vj. C. de iure fisci. l. prohibitum. lib. x. & in auten. vt iudi. sine quoquo. suffr. §. volumus. coll. ij. Et dicitur, quò ad ordinarium processum, etiam qui habitus est per modum inquisitionis: vt extra. de testi. cogen. c. super his. & de offic. ordi. c. j. Et talis processus est legitimus, & secūdùm leges. in auten. de coll. §. iubemus. coll. jx. & ff. de offic. præsi. l. congruit. & ibi vide in dicto c. dilecto. Idē etiā tenet Ioan. Mon. & vide in nouel. Ioā. Andr.

Si vulnerat vel occidat, &c. Ignoscendum enim est ei, qui sanguinem suum quomodocumque redimere vult: vt l. j. C. de bon. cor. qui mort. sibi consci.

Socium in via & hospitē, &c. Hospes enim tenetur defendere suum hospitem; vnde & lex dat actionem contra eum: vt notatur xxxij. q. v. vij. offerebat.

Hic in suam fidem noscitur deliquisse, &c. Et est talis proditor. *e* Est enim proditor, qui sine vlla caussa, diffidatione, eum qui de eo confidebat, grauiter offendit vel vulnerat, & maximè committendo ea contra suum maiorem. Item, dicitur proditor, qui sine vlla diffidatione mouet bella. Item, qui dat alicui potionem venenatam. Item, proditor nuncupatur, reuelator secretorum. Itē, dicitur proditor, qui proponit trā sire ad gentem inimicam: de hoc per Bald. in vlib. feud. tit quib. mo. feud. amit. c. j. §. j. Et generaliter vasallus dicitur proditor, commitens aliqua in personā domini, contra formam fidelitatis: vt in c. i. in fin. de for. fidelitatis, & vide etiam iur. feud. c. lxxvj. Etiā in repertor. Gaspa. de Cal. in ver. proditor. Ita videlicet, quòd aliter periculum euitare non potuit: vt nota. in lib. feu. tit. in qui. caus. feud. amittat. aliàs enim vasallus contra omnes dominū suum adiuuare debet, etiam contra fratrē, filium & patrem; nisi contra dominum antiquiorem, qui ceteris est præferēdus. Debet autem vasallus dominum guerram facientem tunc adiuuare, cum sciat vel dubitet, quòd dominus eam iustè facit: sed si palam est, quòd irrationabiliter, tunc non adiuuet eum ad offendendum, sed ad defendendum. Nec etiam est obligatus dominum excommunicatum, vel á rege bannitum adiuuare. Vasallus insuper ad seruiendū vel ad adiuuandum non tenetur, nisi domino hoc petente, & sibi denunciante; excepto, si vasallus sciuerit maximum periculum do-

e Proditor qs dicatur.

mino,

mino imminere, & si tunc illud re nuerit, perdet feudum: vt in libr. feu. tit. hic finitur lex. in princ. & §. ad hoc. & §. fin. & in tit. si de feud. controuer. fuerit. §. licet.

GLOSSA.

Exquoquidē iudicia omnia feudalia sunt, vt superioribus declaratū est: nullus enim super vitam aut bonis iudicare potest, nisi iudicio sit infeudatus. In præsenti itaque articulo reuertitur ad declarandū illud, quòd iudicibus maximè opportunum fore videtur, vt est honestas ipsa & fama bona. *f* Vnde homo sine honore pro mortuo habetur: vt C. ex quib. caus. infam. irroga. l. si furti & Insti. de capit. diminut. §. j. ff. ad senatusconsul. Tertul. l. j §. capitis. Et quia honor à fidelitate deriuatur, quare hic tractat de fidelitate ipsa. *g* Vnde nota, quòd fidelitas ex tribus venit, seu triplex est: Prima, ex beneficio alicuius iuramento subsequuto, & hanc habere debet vasallus erga dominum suū, & ècontra. Humilem etenim, benignum & fidelem vasallus se præstare tenetur erga dominum: vt clarè habetur xxij. q. v. de forma fidelitatis. Secunda, fidelitas venit ex natura & ex agnatione, dicitúrque naturalis, quia ex natura venit, nec à iure positiuo opprimi potest. *h* Ius enim naturale opprimere quidem poterit ius positiuum, sed non ècontra: vt Inst. de ligit. agnat. tut. §. vlt. & Inst. de iur-gent. §. sed naturalia. Tertia, fidelitas venit de iure & vtilitate; sicut est illa, quam iure suadente, vel erga ius & iudiciū seruare debemus: nihil etenim est sanctiùs & vtiliùs, quàm sanctissimas leges illæsas fideliter seruare, iniustitiam propulsando: vt C. de veter. iure enuclean. l. Deo auctore. §. cùm itaque. Quis etenim probus iustum iudicem non veneretur aut amaret? vt in autē. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. eos autem. coll. ij. Nulla enim vtilitas legum esset, nisi sit ille, qui leges defendat & manuteneat: vt extra. de elect. & electo. potest. c. vbi periculum maius. §. præterea. lib. vj. Euenit etenim quādoque ex causarum diuersitate, ꝙ iustus iudex iudicare cogitur cōtra suum dilectum dominum, & dominus contra fidelem vasallū, vel contra cognatum. Quare dicitur in textu: Rex & quilibet iudex. & illud intelligi debet de rege Romanorum. Vbicumque etenim in hoc iuris processu rex nominatur sine appositio, vel princeps, intelligi semper debet de rege Romanorum: vt Instit. in proœmio. §. j. & C. de legib. & constit. l. digna vox. & ff. ad leg. Iul. maiest. l. j.

Circa paragraphum primum, vbi dicitur: Iudicare potest, &c. *i* Incidit quæstio, an ille iudex sit, qui sententiam inuenit, vel qui illam interrogat. Quidam dicunt, quòd is iudex sit, qui sententiam inuenit; & hoc hoc probant aliquibus rationibus. Primò, ille iudex dicitur, qui causam discutit; sed is qui sentētiam inuenit, causam discutere & determinate videtur. Vnde meritò iudex dicitur is, & non ille, qui interrogat; nomina etenim adæquari rebus debent: vt Institu. de donatio. §. sed nos. & C. de offic. præfe. vrbis. l. j. & C. de defenso. l. defensores. & hoc non esset, si is qui interroget iudex esset; quia ille nō adinuenit. Secundò, nulla sententia esse potest, nisi exprimat eam iudex solus; sed nullus exprimere meliùs potest, nisi ille qui adinuenit: ergo, &c. vt C. de sent. ex pericu. recitan. l. vlt. & ff. de arbit. l. diem. in prin. & l. non distinguemus. & extra. de consuet. c. ad audientiam. Tertiò, sententia non ligat, nisi per iudicem exprimatur adinuenta. Ex quo itaq;

f Homo sine honore, p mortuo habetur.

g Fidelitas triplex.

h Vide supra art. lxv. eod. libr.

i Index qui sit, an ille qui inuenit sentētiam, vel qui interrogat, vide.

illius qui adinuenit, sententia ligat; quare iudex meritò dicitur: vt C. si non á compe. iudic. l. vlt. & ff. de arbitr. lib. diem. & extra. de consuet. c. ad audientiam. extra. de iudic. c. at si clerici. & ij. q. j. c. inprimis. Secundùm tamen rei veritatē, iudex dicitur ille, qui interrogat, & id probatur quinq; rationibus. Primò, nullus iudex fieri potest, nisi sibi iudicium per feudum committatur: vel ad id eligatur: vt supra lib. i. art. lv. & xxiij. q. i. c. militare. & q. ij. c. i. & xxiij. q. iiij. c. ille. & aliis multis locis: sed huiusmodi feudum confertur illi qui interrogat, & nō qui adinuenit, ergo, &c. Seçūdò, si is qui sententiam inuenit iudex esset, extunc vasallus contra dominum, & cognatus contra cognatū iudex esse non posset: nullam enim sententiam contra eum inuenire potest: vt supra li. ij. art. xij. Si ergo vasallus iudex domini esse potest, vt hic textus habet: quare is, qui interrogat, iudex est, & non qui inuenit. Tertiò, is cui mulcta datur iudex est: & nullus est sine emenda, præterquam iudex ipse: vt supra eo. lib. art. liij. Ex quo iudici mulcta datur & nō emenda, ergo is, qui interrogat iudex est & nō qui inuenit. Quartò, in iudicio bannito mandare & præcipere est iudicis, & nō illius, qui mandatum seruare tenetur, cùm itaq; ex eius mandato sententiæ inueniuntur, ergo, &c. Quinto, iudex sententiam nullam inuenire debet: vt supra eo. li. art. xxx. §. fi. ergo nullus iudex est, qui sententiam inuenit, sed qui interrogat: & istud tenetur pro vero. Argumenta itaq; in oppositū adducta soluuntur. Primum, vbi dicebatur, qui causam discutit ille iudex videtur: sed qui sententiam inuenit causam discutere videtur, ergo &c. Nomina enim rebus cōformari debent. Ꝛ. *k* quod istud debet esse de conuenientia, non de necessitate, nomina enim & vocabula propter res excogitata sunt: vt C. de consti. pecu. l. ij. §. penulti. ff. de adimen. lega. l. iij. Insti. de lega. §. longe. Vel Ꝛ. quòd is qui sententiā inuenit, non dicitur negotium discutere, sed is qui sententiam præcipit seruare: & is est iudex, qui interrogat &c. Ad secundùm vbi dicitur, quod nulla sententia est, nisi eam solus iudex edicat. Ꝛ. quòd istud tenetur secundum leges, & non de iure Saxonico. Vel dic, quod postquam iudex sententiam secūdùm eorum consensum cōfirmauerit, solus eam proferre dicitur: & non ille, qui adinuenit. Secundùm leges etenim iudex sententiam proferre non potest, sed vt colloquatur cum assessoribus necesse est; vt C. de assessori. l. i. & illi coguntur occultè iudici declarare sententiam & non publicè. De iure verò nostro, illi qui adinueniunt, declarare iudici debent, non occultè sed manifestè: vt supra lib. ii. art. xij.

Ad tertium vbi dicitur, quod nulla sententia ligat, nisi illam proferat respondens iudex, intelligitur de iudice qui non est competens iudex respondentis: sicut si laicus spiritualē iudicaret &c. vt in auten. vt cleri. apud propri. epi. §. i. coll. vi. in autē. de sanctis. epi. §. si quis coll. ix. & xi. q. i. c. Christianis. Quare propositū verum? Ꝛ. itaq;: quòd iure nostro sententiam solus iudex proferre debet, & nullus alter. Quamuis enim multæ in eodem iudicio inueniuntur sententiæ, non tamen ligant aliquē: vt in exemplo, cum Scabini iudici insinuant id, quod inter se ad interrogata partis inuenerunt. vt pote, si in recognito debito, quòd solutio fit ad quindenam, huiusmodi declaratio respō dentem nondum cogit ad soluēdum: quia non est aliud nisi declaratio mentis suæ aut consilij.

k Nomina rebus adequari debent, quomodo intelligitur. vide.

Sed

Sed postquam iudex illam declarationem expresserit, præcipiendo solutionem ad quindenam, extunc à primo fit sententia: vt ff. de re. iudica. & effectu sententiæ per totū. & id facere iure nostro iudex solus cogitur: sicut & secūdum leges: vt ff. eo. ti. l. res iudicata, & huiusmodi sententia ligat vel absoluit: vt C. de senten. & interlo. l. fi.

Iustè iudicet, &c. Iudex etiam iuuare actorem debet contra dominum, dato, quòd quilibet iudex iuret domino, contra vnumquenq;: vt in lib. feud. de forma fideli. per totum · nec, vt sic, efficitur periurus: non enim iurauit sibi iuuare iniustitiam: sed & in isto casu non iuuat actori, sed iusticiæ eius.

Vasallus etiā suo regi &c. Per regem hic intelligi debent, alij reges extra regem Romanorum: vt est rex Bohemiæ, Daciæ, &c. illis enim contrauenire potest: regi verò Romanorum nullomodo: nisi contra imperium forsan facere quid velit: vt supra declaratū est eo. lib. ar. iij. Ipse enim est super omnes leges, & in scrinio eius pectoris omnia reconduntur iura: vt Insti. qui. mo. testamen. infirmen. §. vlti. & C. de legi. & constitu. l. digna vox. ff. de legi. & senatusco. l. Princeps. Resistere potest &c. vt C. de iure fisci. l. prohibitum, cùm autē vasallus domino resistere debet, / cautè & prudenter vt id agat necesse est: plerunq; etenim error in his euenit. Consultare itaq; prudētes homines super negotio, quo pacto aggrediendum sit tenetur. Tutius enim est quod plures sapiunt, quā quod vnus: vt extra de offi. de le. c. prudentiam: pluriumq; sententia, vt communiter, validior fit. C. de fideiuss. l. vl. & si tandem ex consilio plurium inuenitur, quòd dominus iniuriatus eidē sit, iure contra eum agat: vt in auten. vt iudi. sine quoqo sufra. fiāt. §. volumus. coll. ij. in autē. vt differen. iudi. §. si verò. coll. ix.

l Vasallus quomodo domino resistere debeat, vt id cautè faciat necesse est.

Vasallus etiam dominum insequi potest &c. Quæritur quomodo vasallus dominum insequi vel detinere potest, cùm tamen sententiam contra eum inuenire nequeat: vt supra lib. ij. art. xij. §. ij. m Ex. quòd vasallus dominum insequi potest bifariam. Primò, si clamorem audiuerit violentiæ, & neſcit contra quem excitatus sit: euenit en m quandoq;, quòd ille qui clamorem excitat, ignorat quis sibi iniuriatus sit. vt supra li. ij. art. vlti. Secundò, dominum insequi potest & eum detinere, si sibi vel alteri iniuriatus est, & non aliter: in alio enim casu contra eū agere non poterit: vt xxij. q. v. c. de forma. nec contra eum testificari: vt extra. qui filij sunt legitimi. c. causam.

m Vasallus dominum insequi potest bifariam.

Quilibet etiam licitè ciuitates, castra, propugnet, &c. Quòd autem vasallus id facere potest, hoc fit ex eo, quia sæpius vnius atque alterius vasalli bona illa sunt: quare vnus alterum in sua iustitia iuuare tenetur: & hoc vult in textu cùm dicit: Violenter eos oppugnantē, illos verò minimè defendat, qui in ustè tenent: qui enim iniustitiæ fauet, magis eis obest quā prodest: vt xiiij. q. vi. c. si res aliena.

Dummodo res ipsorum nō rapiat &c. Quia si id faceret, signum esset, quòd non amore iustitiæ & fidelitatis, sed magis ex auaritia, quæ mater est omnis mali, id faciat: vt in auten. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. coll. ij.

Vasallus insequi potest dominum, &c. Cautè intelligi debet paragraphus iste, nec ita grossè: vt in se sonat · magna enim præmeditatione indiget vasallus, vt id aggrediatur, quòd textus suadet: dictum etenim est supra lib. ij. ar. xij. quòd vasallus contra dominū senten-

sententiam inuenire non potest, quod tamen tollerabilius est, quã quòd dominum detinere debeat: si ergo ei facere non licet illud q̃ est minus, nec ei licebit id quod est maius: vt Instit. qui aliena licet vel non. & ff. de regu. iur. l. non debet. etiam habetur in lib. feud. ex quib. causs. feud. amittat. vbi iuratur domino esse auxilio contra vnumquemq́ue; quod nõ esset, si eum detineret, vt hîc textus disponit. habetur etiam xxij. q. vlt. de forma. quòd vasallus dominum tueri debet ab omni damno, quod hîc non esset. Quidam dicunt, quòd lex ista corrigit & derogat alijs legibus in contrariũ. R̃. tamen, quòd noua lex corrigit antiquiorẽ, sed ius feudale posteriùs est Saxonico; *n* quare istud non derogat illi. Dicunt etiam quidam, quòd ius feudale derogaret huic; quia lex posteriùs constituta, quæ est contraria priori, derogat illi. dato, quòd mentio aliqua ibidem non sit: vt de constit. c. j. libr. vj. Sed tu dic, q̃ derogatio nulla facta est: abrogationem enim iuris in probationibus maximè vitare debemus, in quantum possumus: C. de apell. l. præcipimus. in fin. & in auten.. quib. mod. natu. effic. sui. §. tribus. coll. vij. & ita nulla est iuriũ prætactorum abrogatio. Consilium itaque est, vt vasallus cautè in his, quæ hîc in articulo habentur, agat: si enim in insequendo dominum iniuriam sibi feciss̃e inuentus est, grauiùs sibi imputabitur, quàm si in pace sederet: illud enim esset periculum vitæ & honoris; istud verò mulctam iudici apportaret: vt supra lib. j. art. liiij & in auten. vt iudic. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. coll ij.

n Vide supra lib. i. art. xxx. & lib. ij. art. xxvs. Jure Mun. art. 2. gloss.

Si vulnerat dominus vasallum, &c. Dictum est superiùs, quomodo vnus cõtradicere potest, si dominus vel iudex sibi iniuriare velit: hîc declarat quomodo vnus vio-

violentiæ contrauenire poterit. *o* Vnde nota, differentiam violentiæ & iniuriæ. Iniuria enim fit per falsas & iniustas sententias; vel ex iudicio, vel quòd ius obtinere, vel habere non potest: vt ff. ad l. eg. Corne. de sicar. & v enefic. l. j. & Instit. de obligatio. quæ quasi ex delict. nascu. per totum. Violentia verò committitur, quando violenter contra vnum agitur, ita, quòd per illud corpus & bona perdere possit: & contra id defensa fieri potest dupliciter. Cum armata, & nudo sine armis. Vnde si dominus te percusserit pugno minùs iustè & violenter, vel per capillos trahat, si tu cum gladio cedis, non facis defensam necessariam: *p* sed si te impetat armis, quę tibi nocere possint, dato, quòd te non lædat, gladio occidere eum poteris, & defensam facis: armatam enim necessitatem armis repellere oportet: vt ff. de vi. & vi. arma. l. j. *q* Tutiùs enim est vitã suam defendere, quàm postmodum violentiam querulari: vt C. quando lic. vnicuique sine iudi. se vindic. l. j. Vbi expressè dicit textus: Melius enim est occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare: & id probatur. l. vlt. in fin. C. in quib. causs. restit. in integr. non est necess. vbi dicitur: Meliùs est intacta iura seruare, quàm post causam vulneratam remediũ quærere. Hoc etiam facere licet, si dominus tibi ostium domus extrudere conatur, vel ad curiã violenter irruere: quilibet enim vltra suos parietes pacẽ habere debet: vt supra lib. ij. art. lxvj. Si itaque te defendis, & eum occidis, non facis contra fidem tuam, si in defensa id fit: vt ff. de vi public. l. hi qui ædes. & C. eod. tit. l. seruos. manetq́; sine damno: vt C. ad l. Cornel. de sicarijs. l. is qui Et hoc probetur per nececessariã defensam, quam & declarare eum oportet metseptimum. *r* Vel per duel-

o Violentia & iniuria differentia.

p Gladio si quis te impetat animo nocendi, dato. q te non lædat, eum interficere licebit in defensa.

q Tutiùs est vitam suam defẽdere, quã violentiã querulari.

r Hodie tamen defensa probatur duobus testibus, nõ omni exceptione maioribus. adde Jaso. in rubr. ff. de iudeiur. ver. iuramit.

duellum, si cognati mortui eum alloquuntur: vt supra l.b. ij. artic. lxiiij. Si vero non probauerit, perdit vitam, honorem, & feudum, quod à domino habuit: vt infrà art. lxxxiiij. & in lib. feud. tit. qui. mod. feud. amittat.

Vnde, etiam quoquidem necessaria defensa iuris admittitur: vt ff. de iustic. & iur. l. vt vim. & ff. ad leg. Aquil. l. sed & si. & in multis aliis legibus. & extra. de sent. excõmunic. c. si verò. & c. dilecto. lib. vj. & extra. de homicidio. c. significasti.

§ Ad defensam faciendã considerandã quædam veniunt.

§ Quare ad defensam seu repulsam necessariam aliqua considerandã veniunt: Primò, quòd fiat moderatè, & quòd non excedat modum defensæ: vt C. vnde vi l. j. & extra. de homicidi. c. significasti. Iste modus seruandus est in rebus quibus defẽsa fit, quia si te quis pugno percutit, gladio non est verberandus: vt ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. & xxiij. q. iij. c. non inferenda. & extra. de sentent. excommun. c. vt famæ. nisi se aliter defendere non valeat, & modũ excedat: ff. ad l. Aquil. l. sed & si. & in Clemẽt. si furiosus. de homic. Vel si ignoranter egerit: vt extra de homici. c. sicut dignũ. de restit. spoli. c. olim. & extra. de sentent. excommunic. c. cum voluntate. Secundò, quòd repulsa talis sit in instanti, & non ex interuallo: vt ff. de vi & vi arma. l. idem est. & extra. de senten. excommun. c. si verò. & hoc intellige, si violentia personæ illata sit: si verò violentia in bonis meis fit, hoc potest in facto vel etiam expost, quàm primùm resciuero, congregatis amicis, defendere licebit: vt ff. de acquire. re. posses. l. clam possideri. & extra. de restit. spoli. c. olim. & ff. ad senatusco. Tertullianum. l. ij. Tertiò, requiritur quòd repulsa sit ad defensam & propulsandum iniuriam, seu violentiam, & non vindictam: vt ff. ad leg. Aqui. l. sed & si. & xxiij. q. j. c. quid culpatur. & hoc fit tunc, quando prætactæ conditiones seruantur: & qui vt sic, defensam faciunt, iustam bellum gerunt. Ius enim naturale admittit violentiæ resistere: vt j. distin. ius naturale. & extra. de except. cũ inter. & extra. de re iudic. c. pastoralis in Cle. Et huiusmodi bellũ permittitur, æquè spiritualibus sicut sæcularibus: vt extra de homic. si furiosus. in Clemen.

t Ad hoc q. iustum bellum sit, quædam requisita.

t Vnde nota ad hoc, quòd iustum bellum sit, quædam necessariò requirũtur. Primò, quòd personæ sint idoneæ, quæ bellare possent; vt sæculares & nõ spirituales, excepta defẽsa necessaria: vt supra dictũ est. & xxiij. q. viij. c. clerici. & extra. de homici. c. sicut. Secundò, quòd sit ex admissione iuris; vt principis, imperatoris, vel apostolici: vt xxiij. q. j. quid culpatur. & q. ij. c. j. & ff. de capti. & postlim. l. hostes. Tertiò, vt sit propter iustas causas; vt pro pace, pro fide, obedientia, bono reipublicæ, & his similia: & non ex inuidia: vt in dicto c. quid culpatur. & xxiij. q. ij. c. j. & q. iij. c. fortitudo. & q. viij. c. si nulla. & quidquid in huiusmodi bello acquiritur ab inimicis, iustè retineri potest: vt xxiij q. v. c. dicat. aliàs enim, si alio proposito bellum inferatur, tàm illi qui faciunt, tàm illi qui consilio & auxilio adsunt, damna resarcire coguntur ex iniusto bello sub sequentia: vt extra. de re iudic. c. cum. I. & A. & extra. de æta. & qualit. c. tuam. de senten. excommun. c. cũ inter. xi. q. iij. c. quoniam. extra. de restit. spolio. cum ad sedem. in gloss. & xvij. q. iij. c. omnes. & iij. q. j. c. notum.

Sociũ in via &c. Mirabile quidem videtur socijs in via nobiscũ existentibus, hanc atribui prærogatiuam, quod in defensa illorum etiam contra dominum se opponere vasallus potest, cum tamen

maiorem fidem præstare domino tenetur quam filio suo: filius etenim ex natura sibi pertinet, domino verò obligatur iuramento: vt lib. feud. quemadmodum feud. amittitur. ℞. tamen, quòd socius viæ signanter ille, qui longum iter cum alio facit, tanquam peregrinus, & quasi frater eius est, quod autem eidē admittatur, vt ex parte socij sui cōtra dominum se opponat, est magis præ angustia & propter periculum corporis sui, quam socij necessitate. Postquam enim socius suus violenter impetitur, quis scit quid sibi tandem eueniat, quare sibi defensa admittitur: vt C. quan. licc. vnicuique sine iudi. vindica. l. liberā. Quid si dominus dicat ad vasallū quòd tutus esse debeat. ℞. quòd sibi credi nō debet. Quia qui semel male facit præsumitur maiora facere si possit: vt in autē. vt iudi. sine quoquo supra. fiant. §. cogitatio. col. ij.

Et suum hospitem &c. Hoc est, qui in domum eius, vel intra, quatuor angulos curię suę fugerit vel de facto ibi sit. Qui enim quatuor angulos curiæ tutatur, iste defensam facit ac si vitā defenderit suā: vt ff. ad le. Iul. de vi. publi. l. hi qui.

Inuadat verò dominus vasallū &c. Hic clarè habetur, quòd vasallus nullibi potest dominum accusare suum, nisi coram vasallis: vt in lib. feud. tit. Si inter dominū & vasallum lis oriatur: & hoc intellige, in cōtrouersia, quæ fit occasione feudi, vel alicuius rei: vt in lib. feud. Si de feudo controuersia fuerit &c. In alijs verò casibus querulari debet corā iudice prouinciali: vt in autē. vt om. obedi. iudi. prouin. §. si igitur. coll. v.

Quid si vasallus dominum accuset, an eum hostiliter insequi, vel contra eum procedere possit? quidam dicunt quod sic; quia illud ius non prohibet, sed quidquid iure non vetatur illud nec nos prohibere debemus: ergo &c. vt C. de testa. & quēadmodum testamen. ordi. l. sancimus. Oppositum tamen istius superius dictum est, vbi habetur, quòd nihil fieri potest, nisi ex admissione imperij, sed si post querelā vasallus dominum insequi posset, cōtra eum bellare videretur. Quòd autem vasallo bellare contra dominum non liceat, habetur ff. de capti. & postlimi. reuer. l. hostes. ℞. itaq;, quòd vasallus non consequitur ex querela quòd contra dominum bellare deberet: in eo enim prouidet fidelitati suæ.

Illud secundum formam iuris resarcire tenetur, &c. Hoc est, secundum æstimationem illius, cui damnū illatū est, nisi ille iuramēto minuerit: vt supra eo. ar. xlvij. & li.

Si quis in expeditione, &c. Ille enim contra quem equitatur, defendere se potest.

Manet sine culpa, &c. Quia damnum soluere tenetur. Et impunitus &c. Hoc est sine mulcta & absque verigeldo. Exinde iam liquet, quid & quomodo vasallus erga dominum sibi pręcauere debeat, vt sine damno manere possit, si quid interim iniuriæ domino eueniat: vt Insti. ad le. Aquili. per totum. & ff. eo. ti. l. si putator. & xxxi. q. ij. c. de neptis.

Articulus LXXIX.

VBi rustici in radicibus desertorum villam seu prædiū ædificant terram de nouo excolendo, licebit domino villæ ius censuale in eadem terra eisdem cōferre, quamuis ad ea bona geniti non videantur: nulla autem iura eis dominus dare potest aut ipsi eis eligere poterunt,

terunt, per quæ ordinarij seu prouincialis iudicis iura aut mulctæ minuantur aut augeantur. Nullus extraneus in prædijs secundum specialia & discreta eorum iura respõdere tenetur, sed secundũm ius commune, nisi cõqueratur super hæreditate siue bonis alijs aut debito.

a Concordat supra li. i. ar. lxi. lib. ij. ar. xij Jur. Mu. arti. xxviij:

a Vbi quis aliquem cõuenit, ibi licitè reconuenietur, si actio in duellum non extendatur.

GLOSSA.

Licebit domino villæ, &c. Sed quid si quis accepit instrumẽtum Emphyteusis pro se & vxore & liberis? Dic, quòd vxor habet dimidiam, & vir aliam dimidiam: quia liberi partem non faciunt viuis parentibus. De hoc vide in Specu. titu. de loca. §. vlti. ver. cxlviij. & ibi etiã per Bald. in additio. Et si emphyteusis est concessa duobus fratribus, vt post mortem eorum ad ecclesiam reuertatur, vno mortuo, pars eius fratri accrescit, non ecclesiæ: vt in dict. §. vers. lxviij. Et istud ius accrescendi trahit secum suum effectũ sine noua possessione: vt in allegat. §. vers. lxx. Et si duobus pro indiuiso res conceditur, vno non soluente, tota reuertitur ad ecclesiam: vt in dicto paragrapho. ver. lxxj. & lxxiij.

GLOSSA.

Superius declaratum est, quomodo dominus respectu vasalli, & è contra ratione bonorum feudalium obligatus sit: hîc tandem habetur de rusticis, vbi domini ratione bonorum censualium desuper dominium obtinent.

b Christianitatis status in tria genera hominum diuisus est.

b Vnde pro intellectu istius nota, quòd status Christianitatis pro bono reipublicę diuisus est in tria hominum genera. Primi, sunt spirituales, de quibus supra lib. ij. ar. lxvj. §. j. & iij. Illorumque officium est orare pro militibus & rusticis. Orationibus enim eorum totus mundus gaudere debet: vt in auten. quomod. opor. episco. §. j. coll: j. Secundo, sunt milites glorioſi; illorumque ius est tueri & defendere sacerdotes & agricolas: vt in auten. vt neque miles, neque fœderatus. §. j. coll. viij. Tertiò, sunt agricolæ, & illi tàm spirituales quàm milites, laboribus suis enutrire debẽt: vt in autent. ne quis quod agr. mutu. §. j. coll. i ij. & hîc in textu. Vnde si quis prædiũ culturæ de nouo tradiderit rusticis, potest ipsis ius hæreditarium in bonis censualibus dare, quamuis sylua illa suum feudum sit: & hoc ex eo, vt illud ꝙ excrescit vltra censum, sit præmium pro labore suo & possessione; *c* vtile enim & conueniens est reipublicæ, ꝙ agricolæ sint, quodque agri instaurẽtur: vt in auten. de quæsto. §. j. coll. vj.

c Agricolæ reipublicæ plurimum vtiles.

Circa id nota quædam necessaria de bonis censualibus, & de censu pecuniario. *d* Bona enim censualia neque sunt proprium, nec hæreditas, nec feudum; conferunturque bona huiusmodi in Saxonia illis, qui ea emunt absq; aliqua infeudatione. Collatio tamen illa non aliud designat, nisi voluntatem domini. Quod aut bona censualia propriũ non sunt, patet, quia dominus habet censum desuper: vt supra art. lxxvj. Proprium autem est sine aliquo censu. Quòd autem non sit hæreditas, manifestum est; quia iudex illa resignare non potest: sed nec

d De bonis censualibus et de censu pecuniario, vide quædam necessaria.

est feudum, quia census ex eo solvitur; ex feudo autem census nō præstatur: vt feud. c. xiij. lv. & lxxiiij.

e Rusticorū cēsualia iura quædam specialia.

e Nota etiam, quòd rustici in bonis residentes cēsualibus, quadruplicia quædam iura specialia habent. Primum, quòd liber ab illis esse non potest, quamdiu aliquis inuenitur natus ad illa bona; sed nec ab illis alienari possunt: vt supra libr. ij. art xxj. *f* Secundò, quòd nullum ius scire tenentur, nisi naturale: vt C. de in ius vocando. l. venia. & C. de agri. & censi. l. ij. Tertiò, quòd in quelis statim experiri iudicialiter debent; ita quòd in instanti respondere per affirmationem vel negationem eos oportet: & hoc ex eo, ne in laboribus impediantur: vt in auten. de questu. §. j. coll. vj. Quartò, quòd mense Augusto ad nullū ius vocari possunt: vt ff. de ferijs c. vlt. *g* Notandū etiā, quod censualia bona duplicia sūt. Quędam, quæ diuendi & alienari non possunt, & illa habent originarij, seu Latini, qui ad id nati sunt, & qui, vt sic, succedere debet, necessario ad id natus esse tenetur, multique in hunc diem reperiuntur, qui & serui plurimum sunt: vt C. de agri. & censi. l. vlt. & isti etiam nuncupantur proprietarij. Alia bona censualia sunt, quæ vt communiter rustici alij omnes habent, & isti hæreditant & succedunt in bona quę vltra censū sunt æstimata, vendereque possunt cui volunt; dominis tamen priùs suis denunciādo: vocanturque bona huiusmodi melioratio bonorum vltra censum; quia videlicet labore eorum bona adducta sunt, & isti liberi rustici dicuntur: vt C. de iure emphyteu. l. cum dubitatur.

f Rustici nullum ius scire tenentur. Concordat supra lib. i. art. xxviij. lib. ij. art. lv. lib. iij. art. xxxiv. gloss.

g Bona censualia duplicia.

Articulus LXXX.

Si proprietas à pagano relinquatur, ad quam hæres non existat, quæ se ad tres mansos extendit vel minus, [a] hoc prętectu ræ, id est, sculteciæ adijciatur. Sed si triginta mansorum vel minus se summa extenderit, comitatui applicetur: si verò hūc numerum transcendat, ad regalem pertinebit maiestatem. Si rex aut alter dominus ministerialem vel seruum faciat liberū, ille ius obtinet prouincialiū liberorum.

a Concordat Iure Munici. artic. iiij.

GLOSSA.

Hoc præfecturæ, id est sculteiæ adijciatur, &c. *b* Deficientibus enim omnibus consanguineis post virum & vxorem, etiam secūdùm leges communes, succedit fiscus, affinibus exclusis: vt C. de vir & vxor. l. j. & C. de bon. vaca. l. j. lib. x. Et notat Hostien. in summ. de succes. ab intestat. §. fin. in princ. & vide etiam supra libr. j. artic. xxviij. & libr. ij. art. xxxj. & xxxvij.

b Consanguineis defecturibus, fiscus succedit affinibus exclusis.

GLOSSA.

c Pro intellectu textus nota, ꝙ mors euenit alicui dupliciter. Primò, quando moritur morte iuris; & hoc dupliciter. Vno modo, si se in seruum det, idque de consensu agnatorum faciat, propriū domino vacabit; quia per seruiturem mortuus efficitur: vt libr. iij. art. xxxij. & ff. de reg. iur. l. seruitutem. vbi habetur, quòd seruitus mortalitati comparatur. Secundò,

c Mors euenit alicui dupliciter. vide supra libr. ij. ar. xxv gloss.

eundò, moritur iure, cùm in imperij illegalitatem ſupremam incidit: vt ſic enim, proprium imperio vacabit: vt ſupra lib. j. articu. xxxviij & Inſti. de capit. diminu. §. ij. & C. de bonis proſcript. l. deportati. ff. de ſenaten. paſ. l. ſi deportatus. Secundò, mors dicitur naturalis; & huiuſmodi bona cedunt liberè domino, ſi nullum eō ſanguineum reliquit, vſque ad ſeptimum gradum: vt ſupra libr. j. art. iij. in fin. *d*

d Concordat Jure Munici. art. lix. gloſſ.

Si rex mi. ſterialem, &c. vt habetur Inſti. de lib. ti. §. liberi inorū

Aut ſeruum &c. Ex iſto paſſu cùm dicitur: Si rex miniſterialem aut ſeruū manu miſe it, per iſtam diſiunctiuam, aut, clare habetur quod miniſteriales ſerui nō ſunt. Dicunt tamen quidam hoc non eſſe, & hoc li quet ex his, quæ vltra ſequuntur: rex enim miniſterialem imperij liberum dimittere poteſt: ſi itaq; ſeruus nō eſſet, non neceſſariò manumitteretur: quia qui liber eſt, nō opus eſt vt manumittatur; nihil enim differē in maiorē in hominibus facit, niſi libertas & ſeruitus: vt Inſti. de iur. perſo. §. i. & Inſti. de liberti. §. i. Soluitur iſtud, vt ſupra lib. iij. ar. xli. j.

Articulus LXXXI.

a Concordat Jure Munic. art. xxxiij.

SI banniti alicuius comitatus obierint, [a] princeps Romanus miniſterialem imperij per ſententiam licitè manumittet, & eum bannitum in eo comitatu efficiat, ne iùs defectum patiatur, & vt bannum ibidem ſeruetur regium. Vnicuiq; autem de regali proprietate tantū donare tenetur, vt officium ſcabinatus exinde per eū exerceri poſſit: quæ donatio in tribus mā ſis vel in plus continetur. [b] Hanc etiam proprietatem licitè tollit a prædicto comitatu, vbi comiti vacat: eo quod bannitorum defunctorū proprietas in eo comitatu noſcitur permanſiſſe. Miniſteriales hæreditant, & hæreditatem accipiunt ſicut liberi, ſecundum ius prouinciale: excepto, quod extra dominium ſuorum dominorum nemini ſuccedunt, nec habēt ſucceſſorem.

b Alij textus ita legūt: hāc proprietatem rex à prædicto comitatu, ubi eam vacare contingit, licitò tollit eandē tandem miniſterialis manumiſſo, & ad ſcabinatum electo, conferendo ex eo, quia propriū illud ſcabinorum, q̄ deceſſerāt, ad comitatum p̄ vacantiā deuenerat.

GLOSSA.

Articulus præſens innuere quodammodo vult, quòd miniſteriales ſerui ſunt; quia ſi ſerui non eſſent, liberi forent: nihil enim magis diſtinguit homines, niſi libertas & ſeruitus: vt Inſtitut. de iur. perſon. §. ſumma. Si ergo liberi eſſent, manumitti eos neceſſe non eſſet: vt Inſtit. de liberti. §. j. & ff. de acquirend. re. domin. l. adeo. §. cum quis. Soluitur tamen inſtantia iſta, ſecundùm quòd habetur ſupra art. xlij. lib. eodem.

Miniſteriales ſicut liberi ſuccedunt, &c. Quādoquidem Dei adiuuante gratia, ius Saxonicum in finem perductum eſt, differentiaque ſtatus hominum, dignitatis, & bonorum ſufficienter declarata, tùm quomodo ſeruus liber eſſe poſſit: hîc in vltimo articulo huius inclyti priuilegij, amplíſſimis viris Saxonibus ipſis largitum de

clarur ius ministerialiū, ponitur; in calce huius operis ex eo, vt priuilegium præsens cum notabili finiatur materia prout & insigne sumpsit exordium: tum etiam, vt ius ministerialium apertiùs declaretur, & publicetur: est enim mirabile & diuersum: vt supra, art. xlij. in prin. Illud verò quod bene deliberatur, optimè etiam exprimitur ac declaratur: vt C. de senten. ex pericu. recitan. l. hac lege. & in auten. vt iudi. sine quoquo sufra. §. i. coll. ij. Etiam propter id in fine ponitur ius ministerialiū. vt meliùs memoriæ teneatur. Illud enim quòd est vltimum, memoriæ melius commendatur: vt de consecra. dis. ij. c. liquido.

Ministeriales vt liberi &c. Ex isto textu iterum colligitur, quòd ministeriales serui sunt: & hoc ex eo liquet, cùm dicitur, ministeriales vt liberi succedunt, vbi enim hæc dictio assimilatiua, Sicut, apponitur, denotare videtur differentiam illius cui assimilatur. Si ergo ministeriales hæreditāt sicut liberi, signum est quod liberi homines non sunt. Omnes enim homines aut liberi sunt aut serui: vt Insti. de iur. perso. §. i.

Vnde & siquidem supra ar. xlij. sufficienter id declaratum est, ex superabundanti tamen instantia ista hic soluitur, vbi dicitur. Ministeriales vt liberi succedunt, non per id distinguere vult eorum generationem, sed tantum iuris eorum diuersitatem: quare notanter hîc addit excepto, quòd extra dominium suorum dominorum succedere non possunt: hoc enim ex eo fit, quia qui ad seruitium natus est, ratione cuius bona habet, eadem etiam hæreditare potest. Qui ergo ministerialis alterius nō est ius huiusmodi bonorū habere nō poterit: & ita nec succedere ad bona, super quæ seruitium institutum est. Qui enim sentit commodum, damnum etiam sentire tenetur: vt Insti. de legi. i. patrono: tute. §. i. in fi. Etiam dicitur. Ideo quia iste ex potestate domini venire non potest: & hoc ex eo intelligi datur: quia cū nulla re sua comiti vel sculteto cedere, aut in eius potestatem venire, seu adijci possunt: si sine hærede decedant, quemadmodum res per mortem aliorum adijciuntur. vt in præcedenti articulo habetur. Propriū etiam eorum iudici deuenire non potest: ex morte, vel propter excessum eorum: vt supra lib. i. art. xxxviij. §. iij.

Articulus LXXXII.

QVi iuri suo coram iudicio in vno derogauit loco, [a] vbique in eo ærumnam sustinebit, dummodo per iudicē & scabinos probetur. Nemo tamen hāc probationem seu hoc testimonium ad alium iudicem producere tenetur, nisi iudex coram cuius iudicio ius fuerit amissum: iudex siquidem coram quo proponitur huius infamiæ exceptio, duos nuncios ad iudicem, coram quo id esse actum perhibetur, transmittere cogitur. [b] Et post quam testimonium eius audiuerint, ipsi coram iudice, qui eos miserat testimonium perhibeāt veritatis.

[a] *Concordat iure Munici. art. xiij. glos.*

[b] *Testimonium ex auditu fieri potest, vt hic.*

GLOSSA.

Qui

Qvi iuri suo coram iudicio, &c. Sic etiam qui est excommunicatus, ex vna ecclesia, censetur excommunicatus quantùm ad omnes ecclesias: vt xj. q. iij. c. ij. & c. iij. & iiij. q. v. c. quisquis. & notatur de appellat. pastorali. in vltima glossa.

GLOSSA.

Qvi iuri suo in vno derogauit, &c. Id enim est possibile & conueniens; sententia siquidem quæ contra excessiuum extenditur, facit eum iure priuatum. Vnde in quemcumque locum venerit, ibi iure priuatus erit. In oppositum istius instare vnus possit, textum articuli minus esse verũ: quia sic, extunc ille, qui in vno loco proscriberetur, in omni loco proscriptus esset, quod est contra articulum xxiij. eod. libr. ℟. quòd hîc non loquitur de proscriptis, sed de iure priuatis; qui ideo priuati dicuntur, quia vnus eorum sententias aut testimonia sufferre nõ cogitur: vel quòd inter probos homines locum habere minimè possunt: de his abundè supra li. j. art. xxxviij. & lj. habetur. Sic etiã excommunicatus in vno loco, vbique pro excommunicato reputabitur: vt xj. q. iii. c. iii. & vij. q. j. c. si quis presbyter, & iiij. q. v. c. quisquis.

Dummodo per iudicem condemnatio comprobetur, &c. Vt sic enim, negare illud non poterit, quia testimonio conuincetur: vt supra lib. i. art. vij. Iudex tamẽ sex viros sententias inuenientes circa se habere tenebitur: vt supra lib. j. art. viij.

Testimoniũ autem iudicis nemo tenetur, &c. Hoc dicitur propter id, quod superiùs tactum est, qui se per testes probaturum offert, ille in sex septimanis testes afferre tenetur: vt l. j. art. lxij. §. iij. Hic verò iudicem afferre vel statuere non tenetur ex eo, quòd nullus iudex officium iudicis habet, nisi in sua iurisdictione: vt ff. de iurisdict. omni. iudic. l. fin. & ff. de offic. præsi. l. iij. & de consti. lib. vj. c. ij. Nullibi etiam testificari potest vt iudex, nisi in sua iurisdictione. Si ergo in testem adduci deberet ad alium iudicem, extunc testificari ibidem non poterit vt iudex. Exindeque venit nõnullorum hominum opinio, qui dicunt, quòd testes per campum ducendi non sunt, quod verum est in casu præsenti, & etiam qui ponũtur extra de testibus c. si qui. & extra. de iudicijs c. mulieres. lib. vj. In alijs verò causis pet cãpum duci securè possunt, hoc est, in aliam iurisdictionem apportari: vt C. de testibus. l. si quando. & ff. eod tit. l. j. & extra. de testibus cogendis. in c. delictorum.

e Iure etiam municipali seruatur, quòd testimonium datur & portigitur ad aliam iurisdictionẽ per literas iudicis & scabinorum. Iudex etiam testificari potest literis suis, si locus adeò longinquus sit, ita quòd cũm difficultate illic equitandum esset.

e Testimonium per literas fieri potest.

Iudex coram quo proponitur duos nuncios mittat, &c. Hîc habetur tertius casus, vbi iudex suos nuncios mittere potest. *d* Vnde nota, quòd in tribus casibus iudici, pro inquirenda veritate, nuncios transmittere admittitur. Primò, cùm sententia increpatur: vt supra lib. ij. art. xii. Secundò, cũ quis se trahit ad dominum, occasione feudi: vt supra lib. ij. artic. xlij. Tertiò, vt hîc in textu.

d Iudex in tribus casibus nuncios transmittere admittitur.

Testimoniũ eius audiuerint &c. Et ita testificabuntur illud quod audiuerunt. Contrariũ tamen huic videtur extra. de testib. c. causam. c. licet ex quadam. extra. de succes. ab intestat. c. cum dilectus. ℟. tamen, quòd nuncij istũ non vincũt testimonio, sed iudex ad quẽ missi sunt, qui vidit & audiuit,

diuit, quòd iure priuatus declaratus est, quòd verò isti contra eum testificari videntur, hoc ex declaratiõe iudicis venit. Nuncij enim testificantur, quòd præsentes fuerunt, cùm iudex ille testificatus est, & hoc bene fieri potest: vt iij. q. jx. c. testes. & v. q. ij. c. relatũ. & xxx. q. vlt. c. vlt.

Conclusio priuilegij.

e Priuilegium præsens Saxonum, quando & à quo largitum sit.

e Priuilegium præsens largitũ est Saxonibus in Saxenburgo, ab imperatore Carolo; ab anno domini octingentesimo decimo; anno septimo imperij sui, die decima lanuarij; meritoque nomen diui illius imperatoris Caroli huic operi præponitur. f Iura etenim & leges id suadent, vt priuilegijs omnibus nomina imperatorum præponantur: g vt in autent. vt præpona. nomen imperat. documen. & vt lati. lite. aper. tempor. inscriban. §. illud omnium coll. v. & C. de testibus. l. omnibus. & in auten. de quæsto. in princ. col. vj. & in auten. de armis. §. j. coll. vj. extra. de rescriptis. c. eam te. & vlt. regula iuris, lib. vj. in glos. Ioan. Andr. h priuilegiumque ideo nuncupatur, quia priuatam legem tribuit: vt iij. dist. priuilegia. Est enim priuilegium priuatũ seu singulare ius, contra commune indultum. Nec priuilegium diceretur, nisi aliquid indulgeat speciale: debet enim semper aliquid operari specialiter: de priuilegio, in his. c. de thesaur. l. vni. libr. x. & ff. ad Munic. l. j. ad fin. & ff. de lega. l. si quando. Qualiter autem amittatur priuilegiũ: vide in sum. Hostien. de priuil. §. qualiter. & & de decim. c. suggestum. in glo. vide etiam pro materia supra eod. lib. circa art. lviij.

f Vide supra ad hãc materiam libr. i. art. xiij. glos. & Iure Mun. in prologo.

g Priuilegiis omnibus nomina imperatorum principum, præponantur.

h Priuilegium quid sit. Ad hanc materiam vide Iure Municip. artic. i.

i Caroli imperatoris vitã descriptam vide. ad hãc materiam etiam nõnihil inuenies Iure Municip. in prolo.

i Iste Carolus de quo hic mentio, fuit filius Pipini: qui (vt legitur in chronicis) regno Franciæ xlvi. annis præerat: xli. verò annis imperabat. temporeq; Adriani Papæ fuerat inunctus: & erat primus qui inungebatur inter imperatores. ipse etiam fundando erexit episcopatum Bremen. Halberstaden. Padelburnen. & Monasterien. Estq; sepultus in manasterio beatæ Mariæ virginis Aquisgrani. Auus eius vocabatur Carolus: qui fuit etiã rex Franciæ, & Lombardorum. & fecit quasdam leges in Lombar. per totum: qui etiam postea habuit imperium. De nostro autem auctore, videlicet Carolo magno qui Saxones priuilegiauit, in iure plenè legitur, & notatur in c. venerabilem, de electione. & lxiij. dist. Adrianus. plenius de ipsius statura, moribus, & actibus, vide in historijs. Iste Carolus confirmauit omnia, quę pater eius dederat beato Petro Apostolo: hic etiam ad petita Romanorum est factus imperator: subiecitque imperio, & ecclesiæ Saxones & alios Germanos: & detulit vsq; ad pedes barbam, cibo atque potu fuit tẽperatissimus: & filios suos quamcito ætas patiebatur equitare, & armis intendere curabat: filias verò assuescere lanificio, colo videlicet & fuso ad repellẽdum ocia: hic cultũ Christianũ summa pietate semper coluit: & Romam veniendo ad miliare de equo descendit, pedicusque eundo per vrbem, omnes ecclesiarum postes humiliter osculatus fuit: & ipse terram sanctam à Saracenis occupatã recuperauit: in redituque per Constantinopolim, impetrauit partem de corona domini: & vnum clauum passionis Christi, & camisiam beatæ Mariæ: vnde & ad numerum literarum alphabeti cœnobia fundauit, & in vnoquoq; per ordinẽ vnam literam alphabeti, de auro Fabricatam, plusquam centũ lib. Thuronen. valentem reliquit: quæ literę ad huc in plerisq; monasterijs reperiuntur. Hic Carolus etiam quatu-

quatuor Archiepiſcopatus, Threuerenſem, Colonienſem, Moguntinenſem, & Saliſburgenſem, diuitijs ac honoribus ampliauit: prædictaſq; reliquias concomitantibus miraculis ſecum detulit: & in Aquiſgrani in Baſilica beatæ Mariæ, quam ipſe conſtruxerat, & vbi honorificè eſt ſepultus recondidit. Qui Carolus relicto filio ſuo primogenito Ludouico coronato, plenus bonis operibus eſt mortuus: & quando moriebatur prælatis eccleſiarum, quos habere potuit omnes theſauros dedit per neceſſitates eccleſiaſticas diſtribuendos.

a Textus veriſtiores ita legunt & rectiùs: Qui alteri bona donauerit, eidemq; per iudicē poſſeſſionem dari procuret, ſolus verò eorundē bonorum nullā habeat poſſeſſionem, licebit huiuſmodi aſſignationem poſſeſſionis verò poſſeſſori cōtradicere: dūmodo pro eiſdem bonis in primo iudicij termino, &c. vt textus habet. concordat Iure Mu art xxix. arti. lx. & lxij.

b Vide ſupra ad hanc materiam. li. i. ar. lxx. lib. ij. artic. lxx. Iure Munic. artic. xxix. artic. cxxxix. & c. xl. gloſſ.

c Quodſi vni abiudicata ſint, & alteri iudicialiter in eorundem mittetur poſſeſſionem eijcere eundem, niſi p veras ſententias haud licebit.

d Concordat Iure Municip. art. xxx vide etiam libr. ij. & ibi Sali. c. ſi propter publi. penſi.

Articu. LXXXIII.

QVi alteri bona donauerit aut vendiderit, [a] & alter in eorum, per ipſum iudicem, præſentetur poſſeſſionem, cū ea primus adhuc perſona liter non poſſedit, [b] poſſidens huic licitè contradicat, dummodo pro eiſdē bonis in primo iudicij termino ſe præbeat reſponſurum: quia poſſeſſionē ſuam nullus tenetur relinquere, niſi ipſa ei veris actionibus & ſententijs p̄hibeatur. [c] Donata viro vel mulieri, per tres dies poſſideri opportet. [d] Quę verò per querelam euincuntur, aut hæreditario per ſucceſſionem veniūt, nō eſt neceſſe poſſeſſorio obtinere. Qui alteri feudale prędium confert aut dimiſerit, per annum & diem illius varendator eſſe debet. [f] Qui verò propriū aut res mobiles vendiderit, quouſq; vixerit illorum varēdator eſſe tenetur: res tamen illa, pro qua litigatur, ad manus tradi debet venditoris, ad defendendum vel perdendum, quamdiu illud defendere tenetur. [g] Cui autē quid donatū eſt, in eo donatarius probare non poterit, niſi donationem.

e Concordet ſupra lib. art. xxix. lib. iii. art. iij. Iure Munic. arti. xxi. & artic. xxx.

f Vide ſupra lib. ij. ar. xliij.

g Nota quòd poſſeſſori obtinere, & ſecūdum determinatos annos p̄ſcribere, aſſimilantur iure Saxonico. Bona etenim in, tantum poſſideri debent, quouſq; p̄ſcribantur, ſcilicet mobilia p annū: vt hic. immobilia triginta vno anno & die: vt ſupra lib. i. artic. xxix. & conuenienter idfit: ex proſcriptione etenim ille à primo tutius erit bonorum, et ita neceſſariò euincere ille tenetur, quod & conſuetudine cōfirmatur

GLOSSA.

Qui alteri bona donauerit, &c. Auctor iſtius cōſtitutionis, & duarum ſequentium, fuit Otto primus magnus imperator Theutonicorum. Hic potens cùm eſſet in Almania pijs operibus in allodio apud Maydeburgen. eccleſiā mirę pulchritudinis in honorem ſanctī Mauricij fundauit, *b* & maximis poſſeſſionibus ampliauit, ibidemq; eſt ſepultus. Iſte Otto habuit duos filios, ſcilicet Guilhelmum epiſcopum Moguntinen. & Ottonem, qui ſibi ſucceſſit in regno, qui cùm non haberet niſi ſeptem annos vnctus fuit in regem Aquiſgrani, de voluntate & conſilio principum, & hoc in præiudicium Ludolphi ſenioris filii ſui, qui ſe illi oppoſuerat cum Vngaris & Sueuis.

b Ottonis magni laudes, & geſta egregia.

Niſi donationem &c. Quaſi velit dicere, quòd donator de euictione ſeu varendatione non tenetur. An autem & quando donator teneatur de euictione, ſic diſtingue: aut enim donatio incepit à

pit à traditione, & tũc dicit quòd donator de euictione non tenetur: vt ff. de ædict. edic. l. ad res donatas. Si autem donatio incepit ab obligatione: tunc donator tenetur de euictione: vt ff. de donatio. l. Aristo. §. vlti. de hoc notatur, in c. inter cætera. de præbẽ. Et licet donator regulariter non teneatur de euictione, donatarius tamen donatori ad antidora, id est remunerationem, naturaliter est obligatus: vt ff. de petiti. hæred. l. sed & si lege. §. consuluit. & viij. q. ij. c. illud. & notatur in c. cum in officijs. de testamen. in glos.

i Donatarius tenetur donatori ad antidora.

Qui propria aut mobilia &c. Est enim de natura emptionis & venditionis precium, & res, sine quibus emptio esse non potest: ff. de contra. empti. l. j. &. l. nec emptio. & vt venditor de euictione teneatur, etiam si non sit promissum. vt hic & supra. eod. libr. art. iiij. & C. de euict. l. non dubitatur. Et tenetur emptor ad hoc vt precium soluat, & ipsum faciat accipientis. ff. de action. emptio. l. ex empto. Sed venditor nõ tenetur rem facere accipientis, nam ipse tenetur in specie; & ideo sufficit, quòd de euictione tenetur. Emptor autem tenetur in genere, ideo cogitur nummos facere venditoris. Venditor verò tenetur ad traditionem præcisè, secundùm Mar. ff. de action. empti. l. si quis alienam. & l. ex empto. Alij dicũt, quòd condemnetur ad interesse: vt ff. eod. l. j. Et tenetur tradere vacuam possessionem, vt emptor potior sit, ita quòd ab eo nequeat aduocari: aliàs perinde est, ac si tradita non fuisset, etsi alius sit in possessione: ff. de actio. & empti. l. j. §. j. l. iij. & l. emptorem. §. inde Neracius. Ante traditionem verò rei debet satisfieri de precio: vt ff. de contrahen. emptio. l. quòd vendidi. & de tributoria. l. procuratoris. §. sed si dedi. Et contrahitur emptio & vẽditio solo consensu, cùm de precio conuenit: Instit. eod. in princi. & inter præsentes & absentes per nuncium vel epistolam: vt ff. eod. l. j. §. vlt. & l. ij. §. j. & precium debet esse in certa quantitate nõ in specie. C. de contrahen. emption. l. empti. & ff. eod. l. hæc venditio. §. huiusmodi. vide etiam pro materia supra eod. libr. circa art. iiij. & supra lib. ij. circa art. xxxvj. & C. de actio. empti. & vendit. per totum.

GLOSSA.

Constitutio præsens est Ottonis imperatoris, quæ pro confirmatione & roborameto iurium per Carolum imperatorem Saxonibus sanctorum lata est. & Iste Otto imperabat, anno Christi noningentesimo trigesimo octauo; historiæ tamen veriores habent, q̃ anno noningentesimo quadragesimo quinto: præfuitq́ue imperio annis triginta, constitutionemq́ue præsentem tulit anno imperij decimo, prima mensis Iunij, in loco vbi nunc ciuitas Maydeburg locata est. Moriuum autem huius constitutionis fuit. Iuris enim periti inter se disceptare cœperant super possessione: quidam & illorum maior pars asserebat, quòd ille, qui corporalem possessionẽ in aliqua re habet, melius & efficaciùs ius desuper obtineret, quã ille, qui per iudicẽ in possessionẽ intromittatur. Alij verò oppositũ tenẽtes dicebant. quòdqui per iudicem in possessionẽ mittitur, ius potiùs habeat. Ad sopiendũ itaq́ue controuersiam, lata est constitutio præsens per imperatorem, sen fusq́ue illius est: quòd ille qui possessionem rei habet, ius potius obtinet: vt si de facto in possessione sim, iudexq́ue alium intromittere velit, cedere sibi ex possessione nõ teneor: & ècontra. si iudex aliquẽ intro-

k Tempus imperij Ottonis.

intromiserit, alter tandem veniens, priorem eiicere non potest, nisi iure contra eum agat: dato, quòd iniustè possideret, &c. vt textus habet. de hoc etiam vide supra lib. ij. art. xxiij. & ff. ne vis fiat ei qui in possessione. l. i. Qui enim aliquid possidet, illud tenere debet, quoad sibi per veram actionem euincatur: vt ff. vti possi. l. ait prætor. & c. eod. tit. l. j.

Vnde circa id sciendum, quòd possessio rerum triplex est. *l* Primò, possidet vnus rem seu bona, quæ sibi vindicat absque iudicio, ad quę nullũ ius antehac habuit: & hoc fit dupliciter. *m* Primò, si nullus illud defendit, illa bona fiunt illius, qui primùm occupat: vt Institu. de re. diuis. §. insula. & ff. de acquiren. re. domin. l. quod enim. Secundò, quando vnus occupat aliquid, quod antehac alterius erat, sed illa dimiserit, & illis abrenunciauit proiecerit que à se: vt ff. de acquiren. re. domi. l. qua ratiõe. & aliis multis legibus. Secundò possessio fit, quando bona alicuius sibi per mortem cedunt; & illa bona in possessionem accepit, quæ tamen per sententiam nõ sunt sibi tradita: & huiusmodi possessio venit ex iurium constitutionibus: vt Instit. de hære. quæ ab intestat. defer. per totum. & Insti. de hære. quali. & differ. §. sui autẽ. & in auten. de hæred. ab intestat. venien. §. si verò. coll. jx. Tertiò, acquiritur possessio bonorum, cũ coram iure nobis abscedũtur vel donantur: vt supra li. ij. art. xxiij. & Instit. de re. diuis. §. per traditionem. Et quia multi homines vẽdunt bona, quæ ipsorum nõ sunt, quare obuiatur his per articulum præsentem: nullus enim ius potest alteri dimittere potest quàm solus habuit: vt ff. de acquir. re. domini. l. tradi io. & Institut. diuisio. §. per traditionem. C. de distractione pignorum. l. si debitor. & C. sine censu. vel reliquis fundum

l Possessio rerum triplex. Concordat Jure Muni. artic. xxix.

m Possidere bona secundũ ius feud. contingit tripliciter. Primo, cũ per mortẽ alicuius nobis veniunt. Secundo, si coram iudicio nobis absceduntur. Tertiò, per querelam iuridicam: & hoc dupliciter, secundum quod querela duplex est: ciuilis videlicet et criminalis. Ciuiliter tunc fit, si bona impignorantur: vt si debet certam summam ad tempus determinatum, inscriptumq; in omnibus bonis, creditor inuestitur in bona iuxta huiusmodi obligationem. inuestituraque huiusmodi quandoque fit in p-

dum comparari non possit. l. ij. Si ergo nullum ius habuit ad illa bona, nec eius possessorium in illum transfundere potuit: si verò per iudicem præsenterur, extunc qui possessionem habet, iure contradicere potest, vt textus habet.

sentia respondentis, & hæc cùm debitum recognoscit, et ille tandem ſ-rit, quàm cito soluere debet, sententiatur in quindena. In defectu solutionis inuestitur tandem. Criminaliter verò, sicut si sit proscriptus, et interim bona sibi abiudicentur. Tertio, possidentur bona ex inuestitura, vt cùm quæ queritur super feudo acciderint, et tria affixe iuridicia mittatur tandem possessionem, etiam in absentia eius. feud. c. xliij.

Circa id nota, quòd possessionem impedire volens tria in se habere debet. *n* Primo, quod solus iustè & legitimè illam possessionẽ habeat: vt superius declaratũ est. Secundò, quòd ad illam intromissionem iudicialiter non sit interdictus: vt etiam superius declaratum habetur: & ff. de re. iudi. in pleriſque legibus. Tertiò, quod præsens non sit, quando bona illa donabantur, & intromissio adiudicabatur: qui enim sentẽtiam audit, debet illi in instanti contradicere: vt supra lib. ij. arti. vi. & qui tacet, consentire videtur: ff. de reg. iur. l. qui tacet. & in autẽ. de sanctis epis. §. si seruus. coll. ix. Dummodo pro eis bonis se præbeat responsurum, hoc est, vt in proximo iudicio declaret ius suũ & iudici scabinisq;, id quod iusto pertinet soluat: vt ff. vti possidetis l. ait prætor. §. hoc interdum.

n Possessionem impedire volens, tria in se habere debet. concordat Jure Municip. artic. xxix. gloss.

Si verò in varẽda deficiat &c. Scilicet ille qui donauit aut vendidit. *o* Emptori etenim venditoris iura prodesse nemo ambigit: vt C. de euictionibus. l. emptori. Si verò aduersario possessio adiudicetur, extunc venditor emptorẽ indemnem seruare debet: & hoc si iure sibi abiudicẽtur, aliàs non: vt C. de euictio. l. nõ dubitatur, & l. qui rem. & C. de periculo rei vẽditæ. l. i. & C. de acti. em. l. si pater.

o Emptori iura venditoris prodesse debent.

Donata viro vel mulieri, &c. Intelligendum est de bonis mobilibus, quia ad illa non plus requiritur nisi fauor & gratia illius qui donauit: vt Insti. de re. diuisi. §. sed & si quidem §. interdum. §. item. & C. de peri. rei. vendi. l. post perfectam.

Hoc possident tribus diebus,

&c. Quærere aliquis posset, quid istud iuuabit ad rei possessionem? R. aliqui, quòd exinde præscriptionem acquirit: sed contra istud opponi potest, quòd videlicet præscriptio nulla erit. Mobilia enim isto modo præscribi non possunt: immo, vt articulus præsens dicit, euincere illa vnusquisq; tenetur, quoad vixerit: etiam esset contra articulum xxiiij. lib. ij. *p.* R. itaque, quòd id, vbi loquitur de possessione trium dierum, non per id intelligere vult, quòd mobilia præscribantur tribus diebus: quia contrariũ huius declaratum est: sed dicit hic, quòd tribus diebus possidens, non potest de furto accusari in illis rebus, si nõ occultando illa tenuerit, quamuis forsan ille qui sibi donauerat eadem furatus sit: vt Insti. de vsucapi. §. res fisci. & supra lib. ij. arti. xxiiij. Nec opinio illa quæ in prima responsione huius quæstionis tacta est, quòd videlicet possessio trium dierum conduceret ad præscriptionem, locum habere potest, quia & infra sequenti §. tangitur, quòd annus & dies faciunt possessionem: vt etiam supra lib. ij. art. xxiiij. art. xlij. art. xliij. habitum est.

p Concordat Iure Munici. art. xxx.

Quæ verò per querelam euincũtur aut hæreditario cedũt, &c. Illud enim quod hæreditario ad nos deuoluitur, illius mortui possessio, adminiculo est hæredi, quo ad præscriptionem: vt Insti. de vsucapi. §. res fisci. & ff. eo. ti. l. possessio. C. de annali. præscripti. siue excepti. l. i.

Qui proprium aut res mobiles vendiderit &c. Hæc est secunda diui Ottonis imperatoris constitutio: estque sancita propter controuersiam iurisconsultorum. Ex quo quidem enim ius Saxonicum disponit, quòd pro bonis mobilibus, se vnus trahere potest vsq; ad illum, qui educauit, si pecus est: vel si solus fecit: vt supra li. ij. art. xxxvi. Dubitabatur itaq;, quamdiu proprium varendare vnus debeat. ex quo vera præscriptio, non nisi in triginta annis, & anno & die fit: vt supra lib. i. art. xxix. huiusmodiq; controuersia & dubitatio, partim venit ex legibus, quæ disponunt, quòd præscriptio mobilium fit in triennio: immobilium verò in decennio inter præsentes, inter absentes verò in viginti annis: vt Insti. de vsucapi. §. & cum hoc. aliæ verò leges; vt C. de vsucapi. transforman. l. i. disponunt, quòd præscriptio terminatur triginta annis. Ad sopiendum itaque has controuersias imperator Otto statuit, quòd ille qui mobilia aut proprium vendiderit, varendare illud deberet quãdiu viueret: & hoc ex eo, quia ille qui propriũ alienare vult, cum consensu hæredum id facere tenetur: vt supra lib. i. art. lij. Nec est textus præsens contra articulum xxix. lib. i. vbi habetur, quòd proprietas in triginta annis & anno & die præscribitur. Loquitur enim ibi de bonis, quæ per successionẽ ex admortuo cedunt: hic verò intelligitur de bonis venditis.

q Dica. posset. Quid si pater meus moriatur, & eodem anno mortis, vel præcedẽti, antehac proprium alienet, me nesciente, an carere illo debeãt? Quidam dicũt quòd sic. Prædecessor enim meus illa varendauit quoad vixerat, nec vlterius varendare tenebatur: vt textus præsens: esset tamen contra articulum lij. lib. i. vbi habetur, quòd sine hæredum consensu proprium alienari non debet. R. sub distinctione, quòd hæres alienationi illi cõtradicere potest, ex eo, quòd de alienatione ignorabat: vel quia ex necessitate contradicere nõ potuit: pecuniam tamen restituere cogitur: quia si proprium eidem restitui deberet, non persoluta vicevers pecunia, efficeretur ditior eũ alterius damno: quod

q Nota passum diligenter.

quod fieri non debet: vt ff. de cõdicti. indebi. l. naturaliter. & l. vlti. & ff. pro emptore. l. qui cũ. & ff. de petitione hæreditatis. l. plane.

Res tamen illa pro qua litigatur &c. Hoc est res illæ, dari liberè debent venditori: in lucrum enim & damnum illa tueri tenetur: vt C. de euictio. l. auctore. & l. si prædiũ. & Insti. de empti. & vẽdi. §. precium.

Quæritur, quod si vnus, vt sic, in possessionem viceuersa restituatur rei illius, an iurare possit, quòd bona illa ipsius sint? r R. quod sic: non enim vendidit bona illa, nisi illa varendare potuisset, & dato, quòd non varendauit adhuc sua manent: vt C. de periculo, & commodo rei venditæ. l. i. & Insti. de actionibus. §. rursus. Illius etenim interest defendere & querulari, cuius damnum vel lucrum imminet: vt Insti. de obligati. quæ ex delict. nascun. §. furti. & Insti. de vi bono. rapto. per totum. & ff. eo. ti. l. ij.

r Alia glossa habent: an rei huiusmodi illius adhuc sint.

Cui autem quid donatum est, non aliud probare poterit, nisi donationem: hoc idem supra habetur, lib. i. art. ij. & Insti. de donatio. §. aliç autem & ff. de donatio. l. Aristo ait. & C. de iure dominij impetrando. l. i. Vel dic, quòd desuper non aliud probare tenetur, nisi donationem: per idque differentiam innuere vult, inter donationem & emptionem. ille enim qui vendit, varendare tenetur, vel restituere pecuniam, si varendare non poterit: hoc is facere non tenetur qui donauit: vt patet ex legibus allegatis. & Insti. de actio. §. rursus. & C. de iure doti. l. euicta. Idq; intelligendum est de donationibus simplicibus. *f*

f Alia glossa addunt: & nõ de illis donationibus, quæ coram iudicio fiunt.

Articu. LXXXIIII.

Qui

LXXXIIII. 501

QVi bona alterius vi olenter aufert seu occupat ante mortem eius, seu sic occupata violenter tenet vsq; in ipsius mortẽ, omne ius perdit, quod habere debuit in bonis illis post decessũ spoliati. Vasallus si interficit dominum suum in vita, honore, & bonis, cum quibus ab ipso fuerit infeudatus, condemnetur. Idem etiã de domino censendum est, si occidit vasallum. [a] Et superior dominus, sic occisi vasalli natos, ad prædictũ dominũ, cum inuestitura dicti feudi, dirigere nõ valebit. Qui occiderit patrẽ, matrẽ, fratrẽ, aut aliũ quemcũq; de cuius morte proprietatis aut feudi successionem expectet, hanc se noscat perdidisse: nisi fortè id ignoranter, vel causa necessariæ defensionis accidisse, prout iuris fuerit, super mortuum comprobetur.

a Textus antiq. ita legũt: & dominus superior non poterit viceversa fratres occisi remittere ad dominum, vt sibi seruitia astringantur.

GLOSSA.

Qui occiderit patrem &c. Immo lex erubescit filios esse castigatores parentum: vt in autẽ. de nup. §. sed quod sancitum.

Hanc se noscat perdidisse, &c. Sic etiam vxor quæ facit occidi virum, perdit dotem: vide ff. de adimen.

dimen. lega. l. penul. & alias causas propter quas quis perdere debet us hæreditarium, vide notatas in c. quinta vallis. de iureiurã. & supra lib. i. art. xvij.

GLOSSA.

Hoc modo etiam filius exhæreditari potest, si bona parentis occupat ipto viuente. vt in consti. imperatoris Alberti habetur. Indignum enim est, quòd is alicui bona relinquere deberet, à quo antehac lęsus est: vt Insti. de donatio. §. sciendum, & C. de reuocã. donati. l. finali.

Vasallus si interficit dominum suum &c. Est tertia constitutio imperatoris Ottonis, propter auaritiam maliciamque nonnullorum sancita. Adeo etenim quorũdam creuerat auaricia, vt cùm eis bona in feudum de futuro promittebantur, vel in expectando fuerũt, mortem illis ministrabant, vt eo citius bona consequi possent. Vnde, etsiquidem omnibus sicarijs pœna statuta sit: vt supra li. ij. art. xiij. & quia excessus & homicidiũ huiusmodi grauius & maius est, quare, de mente iurisconsultorũ, pœna deberet esse grauior: vt Insti. de publi. iudi. §. alia. & ff. de pœnis. l. capitalium. & l. si quis. ff. de priuatis delictis. l. nunquam C. de pœnis. l. cum reis. l. ne quis. l. si vindicari. Leges allegatæ disponunt, quòd pœna esse debet iuxta enormitatem excessus. *b* Alij verò dicunt, quòd ex quo iure Saxonico nulla grauior pœna sancita est, quare nec maior imponi debet. Iudex enim nullã pœnam pro excessu imponere audeat, nisi quæ de iure super excessu descripta habetur: quod si in aliquo dubitatur, magis moderari debet quam exacerbare: vt ff. de pœnis. l. respiciendum. & l. penulti. & ff. de reg. iur. l. semper in obscuris. ff. de re. iudi. l. inter pares, de arbitris. l. diem. ff. de liberis & posthu. l. cùm quidam ff. de exceptione rei iudicatæ. l. si ex testamento. Soluuntur tamen leges allegatæ, vbi dicitur, quod pœna adaugeri non debet, nisi quæ descripta habetur. Minorari tamen etiam non debet, nisi cùm dubitatur: sicut si iudex dubitet inter duas leges, irrogare debet mitiorem pœnam. *c* Tutius etenim est, & melius, quòd vnus ex opinione liber dimittatur, quam quòd ex dubio occidatur: vt ff. de pœnis. l. absentem. Ex quo itaq; de huiusmodi excessibus, occisione videlicet parentum, agnatorũ, & aliorum, quorum bona quis in expectãdo est, tum dominorũ suorum, nulla maior pœna statuta erat. Quare imperator Otto, supplendo defectum iuris nostri præsentem super addidit constitutionem: quòd is vitam amittat, vt præcedentes leges suadent: vt supra li. ij. art. xiij. & C. ad le. Corne. de sicarijs. l. i. ff. eo ti. l. iij. Insti. de pub. iudi. §. itẽ lex Cornelia. Et cùm hoc honorem. & id superaddidit constitutio præsens: & hoc propter periurium eius, quòd circa omagium fecit: vt xxij. q. vlti. c. de forma fidelitatis. Quod autem periuri infames sint, habetur extra de testibus. c. sicut nobis. & c. testimonium ver. præterquam pro reatu periurij, extra. de iureiuran. c. que relam. & iij. q. vij. c. infamis.

c Tutius est vnum ex opinione liberum dimittere. quã ex dubio occidere.

b Concordat supra libr. ij. art. xiij. gloss

Dicere quis posset, quid nocet quòd quis honorem perdat cùm iam vitam amiserit? Rn. quod is etiam perdit honorem quamuis vita sibi condonetur: vt C. ex qui. cau. infa. irroga. l. ad tempus. perdit etiam cùm hoc bona sua, & illa cedũt domino, & non illius homicidæ hæredibus.

Circa id nota regulam in successione bonorum. *d* Si vasallus feudum perdit, propter excessum erga suum dominũ patratum, feudũ illud cedit hæredibus domini, & non

d Regulam successionis bonorum attẽde.

& non hæredibus occisoris. Qui verò perdit feudũ ex causa cõtra alium extraneũ feudũ cedit hæredibus, qui sunt in expectãdo: hoc idem etiam fit in excessu domini respectu vasalli: eandem enim fidelitatem etiam dominus tenetur vasallo: vt in li. feu. qui. mo. feu. amitta. & xxij. q. vlti. de forma fidelitatis. & xcv. dis. ẽsto subiectus extra. de iureiurando. c. peruenit. & xxij. q. vi. c. nihil.

e Ad hanc materiam vide supra lib. i. art. xvij. abũdãtius.

e Qui occiderit patrem, matrẽ &c. Hic colliguntur causæ propter quas puer exhæreditari potest. Prima, si manus iniecerit in parentes. alias verò causas vide supra lib. i. ar. xvij. in glo.

Perdit omnem expectationem &c. Id enim quod aliquis in expectando bona alicuius est, hoc sibi tribuit gratia illius, vel ius, quod ex illo habet: qui ergo interficit illum cuius gratiam vel ius expectat, gratia illius carere debet: vt Insti. de dona. §. sciendum. & C. de reuocan. donati. & in auten. vt liberti. de cetero. §. propter ea. coll. vi. & xx. q. iij. c. constituit. & extra. de donatio. c. propter eius ingratitudinem.

Nisi forte id ignorãter &c. Hoc declaratum habetur supra lib. ij. ar. xiij. & Insti. ad le. Aquili. §. iij: iiij. & ff: eo: ti: lib. iij. & C. ad le: Corne. de sicarijs. l. eum qui.

Articulus LXXXV.

VBi plures verigeldũ, seu aliã coniunctim promiserint pecuniam, a nõ quilibet in totum, sed in virilem condemnetur portionem, nisi forte aliquis in soluendo deficiat sociorum. Si plures pro vno debito ponerentur promissores; & promissio a pluribus recipiatur, satisfacto vni creditori ab omnibus liberatur. Qui pecuniã soluere promittit, & fideiussorẽ ad hoc, quod promissio satisfiat, statuat, soluente principali, fideiussor liberatur, dummodo per eũdem id cõprobetur. Qui autem per seipsum pecuniã soluere pro alio promiserit, ei incumbit probatio factę per se vel ex parte eius per alium solutionis. b

a Textus vetustiores ita legunt: Omnes sunt astricti ꝑ iusticiam ad soluendũ, quãdiu non fit per solutum, non quiuis totum, sed q̃libet, q̃ntum ad se pertinet, & quidiu per iudicium constringi poterit, cui fuerat ꝑmissum, vel huic, qui cum eo stipulatus est, & soluere est constitus. Concordat iure Mu. art. xxxi. glo.

b Iure Mu. art. xxxi.

GLOSSA.

Vbi plures verigeldum &c. Ad materiam istius articuli dicit ius commune: Ex huiusmodi obligationibus & stipulationibus, solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenẽtur. In vtraq; tamen obligatione vna res vertitur, & vel alter debitum accipiẽdo vel alter soluendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat: vt Insti. de duobus reis stipulan. & promit. c Vnde dicit glosa, quòd reus stipulandi dicitur ille, qui rem vel pecuniam aliquam stipulatur, à re non à reatu dictus. Et è conuerso reus promittẽdi dicitur, qui aliquam rem promittit. all. ff. eo. li. i. Item dicit lex communis alibi. Creditor prohiberi non potest exigere debitum, cùm sint duo rei promittendi eiusdem pecuniæ, à quo velit. C. eo. l. i. Et sicut ex beneficio diui Adriani scinditur actio inter plures fideiussores, mandatores, & constitores, quamuis quilibet in solidum obligatur, qui sunt soluendo, & ad litis contestationem præsentes, vt C. de consti. pecu. l. diui

c Reus stipulandi dicitur, à re, non à reatu.

diui Adriani. & Insti. de fideiusso. §. si plures. & sequen. sic & inter plures reos debendi, per beneficium nouæ constitutionis: vt C. de duobus re. stipu. per totum. De his vide plenè per Hostien. in summa de fideiuss. §. quid si beneficium, & tribus. §. sequen. & in Specu. de renunci. §. i. ver. nota. ergo, & multis ver. sequen.

d Nomen fideiussoris est generale.

d Nota autem, quòd illud nomen fideiussor, est ita generale, vt contineat in se mandatorē & constitutorem: & eum qui ex toto in se alienam obligationē transfert: quod & ex promissum vocatur: ff. ad Vell. l. quamuis. §. si mulier. Sed tamē mandator præcedit obligationem, constitutor verò sequitur, & fideiussor præcedit, & sequitur aliquando: vt per Hosti. in sum. de fideiuss. §. quis dicatur.

Promiserint pecuniam &c. Si duo sunt ab aliquo stipulati in solidum, & vni est totum solutum, an alter de iure communi possit petere partem eius quòd solutū est, & an vnus creditor negare possit, quod alteri iam est solutū? Vide in addi. Specu. de obligati. & solu. super rubrica. vers. est & alia. & sequen. per Ioan. Andr.

GLOSSA.

Constitutio præsens est imperatoris Ottonis, Ruffi, magni Ottonis filij, anno septimo imperij sui. Motiuū huius constitutionis fuit, quòd homines quidam, quibus multi fideiussores super solutionē extiterant, à quolibet illorum solutionem aut verigeldum expetere volebant, fundantes opinionē suam in eo, quòd quicunq; quid promiserit, adimplere tenetur: ex quo itaq; quilibet eorum verigeldum promiserat, ergo &c. habebantq; pro se articulum septimū libri primi. & Insti. de obliga. §. obligatio. & Insti. de obliga. ex consensu. §. vlti. & Insti. de fideiussori. §. si plures, & ff. qui iuran. l. finali. Alij dicebāt, quilibet eorum non plus teneretur, nisi partem suam exsoluere, & habebāt pro se. Amen. §. i. coll. vij. de duobus reis promittendi. & ff. eo. ti. l. reos. Hanc verò cōtrouersiam sopire volens imperator Otto, mediam statuit viam: & est, vbi plures manu coniuncta solutionem promiserint, vnus soluere tenetur, & hoc sub distinctione, si socius suus in soluendo nō est. Vel si ad iudicium haberi non possit, sed si ad ius vocari possunt omnes, debet quiuis pro sorte impeti sua, nec vnus ad solutionē totius cogi. Si verò cōtingat, quòd vnus pro omnibus totā summam soluere compellatur, illi dabitur actio contra alios fideiussores, extorquendi sortes illorum: vt in auten. de duobus reis promittendi. §. i. coll. vij. Leges enim in cōtrarium allegatæ sunt iam correctæ: vt insti. de fideiusso. §. si plures, in glo.

Nota, cùm promittitur indistinctè, decem vel viginti, *e* non tenetur soluere nisi illud quod est minus. *f* Et in obscuris sequitur minimum: vt ff. de regu. iur. l. semper in obscuris. & extra eo. tit. c. in obscuris, lib. vi. & ita in simili, quilibet iurisconsultus medium eligere debet in omnibus: vt C. de iudi. l rem non uouam. & Insti. qui ex cau. manumit. nō licet. §. Iuste. & ff. de offici. procon. l. solet.

e Promittēs decem vel viginti soluere, non tenetur nisi illud quod est minus.

f In obscuris sequitur minimum.

Satisfacto vni creditori, &c. Vt sic enim satisfaciens principali, seipsum, & si qui alij pro eo fideiusserunt, tam contra principalem, quàm contra alios qui fideiussoriā & promissum acceptarunt, liberat: vt Insti. de duobus reis stipulandi. §. ex huiusmodi, & ff. de arbi. l. si duo. Sed si solutio in vno defecerit, alij rependere tenentur: vt in auten. de duobus reis pro. §. nouimus. coll. vij. & ff.

& ff. qui. ex cau. ad eun. iudi. catur. l. fi. & C. de fideiuſ. & manda. l. iij. & C. ad ſenatuſcon. Velleia. l. antiquæ.

Dummodo ſolutionem proba re poterit, &c. Huiuſmodi autem probatio fieri debet, cum duobus teſtibus, qui ſolutionem viderunt, & audiuerunt, factaque probatione, fideiuſſores liberantur: vt ſupra declaratum eſt lib. i. art. lxv. & lib. ij. art. vi. & C. de ſolutio. l. ſolutionem. & ff. de negotijs geſtis, l. ſoluendo. & id facere tenetur principalis ipſe, vel alter ex parte illius, qui loco eius ſolutionem fecerat. g Et ex iſto paſſu habetur, quòd æquè valet ſolutio per ſubdelegatum, ſicut per principalem: vt Inſt. qui. mo. toll. obli. §. i. & C. de ſoluti. l. vl.

g Solutio æquè valet per ſubdelegatum ſicut per principalem.

Articulus LXXXVI.

QVi terram ſeu communem agrum ſuorum villanorum, arat, fodit, aut ſepit, incuſatus pro eo coram ſculteto, tres ſolidos mulctæ perſoluet: a qui ſi ibidē, quod iuris eſt, reddere negauerit, & cauſa ad ſuperiorē trahatur iudicem, eidem mulctam dabit, & cum hoc triginta ſolidos villanis emendæ, cum agri reſtitutione. b Sic etiā villa villæ cum triginta ſolidis & damni reſtauratione, ſi, vt iuris eſt, coram circumſedentibus hoc cōqueratur & oſtendatur, emendabit, quòd ſi villani hoc facere noluerint, & corā ſuperiori iudice pro eo accuſentur, ſcultetus eorum cōmunem mulctam pro eis ſuſtinere debet; & ipſi cū triginta ſolidis, & damni reſtauratione ſuis aduerſarijs emendabunt.

a Textus veteſtiores ita legunt: quodſi coram ſculteto reſpondere, aut id quod iuris eſt exſoluere recuſet, cauſa, ad ſuperiorem deuoluta fuerit iudicē, &c.

b Textus alij habent: eodem etiā modo vicinia vicinię, &c.

GLOSSA.

Hic nota quòd ad hoc vt cōmunitas, vniuerſitas, villa, vel ciuitas delinquere dicatur, c requiritur, quòd conueniant maiores ſeu conſiliarij, quocunq; nomine nuncupantur, ſiue iurati ſeu conſules, ſiue præfecti, & habita deliberatione id cōcludatur, in quo maior pars communitatis cōcordat, & quod hoc fiat ab eis congregatim: & vt à corpore, non tanquam à ſingularibus ad id congregatis: vt C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. & ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. ver. de hoc. & facit etiam quòd notatur de ſimo. c. dilectus. & ſecundùm Ioan. Andre. in c. felicis. de pœnis. lib. vi. in nouellis, & dominū Pan. & Ioan. de lig. poſt eū in Cle. ſi quis ſuadente. de pœnis, facit etiā ad hoc ſupra lib. ij. ar. lv. vide pleniùs de hoc in lib. repetitionum. §. ex narratis, in numero xxij. in repetitione. c. omnis, de pœni. & remiſ. ſuper verbo. Omnis in numero, xxvi. & per Bald. in vſibus feudo. titu. qui. mo. feud. amit. in i. ℟. & per Ioan. Andre. in nouel. de pœnis. c. felicis. ſuper verbo. Ciuitas lib. vi.

c Ad hoc q. vniuerſitas, vel ciuitas, delinquere dicatur quæ requiruntur.

GLOSSA.

Conſtitutio præſens eſt Ottonis Ruffi imperatoris. Quidā etenim opinabātur, quòd ille qui alterius bonis ſe intromiſerit, huiuſmodiq;

diq; bona communia sint, quòd vnicuiq; ex cõmunitate mulctam soluere deberet, & respectu vniuscuiusq; emendæ mulctam iudici: vt supra lib. ij. art. xlvi. Alij verò opinabantur, quòd liberari possit cum vna emenda: vt etiam superiùs tactum est, lib. i. art. liij. Vbi enim vnus partem non habet determinatam, non potent etiam pro ea agere: vt feud. c. viij. sancitaq; est constitutio præsens, vt aboleretur auaricia iudicũm, quę in extorquendis mulctis maximè inoleuerat: vt in auten. vt iudi. sine quoquo. suffra. §. cogitatio. circa medium. coll. ij. *d* Auaricia enim est origo omnis mali, & mater peccati: vnde dicitur in textu. Tres solidos mulctæ dabit, facile etenim euenire potest, quòd vnus agrum vicinum, suo agro ex limitibus adiacentem, limites excedẽdo suos, aret aut sepiat: quare & secundùm id ius expressum ac determinatum habetur, ne ratione illius difficultas habeatur. *e* Iudex enim maximè curare debet, ne quid aut duriùs aut remissiùs pro excessibus, quam quod constitutum est fiat: vt ff. de pœnis l. respiciendum. In oppositum istius videtur esse articulus xiij. li. ij. ℞. tamen, quòd ibi loquitur de mulcta in criminalibus causis, hîc verò agitur de emendatione in causis ciuilibus. Præterea contrarium etiam videtur esse supra cod. lib. arti. lxiiij. vbi habetur, quòd sculteto pro nulla alia re tres solidi mulctæ dantur, nisi in causa furti, pro cute & crinibus: ex quo itaq; is nullum furtũ commisit, quare iniustè sibi soluuntur tres solidi. ℞. quòd iste soluit tres solidos, non ratione mulctæ sed ratione emendæ & meliorationis. Præterea, contrarium huius etiam videtur supra lib. i. arti. ij. §. vij. Vbi habetur, quòd scultetus in omnibus legitimis iudicijs iniurias, clamores, &c. inquirere & accusare debet, nec ibidem exprimitur, quòd coram eo accusari debeat quis. *f* ℞. quamuis ibi expressum non sit, tamen nec interdictum habetur ne id fiat, sed illud quod iure non interdicitur, ius admittere videtur: vt C. de testamen. l. sancimus. Vel dic, quòd scultetus huiusmodi inquisitionẽ & scrutinium bene facere potest, propter commodum villanorum: quicquid enim in cõmodum cõmunis vtilitatis statuitur, tenendum est: vt supra li. ij. ar. lv.

d Auaricia est origo omnis mali.

e Iudex maxime curare debet, ne quid aut duriùs, aut remissiùs pro excessibus, quàm quod eõ statutum legibus sit, fiat.

f Quidquid iure nõ interdicitur, illud ius admittere videtur.

Triginta solidos &c. Hoc fit ex eo, quia magnæ impensæ desuper factæ sunt: vt Insti. de pœna. temeliti. §. hæc autem.

Et cum agri restitutione, &c. Quando enim aliquis iniustè in bona alterius se intromittit, emendare sibi cogitur: ante omnia tamen ablatum restituendo. *g* Iniuria enim & furtum nõ dimittitur, nisi prius ablatum restituatur: vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. quòd autem. & xiiij. q. vi. c. si res. extra, de reg. iur. c. peccatum. li. vi. de pœ. dist. i. si peccatum.

g Iniuria vel furtum nõ dimittitur, nisi ablatum restituatur.

Sic etiam villa villæ &c. *h* In similibus etenim simile ius obseruari debet: vt Insti. qui. mod. ius patri. sol. potes. §. pari ratione. ff. de edendo. l. quædam. Insti. quòd cum eo. qui in aliena potesta. est. §. istas. ff. ad le. Aqui. l. istud.

h In similibus, ius simile obseruari debet.

Si vt iuris est ostendatur, &c. Hoc est, cum duobus viris: vt supra libr. ij. art. xi. communẽ mulctam, id est, communem rusticorum mulctam soluit sculteto, tanquam iudici.

Articul. LXXXVII.

SI quis laicus laicũ coram ecclesiastico iudice impetierit in causis ibi de iure non tractandis, [a] & ei

a Vide supra eod. libr. art. xv. gloss.

Jure Munici. art xxviij. & art. ci.

& ei damnum dederit, si is pro eo ciuiliter accusetur, iudici ad mulctã b & damnum passo ad emendam, & ad prioris iudicij indemnitatis obseruationem cõdemnetur. c Idem soluet paganus, si contra aliũ in extraneo vel municipali iudicio egerit, dũ sint vnius villæ vel iurisdictionis incolæ: nisi fortè eidem à iudice vel à parte ius fuerit denegatum. d Ius autẽ iudex denegare dicitur, cùm iudicare nõ vult, aut suos debitos iudiciales terminos non obseruat. Ius etiam reus denegat, quando de ipso fit querela postquam fuerit proscriptus, aut alteri adiudicata debita non persoluit, nec habet vt pro his pignoretur, vel per vadium ad soluendũ astringatur, contra huiusmodi hominẽ licebit actori querulari, vbicunq; eum reperire posset, ipsi autem nullus respondere cogatur.

b De mulctis, vide supra li. 1. art. liij. lib. xlij. art. xli. lib. iij. ar. lxiij. & alijs plerisque locis.

c Textus vetustiores legũt: idẽ soluit vir prouincialis, si contra aliũ sibi parẽ, &c.

d Ius quando denegari dicitur.

GLOSSA.

Constitutio præsens est Friderici de Stupfen imperatoris: motiuũ eius fuit. Quidam enim putabant quòd quiuis passim coram quolibet iudice posset accusari, fundãtes opinionem suam super art. lix. & lxx. lib. i. Alij verò dicebant, quòd quilibet non nisi coram suo iudice respondere tenetur: super art. xxv. li. iij. propositum ponẽtes suum, hæc controuersia limitatur per constitutionem præsentem.

Vnde pro intellectu textus sciendum, quòd iudiciũ duplex est: *e* spirituale, & coram eo spirituales agere debẽt: vt xi. q. i. c. peruenit. & seculare. & coram illo secularibus actio venit: vt xi. q. i. c. te quidem. In contrarium istius sunt certa iura: vt xxvi. q. vlti. c. his quibus. R. tamen, quòd iudicare quidem seculares possunt, in causis tamen ad ecclesiam pertinentibus. Sed si in alijs causis clericus agere vellet cõtra laicum, vt id coram competenti suo iudice faciat necesse est: vt xi. q. i. experientiæ. C. de iurisd. om. iudi. & foro compe. l. iuris ordinem.

e Judicium duplex. concordat Jure Munic. artic. xxviij.

In causis ibi de iure non tractãdis &c. *f* Circa id nota, quòd sunt nonnullæ causæ pro quibus secularis corã spirituali iudice respondere tenetur. Prima est, occasione fidei: vt extra. de senten. & re. iudi. c. ad apostolici. ver de hæresi. lib. vi. Secundò, occasione pacis fractæ, ecclesiasticis vel ecclesiæ: vt extra. de foro competenti. c. cùm sit. & etiam supra lib. art. liij. Tertiò, occasione periurij: vt extra. de iudi. c. nouit. & extra. de foro competenti, c. vlti. Quartò, causæ matrimoniales: vt xxxv. q. vi. c. multorum. Quintò, occasione vsuræ: vt in dicto c. cum sit. de foro competenti.

f Causæ quædam, in quibus secularis coram spirituali iudice respondere tenetur. Concordat Jure Mu. artic. xxviij. glos.

Et ei damnũ dederit &c. *g* Hoc est si in damnum aliquem inducit coram extraneo iudice, pœna eius est, quòd actionem & querelam ammittere cogitur. & istum indemnem reddere: vt hic, & C. ne filius pro patre. in constitutione noua Frederi. l. habita. Is verò qui accusatur, & se iure non defendat

g Ad extraneum ius alicui quem trahẽs, quæ pœna.

fendat, quòd ibi respondere non cogatur, si sententia contra eum processerit, ligat: vt C. de iurisdictio. om. iudi. l. in criminali. & xi. q. i. c. inolita. & c. placuit.

§. S iverò cogatur quis ad respõdendum sententia nulla: vt ff. de iudi. & vbi quis agere debeat. l. ij. Sciendum etiã venit, si actor ante responsionem facti pœnituerit, & causæ renunciauerit, non subibit pœnam istam: vt ff. de inoffici. testa. l. Papinianus. §. meminisse.

Si is pro eo ciuiliter, vel corã iudice prouinciali accusetur, &c. Vt sic etenim, coram iudice prouinciali querulari eũ oportet pro illo, quòd in iudicio spirituali intentatum est. Contrarium tamen istius videtur militare ius cõmune, quòd disponit, vt iudex secularis manutenere debeat sententias spiritualis iudicis: & è contra: vt extra de exceptio. c. cum quidam. lib. vi. *b* Ꝛ. tamen, quòd videlicet vnus iudex alterius sententias manutenere & exequi tenetur, in causis, quæ iudicio pertinent suo. In isto etiam casu actor reo respondere tenetur, nisi causa eius prius discussa fuerit: vt supra eo lib. art. xij.

b Iudex vnus alterius iudicis sententias manutenere debet. quomodo intelligẽdũ.

Nisi fortè ius denegatũ sit, &c. Ius denegare dicitur vni, *i* cùm se ad ius trahi non permittit. Iudex etiam ius denegare intelligitur, cùm iudicare non vult: vt supra lib. ij. art. xiij. *k* vnde circa id cõmunem nota regulam: conueniri per querelam vbique potest, siue clericus siue laicus, & alter quiuis, quem suus iudex ordinarius ad iudicium trahere non potest, & ita vbique actio contra eum intentari poterit: vt xvij. dis. c. nec licuit. & xi. q. i. c. si quis sacerdotum. & in auten. vt cleri. apud propri. conueni. epis. §. i. coll. vi. & in auten. de sanctis. epis. §. si quis. coll. ix.

i Ius denegari quando dicatur. concordat Jure Munic. articu. xxvij.

k Ad extraneum ius quãdo vnus trahi potest. notare regulam.

Articu-

Articul. LXXXVIII.

QVicquid aliquis iudicialiter probare debeat, iudex testimoniũ sub imperij deponere tenetur fidelitate, postea scabini hoc idem facient, negocium sub eadem declarantes fidelitate: cæteri verò ad iudiciũ seu iuri pertinentes sub suo deponent sacramento, *b* Vbi proscriptus sine manuali facto in iudicium deduci tur, & ab actore positio eius postuletur, & si reus se proscriptum non fatea tur, iudex cum sententiarũ repræsentatoribus pro scriptionem ante positionis permissionem debebit comprobare: actor verò tunc nõ iurabit: quia vbi cum iudicio cõprobabit, suo non indigetiuramento. Facta autem positione, actor prius iurare debet, eum facti reum esse, pro quo passus est proscri ptionem: Sic Deus eum adiuuet & sancti eius: deinde iurabunt testes, iura mentum actoris iustum, purum, mundum esse, & immune. Sic etiam actor cum suis testibus pro iniurijs proscriptum, & in manu-

a Concordat Jure Munici. artic. xi.

b Alij textus ita legũt: quando ꝓscriptus in recenti scelere deprehensus iudicio statuitur, & actor petat positionem, reus verò ꝓscriptionem neget, ꝓscriptio in eo casu antelac debet per iudicem & scabinos ꝓbari, nec oportet alterũ super proscriptione iurare. si per iudicem vt dictum est, possit probari.

manuali facto deprehensum, iudicioq; præsentatū & positum iurando superabit. Vbi autem quis testibus probaturus est coram iudicio vel contra iudicium, siue pro bonis, siue pro varenda, deponēs prius intentum suum exprimere debet testibus, & postea iuret. c

c Alij textus habēt: hoc debēt testes in primis sacramento testari, & actor ipse hoc esse verū, postea iurabit.

GLOSSA.

Quicquid aliquis iudicialiter, &c. Intelligē tamen, quòd iudicium bannitum sit, & iudex iudicio præsideat, vt iudex: vt sic enim, testificari, & testimonium dare cum scabinis poterit, aliàs non: vt in auten. vt nulli lic. habe. loci. conser. §. & hoc coll. ix. ff. ad Sena. consul. Trebe. lib. ij. c. senten. rescin. non pos. l. neque.

In manuali facto &c. De hoc vide supra eo. lib. art. xxv. Actor enim id probare tenetur metsepti-mus, si est actio criminalis: vt supra lib. i. art. lxx. vel mettertius, si actio sit ciuilis: vt l. ij. ar. xxxvi. §. penultimo.

Articul. LXXXIX.

QVi alterius gladiū, vestimēta, peluim, a aut quid aliud pro suo simili opinatiuè de balneo seu alio loco abstulerit, b vel de molendino saccum plenum aut vacuum, aut huiusmodi quid deportauerit, & suā rem ibi dimiserit, hoc idemq; non celando tenuerit, suamque rem esse opinatus sit, si innocentiam in eo suam sacramēto affirmet, alter quidem rem suā ciuiliter poterit vindicare: criminaliter autem, si pro huiusmodi accusetur, suo absoluitur sacramento: dummodo ipsam rem se non occultando tenuisse, testibus poterit comprobare, nec etiam tunc de manuali facto poterit incusari.

a Antiqui textus addunt: aut raſorium.

b Textus vetustiores ita legunt: aut saccum de molendino vacuum, aut plenum, sellā aut phi-trum, frenū, calcaria, lectū de plumis cussinum, aut linteamen alterius, vel quicquid aliud huiusmodi simile, ea intentione, & opinione, quod res huiusmodi sua sit, caperit, exportauerit, &c.

GLOSSA.

De balneo, &c. c Scias quòd potest de iure communi balneum ædificari, dum tamē fiat secundùm consuetudinem loci. Vnde dicit lex communis. Et balneum, vt desideras, extruere, & ædificium ei supponere potes, obseruata tamē forma, qua cęteris super balneum ædificare permittitur: id est, vt concameratis super instruas, & ipsum concameres, nec modum vsitatum altitudinis excedas: vt in lib. i. c. de ædi. priua.

c Balneum de communi iure ædificari potest.

GLOSSA.

Si verò illa occultè tenuerit, furtiua res nuncupari possit, & furto inculpari poterit. d Furtū etenim est, voluntaria contrectatio rei alienæ: vt Insti. de obligati. quæ ex delict. nascū. in prin. qui enim non occultando rem inuentā seruat, denunciare eam nō tenetur: vt supra lib. ij. art. xxxvij.

d Furtum 9. ſ.

Articulus XC.

OCcidatur autē quis in campo, & perpetrantes ignorātur, si quis eum cum socijs suorum villanorum ibidem aut in villa tumulauerit, nō delinquet. Occidatur etiam alicuius pater, frater, aut cognatus, quamuis sibi de patratore sceleris constet, eundem licitè, dummodo cum ipso iudicialiter actionem non inceperit, tumulabit: sed si cum eo actio incepta fuerat, ante actionis determinationem sine licentia iudicis nō sepeliatur. Si cadat quis aut vulneretur, vel ita grauiter percutiatur, quod ad villam venire nō valeat, is qui ipsum intulerit, in eiusq; domicilio læsus postmodum moriatur, manet absq; damno: hæredes etiam mortui tenentur hospiti expēsas exsoluere, si res, quæ circa mortuum in morte superfuerint, ad exolutionem nō sufficiat expensarum.

GLOSSA.

Sed si cum eo actio incepta, &c. Licet enim, in causa ciuili, quandocunq; quis voluerit, recedere à lite, per gratiam vel per transactionem, sine licentia iudicis; *a* secus verò vbi actio sit famosa, in quā requiritur auctoritas iudicis, aliàs transigens efficitur infamis: ff. de his qui. notan. infa. l. furti. §. pactis. sicut & impune etiam in criminali ante litem inchoatam sine iudicis licentia potest quis desistere per gratiam: ff. ad Turp l. l. mulier. & l. quæsitum. *b* Post inchoatam verò litem, nō licet sine iudicis autoritate & consensu rei, siue fuerit tormentatus siue non, aliàs per hoc remanet infamatus: vt hîc, & supra lib. i. art. lxij. & li. ij. art. viij. & ix. Et si post litem fiat transactio, tunc secundùm ius cōmune, crimen est publicum, punitur; fideiussor in quantitate promissa, & accusator notatur infamia, & extra ordinem, pro motu iudicis punitur: vt ff. de custo. & exhiben. re. l. iij. & ff. de præuari. l. iij. in fi. & l. si is. Si autem delictum est priuatum, tunc extra ordinem punitur: ff. ad Turpil. l. si quis. in fi. hoc secundùm leges. Sed secundū canones, omne crimen quasi publicum censetur, ita vt per transactionem à lite recedere non liceat. arg. c. i. & fi. de coll. dete. Quid autem sit de iure municipali: dic, vt in dictis art. & supra lib. i. art. lxv. & li. ij. ar. iiij. & lib. iij. art. ix. cum simi.

b Lite contestata, ab actione sine iudicis auctoritate & consensu rei, in actione criminali recedere non licet.

Hæredes etiam mortui tenentur hospiti expēsas exsoluere, &c. Et hoc verum, si vtiliter exposuit: vt enim negotiorū gestor habeat de gestis actionem, requiritur, vt exactissimam diligentiam gerat. Vnde dicit lex imperialis. Sicut autem is, qui vtiliter gessit negotium, obligatum habet dominum negotiorum: ita è conuerso iste tenetur, vt administrationis reddat rationem, quo casu ad exactissimam diligentiam quisq; cōpellitur rationem reddere: nec sufficit talem diligētiem ādhibere, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alter diligentior commodiùs administraturus esset negocium:

a In actione famosa, sine consensu iudicis, ab actione recedere non licet.

cium : vt Insti. de obli. quæ quasi ex contra. nascun. §. sicut: & vide ibi glo. Et cõtraria prohibitio domini tollit actionẽ negotiorum: vt Ç. de nego. gest. l. fi. Et est talis actio personalis C. eo. l. negocijs, quæ tollitur spacio triginta annorum: vt nota. in reg. accessorium. de reg. iur. lib. vi. Et casus fortuitus sine speciali pacto non venit in hac actione: vt in l. negocium. c. de negocijs gestis.

GLOSSA.

c Mortuum sepeliens, opus pium facit.

Si quis tumulauerit non delinquet, &c. *c* Qui enim mortuum tumulauerit, opus misericordiæ facit: Thobiæ i. & ij: impensasq; funebrales eidem resarcire tenẽtur hæredes: vt ff. de sepul. viol. per totum, & hoc, si interfectus tantum bonorum post se reliquerit: si verò nihil bonorũ supersit, hæredes ad solutionem non compellentur: vt extra. de solutio. c. Odardus. *d* Potestq;, vt sic, interfectus in sacro sepeliri loco, & hoc, si excommunicatus non sit, quodque manifestum fuerit, illo anno eum confiteri, & sacrosanctum corpus domini acceptauerit: vt extra. de raptori. c. in literis. & de pœni. & remi. c. omnis vtriusque sexus.

d Interfectus in campo in sacro sepeliri potest, nisi aliquod obstet impedimentũ

Articulus XCI.

COlligat si quis seu susciptat in hospitiũ aliquos, & vnus aliũ occidat vel vulneret, aut aliquam iniuriam fecerit sine hospitis culpa, hospes impunitus manebit. Tum etiam villani, si violatorẽ nequeunt comprehendere, sine culpa manebunt, si hoc suis sacramentis affirmabunt, huiusmodi tamen casus in iudicio sunt referendi. *a* Iudex non potest neq; cum tutore neq; sine tutore aliquem inculpare durius, quã ad suam negationẽ, excepto actore duelli. Nec licet iudici aliquod præceptum aut hospicia seruitiaue, neq; precariam exactionẽ expeditionemq;, aut consuetudinẽ nouam statuere in confinio, aut incolis imponere absq; prouincialium cõmuni cõsensu.

a Textus veteriores ita legunt: Iudex non potest cũ tutore vel absque illo aliquẽ impetere, propter actorem ad duellũ, nec altius quã ad rei excusationem, si ipsam rem secundũ ius suum exhibere psumat. vide ad hanc materiam iure Mun. art. xlviij.

GLOSSA.

Colligat si quis aliquos &c. Vnde dicit canor. Absit, quòd ea quæ propter bonum & licitũ facimus aut habemus, si aliquid per hoc, præter nostram voluntatem, cuiquam mali acciderit nobis imputetur: vt xxiij. q. v. c. de occidendis.

GLOSSA.

Hospes impunitus manebit, &c. Et hoc si sacramento, vt iuris est, se excusabit, quòd sine scitu & mandato factum sit: vt de offici. delega. c. i. & de reg. iur. c. ratũ. lib. vi. Huiusmodi tamen casus in iudicio sunt referendi, seu potius examinandi: vt supra lib i. art. iij.

FINIS TERTII LIBRI.

ARTICVLI SPECVLI SAXONVM,

IN CONCILIO BASILIENSI REPROBATI.

T Quia inter has Speculi Saxonum constitutiones, nõnulli habentur articuli, quos & annotatos inferiùs cõperies de indulgentia diuorum olim Constantini & Caroli imperatorum, Saxonibus, cùm ad fidem conuersi sunt Christianam, propter euitandum maius malum, & vt in fide perseuerarent suscepta, admissi, & ad eorundem preces, pro illo tempore, confirmati: sacra tamen mater ecclesia posthac in Basilienſi Concilio eosdem tanquam erroneos, fidei Christianæ repugnantes, legi diuinæ ac sacris scripturis, naturalique & ciuili iuri contrauenientes, auctoritatemque ecclesiasticam conculcantes, refutauit: iuxta bullam diui olim Gregorij Papæ desuper confectam. Vt ergo iuris Saxonici Maydebur. præfecti & iudices, eiusdemq; studioſi lectores, eò facilius ab his, quæ, vt suprà tactum est, à sacrosancta ecclesia catholica damnata & refutata sunt, eis præcauere possint, articulos huiusmodi erroneos, cum eorundem refutationibus, aggregatim hîc inserere visum est. Sequitur inprimis Bulla diui Gregorij Papæ.

GREGORIVS Seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus &c. Ad reuerentiam Dei, extirpationem errorum, exaltationem catholicæ fidei iusticiæque, & animarũ salutem, quædam execrabilia scripta, leges in Speculo Saxonum contentas, multa examinatione & maturitate in hac parte præhabita, autoritate apostolica reprobamus, damnamus, decernimusq; irrita, inania, & carere omni robore firmitatis, prout continetur in nostris literis inde confectis, quarum tenor talis est. Gregorius, &c. Saluator humani generis, Dominus noster Iesus Christus, cuius licet indignè, vices gerimus in terris, cernens ipsum genus à delicijs paradisi corruisse, & in perpetuæ damnationis descẽdisse profundum, ac sine intermissione descendere, sua ipsi generi ineffabili pietate cõpatiens & miseratione subueniens: vt illud genus suo precioso sanguine redimeret, & secum in cœlestibus collocaret, descendit in mundum misericorditer, homo factus, in eoq; præsentia corporali existens, suam sacratissimam fidem, consilia, & mandata salubria discipulos docuit, quos elegerat, vt ea per illos in terram transfunderet vniuersam. & cuncta humana creatura precioso redẽpta sanguine, fideq; firmata, & salubribus consilijs atq; mandatis instructa, per ipsam fidem & iusticiæ opera ad perpetuæ saluationis gratiam perueniret. Idemq; discipuli plenitudine spiritus sancti recepta, mandata dominica promptis affectibus exequentes, huiusmodi doctrinam cõtinentem fidem, spem, & charitatem, aliaq; virtuosa opera, necnon cõsilia & mandata salubria, bonosq; mores vniuersis populis prædicarunt, documentisq; sanctissimis, per quæ credentibus

tibus & facientibus certa & æterna saluatio peruenit, vniuersam Ecclesiam instruxerunt. Et quia futurorum præscius Deus prouidebat, inter satum purissimum triticum, inuidum hostem seminaturum zizaniã: ac inter sancta, prophana; inter sincera, figmenta: & recta, iniqua: machinatione hostili callidis suis astutijs positurũ, cultores agri sui, videlicet beatũ Petrum apostolorum principem, cui, & suis successoribus, per eundem tradidit plenissimam potestatem, aliorumq; apostolorũ & discipulorum, successoresq; Ecclesiarũ præsules, qui superuacuum euellerent lolium, ne inficeret semen, bonumq; agrum præfatum purgarent assiduè, vt in eo fructus vber & suauis excresceret in suũ horreũ inferendus, ineffabili prouidentia substituendos esse præuidit, vt pro primis sanctis patribus, filij nascerẽtur, futuri spirituales principes per climata orbis terræ. Ideoq; ad nostrum, aliorumque prælatorum ecclesiæ sanctæ Dei spectat officium, & animarum saluti solerti solicitudine intendentes, vt agrum huiusmodi sæpius cùm expedit expurgantes, ac ea quæ nouerimus dictæ saluti contraria, studio pastoralis solicitudinis euellamus, sanè fide digna, & admodum molesta, relatio plurimorum ad nostrum perduxit auditum, quòd in Saxonia, ac nonnullis alijs partibus quædam detestabilia scripta. I. Speculum Saxonum vulgariter appellata, & inferiùs annotata, apud nonnullos tàm nobiles quàm plebeios reperiũtur, quæ iudices & incolæ partium earũdem omissis canonibus, alijsq; scripturis sacris, competentibusq; naturę & ciuilibus legibus ac bonis moribus procul pulsis, à longis citra temporibus obtenuerunt, & obseruant etiam de præsenti, ex quorũ obseruantia Deus offenditur, proximus grauatur, vera iustitia & æquitas rumpitur, canones & leges condemnantur, enormiter rectum iudicium subuertitur, veritas impugnatur, cõtra bonos mores & leges naturæ agitur, dehonestatur honestas, libertas ecclesiastica conculcatur, & quòd deterius est apostolica denegatur potestas, & veritati fidei catholicæ derogatur. Nos igitur de his tanto dolemus magis, quanto exinde illa seruantium ànimæ longioribus temporibus, & strictioribus laqueis alligatæ fuere. Et propterea paternis desiderantes affectibus, tot & tantis periculis obuiare, ne nobis prædicta dissimulantibus sanguis peccantium in prædictis de manibus nostris à domino requiratur. Eadẽ scripta vel I. quæ nos maturè vidimus, & per nonnullos ex fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales ac etiam alios in sacra pagina magistros, ac vtriusq; iuris doctores diligenter examinari fecimus, habita super ea deliberatione matura, tanquam falsa, temeraria, iniqua, iniusta; & in quibusdam partibus eorum hæretica ac schismatica, & contra bonos mores existentia, periculosa nimium animabus de ipsorũ fratrum consilio, auctoritate apostolica, tenore præsentium, reprobamus, damnamus, ac decernimus irrita & inania, & carere omni robore firmitatis; nec non processus & sentẽtias, si quos & quas forsan ipsorum scriptorum, & reprobatarũ legum prætextu, & fieri, & ferri contingat, in posterũ penitus non valere. Vniuersis igitur Christi fidelibus, per apostolica scripta mãdamus, quatenus ipsis scriptis siue legibus reprobatis de cetero non vtantur: & domini terrarum tàm ecclesiastici quàm sæculares suos vti non permittant subditos. Alioquin contrarium præsumentes, cuiuscumque præeminentiæ, dignitatis, status, condicionis existant,

xitant, etiam si pontificali, imperiali, regali, vel alia qualibet præfulgeant dignitate, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Et vt reprobatio, dedignatio, & mandata nostra huiusmodi tàm salubria effectum debitũ irrefragabiliter consequantur, vniuersos & singulos principes ac dominos temporales tàm ecclesiasticos quàm sæculares, per præsentes requirimus & rogamus, vt per eorum constitutiones & statuta, perpetuè ordinẽt ac mandent, sub grauibus temporalibus pœnis, quòd nullus eorũ subditorum deinceps vtatur reprobatis scriptis, seu legibus memoratis, ipsasque pœnas in contrafacientes taliter exequantur, ꝙ eorum scriptorum seu legum detestanda iniquitas, de terris eorũ totaliter extirpetur. Tenor autem siue effectus scriptorum seu legũ huiusmodi est: vt infrà sequitur.

PRIMVS articulus.

Lib. i. art. vi. §. vt. *Papa seu Apostolicus, decretalem seu ius condere minimè potest, in præiudicium iuris Saxonici, ciuilis, seu feudalis.*

Secundus.

Lib. i. artic. ij. §. ij. *Heres non tenetur respondere de furto vel spolio, per illum, cui in hæreditate succedit, patrato. Istud erroneum est, saltem in foro conscientiæ.*

Tertius.

L. i. ar. xviiij. §. ij. *Quidquid Saxo quantumcunq; notorium sit extra iudicium fecerit, si sacramentaliter negare voluerit, hoc eidem facere licet, conuincibili probatione aliqua non obstante, nec contra illum aliquod valebit testimonium.*

Quartus.

Lib. i. artic. xviij. *Nulla sententia in terra Saxonie coram imperio, tàm vera & iusta, promulgari potest, si eam Saxo increpare voluerit, deferens manui suæ dextræ, multitudini q; maiori, & si septenus alios septem debellauerit, maior pars vincentium sententiam obtinebit.*

Quintus.

Quicunq; cognouerit violenter mulierem aliquam, si postea in matrimonium eandem superducat, prolem legitimam ex ea nunquam procreare poterit. *Lib. i. art. xxxvij.*

Sextus.

Vxorem alicuius manifestè adulterans, vel viuente eius marito publicè eãdem cognoscens, si post mariti mortẽ eandem in vxorem ducat, prolem ex ea nunquam legitimam habebit. *Lib. i. artic. xxxvij.*

Septimus.

Qui iuris beneficia per furtum aut spolium perdiderit, dennoq; furta vel spolia comisisse dicatur, ipse iuramento se excusare non poterit, sed vel ferrum candens manibus portabit, vel in aquam bullientem brachium vsque ad cubitum immittet, vel contra pugilem proprio corpore decertet. *Lib. i. artic. xxix. §. i.*

Octauus.

Sine hæredum consensu & legitimo termino iudiciali, nulli seruum alienare licet à proprietate, alias hæredes ipsius repetere ea poterunt, ac si donator mortuus fuisset. *Li. i. ar. lij. §. i.*

Nonus.

Quicunque vir succinctus gladio clypeum tenẽs, non poterit de ligno vel lapide vluam ad altitudinem habẽtem super dextrarium ascendere, is non poterit cedere, dimittere, donare, aut infeudare bona sua, ita quòd hæredibus eius id nocere posset. Isti duo articuli erronei sunt inquantum eleemosinas, testamenta, & alia pia opera despiciunt. *Li. i. ar. lij. §. iij.*

Decimus.

Quilibet homo duellum sibi in generatione deteriori, sed non deterior meliori, denegare poterit. *Lib. i. art. lxij. circa mediũ.*

Vndecimus.

Interfectus in furto seu spolio, si consanguineus interfectẽ se præbeat pro eo ad duellum, talis per duellum omne repellit testimonium, nec tunc talis mortuus sine duello conuinci poterit. *Li. i. ar. lxiij.*

Duodecimus.

Sententiam inuentam si Saxo reprobauerit, deferens eam manui suæ dextræ, & multitudini maiori consentientiũ, ipse pugnabit septenus cum sibi similibus aduersus totidem, & vincentes sententiam obtinebunt. *Lib. i. art. xij. circa mediũ.*

Quin- Trede-

Tredecimus.

Lib. iij. artic. lvij. §. i. *Imperator à tempore consecrationis ab Apostolico aut alio non nisi in tribus casibus excommunicari potest, qui sunt, hæresis, si refutat vxorem legitimam, aut ecclesias destruat:*

Quartusdecimus.

Lib iiij. lxiij. §. penul. *Excommunicatio neminem in suo iure tam territ. quam feudali debilitat, nisi eam regalis sequatur proscriptio:*

Bullæ Apostolicæ conclusio.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrę reprobationis, damnationis, constitutionis, mãdati, voluntatis ac requisitionis, infringere, vel ausu temerario contraire. Si qnis. &c. Datum. &c. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus reprobationem, damnationem, constitutiõnúque huiusmodi, totumque tenorem præsentium in singulis vestris Cathedralibus & collegiatis, ac alijs ecclesijs locorum insignium vestrarum ciuitatum ac diœcesis, infrà missarum solennia existentibus populis ad diuina, per vos vel alium, seu alios, sæpè & solenniter publicetis ac exponatis eisdē populis in vulgari, & mandetis ea sub pœnis in ipsis contentis inuiolabiliter obseruare, ipsas literas in libris constitutionũ vestrarum curiarum regestrari faciatis fideliter, & de publicatione huiusmodi cum sermone totius tenoris earũdem literarum publica confici instrumenta, quæ in signum completi mandati nostri ad cameram transmittatis nostram. Et quia propter viarum distantiam, & alia impedimenta legitima, literæ præsentes singulis forsan præsentari commodè non possunt, volumus quòd per te frater Archiepiscope, earundem literarum transumptum manuscriptum, publicęque tuo munitum sigillo nostris fratribus suffraganeis transmittatur. Cui quidem transsumpto acsi ipsis literis originalibus plenã fidem adhiberi volumus.

ARTICVLI IVRIS SAXONICI,

EX TYPO DOCTORIS Bucksdorff. sub hac quæ sequitur forma collecti, & per eundē supposita correctione sanctæ matris Ecclesiæ Romanæ ac aliorũ quorum interest iuxta intẽtionem legũ & canonẽ erronei declarati.

Primus.

Papa seu apostolicus nullam decretalem seu sui cõdere potest, in præiudicium iuris ciuilis seu feudalis. *Lib. i. art. iij. §. vltimo.*

Secundus.

Mulier cum luxuria sui corporis sui suum, sed nec hæreditatem perdit. *Lib. i. art. v. circa mediũ.*

Tertius.

Furta, spolia, lusoria perdita, hæres soluere non tenetur. *Lib. i. art. vi.*

Quartus.

Hæres debita illius cui succedit soluere non cogitur, nisi de quibus hæredibus fuerat ampliata. si ei per septuaginta duorum bannitorum testimonium fuerint comprobata. *Lib. i. art. vi. §. iij.*

Quintus.

Saxones ius Suenicæ in odium fœmina rum ab imperatore Carolo consecuti sunt, ita quòd mulieribus hæreditas denegetur. *Lib. i. artic. xviij. §. i.*

Sextus.

Quicquid Saxo extra iudicium fecerit, si sacramentaliter negare voluerit, & hoc eidem facere licet probatione conuincibili non obstante. *Lib. i art. xv. & xvij. §. ij.*

Septimus.

Nulla in terra Saxonia coram imperio sententia tam vera & iusta promulgari potest, si eam Saxo increpare voluerit, deferens manum suæ dextræ multitudinique maiori. & si septenus alios septem debellauerit, maior pars vincentium sententiam obtinebit. *Lib. i. artic. xviij. §. iij.*

Octauus

Lib.i ar.xxv. §.i. *Nulli monacho debetur hereditas.*

Nonus.

Lib.i.ar.xxv. *Si adultus monachetur, vel religionẽ intrauerit, posthac verò infra probationis annum exiuerit, tribus feudi, & ciuilibus eſt omnino alienus.*

Decimus.

Lib. i. articu. xxxvij. *Quicunque cognouit violẽter aliquam mulierem, & postea eandem in vxorem superducat, nunquam prolem legitimam ex ea procreare poterit.*

Vndecimus.

Lib. i. articu. xxxvi. *Si quis publicè cognouerit vxorem alienius, viuente eius marito, post mortẽque mariti eandem in vxorem accipiat, nunquam ex ea legitimam prolem generabit.*

Duodecimus.

Lib.i articu. xxxvii. §. vltimo. *Illegitimam legitimos non posse acquirere liberos.*

Tredecimus.

Lib.i. articu. xxxix. *Qui iuris sui beneficia furto aut spolio perdiderit, & denuo spolia vel furta comisisse dicatur, iuramento excusare se minime poterit, sed vel ferrum candens in manu gestabit, vel in aquam bullientem brachium vsque ad cubitum mittet, vel in area contra certantem proprio corpore sese defendet.*

Quartusdecimus.

Li.i.ar.lij.§.i. *Sine consensu haredum & legitimo iudiciali termino, nulli seruum aut proprietatem alienare licet.*

Quindecimus.

Lib. i. art. lij. §. iij. *Quicunque vir gladio succinctus, clypeum gestans, si super dextrarium de trunco vel lapide altitudinem vnius vlnæ habente ascendere nõ poterit, talis bona sua dimittere, alienare, donare seu in feudare, in damnum haredum minime poterit.*

Sedecimus.

Lib.i. ar.lxiij. circa mediũ. *Quilibet homo potest duellum sibi in generatione deteriori, sed non deterior meliori denegare.*

Decimusseptimus.

Lib.i.ar.lxiij. circa finem. *Duellariter agere volentes, ante iudicem accedere debent preparati & iurare, actor videlicet, quòd illa accusatio vera sit, & reus quòd innocens sit, vt sic eos Deus adiuuet, in eorum duello.*

Deci-

Decimusoctauus.

Interfectus in furto uel spolio si consanguineus interfecti, eundem duello excusare voluerit, omne dirimit testimoniũ, interfectusque si proscriptus non sit sine duello non condemnetur. *Li.i.ar.lxiiij.*

Decimusnonus.

Si duo in iudicio proponant sentẽtias contrarias, quicunq; maiorem sequelam habuerit ille, sententiam obtinebit. *Lib.ij. art.xij. circa mediũ.*

Vigesimus.

Clericum arma deferentem, & vt iuris est non tonsuratum percutiens, non aliam nisi vt laico emendam præstabit. *L.iii.ar.ij.§.i.*

Vigesimus primus.

Imperator à tempore consecrationis ab apostolico & ab aliis non nisi in tribus excommunicari potest casibus, hoc est, occasione hæresis, si legitimam repudianerit vxorem, vel ecclesias destruat, sacrilegusq; sit. *Lib. ij. artic. lvij. §.i.*

Vigesimus secundus.

Excommunicatio neminem debilitat, nec cõditionem eius in iure ciuili vel feudali deteriorem facit, si imperij proscriptio excommunicationẽ non subsequatur. *Lib. ij. artic. lxij. §. pennl.*

IMPROBATIO ARTICVLORVM

EX TYPO, VT SVPRA, Doctoris Buckſdorff, collectorum.

PRIMVS Articulus.

Legi repugnat diuina, vbi conceditur Papæ seu apostolico, quòd quicquid correxerit in ecclesia Dei correctum censeri debeat: Luca x. Ioan. xxi. cùm dixit. Pasce oues meas: Christianum populum ostendes. Ex his itaque liquet, quòd Papa potest iura Saxonum corrigere præsertim vbi legi contraria sunt diuina. Præterea sacerdos in Iudaismo hanc habuit autoritatem, multo fortiùs eandem in Christianismo habebit. Item, imperator leges suas subiecit correctioni Papæ, ergo &c. Insuper articulus ille repugnat Ecclesiasticæ libertati, quare eum tenentes ipso facto sunt excommunicati, in c. nouit. de iudi.

iuxta

iuxta illud Mathei xvi. Quodcunq; ligaueris super terram &c. Item articulus iste in forma condemnatur, in constitutione Caroli quarti, vbi eum tenentes infames declarat.

Secundus articulus.

Refragatur per c. plerunq; de donati. inter vir. & vxo. hoc idem probatur. c. ex parte. in glo. de consuetu.

Tertius articulus.

Repugnat iuri canonico. c. vlt. de sepul. & c. in literis. de rapto. facit ad id regula. Qui sentit commodum sentiat & damnum &c. ergo respondere debet.

Quartus articulus.

Repugnat humanæ societati. In contractibus etenim nõ possunt haberi tot testes, & per consequens nullus alteri concederet, vel mutuaret aliquid. Repugnat etiam legi diuinæ vbi dicitur: In ore duorum vel trium &c. & aliis iuribus, quæ numerum non requirunt.

Quintus articulus.

Erroneus est: vt videlicet propter odiũ, quòd inuerit omne iudicium, & propter peccatum parentum mulieres hæreditate priuari debeant: per hunc enim modum propter primi parentis peccatum omnes exhæreditari deberemus. Idem hic esset, quòd propter odium mulierum Saxones ius Sueuorum obtinuerunt, cùm mulieres hæreditate priuentur. Oppositum enim istius decreuit dominus. Numeri. xxvij. scisscitanti Mosi de hæreditate filiarum Salphaat, decernendo quòd eis debeatur hæreditas. Item statutum hoc assimilatur legi Voconia, qua etiam vnam filiam quis instituere poterat: vt Augustinus lib. ij. de ciuitate Dei. c. xxij. qua nihil iniquius.

Sextus articulus.

Repugnat legi diuinæ Deuter. xvij. per Mosen promulgatæ, & Euan. Math. xvij. vbi dicitur in ore duorum vel trium stet omne verbum: quòd exponitur. c. licet. extra. de testi. & non paucorum. Vnde canon dicit: Nec Euange. nec vlla lex vnius testimonio quenquam iustificat vel condemnat: Et Papa. c. ad nostram, extra. de proba. reprobat Regem Daciæ &c. Et ibidem Iohan. Bn. allegat. Hostiens. in nouella dicentem. Quòd Saxones habent talem legem, quòd. fur abiurat furtum dextra, sinistra illud tenentem &c. Et dicunt se habere talem legem à Carolo sicut legem de sponsalibus: vt Hostien. c. i. extra. de sponsa. Item, de iudiciis determinatur, quòd hoc sit mandatum domini: vt in ore duorum &c. Videãt ergo hoc statutum tenentes, quòd dicitur in Euan. Marci vlti. scilicet. Qui non crediderit, condemnabitur, præsertim cum illi legem iniquam tenent euange. repugnantem. Ad hoc respondet frater Rudolfus Block Doctor Parisiensis. Quòd hæc lex in ore duorum &c. possit intelligi de diuinis personis patre, filio, & spiritusancto. Cui respondeo, quòd in proposito ista. l. sic exponi non possit. sed ad literam, vt patet in veteri & nouo testamento, sic enim exponit illud ius. can. vbique. extra. de testi. in plerisq; locis. & in c. cùm esses. extra. de testa. Quare dico quòd est manendum in expositione prima legis. Item, hoc statutum repugnat rationi. quòd plus credatur reo soli quam pluribus testibus idoneis, quia præsumendum est, quod reus plus inordinate seipsum diligit, vt vitam tueatur quam quòd testes ipsum occiderint, & iniuste eum condemnare cupiãt. Cùm ergo, sicut determinatur de consecra. c. vlti. transgressio iuris naturalis periculum animæ inducit, per aliquam cõsuetudinem, quæ potius corruptella esset dicenda, & tanto grauiora sunt peccata quanto &c. Ex hoc statuto probaliter dicitur, in Saxonia, quòd quilibet Saxo tenere potest furtum in manu sinistra de quo se purgat dextra. Item, hoc statutum repugnat duobus præceptis charitatis: quibus pendet vniuersa lex. Math. xxij. Quia per hoc fur admittitur scienter ad periurium contra Deum & in proximi damnum. Item, iuri naturali, locupletaretur scienter cum damno alterius, &c.

Septimus articulus.

Erroneus est: daretur enim sententia conformis euangelio & rationi, postea verò sententia huiusmodi poneretur in dubium purgationis vulgaris, & triumpharetur contra talem sententiam, & per consequens obtineretur citra euangelium & fidem, fortioresq; opprimere possent debiliores, quòd fieri non debet, ergo. &c.

Octauus articulus.

Reprobatur per ius can. c. cùm ad monasterium. de sta. mona. Et item, l. i. ar. v. admittitur & conceditur mulieri fornicanti, vel adulteranti, & quæ se dedit

 serui-

seruituti malorum, quòd succedere in hereditatem posset. Is verò articulus religiosos priuat portione hereditatis, ex eo: quoniam se obsequio Dei manciparunt.

Nonus articulus.

Contrariatur canonibus, vbi dicitur. Quòd ingressus monasterium, beneficium non perdit. c. beneficium. de regula. li. vi. ergo minus feudum, in quo habet proprietatem. Item, talis non censetur monachus, cùm habitus non faciat monachum sed professio. Archi. in Rosa. xix. q. iij. c. vlti. Vbi de hoc.

Decimus articulus.

Aliter sapit de sacramento matrimonij, quam ecclesia sancta determinat. c. ad id. de sponsa &c. accedens. de rapto. & xxi. q. ij. c. iij. Ex legitimo enim matrimonio proles legitima procreari potest: ergo. &c.

Vndecimus articulus.

Etiam aliter sapit quam ecclesia determinauit: vt extra. de eo qui dux. in matr. quam polu. per totum.

Duodecimus articulus.

Falsus est, & repugnat sacramẽto matrimonij, cùm tale non sit impedimentum legitimæ prolis, secundum dispositionem ecclesiasticã, qui de hoc habet decernere.

Tredecimus articulus.

Erroneus est: quia decreuit fieri purgationem vulgarem in qua tẽtatur Deus. Vnde Math. x. & Luca eodem dicitur: Non tentabis Dominum Deum tuũ &c. Sed purgatio ista non aliud est quam inquisitio secreti contra naturam, scilicet quòd ferrum ignitum non ladat. Item, si iusticia debitè requireretur per vulgarem purgationem, scilicet quando quis ferro ignito vel similibus non laderetur, sequeretur quòd non fuisset Dei filius quẽ Iudæi volebant experiri, verum Dei filius esset, iubẽtes eum de cruce defendere, quòd non fecit. Similiter sanctus Laurentius iustè fuisset condemnatus, quoniam ignis eum consumpsit, &c. Ex his patet quòd ista purgatio repugnat legi.

Quartusdecimꝰ articulus.

Reprobatur: supponendo, quòd bona parentum sufficerent pro legatione, statu filiorum deducto. Tunc arguo secundùm Aug. de doct. Christi. ibi videas.

Quindecimus articulus.

Repugnat Euan. Math. xxv. cùm Dominus instituit quòd opera misericordiæ fiant, eõdemnans non facientẽ morte æterna: non distinguendo inter sanum & agrotum, nec inter tempus sanitatis & ægritudinis. Item, si statutũ ciuitatis diceret, quòd nullus ager deberet aliquet debitum suis creditoribus soluere, certum est, quod præiudicaret creditoribus: ergo si teneamur Deo soluere, fit præiudicium per illud Deo. Item, si confessor ex lege Dei quam sibi imponit, dicit ægroto, quod aliquid misericordiæ gratia faciet, &c. sed illud fieri contra interitum animæ nõ posset.

Item, istud statutum contrariatur toti. extra. de testa. Ponitur ergo casus, quòd aliquis leget in infirmitate certa, certis legatariis, qui post mortem petunt episcopum, vt hæredes cogat soluere legatum. tunc diceret, quòd non teneatur per istud statutum: & Papa non potest contra statuere: vt patet in articulo iii. ergo & multominus episcopus. sic in illo casu hæredes agerent in testamento contra determinationem ecclesiæ, cuius est de testamentis iudicare. Debet tamen istud legatum fieri sine exhæredatione vel omnium bonorũ priuatione hæredum: vt xviii q. ii. c. vlt.

Sedecimus articulus.

De duello reprobatus est per leg. canonicas & imperiales: vt de purgat. vulgar. per totum. Nec obstat, quòd crimen læsæ maiestatis, dicitur crimen perduellionis: quia tantum est quantum crimen hostile: vt l. quos nos hostes. de verb. signif. Item, reprobatur c. Henricus. de cle. pug. indu. Vide Ioan. fratrem ordin. predicatorum. in summa confessorum. lib. 2. tit. 3. Item, inter duellantes, vel vterque dubitat, veram habeat iusticiam vel non? si primũ, cum in rebus dubijs securior pars est eligenda, potius cauendum esset duellum, quàm scienter committere crimen homicidij: si verò certus est, quòd iusticiam habeat, & sic duellans cum alio consentit in mortale peccatum. Idem argumentũ fit de iudicibus, aduocatis, cõsentientibus in duellum. Nec obstat pugna Dauid & Goliæ, quia Dauid pro Repub. coactus duellauit, & ad hoc diuinam reuelationem habuit. sed quod alicui conceditur per priuilegium, nõ est trahendum

in

in commune. Diceres, licitè quis pugnat pro iustitia, quod accidit in duello præsertim cùm iustitiam debemus vitæ præponere, secundum illud quod dicitur. Fiat iustitia & pereat mundus. Dico, quod hoc sic intelligitur, quod potiùs debeamus vitam quam iustitiam amittere, sed sic, faciendo, nunquam contingeret duellum, cùm duellum legi repugnat & iustitiæ: nec aliquis posset iustitiam amittere propter hoc, quod nollet duellare: nec etiam sicut autumant, duellare nolens perderet honorem: cùm nullus honorem perdere potest quin perdat iustitiam, sed duellando perditur iustitia, & per consequens honor, quoniam contra æquam legem infideliter agit. Vide doct. de cle. pug. &c.

Decimus septimus articulus.

Reprobatur: quia pro lege peccatum constituitur, eo quod scienter exigatur, immo exigitur periurium, cùm impossibile sit vtrumque verum posse iurare.

Decim⁹ octau⁹ articulus.

Erroneus est: scilicet, quod plus credatur purgationi duellari &c. Per c. significantibus. extra. de purga. vulga. Item, casu dato, qui communiter accidere potest, quod consanguinei mortui multo fortiores essent, per istum articulum daretur occasio fortioribus debiles opprimẽdi, quod iuri naturali repugnat.

Decimus non⁹ articulus.

Repugnat legi diuinæ, dicenti. Non sequaris turbam ad faciendum malum, nec acquiescas in iudicio multorum, nec à veritate declines: sed hoc fieret, si contra pauperem communitas consurgeret. Item, si sic, tunc Christus iustè fuisset crucifixus: quia maior populi pars clamauit: Crucifige, quia mortẽ meruit. Item, reprobatur per c. ad nostram. extra. de proba. vbi Io. An. & Hostien.

Vigesimus articulus.

Reprobatur, præsertim dummodo percutiens cognoscat, talem esse clericum. c. si vero. de senten. excom.

Vigesimus primus articulus.

Patet falsus. Papa enim quemlibet Christianum per cẽsuram ecclesiasticam coercere potest indistinctè: vt extra de iudiciis. ergo &c. Insuper repugnat ecclesiasticæ libertati dupliciter. Primo, quia tenentes illum sæpe induxerunt imperatores ad rebellandum: & aliàs coercet libertatẽ iurisdictionis & gladij spiritualis.

Vigesimus secundus articulus.

Apparet esse falsus: quia sicut apostolus scribit 1. ad Corinth. v. Corinthium dicit Apostolus in interitũ carnis &c. vbi doctores & glossa dicunt, quod excommunicatio infirmitatẽ carnis inducit. Item, probatur per c. decernimus. li. vi. de senten. excom. Item articulus reprobatur etiam per Carolum iiii.

Ad hæc omnia respondet reuerendus pater meus & doctor frater Rudolfus nostræ religionis & venerabilis vniuersitatis Parisien. sacræ theologiæ professor, nationis Saxonum, quòd licitè hæc statuta obseruari debent: quia Carolus ea Saxonibus cùm ad fidem conuersi sunt Christianam, vt eis vteretur, ad euitandum maius malum fieri admisit. Sicut Moysi permisit quòd iudæi darent libellum repudij ne suas interficerent vxores, & quod in deserto vero Deo pecora sacrificarent, ne ad idola declinarẽt: vt Ioan. Chrisost. super Matth. xix. c. & subditur quod Moyses dimidium malum permisit, ne totum perdat bonum: ita in proposito, ergo &c. Oppositum tamen istius sentiendum est: nam magister Rudolfus prænotatus, concedit quod in his statutis malum fieri permissum sit. Sed apertissimũ est, quòd euangelium sub æterna damnationis pœna, nobis Christianis sit prædicatum, & quantũ ad præcepta moralia sit indispensabile, quibus repugnant ista statuta, sicut superius ostensum est. Item, tria statuta ex prædictis obtenta fuerunt contra voluntatem Caroli: vt lib. 1. art. xviii. habetur. Item, non videtur simile de permissione Moysi, cum ista statuta repugnẽt iuri diuino, sicut periuria, homicidia & huiusmodi, bene credo, quod Carolus & Papa fecerunt in hac parte, quod potuerunt. Nec habet hæc regula locũ, scilicet quod inter duo mala minus est admittendum, quando vtrumq; repugnat legi morali, aliàs licitè quis fornicaretur non eõmittendo adulterium: vt patet per beatum Thomam ii. parte. q. lxxxvii. vbi dicitur, quod morale præceptum est indispensa-

ſpenſabile, vt eſt non occides, cuius oppoſitū decernitur in duello, cum aliis ſimilibus, quæ articuli prænotati fieri admittunt. Ex præguſtatis & aliis adducendis patet prænotatos articulos eſſe reprobatos nec cum ſalute animæ tenendos, quare ſecundùm eoſdē miſericorditer cuilibet iudici ſententiam promulgare licet.

FINIS.

PROMPTVARIVM IVRIS PROVINCIALIS SAXONICI,

QVOD SPECVLVM SAXONVM vocatur, tùm & Municipalis Maydeburgensis, summa diligentia recollectum, & ad communem editum vtilitatem.

Adiuncta præterea habentur ex lib. feud. certa loca, ad communem modernorum in iure ciuili vsum, magis vtiliora.



SAMOSCI
Anno Domini M. DCI.
Cum gratia & Priuilegio S. R. maiestatis.

M835

14835



CLARISSIMIS VRBIS CRACOVIENSIS Senatoribus, Nicolaus Iaskerus, bonarum artium ac Philosophiæ cultor, earundem Magnific. à secretis, sui ipsius obsequentissimam commendationem.



Præclara diuini illius Platonis in eo, quẽ de Repub. scripsit libro, Senatores optimi, habetur sententia, fœlicem ac verè beatam fore ciuitatem, quæ à prudentibus gubernatur, à probisq; & sapientibus administratur: tantisper enim fœlix & tranquilla efficitur Respub. donec prudentes extiterint, qui magistratus gerunt Tales constat esse ciues & populares, quales bi fuerint, qui gubernando & regendo eisdem præsunt: exemplo etenim, vt plurimum, viuitur præfectorum. Magnus Orator ac summa apud Romanos auctoritate philosophus habitus Cicero, cùm de Repub. scriberet, Platonis sententiam secutus, tradidit nihil esse illi principi Deo, qui omnem regit mundũ, quod quidem in terris esset acceptiùs, quàm concilia cœtusq; hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Sed quid est iure sociata ciuium multitudo? nisi quæ optimi magistratus gubernaculis subiacet? quæ legum religioni conformatur? institutis regitur? moribus ac virtutis disciplina constituta est? vnitate coniuncta indissolubiliter viuit? omni prorsus vacat odio? denique iustitiæ laude continetur? Maximi procul dubio ¬viri apud priscos extitere, ac iure habiti sunt, & appellati sapientes, qui vrbes condere excogitârunt & cæperunt, dispersosque montibus & syluis homines, ac passim belluarum more vagantes, ad societatem vitæ conuocârunt. Non minori profecto laude digni sunt earundem ciuitatum rectores administratoresque, quorum industria populi & ciuitatis salus asseruatur, hominum mutua conciliatio & societas retinetur, omnis boni incrementum Respub. accipit, quorum ¬virtute, opera, prudentia, & auctoritate illa geruntur, quæ à totius mundi principe & rectore Deo imperata, quæque sanctissimis legibus sancita ac constituta sunt. Vt tamen boni ac sapientis administratoris ciuitatum rectores nomen sortiantur, multa eos prospicere oportet, multa animaduertere & prouidere. Omnium primum vt Diuini nominis maiestas summa ¬veneratione & amplissimis prosequatur honoribus, atq; id, quod Deus ipse vel faciendum, vel fugiendum instituerit, custodiatur. Proximum huic iustitia proponitur, ¬vt omni studio ac totis ¬viribus

ribus tractetur, quæ reddens vnicuique quod suum est, vna præ ceteris in Reipub. administratione maximè dominatur. In cunctis ciuitatum ac populorum gubernaculis, cum Græcorum legislatores præstantissimi, Solon, Ligurgus, & Plato, tum & Tullius noster, iustitiam inprimis vigere debere in politica sua tradiderunt institutione, qua si homines caruerint, intereat omnis humana societas necesse est. Summa itaque diligentia adniti debent, vt iustitia præ omnibus fulgeat & claresçat, nec eam omittere audeant, caussa amoris, gratiæ, odij, munerum, non meretricio more venales habeant manus Rerumpub. præfecti: Munus etenim etiam fortissimorũ obcæcat mentes: Adhibentes præterea concordiam atque vnanimitatem, quod est vel maximum ciuilis societatis vinculum, ciuitatisque salutem, securitatem & conseruationem procurat. Amicam enim & prudentem esse ciuitatem oportet, nihil siquidem perniciosius ciuitati est diuisione ipsa, nihil vtilius ac melius vnione. Virtus animorum vnita fortior ast seipsa dispersa. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur Salustij testimonio. Exempla præ foribus mille. Vnde in ciuitate voluptatis & doloris communio ciuitatem ipsam vnit, quando videlicet magistratus & in communi ciues omnes maximè ex earundem rerum accessu vel decessu, augmento vel decremento, fortunio vel infortunio pariter gaudent ac dolent. Et quemadmodum ex male cruciato membro aliæ corporis partes compatiuntur, vel cum bene euenit gestiunt, sic & illi omne superueniens bonum vel malum in solidum & peræquum ipsis adscribunt, horum verò diuersitas dissoluit eandem, quando videlicet eiusdem ciuitatis incolæ & ex bijs qui in ciuitate contingunt casibus alij vehementer dolent, alij lætantur plurimum. Ad omnem verò ætatem & ordinem Reipub. fidus superintendere debet administrator: infantiam seu puerorum educationem procurando: adolescentiam ignis libidine flagrantem refrænando, virilem mitigando furorem, senum quoque auaritiam moderando: Sed vel maximè pueritia & adolescentia custodienda est. Pueritiam dico, non enim parum refert infantem sic vel sic assuescere, difficilimeque ea dediscimus quibus à pueritia imbuti sumus. Natum siquidem tenaces sumus eorum quæ rudibus percipimus annis, vt Quintili. primo Oratoriæ institutionis habet. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Leonides Alexandri magni pædagogus, vt à Babilonio Diogene traditur, quibusdam eum vicijs imbuent, quæ robustum quoque & maximum Regem ab illa puerili institutione sunt prosequuta. Nec ipse Aristoteles summus eius ætatis philosophus, Alexandro

posthac magister ascitus eundem ab bijs reducere potuit. Detestandi itaque veniunt nonnulli liberorum suorum obliti, impij patres, qui multo maiorem curam & diligentiam impensasque uberiores in dirigendis alendisque equis, administrandisque & procurandis bonis eorum faciunt, quam in suscipienda opera educationis filiorum suorum, qui & hæredes illorum futuri sunt, nomen eorum perbenne portantes & repræsentantes, bonorum omnium successores, qui vel illorum quæ vel ex auaritia congregata sunt, ex mala educatione dissipatores, vel paucæ relictæ substantiæ ex optima institutione adauctores, qui consilijs vrbes regere, legibus fundare, iudicijs emendare expectantur, adolescentiam, vt memini, compescendo. Adolescens siquidem, vt Plato septimo de legibus habet, est omni bestia intractabilior, omni fera indomita seuior: nam cùm prudentiæ fontem nondum habuerit, insidiosissimus est acerrimusque & petulantissimus omnium bestiarum, custodeque remoto:

——— Cereus in vicium flecti, monitoribus asper:
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris:
Sublimis cupidusque & amata relinquere pernix.

Ideò institutis quasi frænis compescendus est. Nam si cùm natura felici rectam quoque disciplinam fuerit assequutus mansuetissimus inter viuentia euadere solet. Si verò non satis aut non benè fuerit educatus, ferocissimum omnium quæ in terris nascuntur animal redditur. Sed & ciuitatum præfecti duo Platonis præcepta in memoria habeant: vnum, vt vtilitatem ciuium sic tueantur, quòd quicquid agant ad eam referant, omnia consilia, verba, opera, ad reipublicæ decus augmentum & communem applicent vtilitatem, denique salutem patriæ, non modo externis rebus, sed vitæ quoque anteponant & sanguini, commodorum obliti suorum. Nam & iustissimè ciuitas ordinata traditur in qua quisque proprios nescit affectus. Alterum vt totum corpus Reipublicæ sic procurent, ne dum partem aliquam tueantur, reliquas desernnt. Vt enim tutela, sic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non ad ipsorum quibus commissa gerenda est. Qui verò parti ciuium consulunt, vel maiorem in eos declarant affectum, partem verò negligunt, quin imò eosdem spernunt, perniciosissimam rem in ciuitatem inducunt seditionem atque discordiam, quæ procul vt diximus à republ. esse debent: in interitum enim hæc perducunt ciuitatem, sed vel firmissimam sæpe labefactant Rempub. Omni etiam auaritia, im, odio, seu inimicitia administratores vacuos esse oportet. Auaritiæ inquam: nam ipsa est mater omnis erroris & malitiæ, nec vllum iustitiæ in illo corde inuenitur vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Ira: sæpius etenim

iræ excandescentia impedit animum ne possit noscere verum. Odio tàm erga subditos, quàm inter semetipsos. Qui enim inter se odio laborant, magis studeant alter alterius interpellare facta quàm præclarum quicquam edere, & seipsos magis insectantur quàm hostes. Non patiatur iacturam aut damnum iudicantium dissensiones odia & hostilitiam expetens, propter iudicantium dissensiones odia & hostilitates, foris & ante ianuam inimicitias ac simultates relinquant iudiciorum præfecti, & recti ac iusti iudicij vestem induant causas iudicaturi. Quinimò, hijs non admissis, vel si irrepserint explosis & reiectis inuicem diligant sese, concordiam ament, vnitatem spiritus consectentur, amicam amplectantur pacem, quæ bonorum omnium cumulum præstat, quæ totius humani generis salutem conciliat & procurat. Saluator noster non aliud magis in extremo nobis relinquit testamento nisi pacem, nisi dilectionem, inquiens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Necessaria item quædam sequuntur, vt in se habeat ciuitatum præfectus: videlicet, Modestiam: sed vel maximè in animi passionibus, æquum & affabilem sese reddens, neue quid iræ effundat, propensum ostendens animum. Nihil enim laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia. Et item prudentia & fortitudine abundare eum oportet. Nullam etenim generi humano requiem fieri posse legislatores credebant nisi in idem ciuilis potentia sapientiaque concurrat. Prudentia inquam, non enim verus iudex, vt Plato de legibus disserit, ea quæ iudicio determinanda sunt discere debet, non ab alijs interrogare quid eum loqui oporteat et quasi stupefactus tam clamore multorum quam ignorantia sua sic vel sic ferre sententiam. Fortitudinis autem, quia nec etiam si per se ipsum intelligit, debet propter ignauiam & fortitudinem ex eodem ore quo iudicaturus deos inuocauit, desidiosè iniquum promulgare iudicium. Non eum deterreat ius expetentiũ, excellentia personarũ: non amicum respiciat, non inimicum despiciat, non consanguineum, non socerum, non affinem, non charum ac fidum coniunctumq; socium, non peregrinum, non aduenam, non gentilem, vel patriæ vnius, verùm ex æquo id quod ius dictauerit promulgando, nec optare vt iuxta voluntatem illius omnia proteruè fiant, quodsi pro voto non cesserit, excandescere & furere illum contingat: non enim affectare debemus, vt voluntatem nostram cuncta sequantur, vel ad nutum omnia cedant; sed vt prudentiam voluntas cum modestia imitetur, prudentia etenim cæterorum dux est; sed & eorum quæ in senatu habita & tractata sunt, fidus custos secretissimusq; obseruator, in scrinio cordis illa recondens

ac se-

ac sepeliens, nec labijs admittens suis, quæ eum posthac pœniteat: exemplo adnixus Xenocratus, qui interrogatus, cur linguam suam vltra solitum cohiberet? respondisse fertur: quia dixisse me aliquando pœnituit, tacuisse nunquam: vnde & multa audienda, pauca verò loquenda natura ipsa docet, os hominibus vnum et aures duas formando. In his præterea, quæ pro bono Reipublicæ promulgata sunt, constantia obseruetur necesse est: non quod nunc placet, posthac displiceat: non quod hodie iustitiæ loco pronunciatur, cras pro iniustitia reijciatur, ne appareat in ipso redargutionis nota, in simili casu diuersas & easdem contrarias pronunciando sententias: non in gratiam vnius vel alterius à recto discedat: status enim ciuitatum rectumq; iudicium alicuius artis aut personæ gratia, violari aut immutari minimè debet. viij. distinct. quæ contra mores. Maiestas item & auctoritas obseruetur in decretis & constitutionibus, vt firma, stabilia, ac perenne duratura sint: populares, vt id quàm diligentissimè custodiant, cogendo: ridiculi siquidem est & leuitatis, constitutiones promulgare, nisi illæ in executionem deducantur: frustra leges condere, nisi sint qui illas manuteneant et exequantur. Nihil prodesse de rebus iustis, iudicia aut sententias, princeps Philosophorum Aristotelis 6. Politicorum disceptat, nisi essent qui eas custodirent, executioni mandarent: si id deerit, communio inter se ciuium permanere non potest: difficilia forsan hæc aliquibus videntur, verùm rectoribus ciuitatum maximè necessaria; nec enim ciuitatum administrator circa facilia versatur. Vnde & Xenophon in Oecono. Rempub. administrare, & alijs scire imperare difficillimum fore dicit: sed quantò difficillius, tantò præclariùs, tantò Deo acceptiùs, magisq; meritorium. Omnibus quippe in ea conseruauerint, adiuuerint, auxerintue, certum esse in cœlo definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur, Romanæ eloquētiæ princeps Cicero libro sexto de Repub. expressè concludit. Sed vel omnium maximum ciuitatum administratores ac rectores sacratissimas custodiant leges ac iura eorum Municipalia, patriosque mores, eas manibus sempertractent suis, oculis diligenter intuēatur memoriæq; tradant, leges inquam tanquam Reipub. plurimum necessarias, & eandem conseruantes. Demostenes Græcorum disertissimus, leges animam esse ciuitatis dicebat: vt enim corpus anima ipsa viuit, anima verò priuatum, cadit & stare non potest, sic & ciuitas legibus conseruatur, his verò deficientibus, corruit; nihil tàm ad Dei cultum, quàm ad benè beatè ac ciuiliter viuendum fieri et excogitari potest, quod non in profundissimis legū ac Municipalium iurium codicibus contineatur, quod non exactè enucleatur, examussimq; decidatur. Ad omem ætatem, statum, or-

dinem, vitæ positæ, nihil indeterminatum, nihil indecisum, nihil imperfectum in eis relinquitur, non aliud præseferunt constitutiones sanctissimæ nisi virtutem. Non enim ad aliud legislator prospectum habet, nisi ad virtutes amplissimas: non aliud suadet nisi iustitiam: non nisi id quod bonum & æquum est cohortatur: tunc siquidem iustitiam colimus, cùm boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum pœnarum metu, verum præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes. Commendatur potentissimus Alexander Macedo, quod assiduè etiam noctu postquam euigilaret in lecto decumbens, egregios Homeri libros manibus suis tractare solitus sit, illorum lectione oblectatus. Sed quid fabulæ Poèticæ cum sacratissimis commune habent legibus: quæ comparatio lucis ad tenebras? Cur non maiori tractentur affectu, cur non auidius legantur leges ipsæ, cur iura municipalia patriæque institutiones menti non imprimantur, quæ Reipublicæ ciuitatis statum & conseruationem complectuntur: quæ ab omnibus sciri debent, nec quenquam, maxime vero ciuitatis præfectos & rectores excusare poterit eorum ignorantia, nec vituperare eas quisquam audet, nec quærere vtrum bonæ vel malæ sint, nec disceptare de ipsis quod sic vel sic sancitæ sint, sed iudicare secundum ipsas oportet. Naturæ & suipsius prorsus obliti videntur, qui sacratissimas constitutiones patriasque leges vel mores tantopere auersantur. Sapientissimus poeta fingit Vlyssem optare vt vel fumum de patrijs exorientem focis videre liceat. Nonnulli vero leges posthabere & contemnere videntur, ornamentum patriæ pulcherrimum: quarum beneficio ipsi & aluntur & conseruantur, vt ne naturæ quidem plus quam bijs debeamus. Non postremis profecto extollenda laudibus venit, Senatores Magnifici, vrbis huius inclytæ Cucouien. conditio, præcipuis siquidem quæ ad statum Reipublicæ fœlicem, eiusque conseruationem maxime competant antehac semper & nunc dotata est virtutibus ciuitas ipsa, erga Deum religione flagranti, ad conseruationem ciuium prouisione sufficienti, amplissimis præterea abundans legibus, condonata immunitatibus, adaucta libertatibus, & item vigilantissimis prouisa rectoribus, prudentissimo ornata magistratu. Tanta siquidem ex antiquo in huius vrbis præfectis abundabat semper erga Deum religio, officij stupenda Maiestas, iustitiæ professio, animorum constantia, inter ipsos amica pax & concordia, in alios æqua beneuolentia & pietas innata, ac denique omnium virtutum copia, vt vel nulla vicina vrbs religione, iustitiæ administratione, ac recta omnium gubernatione

eidem

eidem æquari potuit: intantum, quod multi tam huius Regni militaris ordinis proceres, & alterius ſtatus homines: tùm & exterarum nationum nobiliores infiniti, proprio relicto ſolo, dulci poſthabita patria, natiuis omiſſis delicijs, eorundem adminuti prudentiam, æquitatis & iuſtitiæ cernentes excellentiam, ipſorum ſuperioritati (quod quidem mirum eſt) vltro ſeſe ſubiciebant; ciueſque effectiimperio eorum officioſiſſimè parebant. Sed & æuo noſtro, vt alias omittam virtutes, Clariſſimi viri, tanta in vobis reſplendet intellectus acrimonia, ingenij ſagacitas, tanta prudentiæ & induſtriæ adminutio, quod à Sereniſſimis Regni huius Principibus & Regibus nonnulli è Collegio veſtro ad publicas Regni totius & quidem ſummas euecti ſunt præfecturas, eorum administrationi & fidei officia concreduntur magnifica & pergrandia. Tanta inſuper abundat in vobis legum notitia, iurium municipalium, conſtitutionumque patriarum peritia: in vtroque genere deliberatiuo videlicet & iudiciario prompta & ſubtilis adinuentio, vt nedum ad dirigenda ciuilia negotia, Sacra Maieſtas Regia vos præficere, verum & difficillimas inter ſubditos ſuæ Maieſtatis emergentes cauſſas iuris prudentiæ confidens veſtræ, cognitioni & deciſioni committere dignatur. Ac alijs item diuerſi ſtatus hominibus in extremis ambiguiſque cauſſis, ad vos tanquam ad ſummum prudentiæ recurritur fontem, ex eiſdem in eorum dubijs & controuerſijs quaſi ex ipſo iuris ſcrinio ſententiam ſpectantes, legum & Iuris peritiam apud vos reconditam certo habentes. Cupiens & ego ex animoque affectans, Ornatiſſimi viri, notitiam legum, & iurium municipalium ac conſtitutionum in omni Repub. maximè oportunam alijs quoque non eſſe alienam, verum vt in communi omnes ad exemplar præſtantiarum V. iuris illius quam peritiſſimi euadant, arduis quotidianiſque officij mei licet occupatus laboribus & curis, ius prouinciale Saxonicum, tum & Municipale Maydeburgen. quo potiſſimum & hæc vrbs, ceteræque Regni ciuitates vtuntur pro virili clarius redens nuper in lucem edideram. Sed & in præſens varias eaſque præcipuas ac vtiliores in codicibus illis hinc inde ſparſas ſententias, & quæ promiſcuè nulloque habito ordine illic continentur, in iſtud fideliſſimè congeſſi volumen, materiarum titulos adoptando proprios: ex re id fieri putans, vt & M. V. eodem ceu indice & promptuario quodam vti poſſint, legumque & municipalium iurium latiſſimos ac profundiſſimos locos, antehac vobis haud incognitos, & quibus abundatis affluentiſſimè, eo inſpecto, facile in memoriam adducere. Illi vero qui alijs occupati negotijs, & quibus iuris lectio in

vſu non

vſu non eſt, ſummatim aggregata & recollecta viſa & cognita materia, non omnino cæcutientes & ignari iuris reputentur ciuilis: Sed & opus ſub titulo Magnificentiarum veſtrarum typis calcographicis excudendum curaui, quod quidem licet ob ſui vtilitatem merito omnibus commendatum eſſe debere ſperem, in ſpem tamen vocor minimè dubiam, illi plus gratiæ & commendationis acceſſurum, quod ſub nomine & titulo M. V. prodierit in publicum. Obnixius rogans vt lucubrationes & labores boſce meos grato accipiant animo, me commendatum habeat. Cracouiæ 15. Menſis Maij. Anno 1535.

PROMPTVARIVM IVRIS PROVINCIALIS SAXONICI,

QVOD SPECVLVM SAXONVM vocatur, tum & Municipalis Maydeburgensis, summa diligentia recollectum, & ad communem editum vtilitatem.

Adiuncta præterea habentur ex lib. feud. certa loca, ad communem modernorum in iure ciuili vsum, magis vtiliora.

Abbas.

ABBates & Episcopi, secundum obtinent militarem clypeum, & sunt principes spirituales: Spec. Sax. lib. 1. art. 3. Iure munic. arti 8. glo.

Abbates & Episcopi, nobilitatem habent acquisitam, non innatam: Spe. Sax. lib. 1. artic. 3. Iure munic. art. 8. ibidem habetur, quòd nobilitas innata principalior est acquisita. glos.

Abbates, Abbatissæ, qui feudo vtuntur saculari, primò feudum à rege, tandem curam spiritualem accipere debent: Spec. Sax. lib 3. art. 50.

Abbas seu Episcopus sex inseptimanis nõ electus, electio cedit regi: Spec. Sax. lib. 3 artic. 59. gloss.

Abbates, Plebani, Guardiani, res ecclesiæ alienare non possunt, nisi pro redẽptione captiuorũ. Iure mun ar. 140. glo.

Abbas. vide infra in dictione Monachus ad hanc materiam plura.

Absens.

Absentia, quinque genera: Spe. Saxo. lib. 1. art. 60. glo. feud. c. 38.

Absens ad omnes actus & querelas citari debet, alias sententia non ligat: Spec. Saxo. lib. 2. arti. 24. lib 1. art. 70. Iure muni. art. 64. & 139 glo.

Absens. Contra absentem sentẽtia non ligat, nisi ter citatus non compareat: Spe. Saxo. lib. 3. art. 5 glo.

Actio.

Actio prius cepta iudicialiter, accusari & prosequi non debet coram iudicio Comitis seu Burgrabij: Spe. Sax. li. 1. art. 2.

Actio omnis siue in rem siue in personam, spacio triginta annorum tollitur: Spe. Saxo. lib. 1. art. 29. glo. & hoc intellige de actionibus perpetuis: secus enim est de temporalibus. quæ minori spacio excludunntur. vt ibidem in glosa limitatur.

Actio. In actione personali non requiritur possessio sed quasi possessio: ibidem art. 29 glo.

Actionem cedens potẽtiori, perdit causam Spec. Saxo. lib 1. art. 49 glo.

Actione nintentare potest mutilatus, & corpore vitiatus, excepto duello: quia vt sic per agnatum aget: Spec. Sax. lib 1. artic. 48.

Actionem ceptam non prosequens mulctam soluit: lib. 1. art. 55.

Actiones omnimodas, & pacem fractã, iudex vbique locorũ in sua iurisdictione, cognoscere potest, nisi sit actio super proprio: Spec. Saxo. lib. 1. art. 59.

Actionem suam prosequi volentes, secundum leges & ius commune, iurare coguntur, quòd iudici, nec alteri cuiquam, (excepto tamẽ aduocato seu serendario) quicquam dederunt, nec dare volunt actionem suam meliorem reddere volen. lib. 1. art. 60. glo.

Actiones duæ in iudicio propositæ, est

in iudicis arbitrio audire quam vult. nisi vnus probet prioritatem in actione: Spec. Saxo. lib. 1. art 61.

Actionem in iudicio incœptam, nullus intentare compellitur: Spe. Saxo. lib. 1. art 62. iur. munic. artic 47. glo. fallit hoc si vnus alium diffamat: quia vt sic, iudex sibi terminum præfigere debet, vbi eum agere oportet: vt ibidem in annotatis habetur. & lib. 3. art 90 glo.

Actionem iniuriarum clamore iudiciario inchoatam prosequi vnus cogitur: ibidem. lib. 1. art 62.

Actio. Ad quam actionem vnus cogi potest & ad quam non, vide distinctionem super hoc ibidem art. 62 lib. 3. vide & Iure munic. art. 47.

Actione intentata, actor & reus, tribus vicibus interloquantur: quousque per præconem ad iudicium adducentur: lib. 1. artic 62.

Actionem incipiens, & eum parte cõponens, an ad prosequendum eandem per iudicẽ cogi poterit: ibi. lib. 1. ar 62 glos

Actionem intẽtans, quã desistere vult, tria vitanda, vt non incurrat in pœnam iudicis: ibid Spe. Sax. lib. 1. art. 62 glo.

Actiones similes eodem iure deciduntur: lib. 1 art. 65 glos lib. 2 art 12. glo. & art. 15. glos. lib 3. art. 86. gloss.

Actionem iniuriarum passim exhibere promittens, & id facere nequit, vertendo absistitur, nec per id iuri derogat suo: lib. 1. art. 65.

Actio ciuilis & item criminalis quid sit, & vnde dicatur: Spec Sax. lib. 1. artic. 67. & 71. lib 3. art. 9 Iure munic. art. 16. 17. & item 72. & 95. in gloss.

Actio. In actione ciuili terminus habetur ad proximum sequens iudicium: in criminali verò adhuc quindenas: Spec. Sax. lib. 1. art. 67. gloss.

Actio. In actione criminali tria considerandа: ibidem gloss.

Actio iniuriarum quid sit: Spe. Sax. lib. 1. art. 68. & Iure mun art. 89 glos. Feud. c. 23 gloss.

Actio iniuriarum, dicitur etiam actio mixta: ibidem lib. 1. art. 68. glos. Iure munic art 89 gloss.

Actio. In actione iniuriarum quandoque ciuiliter, quandoque criminaliter procedi potest: ibidem gloss. Iure muni. art 89. glos.

Actio iniuriarũ ex triplici causa diuersimode instituitur: ibidem lib. 1. art. 68. Spec. Sax. glossa.

Actio criminalis ciuiliter agi potest: ibidem lib. 1. ar. 68. glos. lib. 3. art. 9 glo.

Actio. Contra absentẽ pro debito, quomodo procedendum. Spe. Sax. li 1 art. 70.

Actio iniuriarum cum clamore, cum adhuc pernoctata non sit, proponenda est: ibidem. & Iure munic art. 36.

Actio non pernoctata in instanti indicanda: pernoctata verò si sit, ad quindenam terminus assignatur, vel ad fideiussoriam accusatus datur: Spe. Sax. lib. 1. art. 70. gloss.

Actio iniuriarum septem testibus probãda est: ibi. lib art. 70 Iure mu ar 91.

Actione iniuriarum victus proscribitur: ibidem lib. 1. art. 70. & lib. 2 art. 45. Spec. Sax.

Actio iniuriarum, in absentia iudicis præconi est declaranda, & tandem iudex veniens, eundem proscribit, nec erit causa pernoctata: ibid. lib r. 1 art. 70.

Actio. In actione proposita quomodo actor persistere debet, & qu. modo procedere contra aduersarium, vt nanciscatur possessionem: Spec. Sax. lib. 1. ar 70 glo.

Actio si coram iudicio Comitis intentetur, Comesque terminum negligat, illũ solum dentaxat actor perdit: sed si plures in actione iniuriarum per eum terminum negligantur, actionem de nouo incipere necessarium est: lib 2 art. 2.

Actio. Agatur sæpe extra præsentẽ super proprietate. quia non habet terminum præfixum, eidem proximi iudicii terminus assignetur: Spec. Sax lib. 2 art. 2.

Actio proposita contra aliquem, & iudex non venerit, secundo citandus est reus, & querulentur contra eum: vtilitas tamen illius est, quòd non præscribitur actio: ibidem glossa

Actio. In actione qualibet extra duellum, oportet vnum in continenti fateri, vel negare: Spec. Sax. lib. 2. art. 3. quomodo autem id verum sit, vide gloss. ibid. tum & circa art. 8 lib. 3. expositionem clariorem inuenies.

Actionem coram iudicio intentans, vbi & varenda præstatur, si alter superueniens causam eandem proponat, & illo prior ipsum amouere non potest, cum cum dimidia recompensa causam dimittere oportet, vel tarere manu dextra: libr 2. artic. 15.

Actio iniuriarum contra aliquem proposita, fideiussoriam statuere non oportet, si tantum proprium habet, quantum vtigel-

geldus suus sit: Spec. Sax. libr. 2. art 5. Jure munic. art. 27.

Actio. Agens actione iniuriarum contra absentem, & postea in præsentia non prosequens, demeretur mulctam & emẽdam, actorque absoluitur à caussa: Spec. Sax. lib 2. art. 8.

Actionem prosequens, licet reus absolnatur, nullum sustinet damnum: ibidem.

Actionem inchoãs, & tandem in præsentia non prosequens, cadit ab actione, quomodo intelligi debet: ibidem glossa.

Actio captiui sententialiter in crastinum dilata, iudex eundem ad cautionẽ præstare debet, nisi sit factum manifestũ: Spec. Sax. lib. 2. art. 9.

Actio pro morte patris, vel alterius cõsanguinei occisi, competit masculis & nõ fœminæ: lib. 2. art. 16. glo.

Actiones prænales ex maleficiis, in hæredem rei non cõpetere, certissima regula est: lib. 2. art. 17. glos.

Actio. Agere contra iudicem volens, in probatione, testimonio iudicis non indigebit: lib. 2. art. 22.

Actio quæ non extenditur nisi ad mulctam & pœnam simplicem, iudex cũ duobus sententiam inuenire solitus, probabit eandem: ibidem lib. 2. art. 22.

Actio si vlterius se extendat, quid ad probandum necesse sit: ibidem lib. 2. articulo 22.

Actionem omnem cum testibus propositam, sequitur semper emenda & mulcta: ibidem glossa.

Actio criminalis semper ciuiliter institui potest: Spec. Sax. lib. 2. artic. 27. glos. & lib. 3. art. 9.

Actio manualis facti triplex: Specu. Sax. lib. 2 art 35. glo. Jure mun. art. 95.

Actio occasione damni, ciuiliter & criminaliter institui potest, & quæ pœna exinde: Spec. Sax. lib. 2. art. 38. glo.

Actionem intentare potest vnus etiam pro vno nummo: Spe. Sax. lib. 2. ar. 39. glo.

Actione intentata, iudex, actor, reus, quid præcogitare debent: feu. c. 68. vide circa art. 41. lib. 2. Spe. Sax. hoc idem.

Actio contra iudicem quomodo formari debet: Spec. Sax lib. 2. art. 22.

Actio intentari potest etiam pro minima re: Spec. Sax. lib. 2. art. 39. & quomodo id intelligatur: vide etiam libr. 3. art. 47. glos.

Actio intentata in iudicio contra præsentem, si effugerit, res actori adiudicatur, & ille ex contumacia conuincitur: Spec Sax. lib 2. art. 45. & Jur manicip. art. 92.

Actio iniuriarum in præsentia proposita in iudicio contra aliquem, si effugerit, proscribitur: ibidem art. 45. & supra lib. 1. art. 70.

Actio. Agere quis volens super diuidũdo, vel occasione finium regundorum, necesse vt priùs agat super possessorio: Spec. Sax. lib 2. art. 50. & Jure mun. art. 127.

Actio finium regundorum, non longi temporis, sed triginta annis præscribit: Spec. Sax. lib. 2. art. 50.

Actio an contra hæredem institui possit pro rebus eorum prædecessori accommodatis, oppignoratis, concreditis, quæ interim amittuntur: lib. 2. art. 60. glos.

Actio. Cuilibet agere competit, qui non est in regio vel iudicii banno: Spec. Sax. lib. 2. art. 63.

Actio. Agẽs vel accusans cũ clamore, vbi manuale factum non est, incidit in pœnam talionis: Spec. Sax. lib. 2. art. 64.

Actio. Agẽs non criminaliter, nihil demeretur: Spec. Sax. lib. 2. art 64. & supra lib. 1. art. 62.

Actio. Agere in rẽ cautiùs est, quàm in personam: Spec. Sax. lib. 3. art. 6. gl.

Actiones omnes post conteſtatam litẽ, ad hæredes transeunt, quare eos respondere oportet, & iudicatum soluere, ante litem verò conteſtatiũ minimè, nisi quãtum ad eos peruenit successores: lib. 3. ar. 10. gl.

Actionem intentans contra aliquem, si ille vicissim contra te agere vellet, tu respondere non cogeris, nisi tua actio finiatur: Spec. Sax. lib. 3. art. 12.

Actiones iniuriarum à multis contra vnum propositæ, respondere alius non tenetur, nisi à primo sit per iudicium absolutus: ibidem.

Actiones iniuriarum à multis contra vnum propositæ, & in alium diem trãslatæ, non nisi pro vno cautionem præstabit verigeldo: ibidem.

Actio iniuriarum si contra absentem proponatur, & terminus præfigatur, si actor eundem interim alibi reperit, licitè eundem arrestabit ad præstandum cautionem de parendo iuri: Spec. Sax. lib. 3. art. 13. Jure mun. art. 41.

Actio iniuriarum cùm sit, varenda primò postuletur: Spec. Sax. lib. 3. arti. 14. & Jure munic. art. 41.

Actio. Ab actione nullus propelli potest,

nisi per eum, contra quem actio intentatur: Spec. Sax. lib. 3. art. 16.

Actio. In actione vbi duo vnam rem petunt simile testimonio, quo modo procedatur: vide Spec. Sax. lib. 3. art. 21.

Actio. Vbi duo impetunt vnam rem simile testimonio, vterque est actor & respondens: ibid. glos.

Actiones sunt duplices, perpetuæ seu peremptoriæ, & temporales seu dilatoriæ: & quomodo agentibus nocent: Spec. Sax. lib 3. art. 22. glo.

Actio. In criminalibus actionibus cautissimè procedendum, & non nisi præcedentibus probationibus sufficientibus vnus condemnari debet: lib. 3. art. 24. glos.

Actio occasione hereditatis intētata, si actio interuenit natiuitatis, ista prius tanquam præiudicialis est terminanda: Spec. Sax. lib. 3. art. 28. glos.

Actionem intentans alicui, quòd sit illegitimus ortu, aut officio testibus probare necesse est: lib. 3. art. 28.

Actionem intentans alteri, quòd ius suum furto aut spolio perdidisset, iudice & septem testibus probare necesse est: ibidem lib. 3. art. 28.

Actio criminalis ex morte alicuius, efficitur ciuilis: Spec. Sax. lib. 3. ar. 31. gl.

Actio iniuriarū si non proponitur in anni spacio, deseritur: ibidem in fin. glo.

Actionem hæredes intentare non possunt pro contumelia parenti illata, si ipse adhuc viuit, & querelari potest: lib. 3. artic. 31. glo.

Actio in iudicio acta, si interuenit actio super seruitute, ista posterior prius est terminanda: Spec. Sax. lib. 3. art. 31. gl.

Actio seu quæstio ingenuitatis si cui moueatur: eandem probare seu defendere non est necesse, si est in possessione, nisi onus probandi ne spontè assumat. li. 3. ar. 32. gl.

Actio criminalis in iudicio acta si prorogatur, & pax stipuletur, quæ si fracta sit, prius debet per iusticiam sine duello emendari: Spec. Sax. lib. 3. art. 6.

Actione proposita, si respondere nō vult, pro secundo & tertio, admonitus si actio sit ciuilis, extunc in actione superatur: si criminalis, extunc actor factum in cōmuncendo ea sex testibus indigebit: Spec. Sax. lib. 3. art. 39.

Actio si sit in vitam vel sanitatem, nullus condemnari potest, nisi recognoscat vel conuincatur: ibidem glo.

Actionem intentans secundum vnum modum, vt pote criminaliter non potest agere secundum alium modum vt pote ciuiliter: & econtra: Spec. Saxo. libr. 3. artic. 43.

Actio iniuriarum quid sit: Jure mun. art 17. & 89. Spe. Sax: lib 1. art 67.

Actio. In actione ciuili vnicuique à lite recedere licet sine licentia iudicis, secus verò si actio sit famosa: ibi enim requiritur consensus iudicis, alias transiens reddetur infamis: lib. 3. art. 90. glos.

Actio contra iudicē iusticiam non facientem quomodo instituī debet, & quis eum iudicat: Jure mun. art. 18.

Actio. In actione extra manuale factum quomodo proceditur, & quòd fideiussoria statuere necesse est, alias iudex eum detinebit: Jure munic. art. 27.

Actiones iniuriarum pro quatuor excessibus fiunt: Jure munic. art. 38. glossa.

Actione iniuriarum vulnera liuida, tumida, cum clamore querulari debent: ibidem glos.

Actiones pernoctatas iniuriarū nullus inuicat, nisi Burgrabius: Jure mu. ar. 39.

Actio ex consensu à iudicio ad concordandum data, non potest tam innouari: Jure mun. art. 51. Spec. Sax. li. 1. ar. 8.

Actionem coram iudice & Scabinis habens, donando, vel resignando, aut locando, solidum soluet, quem Scabini pro memoriali accipiūt: Ju. mun. art 73. & 105.

Actio mannalis facti pro furto quæ sit: Jure mun. art. 92.

Actio iniuriarum morte illius, contra quem instituitur, finem habet: Jure munic. artic. 99. & Spec. Sax. lib. 3. ar. 10.

Actio iniuriarum quæ tendit in vitā & honorem, ille respondebit, qui bona percipit: ibidem art. 119. & Spec. Sax. lib. 3. artic. 10.

Actio. De actionibus iniuriarum vide infra super titulo iniuria.

Actio quo pacto potissimū instituī debet pro anibus, feris, bestiis: vide infra Jure mun. art. 122. glo.

Actionem inchoans, nec iudici, nec Scabinis quidquam dabit: Jure municip. articulo 136.

Actionem intentans alicui etiam iniustè, & alter negligit se in negotio, actor iure & iustè obtinebit bona illa: Jure munic. artic. 140.

Actio. Vide de hac materia plura infra in titulo querela. & item, in dictione actor.

Accipiens

Accipiens.

Accipiens iniustè aliquid, reddere tenetur: lib. 2. art. 52.

Accipere nolle, intelligitur dupliciter: lib. 2. art. 11 glossa.

Accipiens aliquid præter vnius voluntatem, siue sit multum, siue parum, reddere cogitur, cum emenda: Spec. Sax. lib. 3. art. 46.

Acceptam alicui rem, si se non habere illum iurauerit, soluere secundum æstimationem actoris tenebitur, aut valorē minuere sacramento: ibidem.

Accipiens rem alterius in aliquo loco, putans suam fore, & eam non occultat, criminaliter accusari pro eo non potest, dummodo iuramento se expurget: Specu. Sax. lib. 3. art 89..

Accommodatum.

Accommodans, mutuans, stipulans, reddere cogitur & implere: Spec. Saxo. lib. 1. art. 7.

Accommodatum negans, suo absoluitur iuramento, si coram iudicio actum nō sit: ibidem.

Accōmodatum accipitur dupliciter: vno modo, quando illud idem numero redditur: alio modo, quando simile: Specu. Sax. lib. 1. art. 15. glos. lib. 2. art. 36. Iure mun. art. 133. & 135.

Accommodet si quis res alicui, & ille tandem ex maleficio damnatur, iste non perdit res suas: Spe. Sax. li. 2 art. 31. glo.

Accommodans, impignorans, aut quouis modo de voluntate sua alienans, equum, vestem, & alia mobilia: si ille tādem cui concredidit ea amiserit, perduxerit, iste res non poterit euincere suas, nisi apud illum cui concredidit: Spec. Sax. lib. 2. art. 60.

Accommodans alicui quidquam, & interim ammittatur, an heredibus eius occasione illius actionem intentare possit: lib. 2. art. 60. glo.

Accōmodatam vel depositam rem manifestè seruans, furto accusari non potest: Spec. Sax. lib. 3. art. 1.

Accommodatam vel depositam rem si quis apud te vindicare nititur, quid facere debes: vide ibidem.

Accommodatam rem in principio litis in conspectu actoris creditori restituere licet: ibidem.

Accommodatum, impignoratum, reddere oportet non peioratum, vel secundū sui valorem soluere, secundum Saxones: secus habetur secundum leges: vide ibidem artic. 5.

Accommodatum, mutuum, depositū, differunt, & alia de accommodato & deposito plura vide ibidem.

Accommodatum animal si moritur, solui oportet: lib. 3. art. 10. glo.

Accommodans rem ad certum tempus, & diutius eam detinet, post interpositam à creditore actionem, statim restitui debet: Spec. Sax. lib. 3. art. 22.

Accommodans si peiorauit rem, tenetur ad interesse: ibidem.

Accommodatam rem si diutius detinet, vltra tempus deputatum, vel eam peiorans, non committis furtum exinde, sed nec pro accommodato quis furto accusari potest: ibidem art. 22.

Accommodatum. In re accommodata dolosè agens, & si vitam non demeretur, infamis tamē efficitur: lib. 3. art. 22. gl.

Accommodata sunt multiplicia, & secundum illud multiplex illatu, restitutio & solutio: ibidem glo.

Accommodatum vltra præfixum tempus occupans, non præstabit emendam, nisi coram iudicio sit restitutio stipulata: Spec. Sax. lib. 3. art. 43.

Actor.

Actor contra heredem quærens debitum post mortuam manum, si renunciare vult testibus: iste de scientia sua necesse est vt dicat veritatem, aut affirmando, aut negando: Spec. Sax. lib. 1. art. 6. Iure mun. art. 17. & ex isto eliciunt aliqui, si vnus quærit post mortuam manum, omittendoq; testes, simpliciter ad recognitionem vel negationem mittit respondenti, iste vnica absoluitur manu.

Actor coram iudicio actorum, cum iudice & duobus citiùs probabit, quàm ille factum neget: Spec. Saxo. lib. 1. art. 7. feud. c. 19. glo.

Actor testificans contra aliquem cum iudice vel iudicio, solum nō oportet iurare: ibidem art. 7. lib. 1.

Actor super commodato deposito, concesso, inuadiato agens, facilius contra illum cui deposuit, probare mettertius potest, & quomodo id intelligitur: vide Spec. Sax. lib. 1. art. 15.

Actori incumbit probatio, & quomodo sed intelligitur: nam & respondenti etiam probatio venit sua responsionis: ibidem glo. & lib. 3. art 4. gloss.

Actor & respondens stando, iudex verò sedendo negocium discutiet: Spe. Sax. lib. 1. art. 58. glo.

Actor lite contestata, fideiussores stauere cogitur, quòd actionem ibidem prosequi velit: lib. 1. art. 61.

Actor non tenetur interponere fideiussoriam cautionem, nisi ad agendum sibi alius prafigatur terminus: ibidem.

Actor & reus interloqui tribus vicibus possunt: lib. 1. art. 62.

Actor qualem se prastare debet in agendo: lib. 1. art. 62. glo.

Actor id quod asseuerat probare tenetur: lib. 1. art. 66. glo.

Actor conquerens tribus vicibus super bonis alicuius, mitti debet in possessionem: Spec. Sax. lib. 1. art. 70.

Actor agens occasione debiti contra absentem, quid obseruare debet: ibidem.

Actor quomodo in actiõe proposita persistere debet, & quomodo procedendũ contra aduersarium, vt nanciscatur possessionem: ibidem art. 70. glo.

Actor. Agat si quis pro feudo aut proprietate contra presentem, & ille dicat, terminum sibi non esse assignatum, eidem proximum iudicium assignabitur: Spec. Sax. lib. 2. art. 2. ibidem vide plura de terminis per actorem obseruandis.

Actori ad agendum dilatio non datur: rationem vide lib. 2. art. 2. in fin. glo.

Actor intentans actionem occasione iniuriarum contra absentem, & postmodũ in presentia non prosequitur, quid demeretur: vide lib. 2. art. 8. Spec. Sax.

Actor prosequens actionem, licet reus absoluitur, nullum sustinet damnum, nisi per duellaria verba fuerit prouocatus: ibidem.

Actor. Actionem inchoãs in absentia, & eandem in presentia non prosequens, cadit ab actione, quomodo intelligitur: ibidem glo.

Actor falsè accusans, & ad vincula inducens accusatum, similem subibit pœnam: ibidem glo.

Actor & reus cautionem prastare tenentur ad representandum se iuri: Spec. Sax. lib. 2. art. 9.

Actor & reus respectum habere debent ad iudicium, cùm causa dilata est per sententiam in alium diem: ibidem.

Actoris & rei ius debet esse aquale: lib. 2. art. 11. glo.

Actor, reus, procurator, sedere in iudicio non debent: Spec. Sax. libr. 2. art. 12. & supra lib. 1. art. 58.

Actor iure repulsus à caussa, acsi caussam non incepisset, dicitur: Spec. Saxo. lib. 2. art. 15. glo.

Actor quilibet varendam prastare debet, in caussa mortis, homicidii, vulnerũ, pro domino & agnatis: lib. 2. art. 15.

Actor & reus actione intentata, quid pracogitare debent: feud. c. 68. vide etiam circa artic. 41. lib. 2. Spec. Sax.

Actore nen probante rem suam, qua apud me est, ego qui teneo rem illam, probare non teneor esse meam: lib. 3. ar. 4. gl.

Actore probante rem suam, reus probare id idem in contrarium rem sibi venditam, donatam &c. ibidem.

Actor non tenetur respondere reo, nisi prius sua actio terminetur: Spec. Saxo. lib. 3. art. 12.

Actores si fuerint multi contra vnum actione iniuriarum, respondere aliis non tenetur, nisi à primo sit per iudicium absolutus: ibidem.

Actor proponens vnam vel duas querelas, interrogari potest, an adhuc plus ad querulandum habeat? si dicat, quòd sic, compelli potest ad proponendum: feud. c. 65. & item circa art. 12. lib. 3. Spec. Saxonum vide.

Actori querulanti, & non reo absenti, iudex pacem denunciat: lib. 3. art. 13.

Actor ante guarẽdam meliorare querelam potest, & non post: lib. 3. art. 14. Jure mun. art. 41.

Actor forum rei sequitur, siue in rem, siue in personam actio dirigatur: Specu. Sax. lib. 3. art. 25. & 33. glo. Jure muni. art. 28. glo.

Actori sicut non creditur absque probatione querela, ita respondens pro reo habetur, quoad se expurget: Spec. Sax. libr. 3. art. 39. glo.

Actor iudice & Scabinis aut iudicio probans aliquid, iurare vltranõ cogitur: Spec. Sax. lib. 3. art. 88.

Accusatus.

Accusatus criminaliter & recognoscens, sed se ad concordiam initam trahens, eidem concedi debet, nec, vt sic, victus dicitur.

tur, quòd si defecerit, vitam amittit: Spec. Sax. lib. 1. ar. 8. glo.

Accusato admittitur probatio transactionis propter id, ne actor eum per negatiuã in periculũ inducat: lib. 1. ar. 8. gl.

Accusatus pro aliquo, quod extra iudicium actum est, propior est se expurgare: ibidem feud. c. 19. glo.

Accusatus de aliqua re, quæ non apparet apud eum fore, suo se absoluit sacramento: Spec. Sax. lib. 1. art. 15. feud. c. 19. glossa.

Accusatus de re quæ sensibiliter appareat, sacramento se non excusabit: ibidẽ. art. 15. & 22. & iure municip. artic. 40. feud. c. 19. glo.

Accusari veniunt necessariò tria hominũ genera: Spe. Sax. lib. 1. ar. 62. gl.

Accusatus in iudicio, miles, ciuis, rusticus, & etiam agere volens actione prædæ, furti obiecti, quid facere debet: libr. 1. art. 63. glo.

Accusare volens, probationes necessario habere debet sufficientes: li. 1. ar. 61. gl.

Accusatus in iudicio, si præsens non fuerit, vicinum sibi iudicium pro termino assignetur: lib. 1. art. 67.

Accusatus pro violentia, tercietur, datis semper inducijs quindenæ: ibidem.

Accusatus pro percussione, baculatione, &c. & non comparuerit, proscribitur: lib. 1. art 68.

Accusans aliquem de aliqua re, quam quòd demeruit, vt si prauenciens adulterum, & occultare volens noxam vxoris eum accuset furto peccat mortaliter: Spe. Saxo. lib. 1. 69. glo.

Accusans criminaliter, cum clamore eum agere oportet: Spe. Sax. lib. 1. ar. 70. lib 2. art. 64. Iure mun. art. 36.

Accusato in iudicio dandus est terminus ad proximum iudicium: Spec. Sax. lib 2. art. 2.

Accusatus pro eo quòd non possidet anno & die, statim respondere tenetur: ibidem gloss. & in annotat.

Accusatus nõ statim detinendus venit: lib. 2. ar. 5. & quomodo id intelligatur: ibidem v. de glo.

Accusatus in manuali facto, statim detinetur: ibidem.

Accusans in absentia, in præsentia verò subterfugens, sa sè accusat: lib. 3. artic. 8. glo.

Accusatus pro furto, spolio, & manuali factum probari possit, iudex quomodo eum, eum insequi debet, & quo pacto ille in possessionem restituatur: lib. 2. art. 25. iure munic. art. 92.

Accusatus in sui præsentia, & à iudicio fugiens, est superatus in querela: lib. 2. art. 45. Iure mun. ar 92.

Accusatus propter raptum, furtum, homicidium, quæ nocumenta habet: lib. 2. art. 64. iur. mun. a t. 38. glo.

Accusare aliquem volens, eidem respondere tenetur, nisi naturale dispensit: Spec. Sax. lib. 3. art. 12. glo.

Accusatus actione iniuriarum à pluribus, respondere non tenetur, n. si prius ab vno fuerit absolutus: & si actio prorogatur in alium diem, fideiussoriam stacuere non cogitur, nisi pro vno vertigildo, dato, quòd querelæ sint plures: ibidem libr. 3. artic. 12.

Accusatus, actorem ab actione repellere potest, nec eidem respondere ex certis caussis: lib. 3. art. 16. glo.

Accusatus in extraneo iudicio, respondere non tenetur: Spe. Sax. lib. 3. ar. 25. glo. & art. 87. Iure mun. art 28. & 101

Accusari quis in alieno iudicio potest in certis casibus: ibidem lib. 3. art. 25.

Accusans aliquem ratione offen. vel generalogiæ accusatus, euadet testibus: si verò accusetur quòd furto aut spolio, &c. ius perdat suum, citiùs conuincetur iudice & scabinis, quam quòd se excusare valeat: iure mun. art. 4.

Accusans aliquem generatione, crim. officio, me septimus probare tenetur: li. 3. art 28. iure mun. art. 32.

Accusatus in iudicio & non respondet, vel causam non allegat cur respondere non debeat, mulctam præstabit: Secundo & tertiò accusatus in actione superatur: lib. 3. art. 39.

Accusat si laicus alium laicum iure spirituali in causa seculari, quid demeretur: Spec. Saxo. lib. 3. art. 87. iure municip. artic. 28.

Accusatus in criminalibus & non respondet, dimandatum ẽ sibi fuerit, primò, secundò, tertio, vt respondeat, ille verò omittit, actor causam sex testibus comprobabit: lib. 3. art. 39.

Accusatore nullo existente, malefactor quandoque potest torturis per iudicem dari: iure muni. art. 27.

Accusatus defendens se bonis, cognitioni datur iudicis, si bona tanti valoris sint quòd creditor contentari possit: iure munici. ibidem.

Accu-

Accusatus in extraneo iudicio, & non se excipiens, sententiam sufferre cogitur: iure muni. art. 28.

Accusatus pro eo quòd ius perdidisset furto, spolio, huc index cum duobus Scabinis & quatuor ad iudicium pertinentibus probabit: iure munic. art. 32. Spec. Sax. lib. 1. art. 8. & lib. 3. art. 28.

Accusatus criminaliter vel duellariter tribus querelis, si contra vnamquamq; querelam septem testibus euadere potest, non oportet duellum acceptare: iure munici. art 35.

Accusatus pro iniuriis vel oppressione mulierum: cum clamore contra eum agi oportet: iure muni. art. 38. & Spe. Saxo. lib. 2. art. 64.

Accusatus extra mannale factum, propior est euadere, quam quis eum conuincere possit: ibidem iure muni. art. 38. & Spec. Saxo. lib. 2. art. 64. feu. c. 19. glo.

Accusatus si homo probus sit pro criminali causa, propior est euadere metseptimus: iure muni. art. 71.

Accusatus pro potu expensis, sicut pro alio debito respondebit, si probatio in contrarium non sit: iure muni. art. 77. secus si fatetur & non habet vnde soluat, vt sic, pignorari potest in eo quod cingulo non præcinxit, vel quicquid non præcincti indumenti habet: ibidem glo.

Accusatus de auxilio vulnerum, homicidij: metseptimus iuramento absoluitur: iure muni. art. 83. glo.

Accusare aliquem pro furto, in aue, aut bestia patrato, consilium est ne cum violentiarum clamore agat, sed ciuilem instituat actionem: iure mu. art. 122. glo.

Adam.

Adam. Ab Adam cœpit prima ætas, & ipsum ius naturale: Spec. Saxo. lib. 1. art. 3. & in glo.

Adam si nunc viueret, nubere non posset ratione cognationis: quia inter descendentes matrimonium esse non potest: Spe. Sax. lib. 1. art. 3. glo.

Adam in sua progenie viuere dicitur: lib. 2. art. 23. glo.

Adam ex lapsu suo duplicem nobis reliquit pœnam: Spe. Sax. lib. 3. art. 42. Iure muni. art. 2. glo.

Adam. Ante lapsum Adæ omnes fuerunt liberi, & vnius alteri similis: Iure munic. art. 2. glo. & lib. 3. art 42. glo.

Ado-

Adoptio.

Adoptio quid sit: vide Spec. Sax. lib. 2. art. 30. glo. Et item, qui adoptare & adoptari possunt, ac alia de adoptionibus pura secundum leges: ibidem vide.

Adoptionis & arrogationis differentia: ibidem. lib. 2. art. 30.

Adoptio soluitur per emancipationem: ibidem li. 2. art. 30. Iure mun. ar. 57. gl.

Adoptionis regula secundum leges posteriores: lib. 2. art. 30. glo.

Adoptans aliquem, cogitur relinquere suis pueris tertiam partem bonorum, secundum leges: ibidem.

Adoptiones apud Saxones non seruantur, sed succedunt hæreditario secundum lineam: ibidem lib. 2 art. 30. glo.

Aduena.

Aduena quilibet succedit in hæreditates secundum iura terræ illius, non secundum iura personæ: Spe. Sax. lib. 3. ar. 32. & causis ibidem vide.

Aduena quilibet pro libero reputatur, nisi testibus conuincatur: lib. 3. art. 32. Spec. Saxo.

Aduenæ qui dicantur: ibidem vide in glosa.

Adulter.

Adulter contrahens cùm adultera, post mortem prioris mariti, proles genita nunquam est legitima: Spe. Sax. lib. 1. ar. 37. Est tamen articulus erroneus.

Adultero prohibetur matrimonium cum adultera, in tribus casibus: ibidem glo.

Adulterium prauenies cum vxore, & decinere eum non potest, occidere eundem impune licet: & alia adulteri incommoda vide ibidem glo. & ex lege 12. tabularum, & item lib. 1. ar. 5. glo.

Adulter prænonitus, ne cum vxore loquatur, si postea prauenitur cum ea in locis suspectis, occidi potest: ibidem lib. 1. art. 37. glo. & lib. 3. art. 1. glo.

Adulterium vicissim non potest in sex casibus, ibidem lib. 1. art. 37. gl.

Adulterium prauenies apud vxorem, crimen furti eidem impingere non debet: lib. 1. art. 69. glo.

Adulter æque vir vt mulier punitur: lib. 3. art. 13. lib. 3. art. 1.

Adulterio deprehensam feminam vendere licet ex lege 12. tabu. Spe. Saxo. lib. 3. articulo 1.

Adulterij excessus adeò grauis, dato, quòd cum voluntate maritata peccatum perpetres, intantum grauiter peccas ac si solutam opprimeres: lib. 3. art. 1.

Adulterum vxor liberè dimittere potest: lib. 3. art. 1.

Aduocatus.

Aduocatus, patronus, causidicus quã differentiam inter se habent: Spec. Saxo. lib. 1. art. 60. glo. Ibidem etiam habetur, quòd pro consilio accipere pecuniam possunt.

Aduocatus, id est Burgrabius iudicat super Scultetum: & è contra: iure muni. articulo 18.

Aduocatus secundùm leges dicitur ille qui consilio adest in causa aliqua, secundùm Saxones verò impropriè pro præfecto iudicij accipitur, vide infra in dictione Burgrabius. & item super titulo iudex.

Aduocatus pro vna causa accipere potest centum solidos, hoc est quinque libras: Spec. Saxo. lib. 1. art. 60.

Aduocatus. De aduocatis vide infra: sub alia tamen significatione in dictione Scrandarius, & titulo procurator.

Affinitas.

Affinitas quid sit, & vnde affines nuncupati. lib. 1. art. 3. glo.

Ager.

Agri omnes tempore subiectarum prouinciarum Romanorum erant: libr. 1. art. 54. glo. lib. 2. art. 58. iure munic. articulo 7.

Agrum seminatum pertransiens licitò pignoretur, vt damnũ resarciat: resistẽs, pœnam dabit, & damni valorem: Specu. Saxo. lib. 2. art. 27.

Agrum transiens pignorari debet, si pignorari se non permittit, cum clamore violentia arrestetur. ibidem.

Ager transgressus vno anno publicè sine prohibitione, nec violenter, nullis postea prohiberi potest: ibidem glo.

Ager sustinere cogitur viam semitam: ibidem, art. 27.

Ager per alluuionem accrescens, etiam census in illo debet augeri, & illicui decreuit minui: li. 2. art. 29. glo. fen. c. 71.

Agrum arans alienum, quid demeretur: lib. 2. art. 46.

Agrum seminatum arans alienũ, quid demeretur: ibidem.

Agrum arans qui iure sibi adiudicatus est, & post quem eam pacem alteri indicta, vita punitur: ibidem art. 46. glo.

Agrum inscultum equitans, sine damno erit: lib. 3. art. 47.

Ager totus inundatus, si fuerit inundatio, ipsa speciem fundi non immutat, sed cùm aqua recedit, fundus illius manet cuius prius erat: lib. 2. art. 56. glo.

Agricola omni tempore pacem habere debent: lib. 2. art. 66. glo.

Agricolarum ex constitutionibus imperatorum maxima pacis libertates vnà & rebus eorum data: ibidem lib. 2. articulo 66. glo.

Agrum alterius ingredi licet, & spicas tollere tempore necessitatis: lib. 2. ar. 68.

Agrum arans alterius nesciens: nihil demeretur: Spec. Sax. lib. 3. art. 20.

Agrum arans quem dicat esse suum, succumbens pœnam dabit: ibidem.

Agrum suum arantem potest vnus sine licentia iudicis arrestare, vt eundem ad iustificandum se inducat: ibidem in glo. interpretationem vide.

Agrum arant. alterius, vitam non demeretur, nisi sit alteri adiudicatus, & pax nunciata: ibidem art. 20.

Ager seminatus locatus alicui a tempus certum, quomodo adhuc heres tenetur debet morte locatoris: Spec. Saxo. lib. 3. articulo 77.

Agrum si ego conduco, hæres post mortem contradicere possunt: lib. 3. art. 77.

Agricolæ respublica maximè sunt necessarij: Spec. Saxo. lib. 3. art. 77. ibidẽ de agricolis plura vide.

Agricolæ in bonis censualibus residentes iure seruo non tenentur nisi naturales: Spec. Saxo. lib. 1. art. 28. lib. 2. art. 55. lib. 3. art. 79. glo.

Agricolæ. De agricolis vide infra in dictione. Rusticus.

Censu non soluto, si bona, res, seu suppellectilis per censitum alienata sint, dominus bonorum illa repetere potest, & obtinet illa maiori iure, quàm is cui inuadiata sunt: Iure mun. artic. 140. ibidem de censu plura.

Certantes.

Certantes qui sint, & quòd sunt infames: vide lib. 1. ar. 38. & 39. Spe. Sa. 61.

Certantes in publico certamine, & vnus alium ladens, nihil resarcire tenetur: lib. 2. art. 38. & art. 71. glo.

Certantes caussa virtutis, non sunt infames: secus si pro pecunijs id faciant: ibidem glossa.

Certantes. vide plura in hunc passum in dictione. Duellum. & item in dictione. Pugil.

Cibaria.

Cibaria domestica quæ sint,: Spe. Saxo. lib. 1. art. 22. Iure mun. art. 24. 26. & 58. glo.

Cibaria domestica quis tollit, & quomodo diuiduntur: lib. 1. art. 22. Iure munic. art. 24. & 58.

Cibaria vxor non hæreditat tempore vitæ viri, nisi post mortem: Spec. Saxo. lib. 3. art. 38.

Cibaria domestica quamuis post mortem viri appareant, si tamen maritus eius condicionis fuerit, quòd ex huiusmodi rebus victum quæritabat suum, ad hæreditatem pertinebunt: Iure mun. art. 24.

Cibariorum domesticorum, quantum mulier accipit post mortem viri: Iure mun. art. 24. & 58.

Cœmeterium.

Cemœterium confugientes qui defenduntur & qui non: Spe. Sax. lib. 2. ar. 10. glo. Iure muni. art. 9 glo.

Cœmeteria cùm construuntur, cruces illic apponuntur, vel sculpuntur, ad denotandum immunitatem loci: Iure munic. artic. 9. glo.

Cœmeterium. vide plura infra in dictione. Ecclesia.

Citatio.

Citatio non est principium, sed præludium iudicij: Spe. Sax. lib. 1. ar. 62. glo.

Citatus ter, & non compares, proscribitur: lib. 1. art. 67.

Citatus pro qualibet non comparitione, impensas soluet, antequam ad responsionem admittitur: ibidem in annotat.

Citati tribus vicibus si non comparẽt, actor in possessionem mitti debet: libr. 1. art. 70. practicam huius vide iure munic. art. 23. glo.

Citatus ad iudicium non veniens, mulctam soluet: lib. 2. art. 6. Iure mun. art. 47. glossa.

Citare nullus alium potest, nisi eum accuset, vel quòd accusetur: lib. 2. ar. 14.

Citari absens ad omnes actus debet, alias sententia non ligat: lib. 2. ar. 24. lib. 3. art 5. circa fin. glo. Iure mun. ar. 64.

Citatus pro violentia, quot homines secum habere potest ad iudicium, & quomodo se regere debeat: lib. 2. art. 67.

Citationis modus illorum, qui ad palãtiam pertinent: iure munic. arti. 15. & in glossa.

Citati ad palantiam, & non veniunt, sententia nihilominus per illos qui interfunt, pro qua fuit appellatum, edici debet: ibidem glo.

Citet si vnus alium, & tãdem liberum dimittat, an multam soluere tenetur iudex: vide sensum huius sub distinctione: iure muni. art. 46. glo.

Citationis forma, & quomodo procedere debet, cùm aliquem pro debito, & aliis iniuriis citat, & de citationum effectu: abunde vide iure muni. art. 47. glo.

Ciuitas.

Ciuitas. E ciuitate tria genera hominum expellenda, leprosi, cadauera mortuorum, & mendicãtes validi: Spe. Sax. lib. 1. art. 4. glo.

Ciuitatis status non debet propter aliquem violari: Spec. Saxo. lib. 1. art. 30.

Ciuitas oppignorata, maiori, quam vt consueuit exactione, torqueri non debet: feud. c. 55. & circa art. 24. lib. 2. Spec. Saxonum.

Ciuitates, quæ palantia dicuntur in Saxonia quinque, vbi rex cum curia residere debet: lib. 3. art. 62.

Ciuitas foralis erigi non potest sine licentia principis: libr. 3. art. 66. & iure muni. art. 9. glo.

Ciuitates aut castra erigi non debent sine licentia iudicis, propter inobediẽtiam inhabitantium: Spe. Saxo. lib. 3. ar. 66, glossa.

Ciuitas vel communitas vt delinquere dicatur, quæ requirũtur: lib. 3. ar. 86. glo.

Ciuitas illa iustissimè ordinata est, in qua quisque proprios nescit affectus, ex dicto Platonis: iure muni. art. 9. glo.

Ciuitas cùm adificatur, necessario venit consensus Imperatoris & Papæ: iure muni. art. 9. glo.

Ciuibus prohibere præses prouincie potest, ne ciuitatem muro cingant, vel fortalicia extruant, si præsentiatur id in damnum fore: iure muni. art. 9.

Ciuitas cùm erigitur, cruce signatur, in signum pacis: ibidem glo.

Ciuitatis mandatum & consuetudo, non extendit se vltra, nisi inquantum iurisdictio extenditur: iure muni. art. 9.

Ciuitatis Maydeburgen. iure munic. locatio: iure muni. art. 10.

Ciuitatis administratores ex priuilegio Ottonis Ruffi Imperatoris, potestatem habent officia prouidendi, iuramenta suscipiendi, ac alia faciendi, tanquam solus imperator adesset: ibidem glo.

Ciuitas antiquior & pincipalior alicuius prouincia vel regni, caput esse debet iuris erga alias ciuitates illius prouincie: iure muni. art. 12.

Ciuitatis constitutionem frãgens, quid demeretur: iure muni. art. 19.

Ciues omnes subesse imperio proconsulis debent, dato, quòd ciuitas libera sit: iure muni. art. 19. glo.

Ciuitas necessariò constituitur ex diuersi generis hominibus: mechanicis, mercatoribus, laboratoribus, agricolis: iure muni. art. 19. & 43. glo.

Ciuis quilibet brasea facere, cerusiam propinare & mercari potest: iure muni. art. 48. glo.

Clamor.

Clamor iudiciarius est inchoatio querelæ seu actionis: lib. 1. art. 62. iure munic. art. 38. glo.

Clamorem iudiciarium excitans & non prosequens, pœna tres solidi, ibidem: lib. 1. art. 62.

Clamor iudiciarius, non semper emendatur pœna trium solidorum: ibidem, lib. 1. art. 62. & lib. 2. art. 27. Spec. Saxo.

Clamor si excitatur, factum debet esse euidens, & subsequi oportet membri amissionem vel saltim pœna: Spec. Saxo. lib. 2. arti. 64.

Clamorem violentiarum excitans contra aliquem, vbi manuale factum non sit, pœnam illam tollerare cogitur, si non conuincet: lib. 2. art. 64. glo. finali.

Clenodia.

Clenodia imperij quinque, quæ Imperatori

Ciuibus

ratori Roma circa eius coronationem, vt communiter conferuntur, & eorum declaratio: Spec. Saxo. lib. 3. arti. 60. glo. feu. c. 4. glo.

Clericus.

Clerici etiã legibus obedire tenentur: Spec. Sax. lib. 1. art. 1. glo.

Clericus cum sorore vtensilia diuidit simul, & cum fratribus hereditatem: & quare id sit, rationes vide libr. 1. art. 5. Jure mun. art. 23. & 57.

Clericus debet esse ordinatus, tonsuratus: ibid. lib. 1. art. 5. Jure mun. ar. 57.

Clerici morte vtensilia relicta pro hereditate censentur: ibidem.

Clericus beneficiatus non diuidit vtensilia matris, cùm non emancipatis: ibid.

Clericus sororem habens, in perceptione hereditatis coæquantur: ibidem.

Clericus quidquid post se reliquit, hereditas est: ibidem.

Clericus duntaxat accipit suppellectilem matris cum sororibus, non autem suppellectilem sororum aut agnatæ: ex eo vix innuere videtur ibidem in annotat. Spec. Sax. lib. 1. art. 5. & glo.

Clericus duplicia possidens bona, hereditaria & feudalia, post mortem eius cui cedant: ibidem lib. 1. art. 5. glo.

Clericus diuidit cum fratribus, & non monachus: lib. 1. art. 25.

Clericus diuisionem bonorum affectãs, coram iudice seculari agere eum oportet: lib. 1. art. 25. glo.

Clericus in tribus respondere cogitur apud iudicem secularem: lib. 1. art. 26. feud. c. 2. glo.

Clerici iudicium exercere in criminalibus non possunt, sed bene alijs committere: ibidem lib. 1. art. 26. glo.

Clericus siue presbyter sciens aliquem in mortali fore peccato, Eucharistiam petenti ministrare debet: Spec. Sax. lib. 2. art. 1. in annota.

Clerici & milites telonea non pendũt: lib. 2. art. 27. feud. c. 11.

Clerici & milites negociantes, soluere telonea coguntur: ibidem lib. 2. ar.. 27. feudo. c. 11.

Clerici & iudei arma portare nõ debent: lib. 3. art. 2.

Clerici arma portantes & non tonsi, delinquens in eis: vt laico emendam dabit: ibidem.

Clericum percutiens, ipso facto est excommunicatus: ibidem glo.

Clerici iurisdictionem temporalem habentes, arma deferre possunt: si vero iurisdictionem non habent temporalem, arma sumere eis non licet in propria persona, nisi ad defensam vel ad adsortandũ: ibidem lib. 3. art. 2. glo.

Clericus neque comam, neque barbam nutriat: ibidem.

Clericus dimittens in persecutione habitum, non perdit priuilegium suum: imò percutiens eum est excommunicatus: ibidem glossa.

Clericorum nomine qui intelliguntur: ibidem lib. 3. art. 2.

Clerici à quibus potissimum abstinere debent: lib. 3. art. 2. glo.

Clerico non creditur, qui cum vxore alterius cohabitat, dato quod probare velit zelo bono id eundem facere: lib. 3. art. 37. glossa.

Clericorum filij, peiores sunt quàm laicorum naturales filij, legitimari enim minimè possunt: Spec. Sax. lib. 3. artic. 45. glossa.

Clericus nullam habens sororem, accipit suppellectilem pra omnibus agnatis etiam sororibus matris: Jure mun. art. 23. & Spec. Sax. lib 1. art. 5.

Clericus an per duellum agere possit, & quomodo, & an efficiatur irregularis: vide iure mun. art 35.

Clericus accipiens geradam, promittensque presbyterari virginem superducat, si moriatur, geradam restituere non tenetur: Jure mun. art. 57.

Clericorum filius si superducat vxorẽ, pueri quidem sui legitimi sunt, succedere tamen patri non possunt: Jure mun. art. 59. & Spec. Sax. lib. 1. art. 51.

Clericus. vide infra ad dictice. Sacerdos.

Clypeus militaris.

Clypei militares septem, & quem quis clypeum obtineat, recipiãs ab imperatore: Spec. Saxo. lib. 1. art. 3. iure muni. ar. 8. glo. feud. c. 1.

Clypeus quid sit? ibidem: lib. 1. art. 3. & lib. 3. art. 72. glo. feud. c. 1.

Clypeus militaris vni aduenire potest, non tamen ius recuperat pronunciale, vt patet de monacho in abbatem electo: lib. 1. art. 26. glo.

Clypeo militia carentes non relinquũt post se arma bellica: lib. 1. art. 27.

Clypeum quando diminuere quis dicitur:

tur: lib. 1. art. 52. glo.

Clypeum patris filius obtinet legitimus: lib. 3. art. 72.

Clypeo nobilitatis quicunque includuntur, milites esse possunt: iure muni. ar. 8. glossa.

Clypeus. Vide infra in dictione. Scutũ bellicum.

Cloacæ.

Cloacæ, stabula porcorũ, fornaces, triũ pedum à sepe edificari debent: Spe. Sax. lib. 2. art. 51. & iure muni. art. 124. 126. & 128.

Cloacæ versus curiã vicini adterram vsque muniantur, ne fœtore vicino noceant, ibidem: lib. 2. art. 51. & iure mun. art. 126. & 128.

Coactio.

Coactio duplex, verbo & facto: lib. 1. art. 25. Spec. Saxo. glo.

Coactio duplex, ex violẽtia & ex iure: & ista iterum duplex: lib. 2. art. 1. glo. feud. c. 39. glo.

Coactio triplex: honesta, deifica, timorosa: feud. c. 39. & circa art. 1. libr. 2. Spec. Saxo.

Coacte promittens quid, adimplere non tenetur: Spec. Saxo. libr. 3. art. 41. glo.

Cognatio.

Cognationis gradus in septimo terminatur in percipiendis hæreditatibus, in quinto verò ad contrahenda matrimonia: Spec. Saxo. lib. 1. art. 3.

Cognationis gradus quomodo distinguntur, & qui in primo continentur: ibidem.

Cognationis gradibus propinquiores præferuntur: & alia de gradibus successionis: ibidem plura vide.

Cognatio triplex, ex genealogia, affinitate, baptismo, & quæ facit ad succedendum, & quæ impedit tantummodo matrimonium: ibidem, lib. 1. art. 3. glo.

Cognatio. Ex cognatione spirituali, quæ ex baptismo contrahitur, nouem propinquitates nascuntur, ibidem: Spec. Saxo. lib. 1. art. 3. glo.

Cognata mulieris facilius obtinet vtensilia eiusdem quam vxor mariti: libr. 1. art. 20. & iure muni. art. 57. & 58.

Cognatus iudicare potest super vitam, sanitatem, hæreditatem cognati: & eum occasione pacis fracta insequi, & alia plura: vide lib. 3. art. 78.

Cognatus dicitur ex parte matris siue sit vir siue mulier: iure muni. arti. 23. glossa.

Cognata quare ex parte fusi descendere dicitur, ibidem: iure mun. art. 23.

Cognata accipiens geradam struere debet marito lectum propter honestatem: ibidem, art. 23. & Spe. Sax. lib. 3. art. 38.

Collatio.

Collatio qualis esse debeat: vide Spec. Saxo. lib. 1. art. 13. glo.

Collatio. Quicquid vnus habet tempore mortis patris venit in collationem cum nõ emancipatis: ibidem.

Comes, Comitatus.

Comes sub banno iudicãs, sine Sculteto iudicare non potest: Spec. Saxo. libr. 1. art. 59 & lib. 3. art. 52. iure mun. ar. 10. art. 16. & 18.

Comes si negligit terminum iudicialem, illum solum perdit actor: lib. 2. ar. 2.

Comitis nomine iudex quilibet intelligi debet: ibidem glo. & art. 12. glo.

Comes & Comitatus quid sit: & quomodo intelligitur: lib. 2. art. 12.

Comes coram Sculteto respondere tenetur: lib. 3. art. 52.

Comitatus pertinens in feudum vexillum eundem vacantem habere non licet: lib. 3. art. 53.

Comitis iudicia quomodo celebrari debet, & qui interesse tenentur: lib. 3. ar. 61. & lib. 1. ar. 2. iure muni. art. 45.

Comites sunt subiudices principum: ibidem glo.

Comes non semper indicere iudicium debet, ne subiectos iurisdictionis suæ fatiget & destruat multis, ibidem: libr. 3. art. 61. glo.

Comes partem Comitiæ alteri dare nõ potest: lib. 3. art. 64.

Comes vnde dicatur: lib. 3. ar. 64. glo.

Comes bannit iudicium sub banno regio, Marchio sub sua fidelitate: iure munic. art. 10.

Comes sine Sculteto nullum iudicium habere potest: Sculteus verò sine vndecim Scabinis: ibidem art. 10.

Comes. Residuum de Comite, vide supra in dictione Burgrabius. & infra titu. Judex.

Commissum.

Commis-

Commissum si sit alicui facere aliquid personaliter, illud alteri committere non potest: Spec. Sax. lib. 1. art. 53. glo.

Commissum. vide plura infra in dictione. Mandatum.

Compensatio.

Compensatio iure Saxonico locum non habet: Spec. Saxo. lib. 3. artic. 12. glo. in annotation.

Complices.

Complices aque sicut principales puniuntur: lib. 2. art. 25.

Complices qui dicantur: ibidem libr. 2. art. 25. glo.

Complices, seu participes homicidij, debent pro homicidio condemnari, sive sit particeps delicti ex consensu, consilio, facto, opere: lib. 2. art. 64. glo.

Complices & conscij facti fiunt, maleficos in arce occultantes. & hi, qui arcem inhabitant persimile culpandi veniunt ex eo, quia malefactum pro rato habetur: lib. 2. art. 72. glo:

Complices etiam dicuntur nedum illi, qui auxilio sunt maleficij, vel receptatores eorundem: sed etiam si accepta pecunia, vel parte furreptorum eosdem apprehendere omiserint, vel prehensos dimiserint: lib. 2. art. 72.

Complices. vide supra in dictione. Auxiliarij.

Compromissio.

Compromissum non extenditur in cõpromittentis hæredes, si de ipsis cautum non sit in compromisso: Spec. Sax. lib. 2. artic. 11. glo.

Compromissum. De compromissis vide plura infra titulo. fidemissor. & dictione. Promissio.

Concordia.

Concordia quid sit, & quæ eius vtilitates: vide abundè in tit. Transactio.

Concredens.

Concredens aut concedens alicui aliquid, & ille alienat, non potest rem in emptore, nisi in illo cui concredidit, resarcire: Spec. Sax. lib. 2. art. 60.

Concredens rem aut concedens alicui, & ille alienat, res huiusmodi ab hærede vel ab iudice, si ad illum pertinet, postuletur: ibidem. art. 60.

Condemnatus.

Condemnatus in mortem liberari non potest, etiam iuramento, nisi seruus per dominum: lib. 2. art. 19.

Condemnatorum, & seipsos interficientium, ex furia, bona cedunt hæredibus: libro 2 art. 31.

Condemnatus debitam sustinens pœnam, potest in sacro loco sepeliri libr. 3. art. 50. glo.

Conditio.

Conditio apposita omnẽ limitat legem: iure muni. art. 22. & lib. 2. art. 10. glo. lib. 3. art. 5. glo. fina.

Conditio venditioni vel emptioni apposita, plurimum obseruanda est: iure munic. art. 140.

Conductor pacis.

Conductum saluum præbens alicui, si damnum inferatur, resarcire tenetur: lib. 2. artt. 27.

Conductum saluum soluere non tenetur, cui placet corpus & res fortunæ exponere: ibidem.

Conductum. De conducto, vide plura infra in dictione. Saluus conductus.

Conductio, Locatio.

Conductor omnia secundum legem conductionis facere debet, & si quid in lege conductionis prætermissum est, id ex æquo & bono præstabit: lib. 2. art. 32. glo.

Conductio. In omni conductione damnum prouidere debet, dato quod expressum non sit: lib. 2. art. 48. glo.

Conductio & vẽditio quibus differunt: Spec. Saxo. lib. 2. art. 59 glo.

Conductitia bona quæ dicantur: lib. 2. art. 59. glo.

Conducta res si moritur, vel annihilatur, damnũ est domini principalis: precium tamen conducti exsolvere oportet conductorem: lib. 2. art. 59. glo.

Conducta seu locata bona recuperari possunt tripliciter: ibidem.

Conductor domus frui debet priuilegio

pacis in domo illa: lib. 2. art. 66. glo.

Conductionis seu locationis modus sex duplex: lib. 2. ar. 59. glo. feu. c. 14. & 60.

Conducta bona loco proprij qui vsurpare vult, tantum amittit de suo, quantū vsurpare voluit de alieno: ibidem, lib. 2. art. 59. glo.

Conductor inquilinum ante tempus alienare non potest, nisi in tribus casibus; ibidem glo.

Conducens bona damnum superueniens tollerare oportet, & non proprietarius: ibidem, lib. 3. art. 59. glo.

Conducere labores ac operas suas annus potest: lib. 2. art. 33. glo.

Conductio bonorum cum consensu haredum esse debet: lib. 3. art. 77. glo.

Conductum & Locatum haredes seruare non tenentur, sine tamen damno illius qui conduxit: ibidem, art. 77. lib. 3.

Conductione & Locatione aquè bona alienari possunt sicut per venditionem: libro 3. art. 77. glo.

Conductoris vel inquilini domus, tota suppellex quam importat, est pignus domini domus in censu: Jure mun. art. 140.

Conductionis & locationis plura: ibidem vide.

Conductor domus, potest in suo censu excludere suppellectilem inquilini sine prejudicio: ibidem.

Conductor domus, citius iuramento obtinet censum in inquilino, quam ille negatiua absoluitur: ibidem.

Conducens domum, suppellectilem importatam in domum alteri impignorare non potest: est enim pignus in censu, imò dominus domus eam recuperare iure potest: ibidem art. 14.

Confessus.

Confessus, victus habetur: Spec. Sax. lib. 2. art. 18. & 22. glo.

Confessus. Ex sola confessione potest vnus damnari, dummodo sit sine tortura, alias non valeret: ibidem lib. 2. art. 18. in annotat. & glo.

Confirmatio.

Confirmatio alicuius priuilegij in forma communi facta, vt pote eo respectu, si & inquantum ius addit habet, vel iuste possidens cum similibus, nullum vel modicum ius tribuit, sed verius conseruat: cōfirmatio firmatio verò quæ fit ex certa scientia, & causæ cognitione tribuit ius: lib. 2. articulo 30. glossa.

Coniuratio.

Coniuratio principum non exclusō imperio, est crimen læsæ maiestatis: Spec. Sax lib. 2. art. 1.

Coniuratio ciuitatum, ciuium, mercatorum, pœna pondo auri: ibidem glo.

Coniuratio principum non exclusō imperio: si ex obtutione id factum sit, deliquit centum pondo auri: si ex malitia, vita, bonis, honore priuatur: & pro eis intercedens, infamis est: ibidem glo.

Coniuratio facta inter principes, ciuitates, personas, seruari non debet, nisi sit propter pacem: ibidem lib. 2. art. 1.

Corona.

Coronatio regis Romanorum triplex: lib. 3. art. 57.

Corona imperij triplex, & earum interpretatio: lib. 3. art. 57. glo. feud. c. 4.

Consciscentes mortem.

Inferre sibi mortem dupliciter contingit: Spec. Saxo. lib. 1. art. 5: glo. & lib. 2. artic. 31. glo.

Conscisceres mortem sibi ex melancholia, haredes succedunt: seipsos autem interficientes timore pœnæ, fiscus succedit: ibidem lib. 1. art. 5. glo. & lib. 2 art. 31. glo. & item Jure mun. art 26.

Conscisceres sibi mortē, in sacris non sepeliuntur, nec pro eis oretur: ibidem libro 2. artic. 31.

Conscij facti.

Conscij facti qui dicuntur: vide supra titulo. Auxiliary. & dictione. Complices.

Conscius facti, quòd sit in homicidio, si quis alloquatur, in iuramentoque defecerit, quid demeretur. Jure mun. art. 91.

Consilium.

¶ Consilium. Pro consilio dato vel dando, licitum est pecuniam accipere pro fatiga: Spec. Sax. lib. 1. art. 70.

Constitutio.

Consti-

Constitutio qualis esse debet: Spec. Sax. lib. 1. in prolo. Jure mun. ar. 22. & ar. 44.

Constitutio quid sit: Jure mun. art. 1.

Constitutio iuri naturali minimè derogare potest: lib. 1. art. 3. glo. Jure munic. art 1. & 2.

Constitutiones propter actus humanos, qui & mutabiles sunt, constitutæ habentur, quare & leges occasione illorum sanctæ, ex rationabilibus caussis, immutantur lib. 1. art. 3. glo.

Cõstitutio ex triplici immutatur caussa: lib. 1 art. 3. glo.

Constitutio duplicitèr corrigitur seu immutatur: lib. 1. art. 3. libr. 2. art. 26. Jure mun. art. 1.

Cõstitutiones immutare possunt ius humanum, non tamen ius naturale: libr. 1. art. 3. lib. 3. art. 29. Jure mu. ar. 1. & 8.

Constitutio posterior derogat priori ex lege 12. tabu. lib. 1. art. 14. & lib. 2. art. 26. lib. 3. art. 78. glo. dato etiam quòd ibi nulla mentio sit de illa constitutione.

Constitutio legem, consuetudo utrumq; vincit: lib. 1. in prolo & lib. 2 ar. 26. glo.

Constitutiones contra ecclesiæ libertatem introductæ, ipso iure cassæ & inanes esse debent: lib. 1. art. 13.

Constitutio facta per iudicem, cum maiori parte populi, à minori parte seruari debet: lib. 2. art. 55.

Constitutio vniuersitatis seu communitatis, si valere debet necessario fit à maiori parte populi: ibidem glo.

Constitutiones ortum habuerũt ex triplici caussa: ibidem, lib. 1. art. 55 & iure muni. art. 1.

Constitutio ex electione venit: Iure mun. art. 1.

Constitutiones in Babil ne latæ in abusum venerunt: iure muni. art. 6.

Constitutio differt à plebiscito: Jure muni. art. 44. glo.

Constitutio. Tria sunt quæ ex constitutionibus iuri naturali contradicere videtur: Spec Saxo. lib. 1. art. 52.

Constituto occasione futuri damni statui potest: lib. 2. art. 49. & art. 54. glo.

Constitutio priuatorum quamuis pro lege haberi non debet communi, ab illis tamen seruatur qui constituerunt: Spec. Saxon. lib. 2. art. 62.

Constitutiones pro bono ciuitatis de iure factæ, in tribus continentur. Prohibitorio, Restitutorio, & Exhibitorio. Jure muni. art. 125. glo. Spec. Saxo. libr. 2. art. 51. glo.

Constitutio si aliqua lata est contra ius naturale, imperatores seu legislatores inuenerunt & statuerunt modum ad opprimendum sub condicione constitutionem huiusmodi: Spec. Saxo. lib. 1. art. 51. & art. 52. & item iure muni. art. 4.

Constitutio. Vide plura ad hanc materiam infra, in dictione. Lex. & in dictione, Plebiscitum, & titu. Jus.

Consuetudo.

Consuetudo mos & lex quo differant: iure muni. in prolo.

Consuetudo quid sit: Spe. Saxo. lib. 1. in prolo. iure muni. art. 1.

Consuetudinem quid efficit quòd habeat vigorem legis: ibidem, lib. 1. in prolo. iure muni. art. 1. & 44.

Consuetudo seruatur vbi ius scriptum deficit, & si non est consuetudo, iudicandũ est per simile. si hæc duo deficiunt, iudicatur secundum consuetudinem vrbis Romanæ: ibidem in prolo. lib. 1. & iure munic. art. 44.

Consuetudo mala reicienda, nec illa excusari quis potest: ibidem. lib. 1. in prolo. & iure muni. art. 1. lib. 2. art. 37. glo.

Consuetudinem an duæ vices faciunt, & quomodo intelligendum: ibidem, lib. 1. in prolo. Spec. Saxo.

Consuetudo si vna sit in foro actoris, & alia in foro rei, qua illarũ sit tenenda: ibi.

Consuetudinis tres virtutes maximè necessariæ: ibidem in prolo. lib. 1.

Consuetudo duplex, bona & mala. & alia de consuetudinibus: vide iure muni. art. 1. Spec. Saxo. lib. 1. in prolo. & art. 55. glossa.

Consuetudines ac ritus familiæ, patriæque, seruandæ sunt, ex lib. 12. tabu. Spec. Saxo. lib. 1. in prolo. glo.

Consuetudo interpretatur statutum: lib. 1. in prolo. & art. 18. glo. & item iure muni. art. 1.

Consuetudine potest induci omne id quòd priuilegio conceditur: lib. 1. art. 18. glossa.

Consuetudo præponitur quandoq; legi, & hoc si per desuetudinem huiusmodi legi abrogatum est: Spec. Sax. lib. 2. ar. 26. & 48. in fine glo.

Consuetudo legis habet vigorem & maximè custodienda: lib. 2. art. 56. glo.

Consuetudo si sit à tempore quo memoria non extat, quòd cõmunitas vnius villæ

intra limites alterius animalia pascere, ligna in nemore aut gramina succidere consueuit, seruanda est consuetudo illa: lib. 2. art 47.

Consuetudo optima legum interpres: lib. 2. art. 48. & lib. 3. art 52. glo.

Consuetudo priuilegium seu legem priuatam facit: lib. 3. art. 58. glo.

Consuetudo ciuitatis alicuius, ad quam appellatur, in caussa appellata decerni p iure non debet, ita, quod alibi seruari teneatur, sed secundum leges decernendum: vt patet de Maydeburgensi. occasione dotalitij: Iure mun. art. 22.

Consuetudo. vide infra ad hunc passū in dictione. Plebiscitum.

Consul.

Consulum electionis modū vide abundè Iure mun. art. 43.

Consules ad vnum annum eligi debent: ibidem.

Consules quid superintendere tenentur, & eorum iudicandi potestas: ibidem.

Consules electi, proconsules inter se eligunt: ibidem.

Consulum iuramentum: ibi. & in glo.

Consules conuentum ad pulsum campana habent, & negligentes quid demerētur: ibidem.

Consulum in iudicando pōtestas: ibid.

Cansulum in animaduertendo erga reuenditores auctoritas: Iure mun. art 43.

Consules à Romanorum republica ortū habent: ibidem glo.

Consulum eligendi modus, secundum Maydeburgenses: ibid. glo.

Consulum electores quid præcauere debeant in eligendo: ibidem.

Consulum electio, si à manu dependeat potentis, quid præcustodiendum est: ibidem glossa.

Consules eligi debent non ex diuitibus, non ex pauperibus, sed ex mediocri statu ciuium: ibidem.

Consules qui esse non possunt: ibidem.

Consules eligi non debent extranei, tum nec hi, qui raro domi morantur, tum nec nonagenarius: ibidem glo.

Consules electi, quo pacto se regere debent, in residendo locis suis: ibidem glo. & alia de consulibus plura art. 43. Iure mu.

Consulibus si mommittatur negocium terminandum inter principes vel magnificas personas, antequam se negocio intromiserint, fidemssores vel literas expetere debent super decreto seruando. & quod ciuitas posthac indemnis maneat: Iure mun. art. 51. glo.

Consules nullum inculpare pro debito possunt, nisi illud coram eis in residentia actum sit: nam, vt sic, accusatus defendere se iure potest, & quomodo id intelligitur: Iure mun. art. 100. & in glo.

Consules illorum, quæ coram ipsis, acta sunt, si quis recognitione indiget eorundē, coram iudice testificari omnes tenentur: ibidem glo.

Consules si quid testificari debent cum proconsule, non tenentur omnes singillatim recognitionem facere, sed proconsul duntaxat recognoscit, consules verò consensum prabent: ibidem Iure minicipali articulo 100. in glossa.

Contractus.

Contractus. De contractu vide infra in dictione. Societas.

Contumax.

Contumax. Ex contumacia intromissio actori datur, si occasione bonorum actio instituebatur: si verò in debito, pignoratio: lib. 1. art. 67. glo. fina.

Contumax quis sit: & alia de cōtumacibus, vide lib. 1. ar. 70. glo. & in annota. ibidem.

Contumax. Contra contumacem duplici preceditur querela, ciuili & criminali: Spec. Saxo. lib. 1. art. 71.

Contumaces multipliciter fiunt: ibidē, glossa.

Contumax pro confesso habetur secundum statuta locorum: lib. 2. art. 45. glo.

Contumax efficitur reus, licet compareat in tribus casibus: lib. 2. art. 47. glo.

Contumacia triplex: ibidem, art. 67. glossa.

Contumelia.

Contumeliam certi homines inferre nō possunt, nec factum illorum pro contumelia imputatur: Spec. Saxo. lib. 2. art. 34.

Contumeliam inferens alicui: si ille se iuste excuset, iste sufferre eandem cogitur: Spec. Sax. lib. 3. art. 60. glo. fin. & lib. 2. articulo 8.

Contumelia. De contumelia, vide infra in dictione. Infamia, & in dictione, Iniuria.

Coune-

Conuenire.

Conueniri nullus debet nisi coram suo iudice: lib. 3. art. 25. & 87. iure muni. art. 28. & 66.

Conueniri per querelam vbilibet locorum quis potest, siue laicus, siue clericus, quem ordinarius iudex ad iudicium trahere non potest: lib. 3. art. 87. iure mun. articulo 28.

Conuenire. Vide ad hac materiã plura infra in dictione. Reconuenire.

Conuincere.

Conuinci nullus in honore potest, nisi iudice & Scabinis, aliás propior est euadere: iure muni. art. 32. gl.

Creditor.

Creditor si ad terminum solutionis non venerit, vel veniens pecuniam accipere non vult, pecuniam per id non amittit suam, sed dantaxat diem & terminum illum perdet: lib. 2. art. 11.

Creditores, ante tricesimum, occasione debiti, Laredes mortui minimè impetere debent: lib. 1. art. 22. gl.

Creditor fugientem debitorem detinere potest, non tamen violenter rem ab eo auferre se iudicio præsentare: lib. 2. art. 45. & iure mun art. 27.

Creditor non tenetur de casibus fortuitis: lib. 3. art. 5. glo.

Creditor essi quidem de iure communi necesse habet probare commissionem pignoris, non tamen tenetur probare, quod sine dolo, & absque culpa sit amissum: lib 3. artic. 5. glo.

Creditor quomodo super solutione querulari, & eam præstolari tenetur quadrupliciter: lib. 3. ar. 39. & quoddãmodo etiam habetur ad huno passum: lib 1. ar. 22. glo. lib. 3. art 22. Iure mun. art. 93.

Creditor accipere tenetur mobilia, quãuis argentum sit sibi promissum: ibidem. & art. 40. glo. & item eid. lib. 3. ar. 9. gl.

Creditor non expectans diem solutionis, illum dantaxat diem perdit: ibidem lib. 3. art. 39.

Creditor debitum probans super proprio alicuius, & iure perducto, proprium sibi assignari debet, & indicatio subsequi, dato, quòd pueri pupilli sint, cùm tamen adoleuerint, contradicere debito possunt: Iure mun. art. 26. glossa.

Creditor debitũ præstolari potest, prout longe voluerit: Iure mun. art. 27.

Creditor. Ad hanc materiam vide infra in dictione. Debitor.

Crimen.

Criminis obiecti purgatio quomodo fieri debet, & p quos: vide lib. 1. ar. 39 glo.

Crimen lesæ maiestatis incidentes, quomodo puniuntur: lib 2. art. 71. glo.

Criminaliter accusatus, septem testibus conuincitur: lib. 1. art 70. lib. 2. art. 64 Iure mun art. 46.

Crimen non alibi iudicatur, nisi vbi quis deliquit: lib. 1. art. 67. glo.

Crimen contra imperium commissum, & crimen lesæ maiestatis, quid vnumquodque illorum sit, & quomodo differant, & est excessus grauissimus, vbi & filij delinquentis puniuntur, licet non in vita, tamen infames fiunt: lib. 2. art. 71.

Criminis lesæ maiestatis obiecti non excusatur vnus, siue perfecerit crimen, siue ad actum processerit, dando vel recipiendo sacramentum super crimine, committendo, vel aliquid simile: voluntas enim ibidẽ pro facto reputatur & gladio talis punitur: lib 2. art. 72. glo.

Crimen committens verbo contra principem, eidem maledicens vel cõtra alium dominum suum quomodo punitur: lib. 2. art. 71. glo.

Crimen. Vide ad hanc materiam plura supra in dictione. Actus criminalis.

Crine & cute.

Crinem & cutem redimens infamis efficitur: lib. 1 art. 38. iure mun. ar. 44.

Crine & cute furi pœnam infligere quid sit: lib. 2. art 13. iure muni. ar. 38.

Christianitas.

Christianitatis status, in tria hominũ genera diuisus: lib. 3. art. 79. glo.

Curia.

Curiam vnusquisq; sepire debet, ne damnum vicino fiat, quomodo & ad quantam altitudinem: lib. 2. art. 49. & iure muni. art. 126. & in glo.

Curiam vel agrum sepire volens, arbusta

lustra virgarum versus suum fundum vertere debet: lib. 2. art. 5. iure municip. art. 127.

Curia quam altè sine licentia iudicis possit sepium aut muro cingi: lib. 3. ar. 66.

Currus.

Currus vacuus, onerato cedet: ambulans, equiti: eques, curru: Spec. Saxon. lib. 2. art. 59.

Currus primo pontem ascendens, prius transeat: ibidem art. 59.

Currus si damnum fecerit equitando, quis damnum resarcire teneatur: lib. 2. articulo 40.

Custos.

Custos equorum vel pecorum damnum per animalia factum soluet: Spec. Saxo. lib. 2. art. 40.

Custos. Vide infra in dictione. Pastor.

Damnatus.

Damnari vnus post mortem non potest, nisi in tribus casibus: Spec. Saxo. lib. 1. art. 2. glo.

Damnari vnus potest ex sola confessione: Spec. Saxo. lib. 2. art. 18. in annota. vid. plura in dictione. Sententiatus, ad hūc passum.

Damnum.

Damnum tollerare potest quis quamdiu vult: Spec. Saxo. lib. 1. art. 62.

Damnum à sua negligentia illatum resarcire vnus tenetur: Spec. Saxo. lib. 2. ar. 38. ibidem vide, quòd puteus aqua prouideri vsque ad genua debet à terra.

Damnum si vicino tuo illatum sit per aliquem inimicum tuum ex culpa tua, an contra te agere possit: lib. 2. ar. 38. glo.

Damnum ex igne illatum, ille resarcit à quo ignis prosiluit: ibidem.

Damnum contigit tripliciter: ibidem, lib. 2. art. 38.

Damnum illatum à cane, apro, aut alio animali, si illud dominus post noxam susceperit, damnum soluet: si verò illud expulerit à damno immunis erit: lib. 2. art. 41. Intelligitur tamen id de animalibus mansuetis, quia in non mansuetis aliter sit: dato enim quòd nō susceperit illud, nihilominus damnum per bestias illatum resarcire tenetur: vt eodem lib. 2. art. 62. iure muni. art. 123.

Damnum per equum vel pecus illatum, quod sub custodia famuli est, famulus resarcit: si verò aufugerit, dominus illud exsoluet: ibidem, lib. 2. art. 40.

Damnum si quis accipit in eo, vbi certamina sunt, ipse sibi imputabit: lib. 2. articulo 38.

Damnum factum in segetibus, per anseres, porcos, si à canibus mordētur, eorum erit damnum: lib. 2. art. 49.

Damnum illatum per seruum, in ducendo curru, seruus si effugit, dominus verigeldo damnum soluet: ibidem.

Damnum per animal illatum non soluitur ex facto suo multa: ibidem.

Damnum qui infert, eidem etiam damnum inferri potest: ibidem, art. 40.

Damnum quid sit, & ad hoc quod damnum sit, duo requiruntur, & alia de damno: ibidem glo.

Damnum contigit trifariam: ibidem, lib. 2. art. 40.

Damnum à pecoribus segetibus immissis, quomodo soluitur: lib. 2 art. 47.

Damnum ab animalibus quæ pignorari non possunt, in segetibus factum quomodo probatur: ibidem.

Damnum à villanis alteri villæ factū in pratis, quomodo punitur: ibidē ar. 47.

Damnum illatum in segetibus, quæ non induxit tempore quo alij inducunt, non soluitur: lib. 2. art. 48.

Damnū ex ædificio vicina domus quomodo resarciri debet, & quo pacto iudici illud denunciatur: libr. 2. art. 49. glos. iure munic. arti. 126. glo. & alia de damno infecto: ibidem glo.

Damnum in aliqua re illatum, an cōpetat domino illius rei vel conductori, vel etiam in re pignoratitia, cui damnum imminet: lib. 2. art. 57.

Damnum qui sustinet, eidem querela competit: ibidem, lib. 2 art. 57. glo.

Damnum in re locata conductoris est non domini: lib. 2. art 59. glo.

Damnum si illatum sit sarcire in panno meo, & fur detinetur, est in optione mea vt contra furem vel sarcinam actionem intentem: lib. 2. art. 60.

Damnum illatum ab vrso, lupo, aut alia bestia, qui eas fures resarcire tenetur, dato quòd post damnum illatum illa non susceperit, & quomodo probatio venit: lib. 2. art. 62 nec est contra articulū 40. quia ibi loquitur de mansuetis animalibus. vide hoc idem, iure muni. art. 123.

Damnum à bestia illatum, seruo meo, qui artificium nouit, quo se nutriuit, per mutilationem, duplo soluitur: lib. 2. ar. 62. glossa.

Damnum à puero illatum tutores soluunt: lib. 2. art. 65. iure muni. art. 38.

Damnum fit etiã praeter voluntatem: ibidem, art. 65. lib. 2.

Damni & violentia differentia: ibidem, art. 65.

Damnum illatum ex castro aliquo, quo modò procedẽdum erga illos, & illi quomodo iure se defendunt: libr. 2. art. 72.

Damnum illatum per fatuos & furiosos, curatores soluunt: lib. 3. art. 3. iure muni. art. 38.

Damnum illatum, iuxta taxatum verigeldum refunditur. si non sit verigeldus deputatus, e vtunc secundum aestimationẽ actoris, si reus illud iuramento non minuet: lib. 3. a t. 47. & 51.

Damnum. In alterius damnum nemo verbũ immutare debet: lib. 3. art. 71. glo.

Damnum illatum domino, vel alicui alteri, vbi vasallus in comitiua praesens, sit absque tamen consensu eius quomodo absoluitur: lib. 3. art. 78.

Damnum illatum villae, & aliis vicinis villis, quomodo rependi debet & quae emenda: lib. 3 art. 86.

Damnum illatum per equum, qui freno detineri non potest, ita quod puer impositus est equo, & laeditur, cui cedit damnũ: iure muni. art. 38.

Damnum imminens quilibet vicinus officio publicare tenetur: iure muni art. 123. glo.

Debitum, debitor.

Debita haeres soluit, qui hereditatem tollit, sed non nisi in quantum hereditas in mobilibus se extendit: Spec. Sax. lib. 1. art. 6. & in glo. huius vide interpretationem. & Iure mun. art. 26.

Debita ex propris per mortem deuoluta, solui non oportet: ibidem lib. 1. artt. 6. Iure mun. art 26. glo.

Debita non soluuntur, nisi de quibus hereditas fuerit ampliata, vel qua haeres fuerit stipulatus: ibidem lib. 1. art. 6. in glo. vide interpretationem.

Debita probari debent post manum mortuam per 72. testes, & quare hoc sit: ibidem vide. Probatio tamen ista hodie venit ad septem testes: vt in glo. ibidem declaratur. & Iure mun. art 67. & 103.

Debita defuncti haeredibus persoluantur: ibidem lib. 1. art. 6.

Debita quae homo solus contrahit, aut soluat, aut iuret: ibidem Spec. Sax. lib. 1. artic. 6.

Debita omnia haeres soluere tenetur, si inuentarium non fecit: quod si negauerit bonorum quid percepisse, & postea aliter inueniatur, duplum soluere cogitur: lib. 1. art. 6. Iure mun. art. 26. gl.

Debita mulier nõ soluit ex dote: lib. 1. articulo 20.

Debitum mulier soluere cogitur ex vita promissione, si promiserit illud: feud. c. 31. & circa art. 20. lib. 1. Spec. Sax.

Debitum pro quo mulier stipulata fuit cum viro, illo tandem mortuo, an creditores in ipsa, vel in haeredibus mortui debitum quarere debeant: feud. c. 31. & circa art. 20. lib. 1. Spec. Sax.

Debitum ante tricesimum ab haeredibus emoneri non debet: lib. 1. art 22. glo.

Debitor profugus, in fraudem creditorum bona alienans, creditor illa recuperabit: lib. 1. art. 44. glo. fina.

Debitum adiudicatum non soluens, mulctam soluet: lib. 1. art. 53. & lib. 3. art. 43. glo. fina.

Debita ante tempus prafixum solui possunt: lib. 1. art. 65.

Debita in eo loco solui debent, vnde tutò à creditore reportari possint: ibidem.

Debitor non absoluitur, nisi in eo loco soluat, vbi sese obligauerit: lib. 1. ar. 45. gl.

Debitum solutum, testimonio duorum indigebit, mortuae verò manus, septem. ibidem art. 65. & lib. 2. art. 6. lib. 3. articulo 85. glo.

Debitum tempore a lueniente, si creditor accipere non vult, illud repoti apud officium debet: ibidem.

Debitum in determinato loco dari obligatum, ibidem solui debet: nec eũ liberatur debitor, nisi illud soluat: ibidem glo.

Debitum in vno loco solui promissum, promittẽs non tenetur in alio soluere loco: ibidem.

Debitum etsi ante tempus prafixum peti non potest, occasione tamen cautionis ex certa causa contra debitorem agi poterit: ibidem glo. lib. 1. art. 65.

Debitum. Ad querelam occasione debiti triplex responsio, & triplex exinde iuramentum: ibidem lib. 1, art. 65.

Debitor etiam si iuret solutionem fa-

ſtam, non per hoc fideiuſſor liberatur: ibidem lib. 1. art. 65. glo.

Debitum. Bona in debito per ius acquiſita, per annum ſeruantur, antequam diuẽdantur: lib. 1. art. 67. glo. & in annot.

Debitor infra annum poſt datam intromiſſionem bona obligata liberare poteſt: ibidem glo. & in annotat.

Debitum. Agat quis pro debito contra aliquem qui abſens eſt, & qui ad indictum non pertinet, ad quindenã ſolutio demandetur, vel ſe ad contradicendum ſtatuat lib. 1. art. 70.

Debitum. Contra abſentem pro debito quomodo proceditur: ibidem.

Debitum non ſoluens a tempus præfixum, pignorari debet, & pignus ſex ſeptimanis ſeruari, tandem verò diuendi: ibidem.

Debitor pignore ſe tueri contra creditorẽ poteſt, & illud cum dimenditur, quid quid creditor non attigerit, in debitore requiret: ibid. art. 70. & Jure mun. ar. 27.

Debitum vi extorqueri non debet, ſed per querelam expetatur: ibidem libr. 1. artic. 70. glo.

Debitum in iudicio acquiſitũ, in quindena ſoluitur. lib. 2. art. 5. Jure munic. artic. 34. & 93.

Debitum ſoluitur in domo creditoris, ante occaſum ſolis: ibidem lib. 2. art. 5.

Debitum ſolui debet in proxima iudicis domo, ſi creditor domicilium non habeat: ibidem.

Debitores nõ ſunt cogẽdi metu aut gladio: ſallit hoc, ſi fuerit profugus: ibidem in annotat.

Debitor fideiuſſoriam ſtatuere cogitur, dato, quòd proprium habeat, ſi debitum excedit tacan propry: ibidem.

Debitum magnum ſoluitur in quatuor menſibus: ibidem lib. 2. art. 5. glo. Jure mun. art. 34. vbi habetur, quòd in duodecem ſeptimanis ſoluitur: & item Jure mun. art. 93.

Debitum promiſſum vel adiudicatum ſine determinatione temporis, in inſtanti ſolui debet, & quemodo id limitatur: ibidem lib. 2. art. 5. glo. & Jure mu. ar. 93.

Debitor etſi quidem in inſtanti cùm promiſerit, vel debitum adiudicatum ſit, vnus efficiatur, non tamen ſtatim pignorari debet: rationem iſtius vide ibidem glo. lib. 2. art. 5.

Debiti ſolutio probatur duobus hominibus ſolutionem videntibus: Spec. Sax. lib. 2. art. 6. & ſupra lib. 1. art. 65. Jure mun. art. 31.

Debitor efficitur vnus quatuor modis: lib. 2. art. 6. glo.

Debiti ſolutionem probare debet mettertius, & hoc eſt verum, ſi debitum non eſt inſcriptum: ſi verò inſcriptum fuerit, metquintus: ibidem lib. 2. art. 6. gloſſa. feud. c. 19.

Debitum ſoluere cogitur, ſi ſacramentum per eo decretũ non fecerit: lib. 2. ar. 11.

Debitum ſoluere licebit, & pignora liberare moneta interdicta, ad quindenam poſt interdictionem: lib. 2 art. 26. libr. lib. 3. art. 40. glo.

Debito ſoluto, litera obligata eſt ineffícax, & reddenda eſt à creditore: Spec. Sax. lib. 2. art. 42. glo.

Debitor fugiens per creditorem detineri poteſt, & in dicio præſentari, non tamen violenter rem ab eo extorqueat: lib. 2. art. 45 glo. Jure mun. ar. 27. & item art. 5. in annot.

Debitum communitatis vel vniuerſitatis, an omnes ſolui teneantur, & an collectio debiti illius ſit per capita, vel per libram: lib. 2. art. 55. glo

Debitum vniuerſitatis, an forenſes ad ſoluendum teneantur: ibidem.

Debitum patris ſoluit filius, & quomodo: lib. 3. art. 10. glo.

Debitum an hæres ſoluere teneatur, ſi nulla ceperit bona: lib. 3. art. 10. glo.

Debitum connictum, tempore vitæ patris, filius ſoluere tenetur: ibidem. art. 10.

Debita variis contrahuntur modis, & ſecundùm id multiplex illorum ſolutio: lib. 3. art. 22. glo.

Debitum ante tempus præfixum mentum ſoluere non oportet: ibidem.

Debitum. Pro debito nullus proſcribitur: ibidem, art. 22.

Debita vel occupata hæredibus mortui ſunt ſoluenda: lib. 3. art. 31. iure munic. articulo 67.

Debitore mortuo hæres nõ tenetur pro debito reſpondere, niſi habeat bona ſub ſe pro quibus mentatur: ibidem, vide ad hanc materiam: lib. 1. art. 6. & 27. & item lib. 2. art. 17.

Debitum mortui, per hæredes eiuſdem, contra debitorem viuum, non neceſſariò illum incumbit probatio, ſed reo defenſa & probatio venit: lib. 3. art. 31 glo. & ſuper lib. 1. art. 6.

Debitum contra hæredes mortui poſitum,

positum, hoc est mortuæ manus, per actorem probari debet: ibidem, lib. 3. art. 31. glo. & supra lib. 1. art 6. iure municip. art. 67. & 103.

Debito proprio accusatus, per affirmationem vel negationem respondendum est: ibidem, lib. 3. art. 31.

Debitor in soluendo qui non est, nec fideiussorē habet, per iudicem creditori per manum dari debet, & quomodo seruari: lib. 3. art. 39. & iure muni. art. 27. vide abunde quomodo seruatur, & laborare cogitur.

Debitores iuxta legem 12. tabu. qui soluendo non erant necabantur, etiam in partes secabantur, secus tamen obseruatur iure nostro: ibi. circa ar. 39. li. 2. in gl.

Debitor creditori datus tamdiu laborare eidem cogitur, quoad laborando se à debito eliberauerit, & sic vincula finem sortientur: ibidem, lib. 3. art. 39.

Debitor à creditore aufugiēs, à debito non absoluitur: ibidem, lib. 3. artt. 39. iure muni. artt. 27. & detinere eum potest, vbicunq; prauenitatur & iudici præsentari.

Debiti solutio expetitur quadrifariā: lib. 3. art. 39. glo.

Debitor promittens creditori solutionem. & cautionē præstans, non oportet eū dari per manum creditori: iure munic. articulo 27.

Debitorē ex municipio creditor ducere volens, fideiussoriam statuat, quòd in sanitate eum nō ledat: ibid. iure mu. ar. 27.

Debitorem se affirmans propter beneficia alicuius, arctius compelli ad soluendum non debet, nisi in quantum potest: Spec. Saxo. lib. 3. art. 4. & art. 39. iure muni. art. 27.

Debitorum solutio quomodo fit ex mobilibus, quamuis argentum promittatur: lib. 3. art. 39. glo.

Debitor paratam pecuniam non habens, eliberatur bonis aliis, & sic faciens non redditur infamis: ibidem.

Debitor ad laborem cogi potest loco debiti: & quidquid laborando promeruerit, ad rationem debiti defalcetur: ibidem, libr. 3. art. 39. glo.

Debitum soluere non tenetur, nisi prout promiserit: ibidem art. 39 lib. 3.

Debiti solutionem expectare vnum oportet in domo sua, vel iudicis vicina ad solis occasum: Spe Sax. lib. 3. art 40.

Debitor obligans alicui nummos vel argentum, si pignora offert, per hoc non est liber, nisi sit inter eos pactum: ibidem libr. 3, art. 40. & in glo. vide quomodo id intelligatur.

Debitum in nummis vel argento, per nuncium: licito soluitur: ibidem.

Debitum nulli præsentetur nuncio, nisi qui apud iudicē ad id deputatus: ibid.

Debitor huiusmodi pecuniam vel argentum soluere tenetur, prout condictamē inter eos fuit: ibidem.

Debitor non exprimens in contractu super denariis, soluere eū oportet denarios, qui sunt currentes in loco vbi stipulatio facta est: ibidem.

Debitor nullibi solutionem præstare tenetur, nisi in loco vbi promiserit: ibidem.

Debitor moneri etiam in alio loco potest, quàm in quo solutionem promiserit, & hoc si ratæ in loco conductaminis non satis fecit: ibidem glo.

Debitum contrahitur dupliciter, ex natura & constitutionibus: ita solutio earum duplex: ibidem glo.

Debitum nummis solui debet, qui cōmuniter in prouincia currunt, & quibus panis ac cereuisia emitur, nisi aliter in contractu expressum sit: ibidem glo.

Debitor tenens triplicem summam, & soluit aliquid, computare illud potest super quam summam voluerit, quod si non expresserit, istius erit electio qui capit: exceptiones tamē istius vide li. 3. art. 40. glo.

Debitum petēs ab aliquo, causſam debiti exprimere oportet, si reus optet: li. 3. art. 41. Iure muni. art. 26. & 34. & 103. causſam istius ibidem vide in fin. glo.

Debitum quomodo lucratur contra debitorem: lib. 3. art. 45. glo.

Debiti solutio æquè valet per subdelegatum, sicut per principalem: Spe. Sax. lib. 3. art. 85. glo.

Debitor quod quis efficiatur non requiritur pluralitas verborum, sed simplex affirmatio vel negatio: Iure mu. ar. 22. gl.

Debita antiquiora obfuscant & præcedunt posteriora: ibidem glo.

Debitor iudicio adductus, quomodo procedendum cum eo: Iure mun. art 27.

Debitum potest præstolari quamdiu quis vult: ibidem.

Debitoris labor, quem apud creditorem facit, taxari & defalcari debet ad summam debiti capitalem: Iure mun. art. 27. & alia de debitis ibidem.

Debitorum exigendorum vide modū.

Iure mun. art 34.

Debitum absque testimonio omni die iudicari debet: hospitibus verò etiam cũ testibus omni die iudicatur: Iure munic. artic. 46.

Debiti adiudicatio, hospiti soluenda est vltra aliam noctem ibidem.

Debitorem peregrinatum vel mercatum euntem, turbare non licet in alieno iudicio, alias damnum resarcire eidem tenetur: Iure mun. art 66. quadrat ad id Spec. Sax. lib. 3. art 87.

Debitum ante reformationem dotalitij contractum, precedit in solutione dotalitium: Iure mun. art. 22.

Debitum promissum pro mortuo, quomodo absoluitur: Iure mun art. 67.

Debitorem peregrinatum euntem, si creditor in campo vel extra suam iurisdictionem preuenit, an eum detinere potest: Iure mun. art. 66. glo.

Debitum cùm hospes contra hospitem quærit, quomodo absoluitur: Iure mun. artic. 68.

Debiti mortuæ manus declaratio quomodo fit, & quid sit: Spec. Sax. lib. 1. artic. 6. lib. 3. ar. 31. Iure mu. ar. 67. & 103.

Debito mortuæ manus accusatus, solutionem probare potest metseptimus: Iure mun. ar 67. glo. & ar. 103.

Debito accusatus si testibus sit, testibus absoluitur: si simpliciter, etiam vnica liberatur manu: ibi Iur mu ar 67. gl.

Debitum exacto iure soluens, eodem die soluitur, & iudex mulctam obtinet: Iure mun. art. 93.

Debitum recognitum, ad quindenam soluitur, tandem ad octauam, tandem ad triduum, tandem ad sois occasum decernitur, semper cum pœna iudicis: ibidem.

Debitum non soluens, possessio eius cõfiscatur: si possessione caret, banno compellitur, tandem detinetur: ibidem.

Debitum contrahitur multis modis: ibidem. Iure mun. art. 93. feud. c. 46.

Debitum in ludo contractum, vel pro ludo accõmodatum, repeti iure non potest: lib. 1. art 6. Iure mun. art. 103.

Debitor locans hereditatem in iudicio, is qui acceptat vnum solidum præstat iudicio: iure muni. art. 105.

Debita persluta super proprio alicuius probare per testimonium volens, istud fieri oportet per homines possessionatos: iure muni. art. 107.

Debitorum solutio probari potest per omnes, qui iuri non derogarunt suo: iure muni. art. 108.

Debitor. Vide ad hanc materiam supra in dictione. Credit. r. & infra in dictione. Solutio.

Decima.

Decima si non tollitur tempore debito, & interim conculcatur perpetrans, nullũ ex eo damnum sustinet: Spec. Saxon. lib. 2. art. 48.

Decima soluenda à frugibus, & quomodo: ibidem, & feud. c. 11.

Decima quomodo ab vnoquoque animali, & quando soluitur: vide ample lib. 2. art. 48. per totum.

Decima datur ab omnibus animalibus exceptis gallis: ibidem.

Decima quid sit & cui præstatur: ibidem glo. & feud. c. 11. glo.

Decima cui debetur, potest de iure cõmuni petere, interdici domino fundi, ne fructus colligat, nisi eo vel eius nuncio præsente: lib. 2. art 48. glo.

Decimarum actio ad forum spirituale spectat: lib. 2. art. 48. glo.

Decimam non soluens, qua pœna: ibidem lib. 2. art. 48. glo.

Decimas accipere admittebatur feudatibus laicis, & quomodo: ibidem lib. 2. art. 48. glo. & artic. 57. glo. feud. c. 11. glo. copiosius.

Declaratio.

Declaratio debiti mortuæ manus quomodo fit: vide Spe. Sax. lib. 1. art. 6. & lib. 3. art 31. Iure mun. art. 67.

Declaratio. Vide ad hanc materiam in dictione. Mortua manus.

Dediticius.

Dediticij qui sint: vide lib. 3. art. 44.

Dediticiorum & Latinorum differentia: ibidem lib. 3. art. 44. glo. fin.

Dediticij viliores sunt Latinis: lib. 3. artic. 45. glo.

Dediticius & Originarius differunt: ibidem. & Iure mun. art. 50.

Dediticius maiorem verigeldum obtinet quàm originarius, quamuis vilior sit: rationem istius vide lib. 3. art. 45. glo.

Dediticius. vide ad hunc passum plura in

ra in dictione Originarius, & dictione Latinus.

Defensio.

Defendere quomodo quisque se potest in iudicio, secundum gradu, aut dignitatis conditionem, tàm miles, cuius, quàm rusticus, occasione prædæ, aut furti obiecti: lib. 1. art 63. glo.

Defensio bonorum duplex: lib. 2. art. 36. glo. Iure mun. art 135. glo.

Defendens vnius vitam suam, quomodocunque illam defendit ignoscendũ est: Spec. Sax. lib. 3 art. 78. glo.

Defensæ seu repulsæ necessaria probatio, & quæ requiruntur quòd necessaria defensa dicatur: ibidem gl. & libr. 2. artic. 14.

Defendere vitam tutiùs est, quàm violentiam querulari: ibidem glo.

Defendens domus violentiam, ille veram facit defensam: ibid. lib. 3. ar. 78. gl.

Defensam facere dicitur, si gladio quẽ occidit, eum armis impetentem animo nocendi, quamuis eundem inuasor nondum læsit: libr. 3. art. 78. glo.

Defensam necessariam probare vnus cogitur meisepteimus: lib. 3. art. 78. hodie tamen defensa probatur duobus testibus, non omni exceptione maioribus: ibidem in annotat.

Defensa æquè spiritualibus sicut secularibus admittitur: ibidem lib. 3. art. 78.

Defendere quilibet propior est vitam, honorem, quàm alter eum convincere: Iure mun. art. 75. glo.

Denarius.

Denarij quales esse debent in exsoluendo multa, emendæ, & verigeldo, in iudicio: Spec. Sax. lib 3. artic. 40. & 64. Iure mun. art. 47. feud. c. 69 glo.

Denarij. vide de denarijs infra super titulo. Moneta & magis in dictiõe. Nummus.

Depositum.

Depositio nulla condicio superaddi debet, alias si condicio apponatur, non iam vt depositum erit, sed magis pignoraticiũ vel conductum: lib. 1. art. 15. glo.

Depositum habens manifestè, si vindicetur res illa per alium furto, non potest accusari: Spec. Sax lib. 3. art 5.

Depositarius etiam ille, cui aliquid conceditur, quid facere debet, cùm res aliqua apud eum vindicatur: ibidem.

Depositarius, si ex furto, spolus, incendys, amissa sit, nullam in ea depositarius sustinebit pœnam, nisi dolo malo fecisset: ibidem.

Depositi natura est, vt illud è contra restituat: ibidem glo.

Depositum quando potest non reddi: ibidem.

Depositũ manifestè seruari debet: ibi.

Depositæ pecuniæ publicè, aquè manifestè seruatur in cista seu scrinio, sicut equus in stabulo, & vacca in campo: ibidem. & Iure mun. art. 56. glo.

Depositum, accommodatum, mutuũ, differunt: ibidem lib. 3. art. 5.

Deposito vti nõ debet depositarius: ibi.

Depositarius non soluit rem perditam, etiam si negligentius custodit eadem: ibi.

Depositi quatuor vtilia considerandæ, & alia de deposito plura vide: li. 3. ar. 5.

Depositarius arrestare depositũ nõ potest, etiam si quid sibi tenetur deponens, vel in eum delinquens; imò non reddens efficitur infamis: ibidem lib. 3. art. 5. gl.

Deus.

Deus est principium & finis omnium rerum, omniumque scientiarum caput, & auctor: Spec. Sax in prologo & in glo.

Deus hominem cunctis præfecit animalibus: lib. 2. art. 61.

Deus. Quod a Deo statutum est, perfectum habetur: lib. 2. art. 23. gl.

Deus hominem ad suam creditur imaginem condidisse, & glorioso redemit sanguine: lib. 3. art. 42.

Digitus & dens.

Digitus, dens, quomodo soluitur, si læditur: Spec. Sax. lib. 2. art. 16.

Dilatio.

Dilationes iuris quæ sint: libr. 2. artic. 10. glossa.

Dilatio non datur in certis casibus: lib. 2. art. 3. feud. c. 65.

Diuisio.

Diuidere vnam volẽtes hereditatem, senior diuidit, iunior eligit: Spec. Sax.

lia. 3. art. 29. Ju e mun. art. 25. feud. c. 32. glossa. Si verò plures sint, qui ad diuisionem pertineant, quid faciendum: ibidem vide.

Diuisio rerum triplex: ibidem, lib. 3. art. 29. glo. feud. c. 32.

Diuidens rem cum alio, non oportet in minutas partes scindere eãdem: ibidem, lib. 3. art. 29.

Diuisio bonorum fieri ita non potest, quòd vnus agrum habeat, alter verò censum soluat: ibidem glo.

Diuidere nollens cùm ei diuisio competat, iudex diuidet: ibidem, lib. 3. art. 29.

Diuisio quandoque venit ex necessitate, quæ tamen iure esse non deberet: feud. c. 32.

Diuortium.

Diuortio subsequuto dos peti potest: Spec. Saxo. lib. 1. art. 21. glo.

Diuortium triplex: ibidem glo.

Diuortij causa in legibus habetur multa: lib. 1. art. 21 glo.

Diuortio ex legitimâ causa subsequuto, vt pote, quia contrahere non poterant, pueris in iure non derogatur qui ante diuortium nati sunt, nec huic quem in vtero gestat: lib. 3. art. 27. & alia plura de diuortiis: ibidem vide in glo.

Diuortium vt sit nulli rectiùs agere cõpetit, nisi consanguineis: libr. 3. art. 28.

Diuortio legitimè subsequuto, mulier obtinet dotalicium in proprietate viri & ædificia, sed illa non auferret, dotem etiã non obtinebit - lib. 3. art. 74. & alia plura vide ibidem quæ cedunt mulieri diuortio subsequuto.

Diuortij causa coram iudice spirituali agi debet, sicut & causa dotis: ibidem glossa.

Diuortio facto pueri ab vtrisque enutriri debent, apud matrem tamen manebunt, quoad adoleuerint, ad triennium: ibidem.

Diuortij qui causam non præstat, apud illum pueri manebunt: ibidem, libr. 3. articulo 74.

Dominus.

Domini sunt duplices, in respectu ad famulos, & in respectu ad seruos: libr. 2. art. 16. glo.

Dominus seruum condemnatum excipere potest, & quomodo: lib. 2. art. 19.

Dominus pro famulo nonnisi quantum precij constat respondebit: lib. 2. art. 32. lib. 3. art. 6. feu. c. 60.

Dominus mercenarium expellens, plenam ei præstabit mercedem: ibidem, lib. 2. art. 32. iure muni. art. 80. feud. c. 60.

Dominus non tenetur de facto famuli, nisi mãdauerit vel ratum habuerit illud: ibidem, lib. 2. art. 32.

Dominus pro seruo emptitio respondere tenetur, estque in arbitrio eius, aut seruũ extradere, aut damnum soluere: ibidem glossa.

Domino seruum occidere non licet: ibidem, Spec. Saxo. lib. 2. art. 32.

Dominus cuius auriga damnum facit cum equo vel curru, & fugit, damnum soluet, & ad maiora non obligatur: lib. 2. art. 40. & 42. glo.

Dominus equorũ, cuius auriga aliquem curru interemit non tenetur, nisi amicis defuncti vnum verigeldum, iudici verò nihil tribuitur: lib. 2. art. 40. in annota.

Dominus tria tantummodo probare contra vasallũ potest, quòd loquitur, quod facit, quod promittit in iudicio: feu. c. 46.

Dominus alienare feudalem & censitum non potest, quamdiu facit ea quæ ex debito facere tenetur: feud. c. 41.

Dominus quomodo res per famulum ludo amissas repetet: vide clarè lib. 3. ar. 6.

Dominus duo pro rato tenere cogitur, quæ per famulum vel filiũ eius gesta sunt: Spec Saxo. lib. 3. art. 6. glo.

Dominus non tenens promissa vasallo, à iuramento vasallus absoluitur: lib. 3. art. 19. ibidem vide plura quæ dominus erga vasallum seruare debet.

Dominus quomodo in seruo vel ancillatus ius perdat suũ, & ille vel illa exinde in libertatem eripitur: lib 3. art. 73.

Dominus super vitam, sanitatem, hereditatem vasalli, cognati & ècontra iudicabit, nec per id ladit fidelitatẽ suam: lib. 3. art. 78.

Dominus vasallum & ècontra insequi potest, eum debellare, & alia facere citra eius fidelitatem: ibidem.

Dominus occidens vasallum in defendendo, & ècontra non delinquit: ibidem.

Dominus defendere potest tam actiuũ quam passiuum hospitem, tum socium viæ contra vasallum & ècontra: ibidem, li. 3. articulo 78.

Dominus occidens vasallum & è contra, vita, honore, bonis priuatur: lib. 3. articulo 84.

Domus.

Domus vicini licitè destrui potest, tempore incēdi, propter euitare maius malū: & si ignis ad illam vsque domum venerit destruens manet sine damno, si non peruenerit illuc, resarciendum est damnum: lib. 2. art. 49. glo.

Domo sua quinis pro libitu vti potest, sine tamen damno vicinorum: iure mun. art. 125. glo.

Domus si sit ruinosa, & damnum imminet vicino quomodo procedendum, & qualiter damnum resarciendum: ibidē, & iure muni. art. 126.

Domū meam extruere possum, quantum altius mihi placuerit, dato etiam quod officiat luminibus vicini mei: ibidē, lib. 2. art. 49. & art. 51. glo.

Domus violentiam defendens, ille iustam & necessariam repulsam facit: li. 3. art. 78. glo.

Domorum irruptio quomodo probatur, & quæ pœna: iure muni. art. 90.

Donatio.

Donatio quàm vir vxori facit triplex: lib 1. art. 22. iure muni. arti. 22. feud. c. 31. glo.

Donatio propter nuptias mulieri vera fit in proprio, tempore tamen vitæ mariti est ipsius vitæ pr. usu, seu expectātia seu dalis post mortem vere est eius feudum: lib. 1. art. 20. lib. 3. art. 75. iure munici. art. 22. glo.

Donationem quam mulier viro facere potest: Spec. Saxo. lib. 1. art. 31. glo.

Donationem faciens cùm id facere non potest donatio nulla: lib. 1. art. 52. iure muni. art. 65. gl. seu l. c. 31. glo.

Donata agritudinis tempore pro hic vxor post mortem viri non respondebit, sed nec familia pro eo inculpari potest: ibidē, lib. 1. art. 52.

Donata contra voluntatem hæredum, illud hæredes repetere possunt: ibidem.

Donationem inter viuos quis facere potest, & quis non: ibidem viæ per l. nōn glossa.

Donationem mulier viro impedire minimè potest: ibidem.

Donatio rerum ab vxore quomodo valet: ibidem glo.

Donare quid potest filius familias: ibidem glossa.

Donatio inter coniuges non valet, nisi morte confirmetur: ibidem, lib. 1. ar. 52. glossa.

Donatio perficitur, nedum inter præsentes, sed etiam inter absentes, per nuncium vel epistolam: ibidem in glo.

Donator tenetur ad traditionem rei, quam dare promisit, vel eius æstimationē: ibidem glo.

Donatio. In donationibus Saxonum lex: ibidem, lib. 1 art. 52. glo.

Donatio excedens quingentos aureos, indiget scriptura: ibidem glo.

Donas Saxo, cùm id facere minimè potest, donatio nulla, quia dat quod suum non est, sed hæredum, & alia de donationibus: ibidem in glo. vide.

Donationem cuius facere potest ex bonis, quæ non ex successione, nec ex admortuo cedunt, si ita est fortis, quod iudicio stare potest cùm donatio fit. Rusticus si pecus anstre potest per stadium insequens aratrum: mulier si ad ecclesiam ierit, vigintí virgis à domo distantem: ibidem glo. & iure muni. art. 20. feud. c. 31. glo.

Donans sua alicui, quacunque donatione teneri debet: ex lege 12. tabu. non tamen iure Saxonico. ibidem lib. 1. ar. 52.

Donari possunt mobilia tempore agritudinis actualiter, & quantum: ibi. lib. 1. arti. 52. Iure munici. artic. 20. & 65. feud. c. 31.

Donatio non fit sine cōsensu hæredum: intelligo de bonis admortuis, secundum ius municipale: quo ad villanos verò, intelligitur de omni proprio: ibidem libr. 1. art. 52. Spec. Sax. in annot.

Donationem videns, & eam non contradicens, postea contradicere non potest: lib. 2. ar. 6. Iure mun. art 20. feu. c. 17.

Donatio. Præponatur si contra vnum, quòd donationem vidisset, iuramento se absoluere poterit, quamuis etiam præfinitum iudicio adesset, nisi forsan ad donationem huiusmodi verbo aut facto annuisset: ibidem lib. 2. art. 6. glo.

Donationem videns, & non contradicens, quomodo postmodum contradicere debet: ibidem libr. 2. art. 6. Iure muni. artic. 20. glo.

Donatio triplex. Mobilium, immobilium, seruorum: lib. 2 art. 30. glo. fin.

Donata & benefacta non tenetur quis resarcire, nisi priùs suam protegat necessitatem: lib. 3. art. 39. glo.

Donum à magistratu aut iudice accipi dene-

jud negatur: ex lege 12. tabularum sub pœna noxæ: lib. 1. art. 60. glo.

Donata & empta, propter est possessor obtinere, quàm eũ quis euincere: li. 3. ar 4.

Donatio perfecta revocari non potest: ibi em glo.

Donatio revocatur in certis casibus, & quomodo valeat, qn. mod. verò nõ: ibi. glo.

Donator non tenetur de euictione rei donata, nisi sit dolo malo: ibidem: & lib. 3. art. 83. Jure mun. art. 30. & 56.

Donatarius astringitur naturaliter donatori ad antidora, hoc est retributionem: lib. 3. art. 4. glo. lib. 3. art 83. glo.

Donationem promissam adimpiendã, non debet promissor arctari, nisi in quantum potest: ibidem lib. 3. art. 4. & art. 39. Jure mun. art. 27.

Donatio seu vita promissio vera fit, & fieri debet in proprietate, & non in feudo: lib. 3. art. 75.

Donatio in feudo multis modis vitiari potest: ibidem.

Donatio propter nuptias, in re feudali, defuncto viro non valet, nisi dominus postmodum consentiat: ibidem art. 75.

Donata tribus diebus possidentur, & quomodo intelligitur: lib. 3. art. 83. Jure mun. art. 30 & 56. & in glo.

Donatum si cui quid sit, in eo donatarius non nisi donationem probare poterit: lib. 3. art. 83

Donator an teneatur de euictione seu varendatione: ibidem lib. 3. art. 83. glo.

Donatione facta inter virum & vxorem omnium bonorum, mobilium, immobilium, gerada nihilominus cedit cognata: iure muni. art. 23. gls.

Donatio fieri potest coram hominibus judicio pertinentibus, si judex & Scabini mortui sint, adminus tamen duo Scabini adesse tenentur: iure muni. art. 55.

Donata judicialiter viro aut mulieri, quiuis illorum cum his facere potest quicquid vult: iure muni. arti. 56.

Donauerit si quis aliquid eo animo, vt ille deprehẽdatur cum re huiusmodi, quid faciendum est, quòd sine culpa maneat: ibidem, & Spec. Saxo. lib. 3. art. 5.

Donatione facta mulieri in bonis mobilibus, cui cedunt bona illa mortua muliere: Jure mun. art. 57. glo.

Donatione facta domus mulieri, omnia ad id pertinentia possidebit: ibidem.

Donatio facta mulieri judicialiter, illam obtinet judice & Scabinis: ibidem. & Spec. Sax. lib. 1. art. 20.

Donationem factam extra judicium, manu vnica confirmabit: ibidem Jure mun. art. 57. & Spec. Sax. lib. 1. ar. 20.

Donationem extra judicium factam in hereditate, mulier septima cum viris & mulieribus obtinebit: & alia de donationibus abunde vide ibidem Jure mun. art. 57.

Donatione facta vxori omnium bonorum, post mortem vxoris cui cedunt bona illa: ibidem art. 57.

Donata alicui prius judicialiter, si postmodum eadem quis donare velit, contradicere prior poterit: Jure mun. arti. 60. Spec. Sax. lib. 3. art. 83.

Donata ædificia pueris vel vxori à viro, si post mortem eius ea quis alloqui vellet, mulier & pueri facilius ea obtinebunt, quàm quis ea euincere poterit: Jure munic. art 61.

Donare seu dare in lecto ægritudinis nullus quidquam potest, vltra tres solidos, sine heredum consensu: & alia de donis in lecto ægritudine plura vide. Jure munic. art. 65. & item Spec. Sax. lib. 1. artic. 52. quodammodo habetur.

Donatio duplex, inter vivos, & causa mortis: ibidem glo. & Spe. Sax. lib. 1. art 52. glo.

Donatio trifariam inutilis redditur: ibidem art. 65. Jure mun.

Donatio. vide infra in dictione. Venditio. ad hunc passum.

Dos, Dotalitium.

Dotalitium seu vita promissionẽ, quam vis illi abrenunciauerit, mulier repetere potest, nisi forsan de non repetendo iurauerit: lib. 1. art. 3. feud. 1. 56. circa articulum 31. lib. 1.

Dos. Pro dote quid militaris dare potest, vxori, sine heredum consensu: non militaris verò quantum: vide Spec. Sax. lib. 1. art. 20.

Dotem mulier proprio obtinet iuramento, possessionem cum testibus: lib. 1. art. 20. Jure mun. art 22. & 57.

Dotẽ vxor viro dicitur dare, vir autem vxori donationem propter nuptias: ibidem lib. 1. art. 20. glo. & lib. 3. artic. 74. glossa.

Dos quandoque dicitur donatio propter nuptias, quandoque ante nuptias, quandoque dotalitium, quandoque sponsalitia largitas: ibidem lib. 1. art. 20.

Dos

Dos. Ad hoc vt dos sit, necessariò requiritur quòd matrimonium sit contractum, non solùm de facto, sed etiam de iure: lib. 1. artic. 20.

Dos seu dotalitium, quare hoc nomine nuncupatur: ibidem lib. 1. art: 20. glo.

Dotalitium mulieres in pueros erogare non tenentur: ibidem lib. 1. ar. 20. gl.

Dos dari dicitur viro propter onera matrimonij, & item dos æquari debet donationi: ibidem art. 20.

Dotem accipiens mulier, hæreditatẽ non capit, & econtra: ibidem.

Dos. Ex dote mulier nulla soluit debita, & quomodo id intelligi debet ibidem glo. & feud. c. 31. abunde.

Dos percipitur ante omnia debita, & quomodo id intelligatur: ibidem lib. 1. artic. 20. Iure mun. art 22. feud. c. 31 & c. 56. glossæ.

Dos peti potest marito viuente, sed vergente ad inopiam: ibidem Spec. Sax. lib. 1. art. 20. feud. c. 31. vide amplius.

Dotalitium, nec cum voluntate, nec sine voluntate per virum alienari potest, aliàs mulier illud tempore viri lucrar: poterit, nisi iuramento forsan abrenunciauerit: ibidem lib. 1. art. 20 glo. lib. artic. 24. glo.

Dotis & dotalitij prærogatiua maxima: ibidem glo. lib. 1. art. 20.

Dotalitium datur mulieribus in proprietatibus, in iudicio sub banno cum cõsensu hæredum: lib. 1. art. 21. Iure mun. art 22. glo. feud. c. 31.

Dotalitium mulieribus nullus infringere potest: ibidem lib. 1. artic. 21. feudo. c. 31.

Dotalitium in certis casibus perditur: ibidem lib. 1. art. 21. Iure mun. art. 22. feud. c. 31. glo.

Dotalitium obtinetur etiam diuortio subsecuto: ibidem lib. 1. art. 21. Iure munic. art. 22. feud. c. 57.

Dos. Vir habens duas vxores, pueri primæ vxoris accipiunt dotem matris suæ per eam importatam, vltra alios, & patrem eorundem: ibidem lib. 1. ar. 21. gl.

Dos perditur, & donationem propter nuptias vir nihilominus dare cogitur, ex sex causis: ibidem lib. 1. art. 21. Iure munic. art. 22. feud. c. 31. glo.

Dote & donatione vxor carẽs, in quartam bonorum viri partem succedit; ibid. Spe. Sax. lib. 1. art. 21. & 24. Iure mun. art. 22. ibi ad tertiam partem admittitur.

Dos accipitur post res expeditorias: lib. 1. art. 24.

Dos. Ad dotem quid pertineat? & dos rusticarum fœminarum alia: ibidem.

Dos. Ex dote nec quidquã alicui præstatur, nec lectum vidua sternere cogitur: lib. 1. art 24. in annotat.

Dos. Ad dotem etiam pertinere dicitur, si quid in pecunijs, aut alijs rebus sibi datum sit: lib. 1. art. 24. in annotat.

Dos. Pro dotalitio iure spirituali agi potest: lib. 1. art. 31. glo. imò causa dotis corã iudice ecclesiastico agitanda: lib. 3. art. 77. glo.

Dotem non accipit vxor quam apportauit marito, sed loco illius capit dotalitium: causas istius, & alia de dote plura vide ibidem lib. 1. art. 31.

Dotis, dotalitij, & donationis propter nuptias, causa tam iure spirituali, quam ciuili institui potest: lib. 1. art. 31 glo.

Dotem importatam in pecunijs paratis maritus accipit, non tutorio nomine, sed sibi datur ex eo, quia ipse etiam sibi reformationem dotalitij facit, vel vitæ prouisionis: lib. 1. art. 31. glo.

Dotem accipit mulier ante omnia, dato, quòd bona obligata sint: feud. c. 56. circa art. 31. lib. 1.

Dos. Super dotalitio viuente marito, necessariò mulier habet tutores: feud. c. 56. circa art. 31. lib. 1.

Dotalitium denominatum in bonis vel frumentis, si mulier habeat in certa summa illa taxare non poterit secundum velle suum, sed commune forum: feud. c. 57. circa art. 31. lib. 1.

Dotalitium aut vitæ prouisio, inscripta mulieri, in bonis maritj, non potest ea loco proprij vsurpare, alias perdit illud: lib. 1. art. 32. lib. 2. art. 21. Iure munic. artic. 57.

Dotalitium ex triplici causa perditur: ibidem lib. 1. art 32.

Dotalitij prærogatiuas vide: lib. 1. artic. 32. glossæ.

Dotalitium si mulier habet in aliqua proprietate, ædificia derelicta ab ea, non mulieris hæredibus, sed viri cedunt: lib. 1. art. 32. lib. 2. ar. 21. Iur. mun. art. 57.

Dotalitium. In dotalitium assignata bona emere periculosum est: lib. 1. ar. 45.

Dotalitium mulieres tollunt etiam ex bonis damnatorum: lib. 2. art. 31. glo.

Dotem, comestibiliaque, non hæreditat mulier tempore vitæ viri, nisi ea post mor-

tem eius cœperit: lib. 3. art. 38.

Dotalitium verum in proprietatibus fit, & non in feud. lib. 3. art 75.

Dos, diuortio subsecuto, non redditur, sed bene dotalitium seu vitæ prouisio: lib. 3. art. 74.

Dotalitium in feudo inscriptum, mulier marito secundo nubenti dare non potest: feud. c. 57. circa art. 76. lib. 3.

Dotalitij expectantia feudalis, & vitæ prouisionis differentia: lib. 3. ar. 79. gl.

Item vxor perdit, si virum occidere procuret: lib. 3. art. 84.

Dotalitium seu vitæ prouisio per virũ reformata in bonis indeterminatè, vir nihilominus oppignorare potest, nisi reformatio illa sit in bonis specificatis, quia vt tunc oppignorare non poterit: Iure mun. a tic. 22.

Dotalitium in bonis denominatum, & si pereantur bona, obtinet tamen mulier ante omnes creditores & debitores, quibus post reformationem dotalitij contraxerat: ibidem art. 22.

Dotalitium quamuis mulier consenserit oppignorari, cum reseruatione iuris sui in bonis, in quibus dotalitium reformatum sit, in primis nihilominus obtinet dotalitium: ibidem Iure mun. artic 22. & artic. 140.

Dotalitium habens inscriptum mulier, & postmodum obligationem faciat cũ marito in illis bonis, vel fideiussoriam, libera esse non potest à solutione: Ibidem iure mun. art 22 feud. c. 31.

Dotalitium inscriptum in bonis censualibus, census ille antehac percessus præcedit solutionem dotalitij: ibidẽ iure muni. articul 22.

Dotalitium sine condicione vxori denominatũ, ipsa mortua sine prole, dotalitium cedit vxoris patri, cum conditione vero denominatum, hoc est, quod vir denominet post mortem suam dotalitium tolli, illa mortua manet dotalitium apud maritum: ibidem.

Dotalitium per fideiussoriam promissum reformari cum dos daretur, non subsequaturque reformatio, ac maritus interim moriatur, si probetur quod dos exoluta sit, fideiussores dotalitium exsoluere tenentur: ibidem.

Dotalitium denominatum, coram viris fide dignis, sine sit postmodum inscriptum sine non, vxor dotalitium probabit suo iuramento possessionem vero per testes, ibidẽ ibidem: art. 22. & 57. gl. & item Spec. Saxo. lib. 1 art. 29.

Dotalitium si non sit denominatum, quamuis mulier apportet pecuniam ad virum, dotalitiũ expeti non potest, actio tamen haberi poterit super pecunia apportata: ibidem iure muni. art. 22.

Dotalitium vxoris ex priori marito, vir secundo nubens, & eam superuiuens, quamuis non sit à pueris diuisa, post mortem eius obtinet, quod et competere videbatur: ibidem. & Spe. Sax. lib. 3. ar. 76.

Dotalitium ex gratia institutum est mulieribus: ibidem art. 22. iure muni.

Dotem iure municipali mulier relicta nõ accipit, & quomodo intelligitur: ibidẽ.

Dotis secundũ ius prouinciale & municipale differentia: ibidem.

Dotalitium si non sit denominatum per maritum, & bona licèt labore acquisita, tertiam bonorum vxor accipit partem: ibidem. & Spec. Saxo. lib. 1. ar. 21. gl. vbi in quartam partem admittitur, & cùm hoc paraphernam seu gera dã tollit.

Dotalitium vnde dicatur? & cur hoc vocetur nomine: ibidem iure mu. ar. 22.

Dotalitium obtinet mulier etiam si à viro separetur per ecclesiam: ibidẽ ar. 22.

Dotalitij tollendi consuetudo Maydeburgi vsitata, illa tamen derivari non debet ad alias ciuitates, ita quod cætera ciuitates illam seruare teneantur, nec secundum illam Maydeburgen. in causa dotalitij appellata iudicant: ibidem iure muni. artic. 22.

Dotalitium viuente viro, apud virum manet, & cibaria domestica: iure muni. articul 23.

Dotalitium si nullum mulier habuerit in bonis viri, in eisdem viri bonis manebit, & necessariis prouidebitur quoad vixerit: iure muni. art. 57.

Dotalitium si quis infringere mulieribus nitatur, illud mulier probare potest cum viris & mulieribus meis septima, qui fuerunt præsentes: ibidem.

Dotalitium vitæ prouisionis, in hæreditate inscriptum diuendi non potest: ibidem iure muni art. 57.

Dotalitium propter paupertatem & imperitiam prouidendi; impignorari alteri potest & quomodo, vide practicam: ibidem & item, Spec. Saxo. lib. 1. art. 21. glossa.

Dotalitium denominatum, sine determinatione, post mortẽ vxoris, viro adhuc viuente

viuente cedit patri vxoris: cùm specificatione vero apud maritum manet: ibidē iure muni. art. 57.

Dotalitio quomodo renunciatur: vide practicam: feud. c. 56. circa articulum 31. libro 1.

Dotalitium quomodo per relictam expeti debet, vide practicam: feu. c. 31. glo.

Dotalitium in bonis inscriptum loco pignoris, mulier post mortem viri pignus illud inuadiare potest: iure muni. ar. 95.

Dotalitium mulieri reformatum in bonis viri, dato quod illa consentiente bona obligentur, vendantur, perdi dotalitium non potest, dummodo precustodiat ne illud noceat iuri suo: iure muni. arti. 140. & supra 22.

Dotalitij prærogatiuæ tres: Spe. Sax. lib. 1. art. 20. feud. c. 31.

Dotalitium. Vide ad hunc passum plura infra in dictione. Vitæ prouisio.

Dubietas.

Dubietas triplex, iuris, probationis. & facti: Spec. Saxo. lib. 3. art. 26. glo. feud. c. 10. vide amplius glo.

Dubitatur si quis super facto alicuius, quod in benam vel in malam interpretari potest partem, potius in bonam interpretari debet: ibidem, Spec. Saxo. libr. 3. a t. 26. glo.

Dubium. Etiam in dubiis est obediendum, melior enim est obedientia quam victima: lib. 3. art. 64. glo.

Dubietas. Vide infra ad hac materiā in dictione. Opinio.

Duellum.

Duellum iure admittitur: Spec. Sax. lib. 1. art. 18. iure mun. art. 35.

Duellum adrogatum est, & venit ad iuramentum septem testium: lib. 1. art. 39. glo & 63. Jure mun. art. 35.

Duellum admittitur in tribus casibus: ibidem lib. 1. art. 39. glo & 63. feu. c. 55.

Duellum indictum mutilato, eius agnatus eum defendit: lib. 1 art. 48.

Duellum indictum mutilato, & qui tuterem habere non potest, facto sacramēto, pugilē pecunia cōducere poterit: ibid.

Duellum contra mortuū indictum, itidem defendi potest: ibidem.

Duellum. In duello si se per pugilem defendere quis nititur, actor etiam per pugilem agat: ibidem.

Duellum adrogatum, & venit ad septem testes: ibidem. & art. 63. glo. ex Statuto Alberti imperatoris: Jure munic. art. 35.

Duello plagiarium suum conuincere volens, si propter debilitatem corporis id pretune facere non potest, iudex in tempus differat certum: lib. 1. art. 49.

Duella seu pugilationes Saxones seruabant ex eo, quia militares erant: ibidem glo. & Jure mun. artic. 13. & 35. & artic. 83. glo.

Duellum bannitus alteri sibi æquali indicere volens, quatuor progenitores indiget scire: lib. 1. art. 51.

Duellum indictum alteri, & id iure probatum fuerit iniuste factum, prouocanti emendam dabit: ibid. lib. 1. ar. 51.

Duellum quomodo indicitur, & quæ solennitates seruantur circa id: per Lingū vide lib. 1. art. 63. Jure mun. art. 35.

Duellum quid sit: ibidem libr. 1. art. 63. glo. & Jure mun. art. 35.

Duellum prohibitum iure Canonico & ciuili: ibidem Spec. Saxo. & Jure mun. artic. 35.

Duellum denegare potest in generatione deteriori, sed non deterior meliori. ibidem lib. 1. art. 63. Jure mun. art. 35. Articulus tamen iste reprobatus est.

Duellum Carolus confirmauit Saxonibus specialiter: Fredericus verò vbique tenendum statuit: ibidem lib. 1. art. 63.

Duellum post meridiem indictum denegari potest: ibidem art. 63. & Jure munic. art. 35.

Duellum denegatur contra cognatum ibidem art. 63. & Jure mun. art 35.

Duellum pro occiso mortuo rectè admittitur, non obstantibus primis ijs quibuscumque rationes vide Spe. lib. 1. artic. 63. Jure mun. art. 35.

Duellum ex legibus certum habet: ibidem art. 63. glo.

Duello alloqui volens, tria in se habere debet: ibidem lib. 1. art. 63. Jure munic. art. 35. feud. c. 55.

Duellum illatum alicui si non venit, quomodo vincitur: ibidem. & art. 65.

Duellum rectè admittitur in certis casibus, non obstante constitutione aliqua: lib. 1. art 64. glo.

Duellum indici potest pro vulneribus liuidis: lib. 1. art. 68.

Duellum cum interpositione duellium

verborum, potest quis alium ad duellum capere: lib. 1. art. 68.

Duello probare volens mortuum aut vulneratum adductum indicio, si deficit in probatione, ipsemet. vt violator pacis condemnetur: lib. 1. art. 69.

Duellum si indicitur ex abrupto non præcustodito, inducia sibi dari debent, secundum sui generationem: lib. 2. art. 3.

Duellum prouocare seu indicere, est criminaliter accusare: ibidem glo. & in annotat.

Duello prouocatus, & dilationem petens, fideiussoriam statuere oportet, nec sufficit promissio, si non sit possessionatus: ibidem lib. 2. art. 3. in glo.

Duello super iniurijs conflictus, pœnã demerebitur capitalem: lib. 2. art. 16.

Duellariter alloqui quid sit: lib. 3. artic. 26. art. 35. Jure mu. art. 33. & 35 gl.

Duellum inducens, comprehenso in iudicio, & actione traslata, pax vtrique indicetur: lib. 3. art. 36.

Duellum ex rancore factum, est peccatum: Jure mun. art. 35.

Duello superatus quid demeretur, & de duello plura cum instantijs: ibidem Jure mun. art. 35 feud. c. 55. glo.

Duellum clericus promittens, an illud explere tenetur, & interficiens aliquem, an deponi possit ab officio? & item clericus per pugilem duellariter interficiens vnum, an efficitur irregularis? Jure munic art. 35.

Duello accusatus tribus querelis si cõtra vnamquamque septem testibus expurgari poterit, duellum acceptare non oportet: ibidem Jure mun. art. 35.

Duellum decretũ pro homicidio, quomodo procedendum est, & quomodo recusatur: Jure mun. art. 82.

Duellum. Quomodocunque se vir tuetur duellariter, eodem etiam modo alloqui duellariter debet: Jure mun. art 82.

Duello agnatus interfecti repellit omne testimonium, quodcunque producere vellet contra interfectum: Jure munic. art. 87.

Duello victus, eius pueri sunt infames: feu. c. 55 glo.

Duellum vasallus domino indicere potest, sed prius bona, quæ ab ipso in feudum habet, renunciare tenetur, alias faceret contra honorem suum: feud. c. 55. glo.

Dux.

Dux vnde nomen sortitur: lib. 3. art. 53. & 58. glo Jure mun. art. 7.

Dux, princeps, de aliquo ducatu inuestitus, dux proprie dicitur: lib. 3. art. 64. glossa.

Ducis & principis differentia: feud. c. 72. circa art. 53. lib. 3.

Ebrietas.

EBrietas est origo mali: libro 3. articulo 69.

Ecclesia.

Ecclesia non defendit eos, qui in illis delinquunt: lib. 2. arti. 10. Jure munic. art. 9. glo.

Ecclesia. Ad ecclesiam vel cœmeterium fugientes liberi sunt, & ecclesia dat eisdẽ alimenta: ibidem, libr. 2. arti. 10. iure munic. art. 9.

Ecclesia vel cœmeterium non defendit quinque genera hominum: ibidem, lib 2. art. 10. iure muni. arti. 9. & alia de immunitatibus ecclesiæ: ibidem plura vide.

Ecclesiam fugientes, trani ex ea non debent, verum victus non ministretur: ibidem: lib. 2. art. 10.

Ecclesia reformationes itinerũ & pontium agnoscit, quia respicit pietatem: lib. 2. art. 27.

Ecclesia est mater sacri imperij: libr. 3. art. 57.

Ecclesiam fugientes vel cemæteriũ, & si inuestigentur, sineque strepitu detinentur, possunt exinde trahi, si sacerdotes nõ prohibent: secus est, si prohibeant: Jure mun. art. 9. glo.

Ecclesiarum ministri, si prohibent ad cemæteria ingredi, obtemperandum est: ibidem.

Ecclesiam fugientes malefactores, extradi non debent, nisi pro vita promittatur: ibidem art. 9.

Ecclesiæ res sacræ opignorari, sed nec diuẽdi possunt, etiam quacumque vrgente necessitate subsequente, nisi pro redemptione captiuorum & sustentatione pauperum: Jure mun. art. 140 & Spec. Sax. lib. 3. art. 7. nec oppignorari: lib. 2. articulo 24. glo.

Ecclesia. Vide supra in dictione Cemæterium.

AEdificium.

Ædifi-

Ædificia, in quibus mulier habet vitæ prouisionem seu dotalitium, post mortem eius cedunt hæredibus mariti: libr. 2. articulo 21.

Ædificia feudalia filius feudalis potiori obtinet iure quam hæres, iure pouinciali: ibidem.

Ædificia fundi eius sunt cuius fundus est, & manere circa fundum debent: ibidem. & lib. 3. art. 38. glo.

Ædificia extollere vnus potest in fundo suo, si extra seruitutem fundus sit, quã alte voluerit, etiam si officiant luminibus vicini: lib. 2. art. 49. & lib. 51. glo.

Ædificia struens in damnum vicini, iudici denunciandum est: & iste ædificia demoliri cogitur: libr. 2. art. 49. glos.

Ædificia censualis quæ fecit, tollere potest cùm recedit, præter sepem anteriorem & posteriorem domus, & fimum: illa enim dominus redimit: lib. 2. art. 52.

Ædificia prædiorũ seu villarum, nonnisi propter violentiam in sexu muliebri patratam, destrui possunt, & quomodo in his procedatur: Spec. Sax. art. vlt. lib. 2. & item lib. 3. art. 1. & 68. Iure munic. art 39. rationes in glo. vide.

Ædificia castrorum propter quid destruuntur: lib. 3. artic. 1. Iure mun. art. 39. rationes vide in glo.

Ædificia in vitæ prouisione non cedunt hæredis relicta, nisi illa tempore vitæ transferat in alium locum hæreditarium seu feudalem: lib. 3. artic. 38.

Ædificia omnia manent circa hæreditatem: lib. 3. art 38.

Ædificia quomodo & quam altè construi possunt, sine licentia iudicis: libro 3. artic. 66.

Ædificia prædiorum ex tribus caussis destruuntur: Iure mun. art. 40. glo.

Ædificia in bonis censualibus vxori donata coram domino villæ, & alter postmodũ ea impetat, mulier obtinet ædificia si probauerit donationem: Iure mun. artic. 61.

Ædificia puer non emancipatus cum consensu matris vẽdere potest, dato, quòd non superueniat consensus emancipatorũ: Iure mun. art. 63.

Electus. Electio.

Electi ad officia ciuitatum ea acceptare tenentur, aliàs puniuntur tribus libris auri, & nihilominus officium acceptare tenebuntur: Spec. Sax. lib. 1. art. 55. gl.

Electus in caussa ciuitatis, contra ciuem exequi tenetur: ibidem glo.

Electio regis Romanorum Theutonicis competit, & de solennitatibus electionis imperatoris: vide lib. 3. ar. 52.

Electio. Ex electione quædam admittuntur, quæ aliàs de iure locum habere nõ possunt: Spec. Sax. lib 1. art. 56.

Electionem imperatoris impedit excõmunicatio: lib. 3. art. 54. glo.

Electionem quamcumque impedientia: ibidem. sed si post electionem euenerint, non deponitur, sed datur sibi curator.

Electores imperij qui sunt ex ordine: lib. 3. art. 53. glo. & clarius 57. in textu.

Electio post illos primos cedit omnibus principibus, & quomodo id intelligitur: artic. 57.

Electorum imperij declaratio: ibi. gl.

Electores imperatoris si negligentes sũt in electione, an Apostolicus eundem eligere possit: lib. 3. art 57. glo.

Electus in Episcopum, Abbatem, Abbatissam, qui sceptro fruuntur bellico, a rege accipere feudum tenentur, ab Ecclesia verò curam spiritualem: lib. 3. art. 59.

Electus si non sit Episcopus, Abbas, in sex septimanis electio cedit regi, & ille eligit quem vult: ibidem.

Electio prælati de iure pertinet ad capitulum: ibidem.

Electio prælati quam cito fieri debet: ibidem lib. 3. art. 59. glo.

Electio duplex, spiritualium, & secularium: ibidem.

Electio cedit imperatori, si infra sex septimanas non eligitur ille, qui iure eligi debet: Papa verò per tres menses: ibidem. & feud. c. 2.

Eligentes dominum Papam Cardinales quomodo in conclaui seruãtur, & quantum cibi eis præstatur: lib. 3. art. 59. glo.

Electionum iura & electionis differentia ac vtilitates: ibidem lib. 3. art. 59. Iure mun. art. 44. feud. c. 2.

Electionem annihilantia caussa 45. ibidem lib. 3. art. 59.

Electores imperij citati, cùm appellatum sit ex Maydeburgo, si nõ venerint, pœnam regi soluunt: Iure mu. ar. 10. gl.

Electio consulum Maydeburgi quomodo fit, & quæ electionem impediunt: Iure mun. art 43. glo.

Electionis consulum, & item mœchanicorum

nicorum apud Maydeburgenſes conſuetudinem vide: Iure mun. art. 47. & in glo. abundantius.

Eligens ad officium aliquem, quid præcauere debet: ibidem Iure mun. artic. 43. glo.

Electio. Circa electionem conſideranda: ibidem.

Emancipati.

Emancipatorum filiorum pueri non accipiunt ſortem auí ſui, niſi auo fuiſſet admortua: Spec. Sax. lib. 1. art 5. in annot.

Emancipati pueri ad diuiſionem non admittũtur, niſi importauerint illud, quòd ceperant præter vtenſilia & res expeditorias: lib. 1. arti 10. & 13. iure municip. articul: 57.

Emancipatus renuncians hereditati, illa carere debet: lib. 1. art 13. niſi iuramento ſe expurget.

Emancipatus renuncians indicialiter, iuramento contrauenire non poterit: ibidem & iure mun. art. 57. glo.

Emancipati, quicquid vnus relinquit tempore mortis patris, cedet in collationẽ, cum non emancipatis, ære alieno ſoluto: lib. 1. art. 13. glo.

Emancipati filij & filiæ omnes, mortuo patre, non opus eſt, quòd importent quæ ceperunt, ſed diuidũt æqualiter illud quòd reliquum eſt, ſecundum Maydeburgen. ibidẽ, lib. 1. art: 13. in annota. Iure mun. art. 96. glo.

Emancipatio fit coram iudice, & alia plura de emancipatione: ibidem vide, lib. 1. art. 13. & lib. 2. art. 19.

Emancipare pater filiũ poteſt coram iudicio, quacunq; ſint res quibus emancipatur, etiam minimè, dummodo ſint per eum acceptatæ: lib. 2. art. 19.

Emancipans pater filium, donanſque bona ſua omnia, nihilominus tamen bona illa pater apud ſe ſeruat, committatq; pater interim maleficium? cui cedunt bona illa: ibidem.

Emancipare filium pater non poteſt eo inuito: ibidem.

Emancipatus, patrẽ neceſſariò nutrit, ſi ad paupertatẽ deuenit, & alia de emancipatione plura: ibidem, lib. 2. art. 19.

Emancipatio quid ſit: lib. 2. arti. 30. & Iure muni. art. 57.

Emancipare pater filium cogitur in certis caſibus: ibidem, lib. 2. art. 30.

Eman-

Emancipati mortuo vno ex fratribus, qui non emancipatus eſt, æquè percipiunt ſucceſſionẽ bonorum illius mortui, cum nõ emancipatis: Iure mu. arti. 57. & in glo.

Emancipati importare non tenentur arma bellica, veſtimenta & geradam: ibidem, Iure muni. art. 57. & Spe. Sax. lib. 1. art. 10. & 13.

Emancipati quomodo diuidunt cum non emancipatis: Iure muni. art. 96.

Emenda.

Emẽda & verigeldi præconis duplex: Spec. Saxo. lib. 1 art. 8.

Emendam qui in iudicio deſpexerit amplius ea carebit: libr. 1. art 16. lib. 2. art. 6. lib 3. art. 32.

Emenda poſt multã ſoluitur in quindena: lib. 2. art. 5. Iure munic. art. 46. feud. c. 69.

Emenda prius acquiſita quam multa, prius exſoluitur: ibidem, lib. 2. ar. 5. Iure muni. art. 46.

Emenda & multa ſoluitur nummis, qui communiter in prouincia currunt: lib. 3. art. 40. Iure muni art. 46. glo.

Emendam non diminuit ſi quis tempore ſenectutis tutorem ſibi eligit: lib. 1. articulo 42.

Emenda varende quæ ſit: lib. 2. ar 15. Iure mun. art. 116.

Emendam quilibet habet ſecundum ſui generationem, ſi eam ſuis nõ diminuit vitiis: lib. 2. ar 16. & lib. 3. ar. 45 gl.

Emenda propter quid datur: libr. 2. art. 21. feud. c. 51.

Emendam plenam habet quiuis homo, licet in aliquo membro defectum patiatur, dummodo illum defectum ante hac iudicio non publicauit: lib. 2. art. 21.

Emenda domino cedit. ſi quid in ſeruũ committatur flagitiũ. libr. 2. ar. 34. Iure muni. art. 3.

Emenda per ruſticos villæ concluſa, maior, quam quæ iure deſcripta eſt, illos duntaxat ligat, vicinis verò minimè nocere poteſt: lib. 2. art. 47. glo.

Emenda cui cedit, ſi quis deliquerit, ſicut ſi & inquãtum multi ad vnam proprietatem pertineant, vel feudum, ita quod vnus ab alio teneat: lib. 2. art. 57.

Emenda ad maximum extenditur ad triginta ſolidos: lib. 1. art. 68. lib. 3. ar. 43. & 45. Iure muni art. 87. mediũ emenda 15. ſolidis: Iure muni. art. 129.

Emen-

Emenda vniuſcuiuſq; hominis ſecundum ſtatus taxata, liberorum, dominorum, ſeruorum, per longum, vide lib. 3. art. 45. & iure muni. art. 50.

Emenda datur ſecundum vniuſcuiuſq; generationem, ſed non verigeldis: ibidē, lib. 3. art. 45. glo. finali, & in annota. ibidem.

Emenda medietatem mulier habet viri ſui, & virgo itidem medietatem ortus ſui: ibidem.

Emenda apud Saxones omnium rerū taxata & in eis magna eorū prærogatiua: ibidem glo.

Emenda per imperatorem ſtatui poteſt ſecundum eius beneplacitum: per principes verò & iudices determinatè ſecundum leges: ibidem glo.

Emenda ſecundum leges expeti poteſt, ab illo qui paſſus eſt, quantumcumq; voluerit: iudex verò eā moderabitur: ibi. glo.

Emenda originariorum ſecundum ius prouinciale, ſunt quindecim ſolidi: libr. 3. art. 45. ſecundum verò ius municipale ſunt triginta ſolidi: Iure mun. art. 50. concordantiam tamen iſtius vide ibidem Iure mun. art. 50 in glo.

Emenda non aquè ſimilis, velaquè magna præſtatur pro exceſſu paruo, ſicut pro exceſſu magno. lib. 3. art. 47. glo.

Emenda non ſoluitur cùm quis vitam demeretur ſiue manum: lib. 3. art. 50.

Emendam illuſtres habēt: lib. 3. ar. 53.

Emenda nemini datur, niſi actori: ibidem art. 53.

Emenda, mulcta, verigeldi, differentia: Iure mun. art. 129. glo. feud. c. 51.

Emenda luſorum, pugilum, mulieris publica, pro percuſſione abſque vulnere 15. ſolidi: ibidem Iure mun. art. 129.

Emenda duplex, corporalis & pecuniaria: ibidem art. 129. & feud c. 51. glo.

Emenda. vide in hunc paſſum infra plura in dictione. Pœna.

Emptio.

Emptionis & venditionis conditiones amplius: vide lib. 1. art 9. & lib. 3. ar. 4.

Emptori ſi violētia vel iniuria cōmittatur in re empta, venditor non tenetur eam varendare: lib. 3. art. 4. glo.

Emptam vel donatam rem propior eſt poſſeſſor obtinere, quàm quis eum conuincere poterit, & quomodo intelligitur: ibi.

Emptam rem metertius probare poteſt: & alia de emptione plura vide ibidem lib. 3. art. 4. Iure mun. art. 134. & item lib. 1. art. 15. & lib. 2. art. 56.

Emptio. De emptionibus & ad quid emptor teneatur: vide lib. 3. art. 83. glo.

Emptori iura venditoris prodeſſe debent: ibidem lib. 3. art. 83. glo.

Emptionis & venditionis practicam vide abunde Iure mu. art. 140. feu. c. 55.

Emptori incumbit damnum rei empte. ſi eādem in poſſeſſionē cœpit: ſecus eſt, ſi ſe bonis non intromiſerit, quia, vt ſic, negatiua abſoluitur: ibidem Iure muni. artic. 140.

Emptio vide infra in dictiōe. Venditio.

Emphyteuſis.

Emphyteuſis cōceſſa duobus fratribus, vt poſt mortem eorum ad eccleſiam reuertatur: mortuo vno, pars eius accreſcit fratri, non eccleſiæ: lib. 3. art. 79.

Emphyteuſim proſe, vxore ſua, & pueris accipiens, an pueris etiam pertineat parentibus viuis: lib. 3. art 79.

Emphyteuſis dicitur eſſe melioratio, vel prouentus ex bonis conductis iuxta cōtractum: & aliam vberiorem eius declarationem vide Iure mun. art. 7. feudor. cap. 5. glo.

Epiſcopus.

Epiſcopi ſecundum obtinent dignitatis clypeum: lib. 1. art. 3.

Epiſcopus in reconuentionalibus coram ſæculari iudice comparere tenetur: lib. 2. articulo 12. glo. ibidem in annota. limitationem iſtius vide.

Epiſcopus electus priùs feudum quàm curam paſtoralem ſuſcipere debet: libr. 3. art. 59.

Epiſcopus ſi non eligitur in ſex ſeptimanis, electio cedit imperatori: ibidem lib. 3. art. 59.

Epiſcopatus ſeu Archiepiſcopatus in Saxonia quatuor: lib. 3. art. 62.

Epiſcopi habent nobilitatem acquiſitā: Iure mun. art 8.

Epiſcopatus Maydeburgenſis eſt fundatus ex Ducatu Sclartaniæ, per imperatorem Ottonem: Iure mun. ar. 16 glo.

Epiſcopus eligit Shabinos Maydbur: ib.

Epiſcopus, Abbas, ius feudale habens non per hoc dicitur habere ius prouinciale: feu. c. 20. glo.

Equus.

Equo fesso spicas licet de agris tollere vnum pedem in via tenendo. Item in sylua virentes gramina cedere: lib. 2. art. 60.

Equo vendito vel empto qua sunt cauenda: iure muni. art. 99.

Equi arrestatio quomodo fieri debet: Spec. Saxo. lib. 2. arti. 36. Iure munic. art. 132. & 135.

Equo vel animali mortuo pro quo vnus fideiusserat, eutem illius apportando liberatur, & quomodo intelligendum: vide lib. 3. art. 10. Iure muni. art. 119.

Equo qui freno difficile tenetur, puerũ impetenti cedatur, & puero ex casu equi, cui cedit damnum: Iure mun. art. 38.

Equus emptus & acceptatus, ad optata tamen emptoris apud venditorem in stabulo relictus, interimq; damnum in equo eueniat, cui cedit damnum illud: Iure muni. art. 140.

AEtas.

Ætates mundi septem. & quando vnaquæq; initium sumpsit & finem: vide lib. 1. art. 3. feud. c. 1.

Ætatem habere quomodo dinoscitur: lib. 1. art. 23. & 42.

Ætas. Vide supra titulo. Anni discretionis.

AEterna salus.

Æternam salutem consequendam omnes sumus similes: Iure muni. art. 2.

Euictio.

Euictio. Re euicta in causis vbi locum habet euictio, sumptus veniunt ad interesse in euictione: lib. 2. art. 15. glo.

Euictor in proposito intantum est sicut varendator iure nostro: de hoc vide titulo varenda infra.

Exactio seu collectæ.

Exactiones soluere tenentur forenses: lib. 2. art. 55. glo.

Exactio. Si vnus ab exactione liberatur, pars oneris non accrescet aliis: ibidem.

Exactio. Vniuersitas priuilegiare rusticum non potest, ne collectas solnat: ibid.

Exactiones veteres nouus incola soluere non tenetur: ibidem, lib. 2. art. 55.

Exactionem nouam iudex statuere nõ potest absque prouincialium consensu: lib. 3. art. 91.

Exactionem quinis soluere tenetur ex omnibus quæ possidet sub iuramento: Iure muni art. 48. glo.

Exactionem non soluens debito modo, quid demereatur? & a quibus rebus soluitur exactio a quibus vero non: ibidem vide.

Exactionem solui non oportet à gerada & rebus bellicis, secundum aliquos tamen soluitur iuxta laudum ciuitatis: ibidem.

Exactio soluenda à censibus etiam quæ vnus extra municipium habet, & quomodo soluitur: ibidem.

Exactio seu collecta potissimum exigi debet, iuxta laudum & plebiscitum vniuersiusq; ciuitatis: Iure muni. art 48. in annota.

Exactiones à censu soluit, ille qui censum capit: ibidem, Iure muni. art. 48.

Exceptio.

Exceptionis effectus: lib 3 art. 16.

Exceptiones contra querelas duplices: peremptoria & dilatoria: vide lib. 3. ar. 22. glossa.

Exceptiones duplices cõtra querelam, & contra iudicem. feud. c. 68.

Excessus.

Excessus si ciuitati vel communitati ascribi debet, quid requiritur, quod recto ac iusto ascribatur: lib. 3. art 86 glo.

Excessus contigit quadrupliciter: lib 3. art 45. glo. & lib. 2. art. 38. & libr. 2. articulo 38.

Excessus communior grauius punitur, sicut est furtum: lib. 2. art. 39. glo.

Excessus. Pro excessu qui corpore punitur, mulcta non exsolutur: lib. 3. art. 50. rationes ibidem vide glo.

Excessus cõtra nos factos, quomodo propinquis nostris ex præcepto diuino dimittere debemus, & quomodo non, & an pœna pro malefacto & excessu expeti debet: Iure munic. arti. 17. Spec. Saxo. libr. 2. art. 13. glo.

Excessus commissus intelligitur dupliciter, erga nos & erga iuris præcepta: ibidem, Iure muni. art. 17.

Excessum in ciuitate faciens princeps, demandare non potest, vt suscipiatur a ciuitate, nisi prius cum parte læsa componat: Iure muni. art. 102.

Excommunicatus.

Excommunicatus in foro spirituali agere & testificari non potest: Spe. Saxo. lib. 2. art. 63. etiam in foro seculari: vt ibidem in glo.

Excommnicatus in una ecclesia, est excommunicatus quantum ad alia: libr. 2. art. 63. glo.

Excommunicari nullus debet, nisi pro mortali: lib. 2 art. 63.

Excommunicatus. Cum excommunicatis communicare prohibitum est sub pœna spirituali: lib. 3. art. 23. glo.

Excommunicatio electionem impedit ex multis respectibus: lib. 3. art. 54. glo.

Excommunicatio animæ & non corpori nocet: lib. 3. art. 63. Iure munici. artic. 5.

Excommunicatio non deteriorat vnĩ in iure suo, si proscriptio non subsequatur: ibidem lib. 3. art. 63 Iure munic. arti. 5. intelliget amen, vt ibidem declaratur: Qui minus iuste in excommunicationem inciderit: vide tamen oppositum Iure munic. artic. 4. articulus tamen iste reprobatus est.

Excommunicatio quid sit: lib. 3. art. 63. Iure mun. art. 5. feud. c. 12.

Excommunicatio quando est inualida, & quód sententiæ excommunicationis quandoque iniuste proferãtur ex multis caussis: ibidem lib. 3. art. 63.

Excommunicato, vel Laretico, aut bãnito domino, vasallus seruire non tenetur. lib. 3. art 63.

Excõmunicatio in duobus casibus aduertenda non est: ibidem lib. 3 art. 63.

Excommunicatio iniusta an tollerãda est: ibidem. & Iure mun. art. 5.

Excommunicans iniuste aliquem quid demeretur: ibidem lib. 3. artic. 63. Iure mun art 5.

Excommunicatus in vno loco, est excommunicatus in alio: lib. 3. art. 82 glo.

Excõmunicari seu damnari iure spirituali quis potest post mortem, in tribus casibus: Spec. Sax. lib. 1. art. 2. glo.

Excommunicatus etiam derogat iuri suo: Iure mun. art. 4.

Excommunicatus. In excommunicationem iuste incidens, testificari non potest nec ei respondere quis tenetur, sed ille de se querulanti respondere cogitur: ibidem Iure mun. art. 4. feud c. 12. & 68.

Excõmunicatus frustrè in cẽsuris perseuerans, est iure priuatus: Iure munic. art. 5. glo.

Excommunicatus etiam iniuste, debet de ecclesia exire, nisi in certis casibus non: ibidem glo.

Excommunicatio persimile animæ nocet, sicut proscriptio corpori: ibidem Iure mun. art. 5.

Excommunicatus tempore iam nati officij, non propter hoc perdit officium: sed abstinere debet per id tempus ab officio exercendo. Iure mun. art. 16.

Exemplum.

Exemplum pro declaratione alicuius positum, regulam non restringit communem: lib. 1. art. 62. in anotat.

Exhæreditatio.

Exhæreditatur potissimũ filius ex tribus casibus: lib. 1. art. 17. glo.

Exhæreditationis caussæ quatuordecem: Spec Sax. lib. 1. art. 17. lib. 3. art. 83. feud. c. 27.

Exhæreditari potest filius, si bona tempore patris violenter occupat: lib. 3. artic. 84. glo.

Expeditoriæ res.

Expeditoriæ res agnatus capit, vtensilia domus cognatus: lib. 3. art. 15. Iure mun. art. 23. & 25.

Expeditoriæ res. vide ad hãc materiam supra in dictiõe. Arma bellica. & infra titulo. Hergewet.

Expensæ.

Expensæ. Pro expensis cibi, potus, accusatus si non recognoscit, vt pro alio debito respondebit: si recognoscit, & non habet vnde soluat, quomodo pignerari debet: vide Iure mun. art. 77. & in glo. ibidem.

Expurgatio.

Expurgatio quid sit, & quomodo vnus expurgare se debet de obiecto furto, spolio: Spec. Sax. lib. 1. art. 39.

Faber.

Fabri in ciuitate habentes domos, prouidere caminos debent, ne damnum vicinis inferant, possunt tamen liberè officinam struere eam prouidendo: Jure mun. art. 124. & 125.

Faber ædificare ante domum non debet angariam, hoc est, locum sufferendorum equorum, sine consensu consulum: Jure mun. art. 125.

Factum manifestum.

Facto credendum non est, nisi appareat prelatio: lib. 2. art. 6.

Facto manifesto deprehensus, statim iudici est præsentandus, & septem conuincitur testibus: Spec. Sax. lib. 1. art. 66.

Factum manifestum quid sit, & quomodo probatur: ibidem glo.

Factum pernoctatum Burgrabius iudicat, & nullus alter: Jure mun. art. 38.

Factum manifestum. vide de hac materia infra in dictione. Manuale factū.

Falsum.

Falsè accusans aliquem, eandem subit pœnam: Spec. Sax. lib. 2. art. 8.

Falsas literas ostendens coram iudicio, si moritur, & alter easdem ostenderit, contra secundum actio dabitur: libr. 3. artic. 10. glo.

Falsas merces si vendiderit, vel pecuniam falsam expenderit, quid demeretur: Jure mun. art. 99. glo. fin.

Falsum. Occasione falsi manum alicui conuincere volens, istud facere debet meliorum cum iure dignis: Jure munic. artic. 119.

Famulus.

Familia precium de hæreditate primum persoluitur: lib. 1. art. 22.

Familia eodē iure & prærogatiua quādoque vtitur cum dominis suis: libr. 2. art. 27.

Famuli duplices: lib. 2. art. 32. glo.

Famulum alienum si quis detinet, capitale percutiat, quæ pœna, & cui emēdatur: lib. 2. art. 34. Jure mun. artic. 80. feud. c. 60.

Famulus ludo amittens, vendens res domini sui, easdem dominus repetere potest: lib. 3. art. 6.

Famulus res proprias ludo amittēs, sibi ipsi imputabit, quamuis etiam dominus de omnibus eundem indemnem reddere promiserit: ibidem.

Famulus in seruitio res suas furto perdens, dominus resarciet, & actio eidem ad recuperandum res huiusmodi reinquetur: ibidem.

Pignoret si quis alium, alter verò dicat se fore spoliatum, cui cadit probatio: lib. 2. art. 28.

Pignorans aliquem, cùm arbores inserit is euellit, citius eum conuincet, quàm ille se excusare poterit: ibidem lib. 2. articulo 28.

Pignus si benè custoditur, & subtractum sit, soluere non tenetur, nec hæres eius: lib. 2 art. 60. gl. feud. c. 55.

Pignus perlusum alienatum à patre, hæres non soluit: ibidem lib. 2. art. 60.

Pignorata bona aut concessa, si ille amiserit, perluserit, ille qui concredidit, nulli actionem intentare potest, nisi illi cui bona concredidit sua: lib. 2. art. 60.

Pignus reddere oportet nõ peiuratum, vel soluere secundùm valorem: lib. 3. articulo 5.

Pignoratum animal si moritur sine creditoris culpa, soluere non tenetur, nisi id fiat dolo malo: summam tamen debiti creditor amittit, nisi forsan aliter in contractu expressum sit: ibidem lib. 3. art. 5.

Pignus obligari non potest alij creditori à primo creditore, vltra summam quã in re habet: libr. 3. art. 5. glo. & alia de pignoribus ibidem vide.

Pignus si quis accipiat & fideiussores, non potest fideiussores impetere, nisi pignus reddat: lib. 3. art. 9.

Pignus. Oppignorata vestes per virũ tempore sanitatis mulieris, pro necessitate eius, ille exemere cogitur post mortem eius, cui iure cedunt: Iure mun. art. 23.

Pignore se tuens contra creditorem, pignus illud per iudicem taxari debet, an valeat summam necne: Iure municipa. artic. 27. gl.

Pignoris loco dari non potest homo liber & puer: Iure mun. art. 140.

Pignorata bona quandoque efficiuntur bona ex seipso, quamuis oppignorata non sint: vt suppellectilis apportata ad domum censuarem: Iure mun art. 140. Spe. Sax. lib. 2. art. 59.

Pignus. Res oppignoratæ quomodo desinunt vnius esse: Iure mun. art. 140. glo.

Pignus. vide ad hunc passum supra in dictione. Obligatio.

Piscantes.

Piscantes in riuis alienis, tribus solidis puniuntur, & damnum resarciunt: in stagnis verò alicuius piscans, triginta solidis punitur: lib. 2. art. 28. & quomodo id intelligatur, vide glosam ibidem.

Pistores.

Pistor domum emens, fornacem si priùs illic non erat, construere non potest sine consensu ciuitatis: Iure mun. art. 125.

Plebiscitum.

Plebiscitum quid sit: vide Spec. Sax. lib. 1. art. 62. glo. & lib. 2. art. 47. Iure mun art. 1. & 14.

Plebiscitum quale esse debet: Spe. Sax. lib. 1. in prolo. Iure mun. art. 1. ar. 22. & 44. glo.

Plebiscitum anno & die seruatum, iuris vigorem obtinebit: Iure mun ar. 1.

Plebiscita quomodo constitui debent, ad hoc quòd robur obtineant: ibidem Iure mun. artic. 1.

Plebiscita fieri debent non contra ius scriptum, nec contra ecclesiam catholicã: ibidem Iure mun. art. 1. & artic. 14. in glo. abundè.

Plebiscitum iudex si cum maioris partis populi consensu ordinauerit, à minoris parte necessariò obseruatur: lib. 2. ar. 55.

Plebiscita per Romanos ciuitatibus data: Iure mun. art. 7.

Plebs à populo differt, sicut species à genere: Iure mun. art. 1.

Plebiscitum quando concluditur, legitimam & rationabilem necessario vt habeat caussam ad vtilitatem reipublicæ, & quod honestum sit ciuitati, temporiq; cõpetens: Iure mun. art. 22. & 44. & itẽ art. 1. & Spec. Sax. lib. 1. in prolo.

Plebiscitum differt à cõsuetudine: Iure mun. art. 44.

Plebiscitum seu consuetudo vt valeat, quid in se habere debet: Spec. Sax in prolo. Iure mun. art. 22. & 44.

Plebiscitum vt valeat, bis secundum illud iudicari debet, & contradicendo vincatur secundum illud: Spec. Saxo. in prolo. Iure mun. art. 44.

Plebiscitum differt à consuetudine: ibidem Iure mun. art. 44.

Plebiscitum in quibus fieri potest: Iure mun. ibidem.

Plebiscitum constitutũ communitati, cùm conuentum habeant suum, publicari debet, iudicandumque vigore illius bis vel ter, &

Pœna seu emenda duplex, corporalis & pecuniaria: Jure mun. art. 130. g a.

Pœna. vide ad hunc passum supra in dictione. Emenda.

Penestici.

Penestici vel reuendatores demerentes contra statutum ciuitatis, puniuntur in cute & carne: Jure mun. artic. 44. glo. & artic. 19.

Penestici redimentes cutem & carnem. manent inre priuati: ibidem.

Penestiorum ordinatio: ibidem.

Percutiens.

Percutiens aliquem, ita quòd loca tumescant, livida sint, vel sanguinolenta, absque tamen vulnere: & si conqueratur, illeque non venerit se excusandum, proscribitur: lib. 1. art. 68.

Percutiens aliquem citatus si non venerit, proscribitur, percussus tamen iudici se præsentare debet: ibidem.

Percutiens aliquem fustibus, baculo, in dorso, ventre, & testes habuerit, iudicem & homines iudicio pertinentes propior est duellum acquirere: lib. 1. art. 68. Jure mun. art. 89.

Percutiens aliquem pluries, an pro quilibet actu puniri debet, vel vna pœna absolui: lib. 2. art. 16. Jure mun. art. 90.

Percussio duplex: vna sit cum violentia, alia simplex: lib. 2. art. 34.

Percutiens aliquem leuiter, aut per capillos trahens, vitam non demeretur, nisi mulctam, dato, quòd cum clamore iudiciario accusetur: lib. 3. art. 37. & si sint vulnera cruenta, in ciuili actione medio verigeldo, in criminali ad cutem punitur: Jure mun. art. 58.

Percutiant si plures vnum & probari non potest, euadunt iuramẽto si fatentur. quilibet soluit emẽdã & iudicio mulctam: & alia plura de percussionibus & verberibus mortalibus vel simplicibus vide Jure mun. art. 89.

Percutiat si quis hominem infamem: vtpote lusorem, pugilem, meretricẽ, absq; tamen vulnere, accusatus demerebitur iudici mulctam pares verò medium emẽdæ. hoc est quindecim solidos: Jure mun. art. 129. Spec. Sax. lib. 1. art. 59.

Periurium.

Periurium quadrupliciter fit: lib. 2. art. 1. glo.

Periuri pueri non sunt ex iuramento patris. ibidem.

Periuri peccatum in quem derivatur, an in iudicem, vel in illum qui falsè iurat. ibidem lib. 2. art. 1. glo.

Periurium. Super periurio non datur actio si cui iuramentum defertur, & ille exequitur illud: lib. 1. art. 18. lib. 2. art. 82. l. & hoc melliùs secundum Saxones: secundum verò leges, admittitur probatio in contrarium.

Periurium homicidio voluntario, & adulterio comparatur: lib. 2. art. 11. glo.

Periuri pœna: lib. 3. art. 11.

Periurium. Vide supra in dictione. Juramentum.

Pignus, pignoratio.

Pignorare licitè dominus censualem potest. lib. 1. art 54. glo. & libr. 2. articulo 70 glo.

Pignus. Super impignoratam rem vnus probare potest quantitatem debiti iuramento: lib. 1. artic. 15. lib. 3. articulo 7. glo. ff.

Pignorare non licet præconi aliquem, nisi per sententiam, vel iure adiudicatus: lib 1. art 53. & item lib. 3. ar. 56.

Pignus in debito acceptum, tribus vicibus per quindenam ad fideiussoriam si postulatur dari potest: & & si non postuletur, nihilominus per sex septimanas seruetur: si interim non liberatur, vendi poterit: & alia de pignoribus viae lib. 1. articulo 70.

Pignore se quilibet tueri potest contra debitorem: ibidem glo.

Pignus loco fidei datur: lib. 2. art. 5.

Pignorata res aut obligata nunquam præscribunt: lib. 2 art. 24. in annotat. feud. c. 55. ibidem circa eundem art. Jure mun. art. 22. & 140.

Pignorari non possunt bona sex tuplicia: lib 2. art 24. feud. c. 55 glo.

Pignoris, feudi, conductionis, venditionis differentia: feud. c. 55. & circa articulum 24 lib. 2. Jure mun. art. 20.

Pignorata ciuitas si sit, extorqueri ab ea exactiones non debent vltra solitum: ibidem feud. c. 55. & circa art. 24. lib. 2.

Pignoris quædam specialia. lib. 2. articulo 24.

Pignorari quilibet potest occasiõe damni

iudicem, in ad probatione testimonio iudicis non indigebit : ibidem.

Probatio sufficiens redditur cum duobus sententiã inuenire solutis, vbi actio nõ extenditur nisi ad mulctã & pœnam : ibi.

Probans intentionem per Scultetum & Scabinos, iudex tenetur probare cum illis id quod audit ex eis. ibidem.

Probare aliquid per testes volẽs, quoscunque voluerit nominare potest : si pauciores nominauerit à principio, sibi præiudicabit: expòst enim plures inducere non poterit . lib. 2. art. 22. glo.

Probare volens per iudicem & Scabinos, & ille proterue testari nollet ea quæ ex Scabinis audit, sufficienter iste suam probabit intentionem : ibidem lib. 2. articulo 22.

Probare si quis vellit per distinctiones & differentias, vt id fiat necesse est : lib. 2. art 34. glo.

Probare ille cogitur, qui casum allegat aliquem : & alia de probationibus vide libro 2. art. 42.

Probatio incumbit actori & non reo, & quomodo id intelligatur : libr. 3. articulo 4. glo.

Probatio incumbit etiam reo : ibidem glo. & lib. 1. art. 15.

Probatio. Actore nõ probante rẽ apud me allocutam esse suam, ego probare non teneor esse meam, quia eam possideo : ibi. lib. 3. art. 4.

Probante actore rem esse suam, ego probare possum in contrarium rem esse mihi donatam, venditam : ibidem.

Probatio respondentis non incumbit, nisi actor probet rem fuisse suam : ibidem lib. 3 art. 4.

Probatio mortua manus quomodo fit : lib. 1. art. 6. lib. 3. art. 31. Iure mun. articulo 67.

Probatio negotij per testes necessariò venit, siue coram iudicio, siue extra actum sit : lib. 3. art. 9 glo. fin.

Probatio reo non venit, nisi actor varendam præstet : lib. 3. art. 14. glo.

Probationem allegans, & non probat, victus est : lib. 3. art. 18. Iure munic. articulo 32.

Probatio natiuitatis propriè competit iuri spirituali : lib. 3. art. 28.

Probatio seruitutis quadruplex : lib. 3. art. 32. ibidem de probationibus seruitutis & de possessionibus eorundem : vide.

Probationes omnes adinuentæ sunt propter opiniones : lib. 3. art. 37.

Probationes omnes sunt fermè quasi opiniones : vide per longũ lib. 3. art. 37. gl.

Probatio nulla melior, nisi cum quid corporaliter ostenditur : ibidem glo.

Probatio testibus pro bonis, siue pro varenda, in iudicio quomodo fieri debet : lib. 3. art. 88.

Probatio manualis facti est, met septimus in criminalibus, in ciuilibus verò mettertius : ibidem glo.

Proconsul.

Prouonsul ad vnum annum eligitur : Iure mun. art. 19.

Proconsulis officium & potestas, signãter in quatuor : ibidem glo.

Proconsul quomodo iurare debet : ibid.

Proconsul est quasi medius inter alios iudices : ibidem glo.

Proconsul vnde nomen accepit : ibidẽ.

Proconsul præesse & dominari alijs debet : ibidem

Proconsul cum consulibus omnia administrat : ibidem.

Proconsul cum consulibus constituere præcepta ciuitatis possunt, quidquid se extendit infra 36 solidos : & qui id redemerit, infamis est.

Proconsul. vide supra ad hanc materiam in dictione. Consul.

Procurator.

Procurator illegitimus esse non potest : lib. 1. art. 36.

Procurator verba alicuius faciẽs, nullum sustinet damnum : lib. 1. art. 47. gl.

Procuratoris officium est vilissimum : in annot. lib. 1. art. 60.

Procurator quis sit : lib. 1. art. 60.

Procuratorum cautela : lib. 1. art. 61. feud. c. 19.

Procuratorem esse, testificari, agere, & se defendere vnicuique licet, nisi forsan sit proscriptus : lib. 2. art 63.

Procurator mulier esse non potest, & item monachi, hæretici: ibidem lib. 3. artic. 63. glo. in certis tamen casibus mulier procurator esse poterit : ibid. glo. vide,

Procurator si agat causam cum mãdato, etiam si malum sortiatur finem negocium, ipse repetet sumptus : secus est, si non habuit mandatum : libr. 3. articulo 6. glo.

Procurator quomodo à iudice expetitur: Iure mun art. 20. glo.

Procurator. vide ad hunc passum supra in dictione. Ferendarius. abundè.

Prodigus.

Prodigalibus necessariò dandi sunt tutores, sicut & furiosis: lib. 1. art. 12. glo. tum ex lege 12. tabul. ibidem.

Proditor.

Proditor quis sit: lib. 3. art. 78. glo.

Progenitores.

Progenitores. De Progenitoribus quatuor vide: lib. 1. art. 27. & 51. lib. 3. articulo 26.

Progenitorum honor vel stadium, nõ nisi in tertiam derivatur generationem: lib. 1. art. 51. Iure mun. art. 4.

Progenitores suos nominare cogitur, quando duellum sibi simili indicere vult: lib. 1. art. 51. lib. 3. art. 29.

Progenitores, hoc est, auum & patrẽ. si quis non habet militaris ordinis, feudo caret: feud. c. 2.

Progenitores. Ad hanc materiam vide supra titulo. Pater.

Proles.

Proles portari potest in vtero matris, antequam dignoscatur. 40 diebus: libr. 1. art. 13. glo. Iure mun. art. 96.

Proles antequam nascatur. portari in vtero materno potest decem mensibus & duobus diebus & non vltra: ibidem lib. 1. articulo 33. Iure mun. art. 96.
vide tamen ibidem circa art. 33. lib. 1. opiniones plures, quod videlicet diutiùs portari fœtus potest.

Proles maturiùs genita ante deffinita tempora, increpari potest: lib. 1, art. 36. Iure mun. art 96.

Proles vidua post obitum patris tardiùs genita, itidem increpatur: ibid. lib. 1. art. 36. Iure mun. art. 96.

Proles legitima, typeum patris ac hæreditatem eius & matris obtinet, si sit aqualis generatione: lib. 3. art. 72. Iure mun. art. 4.

Proles ex bannito vel pagano seu villico genita, non matri, sed matri in emenda & vergeldo æquatur: lib. 3. art. 73. Iure mun. art. 3.

Proles genita ex bannita muliere & villico, hæreditatem non accipit matris, nec alienius agnati ex parte matris: ibidem lib. 3. art. 73.

Proles ministerialium quomodo succedit: ibidem.

Proles Sclauorum, an sit libera vel serua, & item proles Teutonicorum qualis sit: ibidem.

Proles ex seruo & libera, & ècontra, genita, quem sequi debet: ibidem libr. 3. art. 73. Iure mun. art. 3.

Proles. vide ad hanc materiam supra in dictione. Filius. & infra in dictione. Puer.

Promissio, pactum.

Promittens rem, tenetur ad eius traditionem, vel ad ipsius æstimationem, si rem tradere non potest: lib. 1. art. 52. gl.

Promittat si vnus aliquid, illud explere tenetur: dato, quòd postmodum pœnituerit: & alia plura de promissionibus & stipulatione vide abundè in glo. lib. 1. art. 7. & lib. 3. art 40. glo. & art. 41.

Promittens sine determinato tempore, in instanti explere tenetur: lib. 2. articulo 3. glo.

Promittens coram iudicio quid, non aduersario, sed iudici promittere dicitur: lib. 2. art. 15. glo.

Promittens proprietatem resignare, id facere tenetur ipse vel eius hæres, dummodo pecunia exsoluta sit: lib. 1. art. 9.

Promissum & conductus tus limitat omne: lib. 2. art 10. glo.

Promittens contra iuris ordinem, recedere à promisso potest: lib. 2. art. 33. gl.

Promissum non extenditur ad compromittentis hæredes, si de ipsis non sit in cõpromisso cautum: lib. 2 art. 11. glo.

Promissio seu pactum an valeat de futura successione: lib. 2. art. 30. glo. & alia de promissionibus ibidem plura.

Promissum vel pactum si sit, quòd in meo pariete fenestram non ædificem. & simile. an liget emptorem vel successorem? Resp. quòd nonnisi tunc appareat pactum appositum contemplatione tui prædij, hoc est, quòd prædium seu prædij possessor ad illam seruitutem obligetur: lib. 2. art. 51. glo. & alia ad propositum plura ibidem.

Promittens aliquid ad expletionem donationis arctari non debet, nisi in quantũ potest: lib. 3. art. 4. Iure mun. art. 27.

Pro-

Promittens rem malam, explere non tenetur: lib. 3. art. 9. Jure mun. art. 117.

Promittens sub fide aliquid facere, & id explere non potest, non propter hoc redditur infamis: ibidem lib. 3. art. 9.

Promittens & non iurans, aquè tenetur ad seruandum: libr: 3. art. 19. & secus faciens, periurus est: vide hoc idem feud. c. 3.

Promittens solutionem, moneri nō debet ante tempus contractus: libr. 3. articulo 22. glo.

Promissum non debet experi, nisi inquantum facultas promittentis se extendat, & quòd priùs suæ succuras necessitati: lib. 3. art. 39. glo.

Promissum filio à patre, vel seruo à domino, repeti apud iudicem non potest, & siquidem ex natura promissi seruari & redds debeat: lib. 3. art 40. glo.

Promittens aliquid propter vitæ sanitatem, & implere non potest, non propter hoc iuri derogat suo: lib. 3. art. 41.

Promissum contra iuris ordinem factum seruare non oportet: & alia de promissionibus plura vide ibidem lib. 3. articulo 41. glo.

Promittens soluere pro aliquo, eidem incumbit probatio qui promisit, quòd solutum est per eum vel alium: libr. 3. articulo 85.

Promittens de promissionibus manus coniunctæ: vide ibidem.

Promittēs disiūctiuè 10. vel 20. soluere, non tenetur nisi illud quod est minus: ibi.

Promissum in obscuris, illud quod est minimum seruari debet: ibidem libr. 3. articulo 85. glo.

Promissiones omnes debent esse ore, & per manus stipulationem: si manum non haberet, trunco vti faciat necesse est: Jure mun. art. 22.

Promissum negans, manu ad sacra euadere debet: ibidem.

Promissio. vide ad hanc materiam supra in dictione. Cautio. dictione Compromissio & Fideiussio. & item titulo. Obligatio. & titulo. Stipulatio.

Proprium, proprietas.

Proprietarij qui sint: lib. 1. art. 2. lib. 3. art. 32. glo.

Proprietas & proprium quid sit: libr. 1. art 8. feud. c. 54.

Proprietas seu proprium datum, impignoratum, comprobatur iudice cum septem testibus: lib. 1. art. 8.

Proprietatem alteri resignare stipulans, impune tenetur ipse veleius successor, si ille moriatur: itidem de aliis bonis censendum: lib. 1 art. 9.

Proprium non alienatur sine hæredū consensu: lib. 1. art. 21. & art. 52. Jure mun art. 20. & 61.

Proprietas & fundus 30 annis & sex septimanis aduersus Saxonem præscribit: lib. 1. art. 29. & lib 3. art. 83.

Proprietas præter vsumfructum quē mulier habet in ea, alienari non debet: lib. 1. art 32. lib. 2 art. 21. Jure munic. art. 57. quia alias perdit vsumfructum, fallit hoc in certis casibus: vide glo. ibid.

Proprietas sine licentia iudicis alienari potest, dummodo sit consensus hæredum: lib 1 art 34.

Proprietas & siquidem sine licentia iudicis alienari potest, possidentamen nō poterit, nisi resignatione subsecuta: ibidem in annot.

Proprietatem alienare volens, dimidietatem mansi & fundi, in quo currus verti possit, retinere tenetur: & causam istius vide ibidem lib. 1. art. 34. glo.

Proprietatem suam dās alicui in feudum, donatio illa domino non proderit, nisi ab eo anno & die possideatur: elapso integro anno, securè hæreditatem tenebit, nec eam donator, sed nec hæres eius in proprium sibi vindicabit: ibidem.

Proprietas in iure simplici sita, coram rege resignari potest, & hoc si iudex resignationem sibi denegabat: ibi. & in glo.

Proprietatis resignatiōis vtilitas quadruplex: ibidem lib. 1. art. 34 Jure mumun. art. 20 glo.

Proprietas proscriptorum cedit imperiali maiestati, & si hæres infra annum & diem eandem non elegerit, postmodum actio eis denegabitur: lib. 1. art. 38.

Proprietas ministerialium non cedit in potestatem imperatoris vel dominorū, licet iuri derogauerint suo: lib. 1. art. 38.

Proprietas donata contra iustitiam, sine hæredum consensu, hæres eam veris postulet sententijs, & eandem quasi donator obtinebit: lib. 1. art. 52.

Proprietatem aut seruum, sine hæredum consensu, & absque legitimo iudiciali termino, nullus alienare potest: lib. 1. art. 21. & 52. Jure mun. art 22. & 61.

Proprium seu hæreditas duplex: stans

& iacens: Jure mun. art. 21. feud. c. 54. & circa art. 52. lib. 1. Spec Sax.

Proprium non nisi quod quis emit alienari potest sine haredum consensu: lib. 1. art. 52. Jure mun. art. 20. feud. c. 54. vide etiam lib. 2. art. 59. glo. ad id.

Propriũ quid sit, & quod duplex est: emptum & deuolutum: lib. 1. art. 52.

Proprium quod quis non emit, sed per successionem habet, alienari sine haredũ consensu non potest: lib. 1. art. 52. Jure mun. art: 20. & hoc secundum ius municipale: secũdum verò ius villanorum intelligi debet de omni proprio: & exinde elicunt quidam, quod bona à parentibus deuoluta alienari non possunt sine consensu haredum, quia empta non sunt, quod & clarius habetur Jure mun. art. 57. in textu, dura tamen hec est derivatio, & extra practicam actum modernorum.

Propriy alienatio iudicialiter quomodo fit, & quæ solennitates seruandæ: libr. 1. art. 52. copiosius tamen Jure mun. ar 20.

Propriũ cum quis alienare vult, quantus vires ostẽdere coram iudicio tenetur, miles, ciuis, rusticus, mulier: lib 1. arti. 52. Jure mun. art. 20.

Proprietas si testibus probanda decernatur, actor in continenti vel proximo iudicio eo statuat: lib. 1. art. 62.

Propry & feudi diferentia: feud c. 54. & circa art. 59. lib 2.

Proprietatẽ si quis suam esse dixerit, & alter feudum suum fore alleget, facilius proprietarius obtinebit: lib 2. art. 43. vide etiam Jure mun. art. 69. sub alio tamen sensu.

Proprietas hereditaria facilius obtinetur quàm empta vel donata: ibidem lib. 2. art. 43. Jure mun. art. 69. rationes istius vide ibidem in glo.

Proprietas præscribitur contra illum, qui donationem videt, in instanti: ibidem Lb. 2. art. 43. contra absentes, 30. annis & anno & die: lib. 1, art. 29.

Proprietatem si quis vsurpare velit in feudo vel dotalitio matris, illam testimonio sex bannitorum probare necesse est: libr. 2 arti. 44. alias sufficiunt duo testes ad probandum possessionem: vt ibidem annotat.

Proprietas acquiritur triplicitèr: ibidem glo.

Proprietas nõ est iudicanda extra territorium, vbi sita est: lib. 3. art. 33.

Proprietas non est iudicanda secundũ iura personarum, qui eam impetunt, sed secundum leges prouincie illius: ibidem.

Proprietas. In proprietatibus vera donatio fit mulieri & non in feudo: libr. 3. articulo 75.

Proprium duplex: lib. 3. art. 76. glo.

Proprium an per mulierem virum habentem alienari potest: ibidem.

Proprietas à pagano relicta haredẽ nõ extante, cui cedit: lib. 3. artic. 80. Jure mun. art. 59.

Proprium aut res mobiles si quis vendiderit: quousque vixerit, varendator illarum esse tenetur: lib. 3. art 83. & quomodo id intelligitur: ibidem glo. vide.

Proprium alienatum per patrem anno, vel vltra ante mortem, an filius repetere illud possit: lib. 3. art. 83. Jure mun. art. 30. glo.

Propry resignationes quomodo fieri debent: Jure mun. art. 20.

Proprium varendatur anno & die: Jure mun. art. 21.

Proprium alicuius si consignatum sit, quotiens intra vel extra vadit, totiens mulctam iudici dabit: Jure mun. art. 54. & Spec. Sax. lib. 2. art. 41.

Proprium alienare volens, vt id coram iudicio fiat necesse est: Jure mun. art. 55. glo. & Spec. Sax. lib 1 art. 52.

Proprium. Super proprio alicuius testificari volens, meliptimus vel mettertius illud facere debet cum hominibus possessionatis: Jure muni. arti. 16.

Proprium. Vide plura ad hanc materiam supra titu. Hareditas.

Proscriptus seu bannitus.

Proscriptus anno & die in proscriptione regia iacens, infamis est & proprietatem dominus tollit: lib. 1. art. 38. Jure muni. art. 5. art. 68. & 71.

Proscriptorum haredes si infra annũ bona parentum iuramento non eliberauerint, perdent ea, nisi iure ostendant impedimentum: lib. 1. art. 38 feud. c. 13.

Proscriptus iuri derogat suo: Jure munic. arti. 4.

Proscriptionem annum & diem tollerãs, adhuc remissionem habebit, vt interficiatur, capitis tamẽ diminutionem non recuperabit nisi in regis acie rege pugnante vnum lanceatum inuadat, tunc primum statum obtinebit non tamen bona: ibidem, lib. 1. art. 38. feud. c. 12.

Proscri-

Proscriptionem Imperij anno & die tollerans infamis fit feudumq; eius domino, hæreditas verò Imperatori vacabit: lib. 1. art. 38.

Proscriptorum hæredes quomodo bona eliberare debent: ibidem, lib. 1. artic. 38. feud. c. 13.

Proscriptis Saxo restituitur honori nō bonis: ibidem, lib. 1. art. 38. & quare id fit vide ibidem in glo.

Proscriptio simplex & proscriptio maior quid sit, ibidem libr. 1, artic. 38. Jure muni. art. 5.

Proscriptus septem testibus conuincitur: lib. 1. art. 66.

Proscripto vita non aufertur, nisi in proscriptione nominatim fuerat condemnatus: ibidem.

Proscriptus propter solam contumaciam potissimum proscribitur: libro 1. art. 66. & 67.

Proscriptus. Contra proscriptum testificari volens, non solum eum proscriptum esse sed & factum causamq; proscriptionis testificari eum oportet: ibidem, lib. 1. articulo 66. glo.

Proscribi nullus debet nisi in actione qua mortem aut membri amissionem inferat: lib. 1 art 67. in annota.

Proscriptus ob contumaciam propter quid proscribatur: ibidem glo.

Proscriptio seruire potest pro inimicis vulneribus: lib. 1. art. 68.

Proscriptus pro quacunq; causa, si cōprehensus in dicio præsentetur vltimo supplicio damnabitur: ibidem, lib. 1. art. 68. & 71. Jure muni. art. 5.

Proscriptus. A proscriptione absolutus iuris beneficia obtinet: ibidem, libro 1. articulo 68.

Proscriptus an pro confesso habeatur: lib. 1. art. 68.

Proscriptus à Gograuio si perseuerauerit, Comes eum vlterius proscribit & tandem rex: lib. 1. art. 68. & 71. Jure mun. articulo 5.

Proscriptio quomodo probatur: lib. 1. artic. 71. glo.

Proscriptus in vno loco non dicitur proscriptus in alio, intellige de proscriptione inferiorum iudicum: lib. 1. art. 71. glo.

Proscriptus an appellare possit nec ne: lib. 1. art 71. glo.

Proscriptus in vna iurisdictione. Signanter inferioris iudicis, non dicitur proscriptus vbique locorum: lib. 1. art 71. gl.

Proscripti non pro omni proscriptione priuantur bonis, nisi cum iam per imperij maiestatem proscribuntur: ibidem lib. 1. art. 71. glo.

Proscriptus quomodo se à proscriptione liberare debet: lib. 2. art. 4 Jure munic. art. 113.

Proscriptus indebitè impeditus ab aliquo, iureiurando à proscriptione liberās, iam vlterius manet sine proscriptione lib. 2. art 4.

Proscriptionem contra actorem absolutam quomodo euadere debet: ibidem lib. 2. art 4.

Proscriptus promittens venire & non venit, mulctam, idest verigeldum, iudex ab eo capit & non actor: ibidem lib. 2. art. 4. Jure mun art. 113.

Proscriptus diebus feriatis licitè detinetur, sed in his non condemnetur, nisi in facto manifesto: lib. 2. art. 10.

Proscriptus. In proscriptione existens imperatoris vel iudicij, nec agere, nec testificari, nec se defendere potest: libr. 2. art. 63. Jure mun. art. 5.

Proscriptis nemo respondere tenetur, illi verò alijs respondebunt: lib. 3. art. 16. Jure mun. art. 4.

Proscripti qui dicantur: lib. 3. artic. 16 in fin. glo.

Proscriptus vbique locorum, in illa iurisdictione ne vbi proscribitur se expiare potest: lib. 3 art. 17.

Proscriptus fideiussorem statuere debet, vt iuri pareat: ibidem.

Proscriptus fideiussorem non habens, detinetur: ibidem.

Proscriptio duplex, & dupliciter etiam ex ea vnus liberatur: ibidem libr. 3. art. 17. Jure mun. art. 5. & art. 93. feu. capi 12.

Proscriptus quomodo se à proscriptione exuere debet: ibidem.

Proscriptio imperij duplex: ibid. lib. 3. art. 17. & Jure mun. art. 5. feu. c. 12.

Proscribuntur homines propter duplicem excessus, & ex inde etiam diuerse liberantur: ibidem lib. 3 art. 17.

Proscriptus perpetuè, aut infamis erit, aut periurus: ibid.

Proscriptio quomodo iuuari potest à proscriptione contra eius dominum: vide practicam ibid. glo.

Proscriptus quomodo iurare debet eliberando se: ibidem.

Proscriptus si dixerit proscriptionem

euasisse, illud probare debet per iudicem, Sculteum, & testes: & si defecerit actor vltecius proscriptionem probare non tenetur: lib. 3. art. 18. feud. c. 12. glo.

Proscriptus sub banno regio, testimonio duorum sua expiationis indigebit: ibidem lib. 3 art 18. feud. c. 12. glo.

Proscriptus ab imperio, literis expiationis imperatoris indigebit. ibidem libr. 3. art. 18. feud. c. 12.

Proscriptus à iudice infeudato, testimonio iudicis & duorum à iudicio pertinentium indigebit: ibidem lib. 3. ar. 18.

Proscriptus prout triplicitèr proscriptionem incurrit, ita triplex probatio erit, quòd ab ea sit liberatus: lib. 3. ar. 18.

Proscribi pro debito non debet aliquis: lib 3 art. 22. glo.

Proscriptum fouens, recipiens, etiam patrem, multam prestabit: lib. 3. art: 23. & in glo. vide declarationem ibidem, feud. c. 12. glo.

Proscriptus & proscriptio quid sit: libro 3. art. 23. Jure mun. art 5.

Proscriptionis ignorantia duplex: ibidem lib. 3. art. 23.

Proscriptus, extra protectionem communis pacis positus est: ibidem lib 3 articulo 23. glo.

Proscriptus. Cum proscriptis communicare est prohibitum sub pœna vitæ: ibidem, & feud. c. 12. glo.

Proscriptus damnari non potest, nisi in illa iurisdictione, vbi proscriptus est: lib. 3. art. 24.

Proscriptus apud superiorem iudicẽ, proscriptus erit apud inferiorem, & non è contra, nisi rationabiliter id ostendatur: ibidem.

Proscriptionem superioris inferior dignoscere non debet, nisi sit actio manifesta, quòd vellet superioris loco testificari super ea: ibidem.

Proscripto vita non auferetur, nisi cõuincatur testimonio iudicis & septem testibus: ibidem.

Proscriptum non nisi illic vbi proscriptus est iudex conuincit testibus: ibid.

Proscribitur vnus propter duplicem excessum, & secundum id proscriptus in vna iurisdictione, etiam proscribi potest in alia in certo casu: ibidem lib. 3. ar. 24.

Proscriptus quomodo illegalitatem euadere debet: lib. 3. art 34.

Proscriptus quomodo se à proscriptione liberare tenetur: lib. 3. art. 34.

Proscriptione si eiberans, & iudicio se non sistit, de se iustitiam ministraturis denuncietur, proscriptus in summo, tanquam per annum in tre altiare iacuisset: ibidem.

Proscriptio heminẽ morti condemnat, si in ea sit deprehensus, ius autem sibi non auxert, nisi in ea contumaciter perseueret: lib. 3. art. 63.

Proscriptio in iure seculari nocet corpori, sicut excommunicatio animæ: ibidem glo

Proscriptus non in manuali facto iudicio adductus quomodo contra eum procedi debet, & quomodo conuinci: Lib. 3 ar. 87.

Proscriptus pro iniuriis & manuoliter detentus quomodo cõuincetur: ibidem.

Proscripto respondere non oportet ipse verò omnibus querulantibus respondebit: Jure muni. art. 4. Lib. 3. art 16. glo.

Proscriptio quid sit: Jure mun. ar. 5. glo. fin.

Proscriptio & bannus differunt: Jure muni. art. 93. gl.

Proscribi debet vnus illic vbi demeruit vel ibidem sententiari si detineatur non obstante quòd alterius iurisdictionis sit: Jure muni. ar. 113. glo.

Publicanus.

Publicanus vnde dictus sit: lib 2 art. 27. gl.

Puer, Posthumus.

Pueri cùm separati voluerint à patre, pater omnia bona materna eisdem restituere tenetur: lib. 1. art. 11. Jure munic. art. 22. intellige tamen vt in glossa declaratur de bonis immobilibus

Puer contra patrem in iudicio querulari non potest: lib. 1. art 13. glo.

Puero posthumo viuente post mortem patris, feudum dominus eidem restituet ab ipso tentum: lib. 1. art. 33.

Puer posthumus tollit proprietatem patris: ibidem.

Puero mortuo, hæreditatem eius accipit mater: lib. 1. art. 33.

Puer manifestè ecclesiæ præsentatus, omnes qui eundem audierunt, viderunt, testimonium de eius vita dabunt: ibidem lib. 1 art 33. Jure mun. art. 96.

Puer si moritur ante baptismũ. Christianus agnatus tollit hæreditatem: ibid. lib. 1. art. 33.

Pueri duplices, naturales & legitimi: lib. 1. art. 51. iure mun. art. 4.

Puer pubes factus, vxori sua & aliorum tutor erit, & duellum sustinere: lib. 1. articulo 42.

Pueri ex iuramento patris periurinō sunt: lib. 2. art. 1. in annotat.

Pueri indistinctorum fratrum sunt aquè propinqui sicut distincti fratris in percipienda successione: lib. 2. art. 20.

Puer ante annos discretionis occidens aliquem, vitam demereri non potest: lib. 2. art. 65. Iure mun. art. 38. & hoc verum est, nisi sint doli capaces: vt ibidem in glo. limitatur finali.

Puer occidens aliquem vel damnum inferens, tutores verigeldum soluent: ibidē lib. 2. art. 65. Iure mun. art. 38.

Puer interficiens aliquem, plenū soluet verigeldum: ibidem lib. 2. art. 65.

Puer delinquens, quomodo de iure nostro & secundum legem puniri debet: lib. 2. art. 65. glo.

Puerum corrigens, virga cedens, si iuramento confirmabit propter excessum id fecisse, nihil demeretur: ibidem.

Puer & innocens, non debet interfici propter excessum parentum: libr. 3. articulo 3 glo.

Pueris ex diuortio subsecuto inter parentes, iuri non derogatur: lib. 3. ar. 27.

Pueri concepti tempore puerperij cōmuniter fiunt leprosi, lunatici: ibidem gl.

Puerperio cur mulieres sex septimanas decubant: ibidem lib. 3. art. 27. glo.

Pueri ex legitimis nuptijs nati, legitimi manent, dato, quòd coniuges per sententiam iuris spiritualis dirimantur: lib. 3. art. 27. glo. fin.

Puero mortuo post mortem patris nō extante hærede bona deuoluuntur ad matrem: Iure mun. art. 57. & Spec. Sax. lib. 1. art 33.

Pueri qui in hæreditate patris mortis tempore fuerint, accipiunt bona, & non hi qui emancipati sunt hæreditatem tamen vendere non possunt absque hæredum consensu: Iure mun. art. 57.

Puer non emancipatus cum consensu matris vendere ædificia patris potest, sine consensu emancipatorum: Iure muni. articulo 63.

Pueri si duplices sint, & primi emancipati fuerint, alijs etiam datum nonnihil sit, illud quod collatum est, pueri retinebunt, residuum quidquid sit, dividetur inter se æqualiter: Iure mun. art. 96.

Pueri partem non faciunt vnis parētibus, nec emphyteusis instrumētum quāuis parentes pro se & eorum pueris accipiunt, pueris prodesse potest interim quòd parentes viuunt: lib. 3. art. 79.

Puer. Vide plura ad hunc passum supra in dictiōe. Filius. & dictione. Proles.

Pugil.

Pugiles sunt qui pro pecunia decertant: lib. 1. art. 39. glo.

Pugilatio venit ad probationem septē virorum, exceptis tribus casibus: ibidem.

Pugile quilibet se defendere potest sed homo bonæ famæ per pugilem conuinci minimè poterit: lib. 1. art. 48.

Pugiles. Vide plura in hunc passum supra in dictione. Certantes. & dictione. Duellum.

Pupillus.

Pupillus apud suspectum tutorem educari non debet ex lege 12 tabu. circa art. 23. lib. 1. glo. & in annota ibidem.

Pupillo mortuo tutor hæredi eius rationem facere tenetur: Iure mun. art. 26. glossa.

Pupillorum bona mobilia taxari primum debent antequam illa tutor accipit: ibidem.

Pupillorum bona diuendi nec impignorari possunt: ibidem, & art. 140.

Pupillorum bona deperdita tutor necessario probabit non sua fore factum culpa: ibidem. Iure muni. art. 26.

Pupillorum bona diuendi possunt ex certis causis: ibidem.

Pupilli vendita per tutores bona recuperari possunt postquam annos attigerint, a vnum annum si sunt præsentes, si absentes ad 30. annos & anno & die: ibidē.

Pupillus sine tutore respondere non tenetur, & alia eorundem prærogatiua: ibidem.

Pupillus citatus coram iudice datur eidem ad quindenam, tandem secundo & tertio si non venerit iuratus est in querela & hoc nonnisi in actione iniuriarum: ibidem.

Pupillus nōnisi in actione iniuriarum citari potest: ibidem.

Pupillorum bona peiorari non debent: ibidem.

Pupillorum bona quomodo per creditores occupantur: ibidem. Pupil-

Pupillorum bona per creditores occupata quomodo è contra pupilli eliberant: ibidem Jure muni. art. 26.

Pupilli sine tutore querulari non possunt, nec quicquam facere, nec bona suscipere etiam in utilitatem ipsorum: ibidem & feud. c. 50. glo.

Pupillus quomodo probabit annos discretionis: ibidem Jure muni. art 26.

Pupillus probans annos suos potest cũ bonis facere quicquid vult: ibidem.

Pupillus nihil dare tutori potest: ibi.

Pupillus. Vide plura ad hunc passum infra supra titulo. Tutor.

Puteus.

Putei aquarũ præmuniri debent vsq; ad genua, ne damnum contingat: libro 2. art. 38. in annota. & glo.

Quadrans.

Quadrans quid sit: libro 3. articulo 45.

Querela.

Querulari in iure spirituali non potest nisi habeat quatuordecim annos: libro 1. art. 42. glo.

Querelæ omnes in absentia alicuius propositæ, tribus vicibus coram iudicio proponi debent: lib. 1. art. 57. glo. clarius verò in textu: art. 67.

Querelas pernoctatas nullus iudicat nisi Burgrabius: lib 1. art. 57. Jure muni. articulo 38.

Querela reconuentionalis iure Saxonico quomodo instituitur, & alia de reconuentionibus plura vide: lib. 1. art 61. glo.

Querulari necessariò veniunt nullo etiam instigante tria hominum genera: lib. 1. art 62. glo.

Querela. In querela quam quis desistere vult tria vitanda vt non incidat in pœnam iudicis: ibidem glo.

Querela duplex contra contumacem: lib. 1. art. 71.

Querela nulla esse potest vbi iudex nõ adsit: lib. 2. art. 2. glo.

Querela A querela reiectus ac si querelam non incepisset reputatur: libro 2. art. 15. glo.

Querela duplex, transitoria & perennis: lib. 2. art. 17. glo. feud. c. 44. glo.

Querela fit quatuor modis: ibidem, lib. 2. art. 17. & feud. c. 44. glo.

Querela instituta potest iure feudali tripliciter: feud. c. 61. & circa ar. 17. lib. 2.

Querela quandoq; competit vni iudici decidenda, cùm verò incidenter aliter quid eueniat, ad alium iudicem remittere negociũ oportet: lib. 2. art. 42.

Querela quadam sunt quòd vtraque pars & actor & respondens esse potest: lib. 3. art. 21. glo.

Querela. Exceptiones contra querelã quæ sint: lib. 3. art 22. glo.

Querelæ annali spatio desertantur, & quomodo id intelligatur: lib. 3. art. 31. & in glo. ibidem.

Querela duplex, vbi necessariò varẽdator habetur. lib. 3. ar:. 35. glo Jure munic. art. 115. glo.

Querela si sint in mortem aut sanitatem, sententiari non debet, nisi recognoscat aut conuincatur: lib. art. 39. glo.

Querela & responsionis vide pulchra: ibidem.

Querulari licet etiam pro minima re: lib. 3. art. 47. & lib. 2. art. 39. & ibidẽ in glosis vide distinctionem, quia si sit delusus, deceptus, conuenit querela pro damno, quod se extendit ad duos solidos, si contra furem, etiam pro vno nummo.

Querela duplex: ibidem lib. 3. ar. 47.

Querelæ necessariò proponendæ pro stupro, præda, & cum clamore institui debent: Jure mun. art 36.

Querelæ necessariæ quæ pernoctatæ sunt, nullus iudicat nisi Burgrabius: Jure mun. art. 39.

Querulari contra vnumquemque potest, siue sit clericus, siue alter quiuis, quem iudex suus ordinarius ad suum trahere non potest iudicium: Spec. Sax. lib. 3. art. 87. glo.

Querelæ omnes & iniuriæ cum clamore in iudicio propositæ, vbi probatio sit, iurare pro illis non poterit: si verò nulla probatio sit, citiùs vnus iure sese expurgabit: Jure mun. art. 40.

Querelæ triplices: Jure mun. art. 47. vide ibidem Spec Sax. lib 1. art. 62 gl.

Querela mortuæ manus quomodo absoluitur: Jure mun: art. 67.

Querela hospitis contra alium pro debito quomodo absoluitur: Jure mu. ar. 68.

Querelæ coram iudicio propositæ criminales differri non possunt sine consensu iudicis, alias oportebit eum actionem de

uono incipere: Iure mun. articulo 91. glo.

Querela iniuriarum quædam specialia: Iure mun. art. 91. glo.

Querela. vide ad hanc materiã plura supra in dictione. Actio. & dictione Actor. & infra in dictione Reconuentio.

Quod semel placuit.

Quod semel placuit amplius displicere non debet, quomodo intelligitur lib. 1. articulo 3. glo.

Raptus.

Raptus virginum & mulierum noxa grauissima in iure, & aggrauatur ex tribus: lib. 2. ar. 64.

Raptorum pœna triplex ibidem glo.

Raptor De raptoribus damna facientibus vide lib. 2. art. 71. & 72. abundè in textu & in glo.

Raptus. vide infra in dictione. Violẽtia. & dictione. Stuprum.

Ratihabitio.

Ratihaberi debent domini seu patresfamilias, quæ filij vel serui eorũ fecerint: rationes vide lib. 3. art. 6. glo.

Recompensa.

Recompensa quæ sit vnicuiusque status hominis, & quomodo exsoluitur: & alia infra vide plura in dictione. Vergeldius.

Recompensatio.

Recompensatio quid sit: lib. 1. art. 44.

Reconuentio.

Reconueniri occasione feudi vnus potest coram iudice prouinciali: & alia de reconuentionibus plura: lib. 1. art. 14. gl.

Reconueniri potest clericus coram iudice seculari: lib. 1. art. 26. glo. & articulo 61 glo.

Reconuentio. Vbi quis aliquem conuenerit, ibidem reconuenietur: lib. 1. art. 61. lib. 3. art. 12. & ibidem vide in glos. quomodo ex antiquo ius istud seruabatur: & item vide lib. 3. art. 79. Iure munic. art. 28 feud. c. 18. glo.

Reconuentionis ius apud Saxones seruatur, & quomodo: ibidem lib. 1. art. 61.

Reconuentio. Caussa tres in quibus reconueniri vnus non potest: ibidem lib. 1. art. 61. & lib. 3. art. 12. feud. c. 18. glo.

Reconuenire potest pars respondens alterem, pro his quæ in alijs iudicijs indecisa sunt, vel nondum cœpta, vel non cõcordata: ibidem li. 1. art. 61. feud. c. 18.

Reconuentionali iure etiam episcopus coram iudicio secularj respodere cogitur: lib. 2. art 12. glo.

Reconuenire. Vide ad hanc materiam supra in dictione. Conuenire.

Repetere.

Repetens ab aliquo donata & vendita, quid inquirere debet, & quomodo procedendum: lib. 3 art. 4.

Repetere bona contingit dupliciter: libro 3. art. 4. glo.

Res.

Res accommodatæ quæ differẽtiam sui habent, hæres sine testimonio obtinere poterit: quæ verò nullam habent differentiam, vt sunt pecunia, &c. hæres iuramento obtinebit: lib. 1. art. 15. glo.

Res sunt finitæ, nomina verò infinita, nec omnium rerum appropriatum nomẽ imponi potest, sed quandoque circumloquutionum: lib. 1. art. 23. glo.

Res tempore matrimonij obligata, is redimat cui de iure debentur: lib. 1. art. 24. & Iure mun. art. 23 abundè glo.

Rerum male acquisitarum succedet fiscus: lib. 1. art. 28. glo.

Res desinunt vnius esse multifariam: lib. 2. art. 24 glo.

Res maioris importantiæ, etiam maioris indigent prouisione: lib. 2. art. 13. glo.

Res tempore tempestatis ex naui electæ, ejectionis sunt: lib. 2. ar. 29. glo. lib. 2. art. 44. glo.

Res ex negatione furtiuæ fiunt, non tamen contra illum proceditur ad vitam: ibidem lib. 2. art. 29. Iure mun. articulo 136. glo.

Res per alluuionem applicatæ restitui debent: ibidem lib. 2. art. 29.

Res seu bona propter excessum alicuius si sub eo reperta sunt, non vsurpantur, etiam si ille morte intereat, verùm ad dominum proprium deueniunt: lib. 2. art. 31.

Res honesto modo acquisita, furtiua efficitur: vt si quid mihi locas, vel quid inuenio, & postmodum illud negetur habere: lib.

re: lib. 2. articulo 37.

Res parua aliter indicatur quam magna: lib. 2. art. 42. glo.

Res aliena tua efficitur sexdupliciter: lib. 2. art. 53. glo.

Res vindicari potest dupliciter: ibidem glo.

Rem suam alicui accommodans, oppignorās, in depositū dans, vel alioquouis modo de voluntate sua alienās, & ille tādem perluserit, amiserit, ille nō poterit repetere, nisi ab isto cui cōcredidit: lib. 2. ar. 60.

Rem obligatam, concessam, morte istius ab heredibus expetere vnus potest: lib. 2. articulo 40.

Rem nullius esse contingit multipliciter: lib. 2. art. 61. glo.

Res quæ nullius sunt, sextuplices inueniuntur: ibidem glo.

Res ecclesia diuendi possunt propter redemptionem captiuorum, & sustentationem pauperum: Iudæis tamen non venduntur, nisi in priorem materiam conflētur: lib. 3. art. 7. glo. Iure mu. art 140.

Res simili testimonio impetita, quomodo diuidi debet, & quomodo probatio admittitur: lib. 3. art. 15. & art. 21.

Res litigiosa si a duobus impetatur, retentor eam iudici, si id postulet, præsentabit, ad causæ vsque decisionem asseruandam, & vt sic, liberatur: lib. 3. art 15.

Re etiam propria vnius male vti prohibetur: lib 3. art. 29. lib. 2. art. 32 glo.

Rem clarius enucleans, maioris est laude dignus, quam qui adinuenit: libr. 3. art. 39. glo.

Res commissa famulo seu procuratori per dominum, præscribi non potest, nec eam vindicare potest: feud. c. 62. & circa art. 42. lib. 3.

Rerum duarum per aliqua inserta verba, commixtio naturam earum non facile miscet adinuicem: lib. 3. art. 42. glo.

Res triplices quæ vindicari possunt: libro 3. art. 43. glo.

Rerum vindicatio quomodo fit: ibi. gl.

Rem sibi non iure usurpans, si iure ab ea propellitur, eandem restituet cum mulcta & emenda: ibidem lib. 3. art. 43.

Res iniuriose accepta, solui debet cum emenda sine sit multum sine parum: & si iurauerit eam non habere, secundum æstimationem soluet, nisi valorem minuat iuramento: lib. 3. art 47.

Res quarum vectigaldis non est taxatum, secundum valorem æstimationis soluidebet, si solutionem faciens iuramento nō minuet: lib. 3, art. 51.

Rem vnius rex non potest alteri conferre: lib. 3 art. 60. glo.

Rem alicuius accipiens, putās esse suā, & non celauerit, furto accusari non potest, res tamen illa restituitur: lib. 3. articulo 89.

Res. vide ad hanc materiam supra in dictione Bona & dictione. Inuenta res.

Rescriptum.

Rescriptum Apostolici vel alterius nō valet, quando committit secularī, vt rem secularem spiritualī iudicet iure, & quomodo intelligitur: lib. 3. art. 25. glo.

Resignatio.

Resignatio bonorum iuridica est vtilis ad quatuor: Spec. Sax. lib. 1. art. 34. Iure mun. art. 20.

Resignationis hæreditatum quis modus seruandus, & qua cerimonia: Iure municipali vide per longum: Iure mun. art. 20 & Spec. Sax lib. 1. art. 52.

Resignari non potest hæreditas sine cōsensu hæredum, si illa hæreditas non sit sibi abscessa vel resignata: hæreditas verò empta cuilibet resignari poterit: Iure munic. art. 20. & art. 61. & item Spe Sax. lib. 1. art. 21. ar 34. & 52. & ibidem ex textu elici potest, quòd hæreditas quæ à parentibus venit, resignari non potest, ex eo, quia resignata non est.

Resignationem accipiens, necessariò cū iudice & Scabinis ad domum ire debet, ad acceptandam intromissionem, & tandem ad iudicium vicenersa veniat ad cō firmandum resignatiōem & possessionem: ibidem Iure mun. art. 20.

Resignatio bonorum nocina est illis qui præsentes sunt & silent, : illis verò qui absentes sunt, minimè obest: Iure mun. ibidem art. 20.

Resignatio. Ad resignationem exequèdam quomodo procurator expetī debet à iudice: ibidem.

Resignationis hæreditatum formam: amplam vide ibi. Iure mun. art. 20. glo.

Resignatio vt valeat, vel admitti debeat, quæ requiruntur, ad vniuscuiusque statum & ordinem, videlicet milites, ciues, villanos, mulieres: ibidem Iure mun. art. 20. Spec. Sax. lib 1. art. 52.

Resignatione facta, signum poni debet

in caput suscipientis resignationem: ibidem Jure mun. art. 20.

Resignatio bonorum vnde ortum habeat: ibidem.

Resignans proprietatem, varēdare illam oportet anno & die: Jure munic. articulo 21.

Resignatione facta, quid Scabinis datur: ibidem.

Resignatione facta in Jure municipali consedens, & negocium sit, quod varendatione indiget, eum varendare oportet quamdiu vixerit: ibidem Jure mun articulo 21.

Resignatio aut donatio si fieri debet & Scabini mortui sint, eligi debent duo Scabini & quatuor ad iudicium pertinentes à domino villæ Jure mun. art. 57.

Resignata bona viro vel mulieri coram iudicio alle vel illa facere potest cum quibuscunq; bonis quidquid voluerit: Jure munic. art. 56.

Resignatione non dū subsecuta emptor si se bonis emptis vel donis intromiserit, damnumq; interim eueniat, emptori attribuetur & non venditori: secus est si se bonis non intromiserit, quia, vt sic ne ætima absoluetur, quamuis pecuniam desuper dederit: Jure mu. art. 140. glo.

Resignatio bonorum in illo iudicio esse debet, vbi hæres litis sua est. Jure muni. art. 140. & alia de bonis quæ per resignationem vni aduenunt: ibidem glo.

Responsio.

Responsa prudentum quæ sint: Jure mun. art. 1.

Respondenti quandoque cedit probatio sua responsionis, & non actori: lib. 1. art. 15. lib. 3. art. 4.

Respondere clericus tenetur coram iudice seculari in tribus casibus: lib. 1. articulo 26.

Responsio triplex ad querelam occasione debiti: lib. 1. art. 65.

Respondere mulier pro rebus maritī nō tenetur, quæ ipse tempore vitæ distraxit: lib. 1 art. 52.

Respondere potest quis & agere sine ferendario, si damnum exinde subsecutum sustinere vult: lib. 1. art 60.

Respondentis regula in rēspondendo: lib. 1. art. 62. glo.

Respondere vnus tenetur in instanti pro re quam non possedit anno & die, à contrario ergo sensu, si quis possederit, respondere non tenebitur: lib. 2. art. 2. lib. 3. art. 38.

Respondenti datur dilatio ad præmeditandum: ibidem lib 2 art. 2.

Respondere vnus tenetur in omni actione excepto duello in instanti per affirmationem vel negationem: lib. 2. art. 3. feu. c. 65. & quomodo id intelligatur: ibidem vide in glo & circa art. 38. lib 3.

Respondenti non datur dilatio in certis casibus, & signanter, vbi in recognitionē vnius datur: ibidem lib. 2. art. 3. glo.

Respondere incipiens, & nō finita causa in alium terminum prorogetur, reus nō stare nus se, vt victus condemnetur: lib. 2 art 9. & art. 24.

Respondere non dicitur aliquis, nisi ad obiecta respondit: ibidem lib 2 art. 9.

Respondi. Quamuis contumax non responderit, condemnatur tamen tanquam victus: lib. 2. art. 9. in annotat.

Respondere si expertit quis diebus feriatis iudicem super eo, intelligo occasione iniuriarum: lib. 2. art 10.

Respondere filius non tenetur pro patre defuncto occasione iniuriæ vel violentiæ factæ: lib: 3. art. 17.

Respondere dominus non tenetur pro famulo duntaxat quātum precio eius sit, nisi forsan aliter stipulatus fuerit: lib. 2. articulo 32.

Responsio. Quamdiu me defendo, respōdere tamen non respondeo: lib. 2. art. 9. lib. 3 art. 30. feud. c. 68. glo.

Respondere vnus non tenetur alieni, nisi se ipse prius sibi insufficaverit, quē accusauit: lib. 3. art. 12.

Respondere non tenetur pluribus super vno conquerentibus, nisi à primo sit prius absolutus: ibidem.

Respondere si reconuentus nolit, nec ipsi respondebitur: lib. 3 art. 12. glo

Respondere proscriptis & excommunicatis vnus non tenetur, illi verò omnibus de se querulantibus respondebunt: lib. 3. art. 16 Jure mun. art. 4.

Respondere vnum non oportet, qui nec domicilium, nec bona in illo iudicio possidet: lib. 3. art. 25.

Respondere vnus in alieno iudicio non tenetur: ibidem lib. 3. art. 25 & 87 Jure mun. art. 28. & 101. in glossis vide ibidem declarationem.

Respondere in extraneo iudicio oportet in certis casibus: lib. 3 art. 25. & artic. 87. Ju-

87. Iure munic. artic. 28 & 65. glo.

Responsio duplex: ad querelam, & cõtra querelam: lib. 3. art. 30 glo. feu. c. 62. & c. 67.

Respondere quis non tenetur in certis casibus: ibidem lib. 3. art. 3. & 71. feud. cap. 68.

Respondere si quis cœperit in iudicio, ferendario carebit: ibidem lib. 3. art. 30.

Respondere vnus non tenetur super spolio, vulnere &c. hæredibus mortui, si post annũ spatiũ moriatur, nisi ante decessum actio intentata fuisset: lib. 3 art. 31.

Respondere hæres non tenetur super spolio quod pater patrauit, & alia de responsionibus singularia quadam: vide ibidem lib. 3. art. 31.

Respondere quinis vbique locorum coram rege tenetur, non secundum iura actoris, sed secundum iura sua: lib. 3. art. 33. ibidem in glos. vide huius declarationem: si scilicet ibidẽ præsens est pars respondens, alias si non sit præsens, citari nõ debet, sed in illa iurisdictione vbi residet, per iudicem illius iurisdictionis iudicabitur.

Respondere pro duello nõ tenetur vnus, nisi in territorio suo. ibidem.

Vendens bona, domum, & simile quid, & resignatiõe nõ subsecuta damnificantur bona, cui cedit damnum illud? Resp. quòd emptori: ibidem.

Vendens bona etiam, dato quod pecunia detur, & ille nõ accipit bonorum possessionem, cui cedit damnum si interim eueniat? Resp. quòd emptor negare poterit emptionem, pecuniam tamen desuper datam perdit, posthac tamen occasione illius agere poterit: ibidem glo.

Vendens equum, quem etiam emptor in possessionem accipit suam, rogat tandẽ venditorem, vt in stabulo eius ad tempus maneat: si eueniat damnum in equo, cui cedit damnum illud? Resp. quòd emptori: & alia de venditione & emptione plura ibidem.

Vendi bona obligata non possunt, nisi in illa summa, in qua fuerunt obligata: ibidem gloss.

Venditio. Conditio in venditione vel emptione apposita, obseruanda plurimũ est: Jure mun. art. 140. glo.

Venditio & obligatio in quibus differunt: ibid. Jure mun. art 140. feu. c. 55.

Venditio. vide supra ad hanc materiã plura in dictione. Emptio. & dictione. Mercator.

Verigel-

Verigeldus.

Verigeldi medius mansus taxa est, qui aliquando ad decemocto libras, quandoq; ad decem, aliquando nouem extenditur: lib. 1. art. 34. lib. 3. art. 45. Jure muni. articulo 17.

Verigeldus post tres menses à tempore acquisitionis soluitur: lib. 1. art 65.

Verigeldus proscripti, iudici cedit & non actori: lib. 2. art. 4. glo.

Verigeldi fideiussoriam statuere non oportet, si tantum propriu habet quantum verigeldus valet: lib. 2. art. 5.

Verigeldus medius soluitur, si quis vadem dam promittens defendere se non valeat: lib. 2. art. 15. & item pro mutilatione, & vulneratione varia de verigeldo vide ibidem lib. 2. art. 16.

Verigeldus non proscripti, per fideiussorem ad statuendum promissi, & nō praesentati, cedit parti: lib. 2. art. 4. & lib. 3. art. 9.

Verigeldus nō nisi vnus soluitur, & hoc medius, pro multis vulneribus in vna guerra illatis: libr. 2. artic 16. glo. Jure mun. art. 90.

Verigeldum plenum & emendam habet, licet defectum in membro patiatur: lib. 2. art. 21.

Verigeldus propter quid datur: ibi. gl.

Verigeldus rusticorum ducenti solidi, qui faciunt decem libras: lib. 2. art. 40. glo. lib 3. art. 45.

Verigeldus primum ex mobilibus, tandem ex censibus, si mobilia non sunt: vltimo in defectu istorum ex hæreditatibus exigitur: lib. 2. art. 41. glo.

Verigeldum quandoque iudex accipit, vt pote ab illis, qui proscripti sunt, & qui fideiussoriam statuunt comparendi & nō statuunt: rationes vide ibidem glo.

Verigeldum in aliis casibus extra proscriptum pars aduersa capit: ibidem glo.

Verigeldus emenda & mucta soluitur per vnius communiter in prouincia currētibus: lib. 3 art. 4. glo.

Verigeldus à fideiussore de non statuendo ille quem fideiussit, in actione criminali ad actorem pertinet: lib. 2. art. 9.

Verigeldus secundum Saxones est specificatus pro vnoquoque excessu, secundū legis verò non: lib. 3. art. 9. glo.

Verigeldus vniuscuiusque status hominum, tam dominorum, liberorum, seruorum, illegitimorum, per totum vide. lib. 3. articulo 45. feud. c. 69. glo.

Verigeldi mediam partem habet vxor viri sui, & virgo sui ortus: ibidem.

Verigeldo illegitimi carent, ibidem lib. 3. art. 45.

Verigeldus deditiorum maior est quā originarium, quamuis illi sint viloris cōditionis: rationes vide ibidem glo.

Verigeldus vbi non habetur expressus alicuius rei, actor taxabit rem, & reus minuet iuramento taxam, secundum leges aliter fit: lib. 3. art. 47. & 51. vel secundum sui valorē: vt lib. 2. art 40. glo.

Verigeldum taxatum diuersi generis animalibus, per longum vide lib. 3. ar 51.

Verigeldum certa animalia non habent, & res mobiles, quare secundum æstimationem, si solutionem faciens suo non minuerit sacramento, persoluatur: ibid.

Verigeldus quod sic & non aliter alicuius rei impositus sit, ratio perquirenda nō est: hæc enim voluntas legislatoris fuit: ibidem lib 3. art. 51.

Verigeldus iure municipali est 18. talenta, medius verò 9. talenta: Jure mun. art. 17. Spec. Sax. lib. 1. art. 34. gloss. & lib. 3. art. 45.

Verigeldus nonnisi apud iudicem & coram Scabinis soluitur: Jure mun. ar. 130.

Verigeldi, mucta, emenda differentia: ibidem glo feud. c. 51.

Verres.

Verres quid sit libro 2. articulo 62. glo.

Veritas.

Veritas non defensa opprimitur: lib. 1. articulo 62.

Via, viator.

Vias vetitas in agris pertransiens, à quacunque rota nummum vnum soluit, & equitans, dimidium, & damnum cum hoc resarciet: lib. art. 27

Via esse debet octo pedum, in angulis se decem pedum: ibidem glo. & infra eodem lib. art. 59. Jure mun. art 131. & ex lege 12. tabul. hoc idem habetur ibi.

Via per agrum facta vno anno publicè, continuata sine prohibitione nulli prohibetur: ibidem lib. 2. art 27. in annot.

Viator frumenta depascēs & non exportans, soluit damnum: lib. 2. art. 39.

Intelli-

Intelligitur de illis, qui pecoribus immissis depascunt: ibidem.

Via esse debet libera de vna villa in aliam: lib 2. art 47. glo.

Via regia qualis esse debet, & currus, eques, pedester, quomodo se in via obseruare debent: lib. 2. art. 59. Jure munic. articulo 131.

Via arcta si fuerit, aut super pontem, quomodo currus se obseruare debet, aut si equitans, transiens, persecutionem patiatur, quomodo eos agere oportet, & alia, quomodo se vnus erga alium in eundo, equitando, in via habere debet: lib. 2. articulo 59.

Viator equum fessum habens, licet spicas eidem iuxta viam succidere, & equo apponere, dummodo pedem in via contineat, & ea si non asportet: lib. 2. art. 68.

Viatori licitum est equum fessum refocillare in syluis & viridi herba. lib. 2. art 68. glo.

Viarum sociis specialia quadam: lib. 3. art. 78.

Via socium defendere socium potest etiam contra dominum suum, dato, quod sibi pacem promittat: ibidem.

Via socius quis sit: ibidem libr. 3. articulo 78.

Vidua.

Vidua post mortem mariti quantum bonorum accipit, & quomodo separatur à bonis: lib. 1. art. 20. Jure mun. art. 24.

Vidua post trigesimum cum harede domestica diuidit cibaria: lib. 1. art. 22.

Vidua, virgines, proprietates vendere possunt sine licentia tutoris, si hares tutor non sit: lib. 1. art. 45.

Vidua secundum voluntatem haredis sepultura procurabit: lib. 1. art. 22.

Vidua, post trigesimum cum harede domestica diuidet cibaria, in omnibus locis possessionis defuncti: ibidem & Jure mun. art. 24. & 58.

Vidua post dotem accipit res expeditorias, & quæ sint quæ ad dotem pertineant: lib. 1. art. 24.

Vidua quomodo ali debet post mortem viri de bonis mariti: lib. 1. art 41. glo.

Vidua intra annum restitutionis dotis ali debet ab haredibus viri, de fructibus sua dotis: ibidem lib. 1. art. 45. glo.

Vidua retinet honorem & dignitatem defuncti mariti, donec alteri nupserit: lib. 1. art. 45. glo. & hoc secundum leges.

Vidua post mortem viri quamdiu sine marito manserit, tamdiu euacuare locũ non tenetur, nisi eam hæredes expedierint iure vel bonis, vt sic enim pecuniis acceptis possessionẽ euacuare tenebitur: quod si præiussoriam habuerit super his, hæredes monere non oportebit: Jure mun. ar. 24 Spec. Sax. lib. 1. art. 22.

Vidua superducens virum, quæ nondũ est expedita ab hæredibus prioris mariti, moriaturque illa, vir superstes obtinet ius in bonis mobilibus eiusdem, exceptis ædificijs & supellectili: lib. 3. art. 76. Jure mun. art. 22.

Vidua quid capit post mortem mariti, & quomodo diuidit cum hæredibus: ibidem lib. 3. art. 76.

Vidua pueros habens post mortem viri, cum tutore pupillorum cohabitare non debet: ex lege 12 tabul. propter suspicionem: in annot. circa art. ibid. 76. lib. 3.

Viduam superducens quæ habet feudum aut proprium, aut dotalitium, si quid arando in agro laboris fecerit, ipsa decedente, viro cedit annona: & alia ad hanc materiam ibid. vide art. 76. libr. 3.

Viduam superducẽs & moriatur, census persessi viro cedunt: ibidem.

Viduam superducens quæ habet pueros, & vir item habet suos ex priori vxore, bona labore acquisita, & exinde hæreditate empta, eandem pueri viri maiori iure obtinent, quam pueri mulieris si donationem vxori non fecerit: Jure mun. articulo 96. glo.

Vidua. vide ad hanc materiam plura supra in dictione. Mulier. & infra in dictione. vxor.

Villa, Villani.

Villani ex vno pago, si à tempore quo non extat memoria infra limites alterius villæ pecora pascere consueuerunt, ligna & gramina succidere, consuetudo tenenda est: lib. 2. art. 47 glo.

Villæ & prædia iuxta aggeres sita, ad reparationem aggerum tenentur: lib. 2. articulo 56.

Villam fundare in desertis incipientibus rusticis, licebit domino fundi censum eis statuere: lib. 3. art. 79.

Villam nouam fundantibus rusticis, dominus non potest iura noua in præiudicium iudicis prouincialis statuere. quo

mulcta

multa maior adaugeatur : ibidem.

Villa ſi villa reſpondere vnus non tenetur ſecundùm iura ſpecialia, ſed ſecundùm ius commune, niſi conqueratur de hæreditate : ibidem.

Villani vnius villæ ſi damnum fecerint villanis alterius villæ, quid ſoluũt : lib. 3. articulo 86.

Villæ ſuper ſuis terminis diſſidentes, villæ adiacentes vocentur, & diſcutiant controuerſiam : feud. c. 71.

Vindicta.

Vindicta duplex : libro 2. articulo 16.

Violentia.

Violentia aut euidens furtum ſi euenerit, & iudex ordinarius deſit. Gograuius ab incolis adminuetrium villarum ſeu prædiorum eligatur : lib. 1. art. 55. Jure mun. art 45.

Violentiæ clamorẽ non inſequens, multam præſtabit : lib. 1. art. 53.

Violentia illatæ neſciens actorem, in actione eum nominet abſolutè libr. 1. art. 62. vtilitatem iſtius & quomodo id fiat : vide in glo.

Violentia in feriis commiſſa, feria eũ non defendunt : lib. 2. art. 10.

Violentiam ſi quis per duellum contra aliquẽm probauerit, pœnam capitalem demerebitur : lib. 2 art. 16.

Violenter poſſidens aliquid, ſi contra eum conqueratur, iudex in continenti ſequi tenetur : lib. 2. art. 25. Jure mun. art. 112. & 139.

Violentiam illatam nullus per ſe vlciſci debet, niſi ſit in fuga, vel in facto, cùm ſibi infertur quid violenter : ibidem libr. 2. art. 25. & 70. lib. 3. art. 13. Jure mun. art. 27. 41. & 112.

Violentia illata virginibus & mulieribus, cum clamore conqueri debet : lib. 2. art. 64. Jure mun. art. 38.

Violentia illata in furto, homicidio, ſpolio, cum clamore conqueri ſuper violatorem debet : ibidem lib. 2. art. 64. Jure mun. art. 38.

Violentia virginibus, mulieribus illata, ex tribus agrauatur : libr. 2. ar 64. Jure mun. art 37. & 38.

Violentia clamor eſſe non debet, vbi nõ eſt munuale factum : ibid. lib. 2. art. 64.

Violentia nonniſi ex voluntate fit : Lib. 2. art. 65. glo.

Violentiæ & damni differentia : ibidem gloſſ.

Violentia. Pro violentia ſeu pace fracta citatus, cum quot perſonis ad iudiciũ venire, & quomodo armatus eſſe debeat : lib. 2. art. 67.

Violatorem pacis interficiens vel vulnerans, nihil demeretur, ſi iuret eum in facto vel facti fuga occidiſſe. lib. 2. ar. 69. vide ibidem inſtantiam in glo.

Violentiæ clamorem omnes inſequi debent, exceptis clericis, mulieribus, paſtoribus, ſacriſtis : lib. 2. art. 71.

Violator pacis quomodo inſequi debet, & quomodo procedendum contra eum, ſi in alienam fugerit iuriſdictionem : ibid.

Violator pacis in manuali facto inueſtigatus, & comprehenſus, in aliam iuriſdictionem fugiens, extradi debet ad ius vbi patrauit violentiam : ibidem.

Violatorem pacis inſequens in aliam iuriſdictionem, cautionem ſtatuat ſuper verigello, ſi forſan iniuſtè contra illum agatur : ibidem lib. 2. art. 71.

Violator pacis ſi ſuper aliquod caſtrũ fugerit, quid faciendum : lib. 2. art. 72.

Violator pacis, quomodo contra eum procedendum : ibidem glo.

Violatorem pacis ſi quis in arce fouet, eundem pœna conſequitur triplex : ibid. art. 72. glo.

Violentia in ſexu patrata, ædificia prædiorum deſtruuntur : lib. 3. ar. 1. & propter eandem violentiam animalia etiam decolantur : ibidem.

Violentiæ ſecutores, dato quòd reus victus non ſit, non delinquunt, dummodo illum iudicio præſentent : ibidem.

Violari poſſunt tres gradus ſexus muliebris, liberarum, coniugatarum, Deo dicatarum : ibidem.

Violatorum ſexus muliebris pœna ſextuplex : ibidem.

Violentia eſt ſtuprum in virgine, ſorore, filia patratum, quomodo ex lege 12. tabular. punitur : lib. 3. art. 1.

Virgo violata an caſtitatem perdit : lib. 3. art. 1. glo.

Violenter trahens aliquem à iudicio, contra quem actio iniuriarum proponitur, ſi comprehenſus fuerit, ſimili pœna punitur : ſi effugerit, proſcribitur : libr. 3. art. 9. Juri mun. art. 118.

Violator pacis indicta tempore actionis alicuius, primùm debet ſuper pace

fracta actio terminari: lib. 3. art. 36.

Violator pacis in manuali facto deprehensus, sententiatur vt pacis violator: ib.

Violatori pacis non est respondendum, nisi prius emendet pacem fractam: ibi. gl.

Violans pacem etiam sine occisione, sed tantummodo baculo percutiens capite punitur: ibidem lib. 3. art. 36. glo.

Violentia. In vindicando aliquam rē vel se intromittendo, cōtingit dupliciter: lib. 3. art. 43. glo.

Violentia committitur etiam in meretrice si præter eius voluntatem eam opprimat: lib. 3. art. 46 imò & vita punitur: in gl. tamen vide intellectum istius.

Violenter aut iniuriosè aliquid accipiens, siue multum seu parum, reddere cōpellitur cum emenda: lib. 3. art. 47.

Violentia & iniuria differentia, & quid vtrumque sit, & quomodo defendi debeat: lib. 3. art. 78.

Violentia resisti potest dupliciter, cū armis & sine armis: ibidem.

Violenter bona occupans ante mortem alicuius, perdit ius, quod expectabat habere post mortem illius: lib. 3. art. 84.

Violatorem nequientes comprehendere villani, sine culpa manebunt si sacramento probabunt insequi eum non potuisse: lib. 3. art. 91.

Violenter domos irruens, prædoni similis est, & per clamorem contra eum agi oportet: Jure mun. art. 38. & 45. glo.

Violentiam si virgo sparsis crinibus in iudicium veniendo, contra aliquem declaret. & accusatus libere, non vinctus, ad iudicium veniat, absoluitur metseptimus: Jure mun. art. 38.

Violentia accusatus homo probus si sit, extra manuale factum, euadet metseptimus: Jure mun. art. 71.

Violentia & irruptio domorum probari potest vulneribus, & sectione adificiorum, & protestans iudice & Scabinis, duellum acquirit: Jure mun. art. 90.

Violentiam & iniuriam faciens, ibidem proscribi & sententiari debet, vbi demeruit: Jure mun. art. 113. glo.

Violentia vi & armis propelli debet: Jure mun. art. 135. lib. 2. art. 71. glo.

Violentia non est in verbis aut voluntate, si actio non subsequatur: feu. c. 39.

Violenter rem etiā suam possidere volens, contra illum qui est in possessione, secundum ius prouinciale perdit colum, secundum ius feudale, perdit feudum: feu. capit. 39.

Violentia. vide ad hunc passum plura in dictione Manuale factum. dictione Raptus. dictione Stuprum. & titulo Obsidia. & titulo Pax.

Vir.

Vir copulatus vxori, omnia accipit in tutelam: lib. 1. art. 31. intellige tamen de immobilibus bonis, quia mobilia ipso iure vsurpat sibi: ibidem glo.

Vir etiam vitricus, priuignis ex mobilibus nisi vtensilia dare tenetur: ibi. gl.

Vir mortua vxore succedit in dote & alijs bonis secundum ius Saxonicum: secus est de iure communi, vbi pater tollit: ibidem lib. 1. art. 31. & alia plura de donationibus inter virum & mulierem.

Vir fueri debet vxorem, sed non è contra: lib. 1. art. 68. lib. 2. art. 71. glo.

Vir mortua vxore, aliam & tandem aliam licitò superducere potest vxorem, & è contra vxor etiam: lib. 2. art. 23.

Vir & vxor compatres simul esse non possunt: lib. 3. art. 27 glo.

Vir obtinet illud totum ius vxore mortua, quod sibi competere videbatur, ita quòd dotalitium maritis p' iorie, quamuis sibi per haredes non fuit deputatum & diuisum, alter superducens vir post mortem vxoris tollit: Jure mun. art. 22. & Spec. Sax. lib. 3. art. 76.

Vir alienari vxori admittens bona, qua alienare non deberet in damnum cognatorum, respondere pro his tenetur: Jure mun. art. 23. & lib. 1 art. 31.

Viri honor mulierem nobilitat: lib. 3. articulo 45. glo.

Vir filium habens, si superducat viduam etiam puerum habentem lucrata per eos bona post mortem ipsorum, filius mariti maiori iure obtinet quā filius vxoris: Jure mun. art. 96. glo.

Vir habens proprietatem & feudum relinquat filios & filias, proprium & mobilia cedunt vtrisque, feudum duntaxat filijs. Jure mun. art 96. glo.

Vir duplices habens pueros, & primi sunt emancipati, alijs item fecit donationem aliquam, residuum dividere per æquum: ibidem.

Vir. vide ad hunc locum plurā supra in dictione Maritus.

Virga.

Virga quantum contineat: lib. 3. art. 45. glo.

Virgis ad ſtatuam nemo ceditur niſi pro furto, præda & ſimili exceſſu. Jure mun. art. 44 glo.

Virgo.

Virgo propter violentiam cum clamore proponere debet: lib. 2. art. 64.

Virginum raptus aggrauatur propter tria, & pœna eiuſdem triplex: ibidē lib. 2. art. 64.

Virgines, vidua, proprietates vendere poſſunt ſine licentia tutoris ſi hæres tutor non ſit: lib. 1. art. 45.

Vita.

Vitam amittens aut manum propter iniuriam ſiue redimat eandem ſiue non, mulctam et emendam propter hoc non ſoluit: lib. 3. art. 50. rationes vide ibidem in gloſa.

Vitam pro paganiſmo vel infidelitate nemo demeretur niſi Chriſtianus qui apoſtatauerit: lib. 2. art. 13.

Vitæ prouiſio.

Vitæ prouiſio mulieribus data quid ſit & quæ dicitur: lib. 1. art. 20. Jure mun. art. 22. feu. c. 31. glo.

Vitæ prouiſio, feudum mulierum, quomodo differunt: ibidem lib. 1. artic. 20. feud. c. 31.

Vitæ prouiſionis triplex beneficium: lib. 1. art. 20. glo.

Vitæ prouiſio nouem modis amittitur: lib. 1. art. 21. Jure mun. art. 22. & item lib. 3. art. 75. Spec. Sax.

Vitæ prouiſionem mulieres conducere, locare poſſunt indicendo hæredibus: lib. 1. art. 21. Jure mun. art. 95.

Vitæ prouiſio verè ſit mulieribus in proprietate & non in feudo: lib. 3 art. 75.

Vitæ prouiſionis, feudalis expectantia, donationis propter nuptias, differentia: lib. 3. art. 76.

Vitæ prouiſio, de vitæ prouiſionibus vide etiam: Jure mun. art. 75.

Vitæ prouiſio, vide ad hanc materiam ſupra in dictione Dos ſeu Dotalitium.

Vitricus.

Vitricus ſuis priuignis mortua earum matre in bonis mobilibus præter vtenſilia nihil dare tenetur: lib. 1. art. 31. in annotat. & in gloſa ibidem clarius vide.

Vniuerſitas.

Vniuerſitas ſeu communitas ciuitatis vel villæ vt dicatur deliquiſſe quæ requiruntur: lib. 3. art. 86. glo.

Voluntas.

Voluntas dupliciter accipitur: lib. 2. art. 37. glo.

Voluntas, ex ſola voluntate non damnatur quis, niſi ſubſequuntur factum: li. 2. artic. 37. glo. & 38. glo. lib. 3. artic. 3. gloſa.

Voluntas & notitia alicuius rei differunt: lib. 2. art. 44. glo.

Voluntas quandoque etiam punitur eadem ſeueritate ſicut & effectus, vt patet in crimine læſæ maieſtatis: lib. 2. artic. 71. glo.

Voluntatem ſuam nullus immutare debet cum damno alterius: lib. 2. artic. 41. glo.

Vſuſtructus.

Vſuſfructus quid ſit: lib. 1. art. 32. glo.

Vſuſfructuarius non poteſt vendere illa quæ ad vſum ſibi data ſunt: lib. 1. art. 32.

Vſuſfructus quomodo & in quibus conſtituitur, & qomodo perditur: vide ibidē lib. 1. art. 32. glo. abundē.

Vſufructuarius non habet ius fodiendi argentum ſeu mineram in fundo quem in vſum tenet: lib. 1. art. 35. glo.

Vſufructuarius tenetur ad refectionē domus & tributū: lib. 2. ar. 21. in annot.

Vſura.

Vſuram non eſſe peccatum dicens pro hæretico reputatur: lib. 1. art. 54. glo.

Vſura quid ſit: ibid. lib. 1. art. 54. glo.

Vſura admittitur in certis caſibus: ibidem glo.

Vſurarium facit ſpes lucri prouenientis: ibidem glo.

Vſurpatio.

Vſurpatio. Ex vſurpatione maioris au-

toritatis tria sunt quæ amittuntur: lib. 2. artic. 6.

Vtensilia.

Vtensilia & res expeditarias non tenetur importare emancipata ad diuisionē: lib. 1. art. 13.

Vtensilia mulieris mortuæ facilius cognata obtinet eius quam vxor viri: lib. 1. art. 20. Jure mun. art. 57.

Vtensilia. vide plura supra dictione Gerādā, & item in dictione Paraserna ad hunc passum.

Vtilitas.

Vtilitas publica præfertur priuatæ: intellige si vtilitas priuata etiam in illa includatur vtilitate, alias cuilibet admittitur propriam vtilitatem præferre communi: lib. 2. art. 54.

Vtilitas recompensata quæ sit: vide lib. 1. art. 70.

Vtilitas. Propter vtilitatem communem multa statuuntur in republica etiam cum damno priuati hominis: lib. 2. art. 54. glo.

Vulnus.

Vulneratus si illum qui eum vulnerauit duello conuincere velit propterq; corporis debilitatem venire non potest, iudex eidem inducias dabit: lib. 1. art. 49.

Vulnerans aut occidens aliquem, & eum iudicio præsentet, volens eum pacis violatorem comprobare, si non perfecerit ipse solus condemnetur: lib. 1. art. 50. & 64. & 69.

Vulnerans, mutilans alium, conuictus manum amittit: lib. 2. art. 16. Jure munic. art. 70.

Vulnerans aliquem in ore, naribus, lingua, manibus, genitalibus, quomodo punitur: ibidem lib. 2. art. 16.

Vulneratus digito, dente, &c. quomodo punitur. ibidem.

Vulneratus aliquot vulneribus in vno membro in vno actu, & non occiditur, dimidio verigeldo liberatur: ibidem, & Jure mun. art. 90.

Vulneratus secundariò in alio membro, verigeldus multiplicatur: ibidem lib. 2 art. 16.

Vulneratus seu verberatus absque carnis vulnere, ei emenda secundum sui generationem præstetur: vulnerans ergo non potest se expiare emenda sed medio verigeldo: ibidem & Jure mun. art. 89.

Vulnus illatum studiosè in genitalibus quæ pœna: ibid. lib. 2. art. 16. in annotat.

Vulnera plura in vna guerra illata vno medio verigeldo soluuntur: ibidem.

Vulnerans, spolians aliquem, si infra annum non agatur contra ipsum, & ille moritur, respondere hæredibus non tenetur: lib. 3. art. 31.

Vulnere pro vno nisi vnus impetitur: lib. 3. art. 46. opere & auxilio possunt plures incusari: illa tamen incusatio est simplex, sed si recognoscunt, aquè culpabiles sunt: ibidem vide.

Vulnerans aliquem eo proposito, quòd eum occidere vellet, non tamen occidit, vt homicida reputatur: lib. 2. art. 64.

Vulneratus in campo ex casu, vel ab aliquo, in hospitium tandem receptus, si moriatur, domesticis ille manet sine damno, imò expensæ sibi persoluentur: libr. 3. art. 90.

Vulnera liuida, tumida, etiam actiones iniuriarum cum clamore proponi debent: Jure mun. art. 38. glo.

Vulneratus si clamorem excitauerit, & illum qui eum læsit iudicio apportet, metseptimus eum conuincet: Jure mun. articulo 70.

Vulnus duellare quo pacto mensurari, & dignosci debet: Jure mun. ibidem glo.

Vulnus vbi profunditatem habuerit vnguis & longitudinem membri, manum amittit. pro homicidio collum: ibid. Jure mun. art. 70. & Spec. Sax. lib. 2. art. 16.

Vulneris profunditas quomodo computatur: ibidem Jure mun. artic. 70. & in glo. latius.

Vulneratus si eodem die iudicium non quæsierit, & qui inculpatur apparet, absoluitur metseptimus, sed si querimoniam cœperit & ille non comparet, proscribitur quarto in die: Jure mun. art. 72.

Vulnus si est pernoctatum præfigi terminus debet ad proximū iudicium: ibid.

Vulnus etiam si sit nō duellare ad proximum iudicium differri debet: ibidem.

Vulneratus cum clamore iudicium veniens, & illos qui clamorem audierunt habuerit, tot potest accusare, quot vulnera habet: Jure mun. art. 81.

Vulnera si duellaria sint, illique comparuerint, duellum in illis acquiret: ibidem art. 81. Vul-

Vulneratus si plures accusauerit quam vulnera sint, & ij omnes vltra numerum vulnerum accusati, euadunt, vt iuris est, quilibet meteptimus: ibidem de actione vulnerum plura.

Vulnus. Si duellum acquirit, pro vulnere & victor existat. victo transit ad manum vel collum: Iure mun. art. 82.

Vulnerent se duo inuicem, & ad iudicium veniant, qui primâ probauerit querelam duellum, contra aduersarium acquirit, dato, quod vtriusque vulnera sint duellaria: Iure mun art. 83.

Vulnerum auxilio si quis accusatus sit cum clamore meteptimus excusare se cogitur: Iure mun. art. 83.

Vulnera si duellaria sint necne, antehac iudex & Scabini, vel ad id deputatus iuratus medicus conspiciebant: Iure munic. art. 83. glo.

Vulnera triplicia, carnalia, patentia, & duellaria: ibidem glo.

Vulnerati mutuo si vnus vadit ad domum iudicis, alter ad quatuor scamna iudicij, iste secundus primâ acquirit querimoniam: Iure mun. art 84.

Vulnerent se mutuo vnus gladio alter cultello: pro cultello collum demeretur pro gladio manum, si vulnera duellaria comprobentur: cultellus enim furtiuam et occultâ infert mortem: Iure mun. art 85.

Vulnerans aliquem datus ad fidetussoriam, & in illa fideiussoria occidat illum, contra quem cautionatus est, meteptimus euadet: Iure mun. art. 86.

Vulnus. Si pro vulnere coram iudicio bannito pax promissa sit, vt supra dictum est, citius contra istum probabitur per septem testes, quam is se euincere posset: ibidem.

Vulnerent se mutuo & vterque iudicium veniat querulando, si actione transposita vnus moriatur interim, & alter ad terminum compareat, euadet meteptimus: Iure mun art. 88.

Vulneratus seu potius verberatus in dorso, ventre, & vulnera sint liuida, conquerens iudici obtinet duellum, & quomodo procedatur, & quid demeretur: Iure mun. artic. 89. & Specu. Saxo. lib. 1. artic. 68.

Vulneratus seu verberatus in caput, brachia, & probationes non habet, ille absoluitur iure suo: ibid. Iure mun. art. 89.

Vulnus capitis si suam habet profunditatem, est duellare: Iure mun. art. 90. glo.

Vulneratus si quis in vno loco pluribus vulneribus ab homine, vno non potest singulariter inculpari, pro quolibet vulnere, sed omnia illa vulnera excusare potest, ad sacra si audet meteptimus: ibidem glo.

Vulnera manuaria facti testari debent septem testibus: Iure mun art. 110.

Vulneratus si prae valetudine corporis querulari non potest, contra malefactorē, in illo iudicio vbi eum laesit, vel ius sibi denegauerit, potest ad alium iudicium eum insequi, & si factum non est pernoctatum, potest ei manna e facto intentari: Iure mun art. 113 glo. finali.

Vulnerans, occidens iure priuatos, infames, mulieres publicas, quid demeretur? Iure mun. art. 129 & Spec. Saxo. lib. 1. art. 50.

Vulneratus. vide supra ad hunc passum in dictione Mutilatus.

VXOR.

Vxorem alicuius manifestè adulterans, vel solutam violans, & eam postmodum in matrimonium superducere velit, nunquam prolem legitimam ex ea procreare potest: Specu. Saxo. lib. 1. artic. 37. rationes vide in glo. articulus tamen iste condemnatus est.

Vxori si maritus suam proprietatem vel donationem propter nuptias errogare velit, in eo casu iudex eius tutor erit: lib. 1 artic. 44.

Vxor quam primum maritatur, ius acquirit viri, eo mortuo ab eius iure liberatur: lib. 3. art. 45.

Vxor relicta, quae nec dotem nec donationem nuptialem habet à viro, in quartâ partem bonorum viri succedit: Spec. Saxo. lib. 1. art. 21 glo. Iure mun. art. 22. in fine glo. Iuxta vel aliquarum prouinciarum consuetudinem in tertiam: lib. 1. art. 24 glo. fina. Secundum ius verò municipale si labore mutuo bona vir & vxor acquisuerint vxor relicta in tertiâ succedit bonorum partem: Iure munic. articu. 22 glo.

Vxor etiam non dotata alimenta debet à viro, & post mortem extra domum si malè tractaretur in domo: lib. 1. art. 45. glo.

Vxor quidquid acquirit de operibus suis, marito acquirere dicitur: lib 1. artic. 45. glos.

Vxore perpetuo abstinere, sit quadrupliciter: lib. 3. art. 27. glo.

Vxore mortua ſupellectile agnata accipiens, quid marito reinquere tenetur: lib. 3. art. 38. Iure mun. art. 23.

Vxor cum lectum mariti aſcenderit, per illam copulationem eidem in generatione coæquatur: lib. 4. art. 45.

Vxor occidens maritum, perdit dote: lib. 3. art. 84.

Vxor relicta, qua bona ſecundum ius municipale tollere poteſt poſt mortem mariti: Iure mun. art. 22.

Vxor relicta quid vltra dote iure prouinciali & quid iure municipali accipit: Iure mun. art. 22.

Vxori ſi vir certam ſummam denominet, & loco pignoris bona mobilia & immobilia obligauerit, an illa vendere poterit, & an id nocere vxori poſſit: Iure mun art. 22.

Vxor relicta quantum cibariorum tollit poſt mortem viri: Iure mun. art. 24. art. 26. & 58. & Spec. Sax. lib. 1. art. 22.

Vxorem ſuperducens vir, bona cum illa accepta, & etiam cum ſecunda, poteſt cum illis diſponere quicquid voluerit: Iure mu. art. 96. & Spe. Sax lib. 1. ar. 10.

Vxor. Vide plura ad hunc paſſum ſupra in dictione Mulier. et dictione. Vidua.

FINIS PROMPTVARII.

IVRIS MVNICIPALIS MAYDEBVRGENSIS LIBER VVLGO Weichbild nuncupatus.

EX VETVSTISSIMIS EXEMplaribus vigilanti opera nuper latinitati datus, ſummaque cum diligentia recognitus, adiunctis ſimul gloſſis & textus interpretationibus neceſſarijs.

Annotata præterea in marginibus habentur, loca legum, iuriſque Saxonici Prouincialis, materiam textus, & gloſſarum approbantia elucidantiaq;, lectori magnam afferentia vtilitatem.



SAMOSCI
Anno Domini M. DCII.
Cum Gratia & Priuilegio S. R. Maieſtatis.

14834

Sapiens in populo hæreditabit honorem, &
Nomen illius erit viuens in æternum.



Non pauor, aut aurum mouit, non vlla cupido.
Publica res, laus, & ius mihi norma fuit.

REVERENDISSI-

MO IN CHRISTO PATRI ET Domino D. Petro Tomicio, Dei gratia Episcopo Cracouiensi, & Regni Poloniæ Vicecancellario, Domino ac patrono clementissimo, Nicolaus Iaskerus bonarum artium ac Philosophię cultor, Senatus vrbisq; Cracouiensis à secretis, fœlicitatem, obsequentissimamque sui commendationem.



OMNIS mortalium labor & conatus, dignissime Præsul, duplici voluatur contineturq; vita, operosa videlicet, quam & actiuam aiunt, & contemplatiua: quisque enim aut alteram, aut vtramque per vices elegisse sibi & colere amplectique consicitur: prout cuiusque natura aut assuetudo à teneris fert atque patitur, fœlicem sese in eiusmodi vitæ delectu suosque sequaces existimans: hinc videre licet plurimos fuisse ac esse, qui nihil fœliciùs, nihil iucundiùs, nihil diuiniùs, meliùsue in vita habeant, quàm naturæ arcana, rerum omnium caussas, bonarum artium principia; & secretissima ac difficilima quæq; animo contemplari, inuestigare ac vimari profundiùs: noui quidpiam effingendum, aut veteribus lucem addendum. Videas contra non paucos cum perpetua & graui sollicitudine rerum suarum aut publicarũ premi & distineri atque angi, vtilitatem tantum spectantes prodesseq; solicitos seu intentos, cùm sibijpsis domuiq; & soboli, tùm patriæ ipsi, cui us amor apud præclaros quosq; priuato commodo antefertur. Sed mihi neutri eorum rectè sentire videntur, cùm neque bi soli per se, neque illi subsistere possunt; nisi inter se mutuas traderent operas: quemadmodum consilium nullum esse, nisi vtarius; & frustra quis extra belligeratur, nisi domi priùs consulat: sic alta rerum inuestigatio, si non ad aliquam vitæ vtilitatem referatur, inanis, ridiculaque est: & item temeraria quæq; actio efficitur, deuiaq;, ni matura prouidentia veniat, quod in quibusq; rebus colligere facilè est: vicissitudo enim & alternum rerum studium, commendabilia facit omnia. Vnde hoc vitæ genus quod approbo, mihi quoque contigisse gaudeo: plurimum siquidem dierum meorũ, Antistes clarissime, hac fere vicissitudine & alternatione peregi atque transmisi; partim bonis artibus, partim officijs publicis, magis quàm priuatis insudando; illud maximè curæ habens, patriæ & reipublicæ obsequijs fidelissimè prodesse, vel eo ipso me vixisse testari volens.

Quare iamiam magis officioſæ addictus vitæ, Cracouien. reipub. inſeruiẽs, iuris municipalis Maydeburgen. quo vrbs illa, et aliæ ex æquo ciuitates regni vtuntur, depnuati, & admodum obſcuri, quodq; iam pridem, nimio plùs, mendis conſpurcatum viciatumq; eſt, adeò, vt ne doctis quidem facilè intelligi poſſit, caſtigandi, limandi, inſtaurandique prouinciam ſuſcepi: magnitudo & ſiquidem rei, difficultasq; ac plurimæ curæ, ſed & liuor inuidẽtium edax, iudiciumque peruerſum, à propoſito me deterrebant, & auocabant; publicæ tamẽ vtilitatis & patriæ amor è diuersò alliciebat, omnemq; obicẽ perfregit, dedecoroſum & indignũ iniquumq; ac damnoſum reputans, tàm neceſſario pignore, cùm ſeniores ciuitatum, ac iudices rectoresq;, tùm ciues bonos carêre, quodquidem iſtorum iuſtitiæ & pacis ciuilis norma eſt & profugium, illis verò æqui iudicij eſt regula & veluti perpendiculum, a quo vel latum vnguem abire ſummum nefas eſt. Conquiſitis itaque vetuſtiſſimis eiuſdem operis exemplaribus, omnem adhibui curam, vt ſingulis exploſſis mendis, pro ingenij tenuitate, & quatenus per maxima negocia licuit, genuinus ac germanus iuris Maydeburgen ſenſus in Latinum verſus in communem prodiret vtilitatem: articulorumq; ac paragraphorum infallax & & iuſta adius prouinciale Saxonicum eſſet coaptatio, quodq; ad latiſſimos legum imperialium, ſacrorumq; canonum fontes, à quibus omnis iurium municipalium veritas intelligentiaq; perfectior dependet, ex jis quæ in gloſſis annotatæ ſunt allegationibus, facilior pateret recurſus, diligenter efficere curaui: idq; ſtilo humili ac familiari, omnem poſthabendo verborum curioſam elegantiam, magis conſulere volens proborum ſinceritati, quàm curioſorum loquacitati. Et quia malitia hominum his diebus eô proceſſit, Præſul ampliſſime, vt nil tutiùs fecerit quiſquam, quã ſcelus quodpiam: id enim nunc pro probro ſed laudi ac honori eſt, bonum quoduis optima intentione & propoſito factum, peſſimũ ab improbis reputatur, ſi non fautoribus patronisque ſummis ac potentiſſimis fuerit commendatum. Proinde tàm frugiferum & pernecceſſarium opus nemini iuſtiùs quàm tuæ R. P. patrocinio venit deuouendum, cuius vtriuſque vitæ exercitatio in tua R. D. abunde relucet; doctrina incomparabilis, legum iuriumq; omnium peritia, iudicium acre, fidum conſilium, amor patriæ bonũq; publici, & omnium ſtudiorum, ſtudioſorumq; ſingularis fauor, apud omnes prædicatur, vereque celebatur. Quare incredibilis R. P. tuæ prudentia, & ſumma auctoritas toti mundo vulgata, propoſiti mei boni ſit contra æmulos clypeus & obex: tanta enim egregiarum virtutum ſpecimina & exempla probitaſque vitæ in tua P. refulgent, vt vnius tui ipſius forma ſatis ſit omnibus ad rectè viuendum, cuiuſuis ſtatus mortalibus: taceo

pieta-

pietatem, taceo liberalitatem, & munificentiam, taceo ſtupendam in omnes animi tui beneuolentiam, quibus virtutibus nobile genus tuum illuſtraſti. Sub tui igitur tanti nominis patrocinio ac tutela P. D. patiare opus hoc diligentiſſimè recognitum atque repurgatum, in communem prodire vtilitatem, quod eò grauiùs regni incolis & cunctis iurium ſtudioſis fecerit. T. P. ſi benignè calculo tanti cenſoris fuerit comprobatum. Noui ſiquidem ſingularem tuæ R. P. in me gratiam, noui in cunctos ſupplices T. D. paternum affectum. Tuere itaque à morſibus inuidorum, calumniiſq; æmulorum, vituperijs malignantium, tàm commodum vtileq; opus, meq; clientulum ſuum, vt ſolet ſua foueat gratia, & complecti non dedignetur, factura mihi cæteriſq; animi conatum promptiorem maiora tentandi aggrediendiq;. Vale decus & præſidium patriæ noſtræ & ſtudioſorum aſylum diu, & quàm optimè, Cracouiæ menſe April. Anno M. D. XXXV.

SVMMARIVS ARTICVLORVM IVRIS MVNICIPALIS MAYDEBVRGENSIS.

Proœmium Folio 521.

Saxonum antiquam originem, eorumque egregia gesta, ac fundationem ciuitatis Maydeburgensis sub Jure municipali notificat: cum annexo priuilegio Ottonis super locatione Maydeburgi.

Articulus 1. Fol. 524.

Iuris variam complectitur acceptionem: Juris item & Iustitiæ definitionē. Præcepta iuris quæ sint. Præterea longa inuenitur declaratio Iuris Diuini, Naturalis, Humani, & item Iuris gentium. Præterea Ius Prouinciale Ciuile, Militare Feudale, Publicum, Jus Quiritum, quid vnum quodque illorū sit. Item Lex, Consuetudo, Mos, quo differant, & earum definitio. Legum insuper primi inuentores qui fuere. Item Plebiscitum, Senatusconsultum, Constitutio, Responsa prudentum. Priuilegium quid sit. De consuetudinibus etiā & constitutionibus plura. Finaliter in calce articuli sufficienter declaratur quod per ius municipale non derogatur iuri prouinciali, quod Speculum Saxonum vocitatur.

Articulus 2. Fol. 530.

De seruitute & vnde originem seruitus habeat per longum tractat, varias etiam opiniones: Libertas & seruitus quid sint, & vnde serui appellentur, & item quod Adam ex lapsu duplicem pœnam reliquit generi humano.

Articulus 3. Fol. 533.

De seruitute natiuitatis seu Genealogia disponit. Seruorum & famulorum seu ministerialium differentia. Et item seruitium duplex: Serui etiam efficiuntur tripliciter: Si homo liber se vendat in seruum a hoc quòd venditio illa valeat quæ requiruntur: Serui necessariò manumittuntur ex certis causis. Flagitium in seruum commissum domino emenda cedit. Serui item incommoditates expressas ibidem vide.

Articulus 4. Fol. 535.

Quomodo vnus Jure Municipali libertatem debeat obtinere suā, & quo pacto libertus probetur. Impetitio item seruitutis quadruplex: & quod cognati & alij consanguinei in certis casibus testificari possunt. Annus & dies quid sit. Honor & scandalum nisi in tertiam derivatur generationem. Excommunicatis respondere non oportet, ipsi vero respondere omnibus coguntur. De iure priuatis & infamibus multa ibidem vide: & quæ sit eorum pœna, quòdque iure priuati testificari possunt in certis casibus. Jure priuati & matrimonio inhabiles quo differant: Pueri duplices legitimi & naturales.

Articulus 5. Fol. 539.

De excommunicatis & proscriptis abunde disponit: quòdq; excommunicatus, dato, quòd anno & die in censuris perseueranerit, per id contra honorem non facit nec vita amittit, nec iuri derogat suo: secus est de proscriptis, quibus & vita, & honor adimitur: & alia de excommunicatione & proscriptione. Excommunicationis item & proscriptionis definitiones ibidem vide.

Articulus 6. Fol. 540.

Ius Municipale vnde originē habeat, quia ex Babylone, & quo pacto nomen sortitum tenet.

Articulus 7. Fol. 542.

De transmutationibus regnorum, & quo pacto imperium vltimò ad Romanos translatum fuit: imperium Assyriorum. & item imperium Medorum, Persarū, Græcorum, Romanorum, quo tempore vnum-

numquodque illorum cepit, & quantum durauit. Idololatria origo. Item. Papa Syluestri à Constantino imperatore sublimitas. Papa an imperator, quis illorum est dignitate superior. Legum duodecim tabularum origo. Nomina item decem virorum, qui leges corrigebant. Legum imperialium origo. Dux vnde dictus. Ius Emphyteuticum quid sit, & alia ad id pertinentia.

Articulus 8. Fol. 546.

De iure imperatorum, & eius confirmatione: tùm & in quibus casibus vitam demeretur, & quis imperatoris iudex sit. Iuramentum item imperatoris descripti ibidem inuenies. Nobilitatis seu militiæ dignitas duplex, innata & acquisita, & clypei militaris gradus. Iudices in iudicio residentes, domini nuncupantur. Nummorum item origo. Telonea præterea ob quam causam statuta sint. Et item causæ propter quas imperator excommunicatur.

Articulus 9. Fol. 550.

Qualiter super Imperatore iudicatur & quod Pallantinus Rheni eius iudex sit: Tum & quo pacto Ius municipale in prouincia Saxoniæ statutum fuit, quòdque triplex nomen seruitium habet liber præsens. Municio, Municipium, quid vnumquodque illorum sit. Ciuitas externi non debet sine consensu præsidis prouinciæ. Ecclesia & cimæterium defendit omnes illic confugientes: quinque tamen genera hominum minime. Confugientes ad cimæterium quomodo exinde tolli debent & quomodo non.

Articulus 10 Fol. 554.

De locatione Maydeburgen. ciuitatis Iure municipali, quodq; Maydeburgū primaria Saxoniæ ciuitas est. Iuris prouincialis & municipalis differentia. Multa Burgrabio & Scultreto, quantum præstatur. Scabini vndecim numero esse debent, Scultetus duodecimus. Ad cuius instantiam ius municipale confectū sit, & quis autor operis fuit. Priuilegium Imperatoris Ottonis Rufi super confirmatione Iuris municipalis Maydeburgensium ac prærogatiua Scabinorum ibidem inserta habentur. Iuris Prouincialis, Municipalis, Imperialis, & Spiritualis differentia. Sub banno Regio iudicare quid significet: Scabinus vnde nomen accepit suum. Iudicium in certis locis exerceri non potest. Locum iudicij immutare volens Iudex, insinuare & publicare illud per præconem populo tenebitur.

Articulus 11. Fol. 559.

Vnde Hallenses ius suum reportare debent, & quo pacto id fiat. Appellationis triplex modus. Scabinis quantum exsoluitur cùm profertur sententia, & quid notario. An Scabini solidos iusto pro sententijs accipiunt, argumenta pro & contra. Multa iure admittuntur, quæ in se locū non habent. Iudex triplex incommodum incurrit, si iudicare nō vult. Iudices quatuor virtutes in se potissimum habere debent. Sententia reportata vbi aperiri debet, & quo pacto procedendum: ibidem vide quædam specialia in reportatione sententiæ.

Articulus 12. Fol. 562.

Si Maydeburgi sententia reprobetur, vbi ius quærere debeant: in Schartaniam enim vltra Albim se trahere coguntur: quodq; ciuitas principalior in qualibet prouincia caput esse debet iuris aliarum ciuitatum illius prouinciæ.

Articulus 13. Fol. 563.

Quo pacto & per quem modum Pallantia Maydeburgi per Ottonem fundata sit, & quidquid in Pallantia decernitur in causis appellatis, id pro iure municipali obseruari debet. A sententia in Pallantia lata, an appellare quis possit.

Articulus 14. Fol. 565.

Quomodo Pallantia congregari debeat, & qualiter ad Pallantiam pertinentes citandi veniunt. Scabini propter id quòd sententia eorum increpatur, malum animum contra appellantem habere non debent. Appellatio nulli deneganda. Iudicis cautela in sententijs ferendis. Ex opinione sententia ferenda non est. Si statutum sit alicuius ciuitatis, quod à sententia non appelletur, quid faciendum, doctrina pulchra. Plebiscitum contra ius scriptum minimè statui debet. Appella-

esone

tione stante nihil innouandum, nec vltra procedendum. Pœna iudicum, si stante appellatione vlterius procedant. Appellatio si denegetur, quid faciendum.

Articulus 15. Fol. 568.

Quo pacto citatio pro congreganda palantia formanda sit, quòdque sententia ferenda est per hos, qui præsentes sunt, non obstante absentia aliquorum. Marca auri quantum valeat. Iudices Palantiæ si dubitauerint vel concordare non possint in ferenda sententia, negocium relegandum erit ad regem ipsum.

Articulus 16. Fol. 569.

Quo pacto iure Municipali iudicium banniri debet. Scabini cur vndecim numero eligantur. Pro iudicio banniendo extra Maydeburgum in alijs ciuitatibus tres Scabini sufficiunt. Maydeburgi quis Scabinos officio præficere debet. Episcopus Maydeburgen. an feudum Scabinale negare poterit. Defectus aliquis in officio existens superueniens, depini propter id ab officio non debet. Scabinorum sede dignis requisita. Scabini solidos Scabinales iusto accipiunt. Scabini Maydeburgen. si moriantur, Imperatorq, coronatus non sit vt alij infeudentur, quis interim iudicium prouidebit? Scabinus nouiter electus est administrator negociorum Scabinalium. Scabini singulis quatuor temporibus anni solidos diuidunt. Scabinis quantum præstatur à sententia, & quantum notario? Actio duplex ciuilis & criminalis. Iudices triplices, in pronunciandæ sententia tam iure Saxonico quam Cæsareo. Iudicis in iudicando requisita. In loco iudicij depictum habeatur extremum iudicium. Iudex est locum Dei tenens. De ferendariorum vtilitate & eorum cautelis, & item qui ferendarij esse non possunt, & an ferendarius recusare poterit verba loqui alicuius.

Articulus 17. Fol. 575.

De excessu iudicis, & ipsius graui imposita pœna. Ex iudiciaria potestate si aufugerit captiuus præter iudicis culpam, iudex quomodo euadet. Verigeldus quantum valeat. Excessus nobis illatos quomodo dimittere debemus, & quomodo non.

Arti-

Articulus 18. Fol. 578.

De querela contra iudicem iustitiam facere denegantem instituenda. Iudex nõ dicitur iudex nisi cum iudicio præst. Iudex triplex nomen habet. Iudex à quibus potissimum præcauere debet, & alia de iudicibus plura. Practica etiam ibidem habetur quo pacto iudex de loco mouendus erit iudiciali, cum quis sibi actionem intentare vult.

Articulus 19. Fol. 580.

De electione Proconsulis, eiusque autoritate & iuramento. Reuenditorum constitutio. Mensuræ potabilium & aliarum rerum debent esse sub insignio ciuitatis. Pondera adminus semel in mense conspici debent. Ciues in generali omnes, dato quod Principem vel Regem habeant, subesse mandato ac obedientiæ Proconsulis, & consulum tenentur. Ciuitas ex diuerso hominum genere constituitur.

Articulus 20. Fol. 582.

Quo pacto proprium seu hæreditas Iure Municipali resignanda venit. Resignationisque solennitates vide amplas, & quæ hæreditas sine consensu hæredum resignari qua verò non. Ante quatuor scamna venire quid per id intelligatur. Bona desinit vnus possidere trifariam. Pignus nunquam præscribitur Resignatio iuridica bonorum vtilis ad quatuor. Practica ibidem habetur quo pacto ferendarius seu procurator à iudice experi debet, & alia de officio procuratoris. Solennitates item circa resignationes hæreditarum fieri consuetas ibidem inuenies: & quo pacto militaris ordinis homini, alienatio proprij admittatur, quomodo ciui: quo pacto rustico, & item quo pacto mulieri. Solennitas resignationum vnde ortum habeat.

Articulus 21. Fol. 586.

Quanto tempore proprium resignatum varendari debet Annus & dies quid sit. Venditor quomodo emptorem varendare tenetur. Proprium seu hæreditas duplex est, stans & iacens.

Articulus 22. Fol. 587.

De iure dotalitiali mulierũ post mor-

tem viri Differentiam Iuris Prouincialis, & Municipalis occasione dotalicij ibidem vide. & item de donationibus quæ in fauorem matrimonij fiunt. Dotalitium reformatum in bonis indeterminatè, vir bona illa nihilo minus oppignorare poterit absque mulieris contradictione Dotaliciũ accipitur ante omnes creditores, quibus vir post reformationem dotalicij contraxerat. Dotalicium reformatum in bonis cum reseruatione dominij, & bona illa oppignorentur, mulier verò præcustodiat sibi, ne videlicet iuri noceat suo, præcedit dotalicium. Dotalicium mulier habens inscriptũ in aliquibus bonis, & postmodum cum marito obligationem faciat in bonis huiusmodi vel fideiussoriam, liberare esse non potest à solutione Debitorem non plura iuris verborum sed simplex efficit promissum. Promissio fieri debet ore & manu. Dotalicium reformatum in bonis censualibus etiam vidente domino censuali, census ante ac persessus præcedit solutionem dotalicij. Dotalicium denominatum vxori quæ tandem moriatur sine liberis marito superstite, cui cedit dotalicium huiusmodi. Dotalicium per fideiussoriam reformari promissum, postquam etiam dos extradatur mortuo marito non facta reformatione, an consequi possit. Dotalicium denominatum coram viris fide dignis, sive sit postmodum inscriptum sive non, vxor illud probabit iuramento. Dotalicium si non sit denominatum, quamuis mulier apportet pecuniam ad virum, dotalicium extradi non oportet: datur tamen actio contra hæredes super pecunijs apportatis. Dotalicium vxoris ex priori marito vir secundò nubẽs, & eam superuiuens, quamuis à pueris diuisa non erat, obtinet in bonis mobilibus. Consuetudo Maydeburgensium occasione dotalicij. Dotalicium si denominatum non sit vxori, & bona habent labore acquisita, vxor tertiam bonorũ accipit portionem. Ibidem causas vide quando mulier vita prouisionem amittit, quodque testimonio vinci potest. cùm & quando vir dotem perdit, donationem tamen propter nuptias nihilominus dare cogitur. Diuortio facto quid bonorum viri vxor retinet.

Articulus 23. Fol. 595.

De gerada seu parapherna, & quæ ad eam pertinent. Cognata geradam accipiens ex parte fusi descendere dicitur. Geradam ante tricesimum expedire non oportet. Ibidem practicam vide, quo pacto procedi debet in cõsequenda geradam, quodq; mulieri cum testibus admittitur probatio. Præterea ibidem practicam vide, cùm quis tribus vicibus citatus iudicio nõ comparuerit, quo pacto actor mittitur in possessionem. Donatione inter virum & vxorem mutuò facta omnium bonorum, nullis exceptis, an geradæ post mortem vxoris per virum necessariò cognatæ extradi debeat. Mechanicorum diuersi status. Geradæ qua sit. Res ad geradam pertinentes impignoratæ tempore vitæ vxoris, ille exemere cogitur cui iure cedunt. Geradæ per vxorem oppignoratæ quis eam exemere debeat. Geradæ à primo nomen sortitur suum post mortem cognatæ: itidem & arma bellica seu hergenet post moriẽ agnati. Geradæ alienatæ tempore ægritudinis, etiam cum consensu viri, non valet alienatio, imò vir super eo respondere cogitur. Vir per negligentiam alienare vxorem aliquid admittens, in damnum illorum qui sunt expectantes, respõdere pro illo tenetur. Cognata geradam tollens, cur stratum lectum marito relinquere tenetur. Geradæ expeditio præcedit expeditionem armorum bellicorum.

Articulus 24. Fol. 604.

De cibarijs domesticis, & quæ cibaria domestica dicuntur.

Articulus 25. Fol. 605.

De armis bellicis, & quid ad arma bellica pertinet, in diuendenda hæreditate & armis bellicis. Agnatus ante omnia gladium accipit, & quare id fit: ibidem vide rationem.

Articulus 26. Fol. 606.

Quæ ad hæreditatem pertineant: Hæreditas quid sit: Hæreditas carere hærede dicitur trifariam. Seipsos interficientes, bona illorum cui cedunt. Succedentes in bona aliqua, obligãtur semper ad aliquid. Gladium tutor accipit in signum tutelæ: interpretationẽ huius ibidem vide. Tutores in triplici genere inueniũtur. Tutores eligi possunt omisso agnato. Agnatus tutoriam suscipiens, satisdare cogitur, cautionemq; facere pro bonis pupilli.

Condi-

Conditio ius limitat omne. Tutorũ prærogatiua, & alia de tutoribus plura. Bona pupillorum diuendi non debent. Bona pupillorum quando diuendi possunt causſis vide. Pupilli quando præscribunt in bonis per tutores diuenditis. Pupillorum prærogatiua. Creditori in bona pupillorum datur possessio & quo pacto bona illa eliberari posthac poterint. Tutoris potestas & autoritas erga pupillos. Pupilli sine tutore nihil facere possunt, dato quod in commodum vergat eorundẽ, habeneí tutorem quandoqíe tutor dari potest. Tutor ex officio eligi debet ex proximioribus pupilli agnatis. Ex duobus agnatis ex æquo ad tutellam pertinentibus in arbitrio est iudicis eligere ex eis quem vult. Ju lex cogi e vnum potest, ad tutoriam acceptandam. A tutela se vnus ex certis causſis excusare poterit. Tutor per quem & quomodo accusatur. Tutela quomodo interdicitur. Tutela multis finitur modis. Quomodo probatur quod vnus pubertatis attigit annos. Tutoria viri respectu legitimæ vxoris, differt ab alijs tutorijs. Mulier sine consensu mariti nihil facere potest, nec marito aliquid dare. Tutor vnde nomen habeat suum. Tutor accipitur multis modis.

Articulus 27. Fol. 615.

De actione iniuriarum & debitorum, ibidem practicam vide, quo pacto detentus extra manuale factum ad iudicium adducitur: & item pro debito arrestatus. Manuale factum quid sit. Patibuli inuentor Tarquinius, & torturas idem excogitauit. Judex etiam nullo instigante, malefactores ecercere potest. Nullus sibiipsi index esse debet. Carceribus iniectus ob defectum fideiussoria, honori minimè derogat suo. Fideiussoriæ varietas. Fideiussoria in ciuilibus actionibus grauior est quàm crimina ibus. Pignere si quis tue atur seſe contra creditorem, pignus taxari per iudicem debet, an valeat summam debiti necne.

Articulus 28. Fol. 618.

Quo pacto vnus defendere se debet, vt in extraneo non respondeat iudicio Ju extraneo iudicio respondere vnus cogitur ex certis causſis. Accusatus in extraneo iudicio, & non se excipiens, quæ pœna. Iudex extra iurisdictionem existens, etiam suæ iurisdictionis homines vt iudex iudicare non potest. Secularis etiam iure nostro coram spirituali iudice respondere cogitur in certis casibus. Ius denegare quando iudex dicitur.

Articulus. 29. Fol. 620.

De donatione seu abscessione bonorum, in quibus veram possessionem solus non habuerat. Possessionis species. Possessio multis acquiritur modis. Possessor iudicè intromissionem defendere volens, tria in se habere debet, ne pœnam incurrat.

Articulus 30. Fol. 621.

De donationibus vel abscessionibus corã iudicio factis, & quamdiu bona sic abscessa vel donata varendari debeant.

Articulus 31. Fol. 622.

De fideiussoria debiti vel iniuriarum, & quo pacto fideiussor liberatur. Obligationis definitio.

Articulus 32. Fol. 624.

De testimonio contra aliquem producendo, cùm illum quis accusat esse illegitimum ortu, aut iudicio, vel quòd furto aut spolio iuri deroget suo: quodque iudex si moriatur eius successor, testis esse debet omnium quæ corã ipso acta sunt: sed nec iudex aliquem à querela repellere potest sine voluntate accusati. Iure primatorum incommoditates.

Articulus 33. Fol. 625.

De libertate Scabinorum, & quando eam probare oportet, quando verò non. Libertas Scabinorum omnibus vilior. Rusticus ad officium aliquod electus, officium illud eum non nobilitat. Testimonium vnius quandoque valet.

Articulus 34. Fol. 626.

De exigendis debitis, & quomodo debitor impeti debet. Debitorũ solutio quomodo decernitur.

Articulus 35. Fol. 627.

Duellum quomodo fit, & quo pacto duellum infertur alteri per longum vide.

Querelle tres in duello proponenda. Ante varendam potest quinis querelam meliorare suam, posthac verò non. Duellum denegari potest deteriori se, sed non econtra. Duellariter alloqui quid sit. Duellũ an iure diuino admittatur. Duelli definitio. Contra querelas duellariter propositas, poterit vnus testimonio absolui. Clericus duellum promittens an illud explere tenetur. Clericus duellariter interficiens aliquem, an deponi ab officio debeat. Clericus per fugitem duellariter interficiens, an efficitur irregularis. Duellum indicens tria in se habere debet. Oblecta alicui præda aut furti quo pacto se expurgare debeat, secundum diuersos hominum status.

Articulus 36. Fol. 633.

De actionibus criminalibus, quòd cũ clamore violentiarum proponi debent & septem testibus probari.

Articulus 37. Fol. eod.

De querelis violentiarum, domusque irruptionum, quòd itidem cum clamore proponendæ sunt.

Articulus 38. Fol. eod.

De violentijs ex irruptione domorum illatis. Clamor inchoatio est querelæ in actionibus criminalibus. Furtum manifestum quid sit. Fur deprehensus in facto quomodo iudicio præsentari debet. Furto accusatus iudicioque præsentatus nouumentum habet ex tribus. Fures quibus pœnis afficiuntur. Fur nocte deprehensus in domo alicuius, licitè occidi potest. Pœna contra fures & raptores statuta. Homicidium contigit trifariam. Occisus in campo in furto vel præda, quomodo conuincitur. Homicidium casuale contingit multis modis. Puer equo impositus irrefranato si interficitur cui culpa datur. Puer vel phreneticus occidens aliquẽ quomodo punitur. Irruptiones & obsidia viarum quomodo puniuntur. Stuprum iure ipso est peccatum grauissimum ex tribus. Cauendum est ne vnus cum clamore querulatur cùm manuale factum non appareat. Virgo vel mulier stupratam se esse allegans, dissolutis crinibus si iudicem aggrediatur, extra manuale factum, accusatus citius absoluitur quam quòd conuinci possit.

Articulus 39. Fol. 636.

De querelis ex necessitate propositis & per Burgrabium indicandis, quoadque ædificia propter excessum violentiæ sententiata, destrui debent.

Articulus 40. Fol. 637.

Contra quas iniuriarum querelas quis iuramento absolui non poterit.

Articulus 41. Fol. eod.

De querela contra aliquẽ in eius absentia facta, vbi & terminus reo assignatur, an interim arrestari seu detineri per actorem possit. Accusatus pro iniuria varendam inprimis expetere debet. Ædificia prædiorum arcis, ex tribus destruuntur caussis. Reus facti potest esse vnus quadrifariam. Furis detenti practicam ibidẽ vide. Temeritas trip. ex. Varenda vtilitas & effectus.

Articulus 42. Fol. 639.

Quo pacto ferendarius iure obtineatur in caussis & querelis violentiarũ ac manualis facti. Ferendariorum doctrina. Ferendariorum vtilitas & eorum laus. Ferendarij qui esse non possunt. Quo pacto ferendarius cogi potest, vt verba alicuius loquatur practicam vide. Cautella pro expetendo ferendario. Ferendarius quid præcustodire sibi debet ne incurrat damnum. Ferendarius excedens commissum domini potest ad mulctã impelli.

Articulus 43. Fol. 642.

De consulum electione, eorumque auctoritate ac potestate. Iuramentum consulum. Ad consilium vocatus si negligat: quantum demeretur. Sclauonica marca quàntum valeat. Electionis seniorum ex mæchanicis, præterea electionis consulum apud Maydeburgenses consuetudo. Eligẽs ad officium aliquem, quid præcauere debet, & qua circa electionem considerandæ. Nec diuites, nec nimium pauperes, verùm mediocris status homines ad officia potissimum eligendi sunt. Extraneus, qui domi raro moratur, sed & nonagenarius in consulem eligi minimè debet. Quo pacto consules ciuitatis Maydeburgensis nouiter electi confirmari debent, eorumq; iura-

iramentum. Plebiſciti & conſuetudinis differentia. Plebiſcitum ciuitati conſtitutum publicari debet. Mœchanici plebiſcitum minimi facere poſſunt in commodum contuberny, ſine conſenſu conſulum. Mœchanici conſtitutionum ſuarum literas à conſulatu expetere debent. Laniorũ in mactandis & venundandis pecoribus ordinatio. Nullus ad ſtatuam virgis ceditur, niſi pro furto & præda. Inſtitorum & aliorum mœchanicorum ordinationem ibidẽ inuenies. Præterea inſtitores & alij artifices minimè prohibere poſſunt alios extraneos, quominus res ſuas venundent in ciuitate, niſi ſpeciales deſuper habeant prærogatiuas.

Articulus 44. Fol. 643.

De peneſticis renenditoribuſque, ac earum pœna.

Articulus 45. Fol. 648.

De iudice ſupremo, hoc eſt Burgrabio ciuitatis Maydeburgenſis, iudicijsque legalibus.

Articulus 46. Fol. 649.

De pœna ſeu mulcta Burgrabij & Sculteti.

Articulus 47. Fol. eod.

De Sculteto & eius iudicijs. Iudicium Burgrabij vnde ortum habeat. Legalia impedimenta quæ ſunt. Legale impedimentum ſideiuſſor declarare tenetur. Libra quantum valet. Quibus nummis exſoluenda ſit mulcta, & emenda. Citationis forma de conſuetudine Maydeburgen. Querelæ triplices. Gladius portatus contra ſtatutum ciuitatis cui cedit.

Articulus 48. Fol. 653.

De officio Scabinorum. Tutores habere contigit dupliciter. Iudex ius ciuile habere debet, omnibuſque libertatibus ciuitatis vti, & item oneribus ſubijci. Ibidem vide de exactionibus & contributionibus ciuilibus: quia videlicet exigi debent iuxta laudum, plebiſcitum, conſuetudinemq́, vniuſcuiuſque ciuitatis.

Articulus 49. Fol. 655.

De tutoribus tractat. ibidem practica habetur tutelæ acquirendæ.

Articulus 50. Fol. eod.

De pœnis & emendis originariorũ, & item ſeruorum triplex iuris beneficium.

Articulus 51. Fol. 656.

De cauſſis ex conſenſu euenientibus. Ibidemq́, arbitrorũ cautelæ annotantur.

Articulus 52. Fol. 657.

De tranſactionibus ſeu concordijs.

Articulus 53. Fol. 657.

De tranſgreſſoribus tranſactionum. Tranſactionis virtus triplex. Tranſactio ſub pœna vallata fieri debet. Arbitrorum cautella & auctoritas. Tranſactio violatur bifariam.

Articulus 54. Fol. 658.

De bonis per iudicem conſignatis ſeu arreſtatis. Mulcta dimitti non debet.

Articulus 55. Fol. 659.

De donationibus.

Articulus 56. Fol. eod.

De donatiõibus itidem iudicialiter factis diſponit. Pecunia publice oblata, dato, quòd in ſcrinio occludatur, atque publicè ſeruari dicitur, acſi equus in campo.

Articulus 57. Fol. 660.

De dotalitio & vitæ proniſione mulierum. Ibidem, mulier in teſtem admittitur. Hereditas in dotalitio mulieri inſcripta, an alienari per eam poſſit, & practicam ibidem vide, quo pacto mulier dotalitium oppignorare poteſt. Donum mulieri per virum ciuſdẽ, cui cedit, mortua muliere. Quomodo mulier donationẽ probare debet in bonis viri. Emancipatio quid ſit. Emancipati ſi diuiſionem habere volunt cum non emancipatis, omnia quæ ceperunt, importare tenentur. Emancipati certus res importare non tenentur. Clerici quare geradam tollunt. Dotalitium mortua vxore cui cedit.

Articulus 58. Fol. 664.

De ſucceſſione hereditatis, & quæ ad hereditatem pertineant.

SVMMARIVS ART.

Articulus 59. Fol. 665.

Hæreditas nullo hærede extante relicta, cui cedat. Judex prouidere debet, carceres, patibulum. Judicis officium in enutriendis pauperibus. Bona hærede carere dicuntur multifariam.

Articulus 60. Fol. 666.

De donationibus iudicialiter factis pueris suis vel vxori.

Articulus 61. Fol. eod.

De dono in bonis censualibus facto, & an bona ex successione deuoluta sine sint mobilia sine immobilia alienari possunt.

Articulus 62. Fol. 667.

De bonis censualibus ab ecclesia possessis.

Articulus 63. Fol. 668.

De pueris emancipatis. Bona ex admortuo aduenientia post mortẽ illius cui cedunt.

Articulus 64. Fol. 669.

De possessione bonorum mobilium seu mercium, & quomodo probari debet possessio.

Articulus 65. Fol. eod.

De dono in lecto agritudinis, & an æger in lecto decumbens quicquam bonorum alienare potest, sine hæredum consensu. Præterea an mulier dare aliquid potest sine consensu mariti. Donatio duplex. Donatio caussa mortis quomodo valet, ibidem annexa habentur argumenta pro & contra occasione donationis in lecto agritudinis. Donatio trifariam inutilis redditur.

Articulus 66. Fol. 672.

Nullus in extraneo iudicio impeti iudicialiter debet.

Articulus 67. Fol. eod.

De fideiussoria occasione debiti & quo pacto probetur. Tum etiam debitum post mortuã manum quomodo probari debeat.

Articulus 68. Fol. eod.

De querela hospitis contra hospitem pro debito. Ciuis mercatum equitans, an pro debito in alia iurisdictione impeti poterit. Accusatus pro debito post manum mortuam, quomodo absoluitur.

Articulus 69. Fol. 673.

De querela occasione bonorum hæreditariorum, & quo pacto defendere se debet contra illum qui ea impetit.

Articulus 70. Fol. 674.

De actione vulnerum clamore protestatorum.

Articulus 71. Fol. eod.

De Guerra nocturna quomodo vnus super facto accusatus euadere debet.

Articulus 72. Fol. 675.

De querela vulneratorum cùm factum sit pernoctatum. Vulnus duellare quid sit.

Articulus 73. Fol. eod.

Scabinum in sede iudiciali improperans quid demeretur.

Articulus 74. Fol. 676.

De sententiarum reprobatione disponit

Articulus 75. Fol. eod.

Testibus se probaturum aliquid offerens quantum inductarum habeat.

Articulus 76. Fol. 677.

Pater an filium accusatum intercedere possit. Quatuor specialiter attendendaquando pater filium iudicialiter accusatum excipere vult.

Articulus 77. Fol. eod.

Accusatus pro potu quomodo euadet.

Articulus 78. Fol. 678.

Famulus mercedem suã quomodo probare debeat.

Articulus 79. Fol. eod.

De mercede item famulorum.

Articulus 80. Fol. eod.

Dominus si mercenarium expellat, vel è contra si mercenarius importunè dominum relinquit, quomodo merces exsoluẽda est, & alia de mercede famulorum in glossa plura.

Articulus 81. Fol. 679.

De vulneribus duellaribus & quo pacto querela occasione vulnerum instituenda sit.

Articulus 82. Fol. eod.

De duello occasione vulnerum & quomodo in eo procedendum.

Articulus 83. Fol. 680.

De duobus mutuo vulneratis vbi vterque ad iudicium veniat, quis eorum duellum primum nanciscitur. Vulnerum differentia.

Articulus 84. Fol. 681.

De duobus mutuo vulneratis, quorum vnus coram iudice in domo priuata, alter vero ante quatuor scamna coram Scabinis vulnera declarauerit, quis eorum primam nanciscitur querimoniam.

Articulus 85. Fol. eod.

Vulnerent si se mutuo, vnus gladio alter cultello, quo pacto super eos iudicatur.

Articulus 86. Fol. 682.

De fideiussoria occasione vulnerum, vbi in illa fideiussoria vnus occidatur, quomodo accusatus euadere debet.

Articulus 87. Fol. eod.

De stipulata pace occasione vulnerum.

Articulus 88. Fol. eod.

In actionibus pro vulneribus pernoctatis quomodo proceditur.

Articulus 89. Fol. 683.

De vulneribus liuidis seu flauis baculo illatis.

Articulus 90. Fol. 683.

De probatione stupri & violentiarum.

Articulus 91. Fol. eod.

Homicidio accusatus si expurgauerit se vni ex pueris occisi, alijs respondere non cogitur. Iniuria quid sit. Iniuria triplex. Iniuriarum augmentantia. Iniuriarum specialia, & item de homicidio & vulneribus quadam notatu digna. Homicidio accusatus simplici querela euadit suo iuramento. Mulier in certis casibus vincitur testimonio, sed & expurgare sese quandoque testibus cogitur.

Articulus 92. Fol. 685.

Quo pacto procedendum est cùm alicui res furto ablata sit, & practicam ibidem annotatam vide quomodo proceditur occasione rei furtiuæ. In inuestigando fure quæ considerandæ.

Articulus 93. Fol. 687.

Debitum iure acquisitum quam citò exsolui oportet. In defectu solutionis quid faciendum est. Debitor efficitur vnus multis modis. Bannus & proscriptio quo differunt.

Articulus 94. Fol. 688.

Mulier filium intercedere non potest pro debito accusatum.

Articulus 95. Fol. eod.

De dotalicio mulieris inuadiando.

Articulus 96. Fol. eod.

De muliere impregnata quòd expelli à bonis viri non debet, nec iudicari super eam nisi ad cutim & crines. Vir pueros habens, si superducat viduam, pueros itidem habentem, acquirant tandem bona mutuo labore, mortuo viro nulla donatione vxori facta, filius mortui mariti propior est circa talia bona remanere, quam pueri vxoris. Mulier pregnans in maleficio deprehensa, quo pacto super ea iudicatur.

Articulus 97. Fol. 690.

De iuramento coram iudicio præstando &

do & cautelis circa id obseruari solitis.

Articulus 98. Fol. eod.

De multa ratione iuramenti soluenda, quodque iuramentum fieri debet, secundum quod querulatum sit, & alia de iuramentis plura. Iuramentum testium quo pacto fieri debeat.

Articulus 99. Fol. 691.

De arrestatione & varendatione equi. Merces falsus vendens, quid demereatur.

Articulus 100. Fol. 692.

De auctoritate consulatus in accusãdo.

Articulus 101. Fol. eod.

Maydeburgen. ad extraneum ius trahi non debent.

Articulus 102. Fol. eod.

De pœna Scabinorum si sententiam pecunijs corrupti pro voto alicui decernant. Recognitio consularis quo pacto coram iudicio peragi debet. Transgressoribus ciuitatis saluus conductus dari non debet, sine consensu ciuitatis.

Articulus 103. Fol. 63.

De probatione debitorum post manum mortuam, quodque pro debito ex alea ludo contracto, respondere vnius non tenetur, nec index pro eo iudicare.

Artic. 104. Fol. 694.

De alea ludo, & quod nullius accomodare pro ludo alteri debet, alias sibi actio in repetendo denegabitur. Ibidem plura vide de aleatoribus. & quod lusus alea prohibetur.

Articulus 105. Fol. 695.

De solido Scabinali in iudicio solui consueto.

Articulus 106 Fol. eod.

De testimonio occasione hereditatis quo pacto fieri debet.

Articulus 107. Fol. eod.

De testimonio solutionis debitorum super proprio alicuius.

Artic. 108. Fol. eod.

De probatione solutionis debitorum.

Artic. 109. Fol. eod.

De testimonio in conuincendo falsario.

Artic. 110. Fol. eod.

De testimonio occasione vulnerum.

Articulus 111. Fol. 696.

De testimonio occasione iniuriarum.

Articulus 112. Fol. eod.

De querelis occasione prædæ vel furti. Nullus violenter res sibi ablatas recuperare debet. Innocens quandoque reus factt efficitur quadrifariam.

Articulus 113. Fol. 697.

Quo pacto vnius à proscriptione sese liberare debeat: & alia de proscriptis ibidem plura. tùm & de manuali facto specialia quædam.

Articul. 114. Fol. 698.

In manuali facto detentus nullum nominare potest varendatorem.

Articulus 115. Fol. 699.

De manuali facto, & quid sit factum manuale. Querela duplex vbi necessariò varendator habeat. Malefactum committens ex mandato alicuius an eum excusare illud potest. Manualis facti iudicium triplex. Manualis facti ius periculosum ex tribus. Actio facti manualis etiam est triplex.

Articul. 116. Fol. 700.

De pœna illius qui varendam promisit, varendare tamen non potest.

Articulus 117. Fol. 701.

De fideiussoria pro aliquo prastita & quo pacto fideiussor liberatur. Fideiussoria duplex. Fideiussores tripliciter efficiuntur. Tum & quadam fideiussoria speciala vide.

Articulus 118. Fol. 703.

De fideiussoria occasione iniuriarum.

Articulus 119. Fol. cod.

De fideiussoria pro aliquo homine facta interimque principalis moritur, quomodo absoluitur fideiussor. Praterea si equus vel aliud pecus quod statui debuit moriatur quo pacto fideiussor absoluitur.

Articul. 120. Fol. 704.

De auibus & volatilibus si ex potestate euolauerint tua, an iure recuperare illa possis.

Articulus 121. Fol. cod.

Apes ex alueario euolantes an inuestigari in curiam vicini debent.

Artic. 122. Fol. cod.

Galli in domo vicini si damnum faciant, quid faciendum. In bestijs furtum comitti potest. De falconibus & alijs auibus, tum & gallis ibidē vide plura. Furtum quid sit. Falconem alterius occupans non propter id suspenditur.

Artic. 123. Fol. 706.

De animalibus feris, & nocumenta inferentibus, tum & de canibus ibidem vide. Bestia fera damnum facientes an resarcire is qui eas fouet tenetur. Animalia domestica damnum itidem facientia, an satisfacere dominus cogitur. Bestia quamuis fere sint venari tamen non possunt.

Artic. 124. Fol. 707.

De fornacibus, cloacis, caminis, stabulisque porcorum.

Artic. 125. Fol. 708.

De fabris, & eorum officina, tùm & de pistoribus quadam constitutiones. item omnes triplices sunt.

Artic. 126. Fol. cod.

De stillicidijs, & alijs vrbanorum seruitutibus. De edificio ruinoso.

Artic. 127. Fol. 709.

De limitibus seu graniciebus.

Artic. 128. Fol. cod.

De tumulo & ramis arborum: quodq; cloaca versus vicini curiā extructa, pramuniri debent, ne vicino officiant.

Artic. 129. Fol. 710.

De verigeldo & emendis.

Artic. 130. Fol. eodem:

Verigeldus vbi solui debeat. Verigeldi emenda & multa differentia. Pena duplex. corporalis & pecuniaria.

Artic. 131. Fol. eodem.

De viarum & semitum latitudine.

Artic. 132. Fol. 711.

De arestatione equi.

Artic. 133. Fol. cod.

Pro quibus rebus se advarendatorem vnus trahere non cogitur.

Artic. 134. Fol. cod.

Pecunia & merces citiùs obtinentur per possessorem, quàm quòd per actorem euincantur.

Artic. 135. Fol. cod.

De vindicatione rei furtiua.

Artic. 136. Fol. 712.

Ab inchoatione causa, nullus soluere iudici aliquid tenetur. Non omnes furto accusari debent, apud quos furtū inuenitur. Alloqui vel arrestare rem aliquam volēs, quid obseruare debet. Rem possidens, duplicem defensam habet contra vindicatorem. Vim vi repellere decet. Ibidem vide modum, quo pacto obseruari debet in vindi-

vindicatione rei perdita. Res vindicari non possunt, nisi ex natura differentiam inter se habeāt. Res efficitur furtiua multis modis.

Artic. 137. Fol. 713.

Iudæus vbi conueniri per querelam debet, tùm & iramentum decretum vbi exequi.

Artic. 138. Fol. eod.

Iudæus an varendator alicuius esse possit, & quomodo testimonio conuincitur. Iudæus Christiani varendator ex certis caussis esse non potest. Iudæis admittitur res emere furtiuas ex rationabilibus caussis. Christianus interficiens iudæum, qua pœna.

Artic. 139. Fol. 714.

De iuramento iudæorum, quomodo peragi debet. Tandem in fine articuli conclusio priuilegij Maydeburgen. dati, annexa habetur. In glossa ibidem practicam vide, quomodo in vindicatione rei procedatur. Iudex etiam si certò sciat, quòd aliquis rem malè possederit, demandare nō potest vt ea cedat, nisi per sententiam vincatur.

Artic. 140. Fol. 717.

Declarat modos, quo pacto res vnius esse desinit. Venditor quamdiu emptorem varendare tenetur in re vēdita. Resignatio bonorum fieri non debet, nisi in iudicio cui bona huiusmodi subsunt. Venditio vt valeat, qua requiruntur. Venditionis & emptionis cautellæ ibidem vide Domus si vendita sit, quam & in possessione cepit emptor, nondumque facta iuridica resignatione comburatur, cui cedit damnū. Equus emptus, & apud venditorem locatus, si interim moritur, cui damnum venit. Regulæ emptionis & venditionis ibidem vide. Quo pacto ex oppignoratione res vnius desinunt esse. Oppignoratorum bonorum proprietas cui cedit. Venditio & oppignoratio quibus differunt. Regula obligationis. Bona obligata, diuēdita, si sint, an varendare illa venditor valeat. Res oppignorata, nullam patitur præscriptionem. Ædificia in bonis obligatis facta, an repetantur. Prouentus & vtilitates ex bonis obligatis percepta, an ad summā capitalem desalcari debeant. Bona oppignorata vni, & postmodum diuendita alteri, ille primus, an in persona principalis, vel potius in bonis debitum quærere debeat suum. Bona oppignorata certo instrumento ad id confecto, an hæres eius illa repetere poterit. In bonis obligatis damnum si eueniat, quis illud tollerare cogitur. Cōductor seu dominus domus aut fundi, citiùs censum ad sacra obtinebit, quàm inquilinus negare valeat. Quædam res ex seipso efficiuntur pignus. Bona tutoris, sūt pignus pupilli. Bona obligata in summa debiti, tempusque præfigatur illa exemendi, conditione adiecta: si ad præfixum tēpus non exemerit, vt cum illis faciat pro libitu suo, an illico tempore aduenīente diuendi possint. Bona dotalitia si diuendita sint, etiam de consensu vxoris, conditione tamen reseruata, ne iuri noceat suo, an dotalitium repeti posset. Tutor an bona pupillorum diuendere aut oppignorare valeat. Res Ecclesiæ an oppignorari possunt. Homines liberi in pignus dari non debent, nec puer. Res per inquilinum in domum loco pignoris apportatæ, an oppignorari valeant. Ex resignatione quomodo res vnius desinunt esse: & item, ex negligentia præscriptionis quomodo res amittuntur. Impetat si quis bona, & nullum ius habens, ex negligentia partis aduersæ mittatur in possessionem, an vero domino nocere quid posset. Ex iuris strepitu aliqua admittuntur, quæ tamen in foro conscientiæ non valent.

IVRIS MVNICIPALIS MAIDEBVRGENSIS

Proœmium.



IVRIS CIuilis MAIdeburgensis interpretationem facturus, necessariò ab initijs ciuitatis illius, tũ & quo pacto leges illic aduenêre repetendum curaui: non quidem vt longam texere velim historiã, commentariosque eiusdem verbosos; sed vt sequentium facilior perfectiorq; habeatur notitia. Perfectum etenim omnibus in rebus id esse censetur, quod ex cunctis suis constat ac resultat partibus, potissima verò cuiusque rei partem, initium principiumque esse nemo ambigit; nam & dimidium facti, qui bene cepit, habet. *a* Preterea, si forenses causas pronunciantibus, probro, vt ita dixerim, esse videtur, nulla facta præfatione, iudici rem exponere, quantò magis interpretationem promittẽtibus inconueniẽs erit, omissis initijs atque origine nõ repetita, protinus materiam interpretationis tractare. Nam & (nisi fallor) ipsæ præfationes, & libentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ perducũt; & cùm ibi venerimus, euidentiorem præstant intellectũ: vt habetur ff. de origine iuris l. j. Et quia Maideburgum Saxoniæ vrbs est, originem statumque eius gentis breuibus explicare placuit; solam penè famam in hac parte sequendo, nimia vetustate omnẽ certitudinem obscurãte. Alij quidem de Dannis, Normanisque originem duxisse Saxones arbitrãtur; alij verò de Græcis ortum habere, Saxonesque reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus Alexandrum magnum, immaturà ipsius morte, per totum orbem sit dispersus; hisque regionibus, vbi nunc incolatum habent, nauibus aduectos, & eo loco primùm applicuisse, *b* qui Hodolan apellabatur. Turingi eius loci incolæ fuêre, cum quibus magnum & atrox pro agtis subsequutũ est bellum, per astutiamque principibus *c* Turingorum interemptis, prouinciam occuparũt Saxones, tandem & Britanniam, nunc Angliam dictam subiugârunt; sed & Francis oriẽtalibus sæpissimè cruentas intulerunt clades. Gens Saxonum tempore illo bellicosa, omnibus fermè formidabilis, dæmonumque cultrix: eosdem tandem circa annum domini trecentesimum vndecimum, Constantinus magnus, primus Christianorũ Imperator, qui & toti Germaniæ maximam edidit stragem, perdomuit, fideique *d* Christianæ initiauit, non tamen in toto conuertit, legesque ac iura secundùm eorũ arbitrium edidit. Ad vltimum verò Carolus magnus Francorum Rex, circa annum octingentesimum, imperator Romanorum electus,

a ff. de origine iuris l. 1. hoc in forma vide.

b Concordat Spe. Sax. l. ij. art. xiiij. infrà iure Muni. art. x.

c De origine Saxonum & rebus ab eis gestis, vide Vitichindum. Et itẽ Albertum Crantz in eo quẽ de Saxonia ac Vandalia scripserunt libro.

d Spe. Sax. in proło. & art. 1. lib. i. & item lib. ij. ar. lxij.

lectus, Saxones; nunc blanda persuasione, nunc bellorum impetu, ad veram Christi fidem, imperijq; subiectionem, summo studio inducere satagebat, vtque vita eiusdem Caroli magni testatur, continuis triginta tribus annis sanguinolētum inter eos gerebatur bellum: victi tandem Saxones, & abiecto dæmonum cultu, qui adhuc inter eos multū vigebat, relictisq; patrijs ceremonijs, Christianæ fidei atque religionis sacramenta perceperunt, & Francis adunati, vnus cū eis populus effectus: post hac & Sclauos, qui Velatabi, Sorabi, Abotriti, Boemaniq; protunc dicebantur, linguæ quidem vnius, sed diuersorum morum, vltra Albim fluuium ad littus vsq; septemtrionale Oceani inhabitātes, Saxonibus multum infestos, perdomuit ac fudit. *e* Ius prouinciale, quod Speculum Saxonum *f* vocatur, apud nosque in vsu habetur, Saxonibus ipsis iuxta eorū arbitrium dedit: sed vel maximè nomen Saxonicum ampliarūt eorum gētis principes glorioſi Ottones; primùm Otto magnus, circa annum domini noningentesimum quadragesimum quintum, Imperator Romanorum declaratus, qui & assumptis secum quadraginta millibus Saxonicorū militum, Italiam intrauit, omniaque turbulenta pacauit; Germaniam à ferocia Hungarorum liberauit, multaque egregia Saxonico milite egit. Contra Sclauos Saxonibus vicinos, eorumq; acerrimos hostes vario Marte certando, eosdem vicit ac sub iugum coegit: opera & perfidia potissimum cuiusdā principis militiæ Sclaui Tugumir nuncupati, qui iure gentis paterna successione dominū eorum se asserebat: hic multa pecunia captus, & promissione maiori persuasus, regionem se prodere persuasus, in vrbem Sclauorum nunc Brandeburg dictam veniēs, nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis supererat, ad se inuitans, dolo captum interfecit, vrbemque ac regionem ditioni subiecit regiæ. *g* Quo facto, omnes Sclauorum nationes vsq; ad Oderam fluuium, simili modo tributis regalibus se subdiderunt. Sed & post tēporis vetustate gens Sclauorūin regionibus illis paucis extātibus, fermè eradicata: aliudq; nomen sortita est prouincia prætacta, secundùm certas & determinatas eius partes: Noua etenim Marchia, Lusacia, Pomerania temporibus nostris appellitatur. Præterea imperator ille glorioſus Otto, inter alia præclara opera, *h* Maideburgum erexit, iusque municipale, quod præ manibus habemus, ex Speculo Saxonum, seu iure prouinciali excerptum, appositis etiam nonnullis iuxta eorum arbitrium plebiscitis ciuitati statuit, illudque tenendū priuilegio, quod statim annotabitur, confirmauit; ibidem sepultus iacet. Sed & filius eius Otto Ruffus, circa annum noningentesimum quintum, imperator Romanorum creatus, ecclesiam Cathedralem Maideburgi fundauit, amplis prouentibus eandem dotando; iusque municipale præsens, per patrem eius magnū Ottonem ciuitati datum confirmauit, nonnulla superaddendo, iuxta tenorem priuilegij desuper dati, quod annotatum inuenitur infrà, circa articulum decimū. Quia etenim super his, quæ hîc breuiter exarata sunt, & hîc in iure municipali ac prouinciali frequens habetur mentio, quare præfationis loco illa annotare visum fuit.

e Spec. Saxo. lib. iij. ar. lxx. & lxxiii. gloſſ.

f Spec. Saxo. lib. i. arti. xv. lib. iii art. xxxxii. gloſſ. finali.

g Vide Vitichindum geſto. Saxo. lib ii.

h Maideburgi fundatio.

PRIVI-

PRIVILEGIum Ottonis magni, Romanorum Imperatoris, super locatione Maydeburgensis ciuitatis.

IN NOMINE DOMINI, Amen. Nos Otto, magnus Romanorum imperator, semper Augustus. Significamus hoc scripto nostro omnibus, qui illud vel visuri vel audituri fuerint, quòd accedentes nostram Cæsaream maiestatẽ, fideles ac strenui, imperii Romani subditi egregii Saxones, declarârunt constituisse in animo, in tranquillitate Dei sedes simul locare suas, ciuitatemq́ue extruere, vbi & auctoritate nostra locum sibi delegerunt, quem colere inhabitareq́; vellent, supplicantes, vt gratia prærogatiuis primum condonati, simul & perpetua pace firmata à maiestate nostra, legibus quoq́; & iuribus instituerentur. Nos illorũ precibus moniti, simulq́; expendentes, tùm illorum amorem & ardorem quem erga fidem Christianam gerunt, tùm etiam illorum strenuè gesta atque indefessa obsequia, quæ & nunc præstant, & antea Romano imperio præstiterunt, cum scientia Sanctiss. Patris nostri Papæ Martini, qui ad hæc auctoritate sua & sancti Petri, pacem suam largitus est, quam & nos confirmamus de scitu & consilio Principum imperii, & accedente consensu terræ, eisdemq́; Saxonibus fidelibus nostris dilectis faculteatem concessimus, concedimusq́; ciuitatem extruendi ac muniendi, atque in ea ius municipale instituendi, ita, vt antiquitus ius municipale obseruari solitum est. Concedimus præterea fidelibus nostris dilectis atque illorum successoribus, perpetuam in ea ciuitate pacem, gratiam, & libertatem, quod eo iure prout à nobilibus & generosis Constantino, & Carolo, egregiis Saxonibus atque prouincia datum est, vti, & frui debeant ad honorem & emolumentum ciuitatis, secundum iuris formam, generaliter & specialiter, nisi forte quis iuribus carere declaratus fuerit, iureq́; existat priuatus. Insuper, liberos pronunciamus illos perpetuo à nobis & successoribus nostris, ita, vt ciuitas atque eius incolæ perpetuo liberi sint ab imperio, quamdiu ipsi suam libertatem, vt iuris est, seruauerint. Adhæc illi ciuitati, quæ Maydeburgum vocatur, ex nostra concessione liberum esse volumus, vt quidquid illius præfecti cũ insigniorum ac prudentium consilio & populi assensu, ad ciuitatis honorẽ, emolumentum & tranquillitatẽ statuerint, id firmum & stabile esse debebit, perinde ac si ab ipso imperio concessum & statutũ foret, atque illud ipsum plebiscitum, si annum & diem durauerit, seruari debet, si ipsimet voluerint: quod si pacificè post id tempus iudicialiter seruatum sit, robur iuris scripti obtinebit, siquidem non repugnet iuri scripto & sacrosanctæ fidei Christianæ. Quare auctoritate nostra Cæsarea mandamus omnibus Principibus nostris & imperii subditis, Dominis, Equitibus auratis, Ministerialibus, & omnibus officialibus tàm spiritualibus quã secularibus, ne eandem ciuitatem Maydeburgensem atque eius incolas, in illorũ iure, libertatibus, & immunitatibus à nobis gratiosè concessis impediant, aut vlla ratione grauent, siue violentia, mandatis, exactionibus, siue etiã bellicis subsidiis, aut aliis quibuuis grauaminibus. Damus insuper illis potestatem dominandi iure municipali, circa quod conseruare illos volumus, & proinde nemo huic contrauenire audeat. Alioquin quisquis id fecerit, succumbet potestati nostræ Cæsareæ, & si quid præiudicii eis inde accideret, volumus nos & successores nostri, eandem ciuitatem atque eius incolas indemnes reddere. Ceterum, damus eidem ciuitati atque eius incolis in verum tutorẽ sacrosanctum ius, iusticiam, Romanum denique Imperatorem cum Principibus, Electoribus, spiritualibus & secularibus, qui adstent clypeo militari in omnibus vtilitatibus atque emolumentis. Ad perpetuam igitur memoriam, cum assensu sæpe dicti Romani imperii, hoc est Pontificis potestatis, principum imperii, cumq́; voluntate terræ, in cuius illorum laudum, omnes gratiarum prærogatiuas, libertates, iura, articulos, instituta, & plebiscita confirmauimus, ratificauimus, & obsignauimus sigillo aureo maiestatis nostræ Cæsareæ, quod appensum est. Datum à natiuitate Christi, anno noningentesimo quadragesimo septimo, imperii nostri anno secundo, die septima mensis Iunii, eo in loco, vbi nunc ciuitas Maydeburg situata est.

Articulus I.

Iuris variam complectitur acceptionem.

IVs ipsum, aut diuinum est aut ciuile, aut prouinciale. Ius diuinū quòd Deus ipse à mūdi primordio naturali quadā lege statuit, vt in Adā & Euā, suam etiam sponsam ecclesiam catholicam lege cōfirmauit. Ius ciuile seu municipale, quòd homines vnius ciuitatis seu fori cōclusērunt inter se tenentes iuxta eorum arbitrium & antiquas consuetudines, quemadmodum Colonien. circa Rhenum ius Caroli confirmatum habēt. Saxones verò iuxta eorum laudum & plebiscitū. Ius prouinciale, quod homines alicuius prouinciæ inter se sanxerunt, quemadmodū tempore Alexandri Magni, & antehac bellis exortis, statutū fuit, vt bello captus, alio redimeretur captiuo, vel auro, argento, in defectu verò seruire cogebatur.

GLOSSA.

Originem iuris indagantibus, simul & eidem operam daturis, vtque textus articuli præsentis, qui obscurus quodammodo est, clarior appareat, nosse prius oportet, vnde nomen iuris descendat: ab ipsa enim iustitia veluti â matre & stipite ius ipsum derjuari & appellari constat: vt habetur ff. de iustic. & iure. l. j. Et quia, vt Romani eloquij princeps Cicero primo Officiorum libro meminit; omnis quæ à ratione de aliqua re suscipitur institutio, à definitione eam proficisci necesse est, vt intelligatur quid sit, de quo disputetur, operæprecium vtriusque definitionem subiungere visum est. Iustitia *a* enim, vt habetur Instit. de iur. natu. §. j. est constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. Vel sic: iustitia ēst habitus animi communi vtilitate seruata, suam vnicuique tribuēs dignitatem: Deo, religionem: parentibus, reuerentiam: maioribus, obedientiam: æqualibus, cōcordiam: minoribus, disciplinā: sibiipsi, castimoniam: pauperibus & indigentibus, compassionem operosam. Ius *b* verò ipsum, vt eleganter Celsus definit. est ars *c* boni & æqui. Iustitiæ etenim præcepta & voluntatem seruamus, cùm boni & æqui notitiam profitemur & docemus; æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solùm metu, verùm premiorū quoque exhortatione efficere cupientes: vt ff. de iustic. & iur. l. j. §. nam vt eleganter. *d* Iuris autem præcepta sunt hæc: honestè secūdùm Deum & naturæ legem viuere, *e* alterum non lædere, ius suum cuique tribuere: vt Institu. de iur. nat. genti. §. iuris præcepta. Est & alia secundùm quosdā iuris definitio. Ius est præceptum seu ordinario principantis, seu domini circa subditos; talis autem vel est Deus ipse, vel est natura, vel homo ipse; & secundùm id ius in suo genere triplex habetur: vtpote, Diuinū, naturale, & humanum.

a Iustitia quid sit.

b Ius quid sit.

c Vide Budæū in Pande. multa enim pulchra in hunc passum disserit

d Iuris præcepta tria.

e Spec. Saxo. in præ.

f Ius diuinũ. manum. *f* Ius diuinum, vt textus articuli habet, est, quod ipse solus Deus statuit, à mundi principio, naturali quadam coniunctione; vt in Adam & Eua, & etiam Christianitatem in recta stabiliuit coniunctione. Vel potiùs ius diuinum est, quod à solo Deo hominibus promulgatum est, quod in veteri & nouo continetur testamento, & est præcipuum & sanctissimũ. *g* Ius naturale est, quod á solo naturæ instinctu, & non humana constitutiõe omnibus in commune venit: vel quod natura omnia docuit animalia. Nam ius istud non solùm humani generis proprium est, sed & omnium animaliũ quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur: hinc descendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus; hinc liberorũ procreatio & educatio. Videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam bestias, istius iuris peritia censeri. Præterea his annumeratur communis omniũ possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ de cœlo, terra, mariq; capiuntur. Iusque istud *h* naturale ex quadam connexione dicitur etiam quandoq; ius diuinum, ex quatuor caussis. Primò ex eo, quia originem habet à natura; naturam verò Deus ipse sic & non aliter instituit & ordinauit, ex ordinationeq; Dei omnipotentis, natura omnibus creaturis hoc ius inspirat & suadet. *i* Secundò, ius naturale dicitur ius diuinum ratione cõmunis libertatis; iure enim naturali omnes homines sunt liberi, & omnibus omnia communia: vt Institu. de re. diuis. §. singulorum. Tertiò, dicitur ex eo ius naturale ius diuinum: quia honestatem & probitatem suadet; vt si quis aliquid promiserit, est naturale & honestum vt illud exequatur; hoc idẽ ius diuinum docet. Quartò, naturale dicitur ius diuinum: quia suadet ne proximũ decipiamus, nemini noceamus, insar os ne illudamus; hoc enim idem ius diuinum in Euangelio nos docet. *k* Differt autem ius naturale à iuribus humanis origine, dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore; nam cœpit ab exordio naturalis creaturæ, & nullam patitur immutationem, & sibi omnia communia sunt, nec contra ipsum dispensatio fit; secus est de iuribus humanis. Sed & naturalis ac humanæ legis differentia ex alio manifesta: iura enim naturalia apud omnes homines per æquè obseruantur, diuinaq; quadam prouidentia constituta sunt, firmaq; & inuiolabilia manent: humanæ verò leges seu constitutiones, sæpiùs immutari solent; vel tacito populi consensu, vel alia superueniente lege: *l* vt Instit. de iur. natur. § sed naturalia quidem iura. Cõstitutio *m* etenim ius humanũ immutare solet, non naturale: vt Spec. Saxon. lib. iij art. xxjx glo. *n* Ius autem humanum dicitur, quod ab hominibus propter societatis humanæ conseruationem constitutum est; & perficitur moribus, legibus, & consuetudine: Quod quidẽ à naturali recedere facilè intelligere licet; quia omnibus illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit. Iuriſque humani varia & multiplex accipitur differentia & diuisio: vt ex sequentibus apparebit. Quoddam *o* enim est ius gentium, quo omnes fermè gentes vtuntur, & ab omnibus per æquæ custoditur. Vsu enim exigẽte & necessitatibus humanis, gentes iura quædam sibi constituerunt; vt religio erga Deum, vt patriæ pareamus, vt violentiæ resistamus. Itẽ, pacta & contractus, quæ apud omnes gentes valent: emptio, vẽditio, locatio, conductio, societas, sedium occupatio, ædificatio,

g Ius naturale

h Ius naturale etiam dicitur ius diuinum, ex certis causis.

i Iuris & iustitiæ definitionem, tum & eius multiplicem acceptionẽ, ac alia quæ hic circa articulum primũ annotata habentur, vide abunde ff. de origine iuris. Instit. de iure natu. gen. &

cinil. per totũ. & 1. ff. de iust. ac sequentibus.

k Spec. Sax. & feud. in prolo. & item Spec. Sax. l. 1. ar. 1v. k Iuris naturalis à iuribus humanis differentia.

l Spec. Saxo. lib. 1. ar. iij & li. ij. ar. xxvi.

m Spec. Sax. lib. 1. art li. iij ar. xxix. infra art. viij. eodem lib.

n Ius humanum q. 2.

o Iuris humani variam acceptionẽ vide. Primo dicitur ius gentiũ.

munitio, fœdera pacis, inducię, legatorum non violandorum religio; exinde subsequuta bella, diuersę gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi. Iure verò gentium: hoc meū, hoc alterius iudicatur: superuenere tandē & captiuitates, seruitutes, quæ iuri naturali sunt cōtrariæ. Natural enim iure omnes homines ab initio liberi nascebātur: vt Instit. de iur. natu. gent. §. ius autem. Temporibus autem, cùm bella cœpta sunt, statutum est, vt quicumque bello captus sit, alio item seruo redimeretur, vel auro aut argento; quòd si non faceret, seruus illius manſit, iusque istud originē quodammodo à iure naturali habuit. Postquam enim vnus contra naturalem libertatem alium in seruitutem redigere voluit, naturale fuit, & est; vt violentiæ resisteretur: quòdsi forsan violenter subactus sit, quo libertati naturali subueniatur, statuta est captiui redemptio vel eius manumissio. Ex his etiam venerunt inimicię & damna; ratione quorum querelæ fiūt, quæ omnia iuri naturali contrariantur.

p Ius prouinciale.

Ius *p* prouinciale dicitur, Φ homines vnius regni vel prouinciæ statuunt, & inter se tenent; vt est ius prouinciale Saxonicum, quod Speculum Saxonum nuncupatur: vel etiam ius prouinciale seu terrestræ nobilitatis regni Poloniæ, &c.

q Ius ciuile seu municipale q. ſ.

q Ius ciuile seu municipale dicitur, quod quisque populus vel ciuitas sibi diuina humanaq; causa constituit; quasi ius proprium illius ciuitatis vel fori. Postquam enim populus habitare inuicem cœpit, ciuitatesque erigi & construi cœperant; quidquid inter se iuxta eorum arbitrium constituerunt, ius illorum erat: vt fuit ius Athenienſium, Lacedemoniorum, vt etiam in præsens est ius Maydeburgen. quo Craconia & multæ ciuitates regni vtuntur. Generaliterque ius vniuscu uſq; ciuitatis, ius ciuile seu municipale illius ciuitatis dicitur; & plerumque ius huiusmodi, partim ex iure gentium communi, partim proprijs plebiscitis constituitur.

r Ius militare.

Ius *r* militare, est belli inferēdi solennitas, fœderis faciēdi nexus, signo dato egressio in hostē, vel pugnæ commissio, signo dato receptio, flagitij militaris disciplina, si locus deseratur: stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, veluti cū corona vel torques donatur. Item, prædæ decisio, pro personarum qualitatibus & laboribus iusta diuisio, & principis portio: vt dist. j. c. ius militare. & exinde venit nobilitas, stipendia, &c.

ſ Ius feudale.

ſ Ius feudale, quod & militare etiam dicitur, cùm cōferuntur aliqua bona alicui militi vtenti clypeo bellico, aliquando ad vitam, aliquando ad hæredum eiusdem stirpis successionem, vt exinde obsequium præstent imperio vel domino. eo iure gaudēt Duces, Magnates, & multi militaris ordinis homines; præsertim imperio Romano subiecti: iurisque istius feudalis primi inuentores Romani fuēre: vt per longum habetur Spec. Saxo lib. ij. art. lviij. & hic & infrà iur Muni. art. vij.

t Ius publicū.

t Ius publicum dicitur, vt est in sactis, sacerdotibus, magistratibus: vnde qui lædit sacerdotes, res sacras, ab omnibus tanquam pro publico crimine potest accusari: j. dist. ius publicum. Vel sic: Ius publicum est, quod generaliter ad publicam deseruit vel spectat vtilitatem; veluti, ne in portis vel muribus ciuitatis, & alijs sacris locis aliquid cōmittatur nefarij: Iudicibus, magistratibus, ne quid inferatur contumeliæ.

u Ius quiritū.

u Ius Quiritum, à Quirino dictum est, & est propriè Romanorum, quod nulli tenent nisi Quirites

multæ

rites Romani; vel qui Romano imperio subiecti erant, in quo agitur de legitimis hæreditatibus, de contractibus, de tutellis, vsucapionibus: vt j. distin. ius Quiritum.

Ex his colligi potest, quòd priuilegium præsens Maideburgensibus datum, dici potest ius ciuile seu municipale; propriè enim datum est ciuitati Maideburgensi: partim excerptũ est ex iure prouinciali Saxonico, partim propriis eorum statutis, constitutionibus, & plebiscitis sancitum: vt infrà declarabitur.

Et quia iuris, legis, constitutionis, consuetudinis, plebisciti, priuilegij, &c. frequens interuenit mentio, quod vnumquidque sit, & eorum differentiam breuibus declarare placuit.

Ius quidem superiùs definitum est, nec vlteriori expositione indiget; dictum enim est ius, quia iustum est: constatq; ex legibus & moribus, & est nomen generale, multas sub se continens species. Vnde lex iuris est species. Leges *x* autem omnes aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ, moribus constant: ideoque hæc quandoque discrepant; quoniam aliæ alijs gentibus leges placent. Fas, lex diuina est: ius, lex humana: transire per agrum alienum, fas est, ius non est; & ex eo liquet eorum differentia, cùm omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis accipitur; nomine verò legis humanæ, mores iure conscripti & traditi intelligũtur. *y* Vnde lex est cõstitutio scripta: mos est longa consuetudo, de moribus tantum modo tracta: consuetudo autem est ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur cũ deficit lex; & vocatur cõsuetudo ex eo, quia in communi est vsu. Vel *z* sic lex est constitutio populi; quia maiores natu simul cum plebe aliquid sanxerunt: vel quod populus Romanus, Senatorio magistratu interrogante, veluti consule constituebat: vt Insti. de iur. natu. gent. ciuili. §. lex est.* Factæ autem sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio, refrenetur audacia & nocendi facultas: vt iiij. dist. c. factæ autẽ leges.

x Leges duplices diuinæ & humanæ.

y Lex, mos, consuetudo quid sit.

z Horum & sequentiũ amplioremdeclarationem vide Iust. de iure natu. gen. & ciuili.

** Leges quare sancite sunt.*

Erit *a* autem lex honesta, iusta, possibilis, secũdùm *b* naturam & consuetudinem patriæ, loco, temporiq; conueniens, necessaria, vtilis manifesta quoq;, ne aliquid per obscuritatem incautum captiosè contineat, nullo priuato cõmodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, considerariq; hæc omnia in lege seu constitutione potissimum debent; quia cũ leges iam institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed iudicare oportebit secundũ ipsas: vt iiij. dist. c. erit autem lex.

a Lex qualis esse debeat.

b Spec. Saxo. in Pro. & in fra artt. xxij. & xliij. iure Munic.

Legum *c* etiam qui primi conditores fuere hîc annotare visum est. Moyses gẽtis Hæbreæ primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit: Gymnosophistę, Indis: Chaldei, Babilonis: Magi, Persis: Druidæ, Gallis: Zaleucus, Locrensibus: Phoroneus *d* rex, Græcis primus leges iudiciaque constituit: Mercurius Trismegistus, Ægiptijs primus leges tradidit; secũdùm alios prophetæ seu sacerdotes; Solon equidem primus leges Athenienſibus edidit: Lycurgus, Lacedæmonijs iura ex Apollinis auctoritate primus confinxit: Mino; Cretensibus: Phido, Corinthijs: Zamolsis, Getis: Androdamus, Rheginis: Hyppodamus, Milesijs: Charondas, Thuriis: Philolaus, Thebanis: Phaleas, Carthaginensibus. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno primus, Romanis leges edidit, deinde cùm populus seditiosos magistratus ferre non posset,

c Legum primi inuentores qui fuere.

d Spec. Saxo. in prolo.

e Nomina virorum huiusmodi, vide infra art. viii. & alia plura de origine legis xii. tabu.

set, decem *e* viros legibus scribēdis creauit: quodque leges ab Athenienſibus & Lacedemonijs in Latinum tranſlatas apportarent ordinauit, quæ & duodecim tabularum leges nuncupabantur.

f Plebiſcitum q. ſ.

Plebiſcitum *f* eſt, quod plebs plebeio magiſtratu *g* interrogante, veluti Tribuno conſtituebat: Plebs autē *h* à populo eo differt, quo ſpecies à genere. nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patricijs & Senatoribus: plebis autem appellatione ſine patricijs, Senatoribus ceteri ciues intelliguntur: vt Inſtit. de iur. nat. §. plebiſcitum. & §. plebs autem.

g Spec. Saxo. lib. i. art. lxii. lib. ii. ar. lvii. Iure Munici. infra ar. xiii.

h Plebis à populo differentia.

i Senatus conſultum.

Senatuſconſultum *i* eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit: vt Inſtit. de iur. natur. gent. §. ſenatuſconſultum.

k Conſtitutio q. ſ.

Conſtitutio *k* vel edictum eſt, quod tantum rex & imperator conſtituit vel edidit: *l* quidquid enim principi placuit. legis habet vigorem; & hoc ſiue per epiſtolam illud conſtituat, vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat.

l Spec. Saxo. li. ii. ar. iv. gloſ.

m Reſpõſa prudentum.

Reſponſa *m* prudentum ſunt, quæ iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus: vel reſpõſa prudentum, ſunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum eſt ius condere, data enim facultas ab imperatore fuit quibuſdam ius interpretandi, quorũ ſententiæ & opiniones eam auctoritatem obtinebant, vt iudici recedere à reſpõſis eorum non liceret.

n Priuilegium q. ſ.

Priuilegium *n* eſt lex priuatorum, vel leges priuatæ; nam priuilegium dictum eſt ex eo, quod priuatim datur & conceditur. Eſt *o* enim priuilegium priuatum ſeu ſingulare contra commune indultum: nec enim eſſet priuilegium, niſi aliquid indulgeat ſpeciale, & illud vel datur prouinciæ, ciuitati, *p* vel perſonæ. Prouinciæ vel ciuitati datum priuilegiũ manet ſemper: perſonale verò vna cum perſona interit.

o Spec. Saxo. lib. iii. artic. xxxii. gloſſ.

p Spec. Saxo. lib. iii. artic. xxxiii. gloſſ.

Exindeque liquet *q* Iuris ſcripti ſeu legum originem quadrifariã. Primò, ex reſponſis imperatorũ, vt cùm *q* imperator vel alter qui poteſtatem habuit iùs condendi ſuper dubio aliquo interrogaretur reſponſum illud pro lege habebatur. Secundò, cùm cauſſa per imperatorem deciſa fuit partibus altercantibus, deciſio illa pro lege ſeruabatur. Tertiò, quidquid imperator de per ſe & propria auctoritate tenendum mandauit. Quartò, quòd ex gratia alicui tributum & confirmatum eſt imperatoris auctoritate.

q Spec. Saxo. lib. iii. artic. xliii. gloſſ.

r Iuris ſcripti ſeu legũ origo.

Notandum præterea venit, ex quoquidem, vt ſupra dictum eſt, conſuetudo ius & legē quandoq; facit. Ex non ſcripto enim ius venit, quod vſus approbauit, & diuturni mores conſenſu vtentiũ approbati legem imitantur: vt Inſti. de iur. natur. §. ex non ſcripto. Non tamen omnis conſuetudo quantumcumque etiam longa legem facere dicitur: Pernicioſa *ſ* enim conſuetudo radicitus eſt euellenda, nedum quod pro iure ſeruari nõ debeat, nec contra ius naturale quidquam ex conſuetudine agere licet; immò veritati & rationi conſuetudo poſtponi debet. Sed & ſi veritas obfuſcetur, ex conſuetudineque contra eam actum ſit aliquid, reuelata veritate cõſuetudinem ſibi cedere oportet: fruſtra etiam conſuetudo rationi opponitur, & ſuperuacaneum hi qui ratione vincuntur, conſuetudinem obiiciunt, quaſi cõſuetudo maior ſit veritate; nec enim conſuetudo impedire debet quo minus præualeat veritas & vincat. Nam conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt: vt viij. diſt. per totum. Sola ergo illa conſuetudo legis vigorem habet, & inconcuſsè ſeruari debet, quæ nec iuri diuino, naturali, aut humanis legibus

ſ Non omnis conſuetudo legem facit.

legibus contrauenit; immò in his rebus, de quibus nihil certi ex scripto habemus, mos populi & instituta maiorum pro lege tenēda; diuturni enim mores nisi legi sunt aduersi, consensu vtentium approbati, legem imitantur. Vnde *t* & consuetudo præcedens & ratio, quæ consuetudinem suasit, tenenda est: & quidquid contra longam consuetudinem fit, ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ: vt xij. dist. c. consuetudo.

t De consuetudinibus vide abunde Instit. de iure natu. §. Ex nō scripto ff. de legi. & sena. con. l. de qui. cau. & post insequentibus legibus per totum. C. quæ sit longa cōsuetudo l. i. & Spec. Saxo. in pro. glos. & art. lv. glos.

Ad hoc autem quòd consuetudo legis habeat vigorem, & alia de cōsuetudinibus plura: Specu. Sax. in prolog. lib. j.

Præmisso eo, quòd consuetudo quædam est mala & peruersa, quædam verò bona elici potest; cur & propter quam causam ius potissimum scriptū venit & adinuentum est: *u* adaucta etenim generis humani multitudine; quidā vtpote boni, ius naturale immutabiliter seruabant, consuetudinē bonā & honestā imitantes, bonū simul ac honestum custodientes; alij perperam facientes à iure naturali deuiabāt, malam inducentes cōsuetudinem; & propter has duas cōsuetudines necessario introductum est ius scriptum X cōstitutiones imperatorum ad auxiliandum bonorum consuetudini, & reprimendum arcendumq; malos à consuetudine eorū pessima.

u Ius scriptū cur adinuentum.

Constitutioq; seu ius istud scriptum ex electione venit. Imperator enim pensatis duabus consuetudinibus, illam quæ melior fuit acceptabat, pro legeque statuit: vt xj. dist. c. vsus auctoritati cedet. Vel etiam, quòd quidam constitutionem facientes, confirmationem ab imperatore petierunt: vt Instit. de iur. natur. §. plebiscita. Tum & imperatores quandoque statuerunt & edixerunt specialē consuetudinem pro bono, vtili, communi: vt Instit. de iur. natu. §. sed & quod princ. placuit. Ex his sequitur per modum epilogi *x* quòd iuri naturali & consuetudini bonorum adminiculo ius scriptum introductum est: vt Specu. Sax. libr. j. art. lij. glos. latius habetur.

x Spec. Saxo. lib. i. ar. lii. glo.

Poterit etiam ex hac glossarū declaratione instantia facilè solui, si quis forsan dicat textum articuli esse insufficientem, quoad diuisionem iuris, quod tantum videlicet triplex posuit, naturale ius & alia plura omittendo. *y* Auctor etenim priuilegij id quod ad propositum magis concernebat suum, breuibus licet, sufficienter tamen explicuit. Virtualiter enim aliæ iuris acceptiones in hac trina diuisione includuntur: Sub iure enim diuino ius naturale includere vult: sub prouinciali, ius gentium, militare, & sic deinceps.

y Instantie solutio.

Dubitare quis posset. *z* Quādoquidē Saxonibus antehac ius prouinciale datum sit, & prouinciæ eorum confirmatum, an per iam præsens priuilegium posterius iuri eorū prouinciali, quod Speculum Saxonū vocitatur, derogatur necne? iure enim *a* nouo seu constitutione posteriore superueniente, ius antiquius cedit & annullatur. Pro exsoluenda hac dubietate respondendū: quòd postquam ciuitas Maideburgen. præsenti priuilegio, ꝑ & breue quodam modo in se est, dotata & cōfirmata fuerat, de consensu imperatoris, principum, & prouinciæ totius; ex iure prouinciali quod Speculum vocatur extractū est, certis quibusdam plebiscitis superadditis: nec tamen per id derogatum est iuri prouinciali, nec etiam ciuitas renunciari Speculo Saxonum per id voluit: verùm hoc factum est ex certis & rationabilibus causis. Primò, quia hìc quædam constitutiones speciales habentur, quæ in Speculo Saxonum traditæ non sunt: vt quādo

z Iuri prouinciali an derogatur per ius municipale.

a Spec. Saxo. lib. i. ar. xxiii. & lege xii. tabu.

b Spec. Saxo. lib. ii. art. xii.

b increpatur ortilegium in Maydeburgo, non appellatur præcisè ad regem, sed ad Palantiam: secūdùm verò ius prouinciale, appellatio præcisè ad regem fit: vt lib. ij. arti xij. c Secundò, priuilegiū præsens sanctum est ad supplemētum prouincialis iuris: vt si quid breuibus in iure prouinciali complexum habetur, hîc expressiùs enodatur. Tertiò, quòd sensus & declaratio iuriū, quæ in iure prouinciali sparsim in diuersis locis habetur, hîc summatim & breuiter exprimitur. Ex his & alijs causis præsens priuilegium confirmatum est, nec contradicit Speculo Saxonum, sed est declaratio illius: intellecto enim priuilegio presenti, quod est minus & facilius, intelligi faciliter ius prouinciale poterit: est enim priuilegium istud quasi institutta seu elementa iuris prouincialis; sicut instituta imperialia sunt elementa legum.

c Ius municipale supplemētum est iuris prouincialis.

Notandum finaliter, quòd sicut ius omne quo vtimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones: vt Instit. de iur. natu. §. vlti. Idem & ius præsens municipale hoc idem in se complectitur. Quare primùm de personis, quod & ius personarum nuncupatur, videndum erit in articulo sequenti; nam parum ac inutilè est ius nosse, si personæ, quarū causa cōstitutum est, ignorentur.

Articulus II.

De seruitute & vnde originē seruitus habeat.

a Iusti. de iure perso. §. summa.

SVmma a iuris personarū diuisio hæc est: quòd omnes homines aut liberi sūt, aut serui. Liber

b Libertas q.s.

tas quidē b ex qua liberi vocantur, est naturalis facultas eius quòd cuiq; facere libet, nisi quòd vi aut iure prohibeatur. c Seruitus verò, est constitutio iurisgentiū, qua quis dominio alieno cōtra naturam subijcitur. Seruitus autem d vnde initium habeat, varij diuersa sentiebant. e Quidam à Caim, cum fratrem suum Abel intermit, seruitutem primum incepisse asserunt; hoc tamē minimè esse potest: genealogia enī Caim per diluuium generale deleta est, nec in posteros successit. Seruitutem autem ipsam in hunc diem apud nōnullos durare cernimus. Alij seruitutem exordium habere à Cham, filio Noe, propter dedecus, quòd patri intulerat suo dicebāt: quòd tamen non est: vt scriptura testatur: multi enim reges & principes ex genealogia Cham processere, imò plures quam ab alijs dūobus eius fratribus, in principibus verò seruitus locum nō habet. Plures seruitutem ab Esau exiuisse cōmemorant, sed & hoc non: quia quamuis Iacob à patre benedictionē cepit, nec tamen per id Esau male-

c Seruitus q.s.

d Spec. Saxo. lib. iii. ar. xlii.

e Seruitus vnde originē habeat, opiniones

maledictioni seruitutis supponebatur. In antiquis etiam legum codicibus inuenitur, quòd primus Babiloniæ rex Nemrod homines suæ subijcere potestati primum cepit, idque nō iure aliquo sed violentia & affectu libidineque dominandi ac consuetudine praua: sed nec id locum habere potest. Iure enim nostro, prout in vetustissimis legum voluminibus habetur, [f] nullus se in seruum dare potest, quin suus cōtradicat hęres, quomodo ergo Noe seu Isaac ac cæteri alium in seruitutem redigere potuerunt, cùm nec se ipsum quis donare in seruum potest. Secundùm ergo rei veritatem, seruitutem, ex bellis, captiuitatibus, oppressionibusq; ortum habere inuenimus. Serui [g] enim ex eo appellati sunt, [h] quòd imperatores captiuos vēdere ac per hoc seruare nec occidere solēt, qui & mācipia dicti sunt, eo quòd ab hostibus manucapiantur: seruitutemq; ipsam [i] principes antiqui, ex longi temporis cōsuetudine tanquam iuris esset vsurparunt: id tamen contra æquitatem fit. Altissimus enim Deus, hominem ad suam creditur imaginem condidisse, & vnum sicut alium beatissima redemit passione, liberumq; fecit glorioso sanguine, quomodo ergo tam præclara ac magnifica libertas in seruitutem redigi possit? [k] Orta itaq;, vt prætactū est, seruitus ipsa ex principum statuto de consensu communitatis ex captiuitatibus & bellis, pro iureque statutum. Quamcūque enim legem cōmunis populus inter se statuit, hoc imperator cōfirmare solet in qualibet prouincia, & in eo Saxonū iura à legib⁹ aliarū prouinciarū discrepāt potissimum.

f Spec. Saxo. lib. iii. articu. xxxv. §. Qui se in iudicio.

g Spec. Saxo lib. i. ar. xvi. & lib. ij. arti. xxxiij. li. ij. art. xlv.

h Serui vnde dicti.

i Insti. de iure perf. §. Serui autem.

k Seruitus vnde ortum habeat secundum veritatem.

GLOSSA.

Declarata præcedēti articulo habetur iuris & iusticiæ definitio, & quomodo ius positiuū à iure naturali ortum habeat, hîc videndū erit de iure personarum. Quia etenim naturali iure omnes homines liberi sunt, & eis omnia communia: vt Instit. de iur. nat. gen. & ciui. multique fuêre, qui libertatem hominis naturalem in seruitutem commutare iure etiam ipso volebant. Quare ad refrenandum proteruiam eorum ponitur lēx præsenti priuilegij per imperatoriam maiestatem confirmati, recitanturque aliquæ occasione

seruitutis opiniones, cum earum refutationibus, vt textus habet. Circa id tamen de mente auctoris priuilegij quædam pro & contra, super seruitute ipsa, formari possunt argumenta. Primum, q̃ seruitus iure admittitur, arguitur sic. *l* Quidquid communis populus inter se statuit, hoc pro iure seruabatur: sed id ex communi consensu populi sancitum est bellis exortis, qui alium bello cepit, & redimi non potuit, pro seruo habebatur: ergo seruitus iure fit. Maior argumenti patet ex definitione iuris gentium. minor habetur Instit. de iur. person. §. seruitus autem. In oppositum verò arguitur ex textu. Altissimus Deus hominem liberum creauit, & ita iure diuino & naturali libertas eidem ineſt, nec ius aut statutum aliquod condi potest contra naturalem libertatem eius, dato, q̃ bello cum capiat: *m* nulla enim constitutio fieri potest contra ius scriptum vel naturale. ergo, &c.

l Seruitus an iure admittatur, argumẽta pro & contra.

m Spec. Saxo. lib. 1. arti. 19.

Pro solutione argumentorum, etsi forsan adhuc alia possint adduci similia, notandum venit, q̃ ius est duplex, *n* naturale & positiuum, seu scriptum. Iure quidem naturali omnes homines liberi sunt, nec vnus subest alteri: vt in multis legum locis habetur: & de isto loquitur pars vna articuli & argumẽtum secundum. Aliud est ius scriptum, quod ex constituti. onibus ortum habet, *o* istoq; iure seruitus venit; quia serui exinde venerunt, cùm populus vnus erga alium pugnando, alium captiuabat, & redimi nolut, vel non potuit, eosdem interficere volebant: nè ergo interficiantur, seruabantur perpetuo seruitio; & istud statutum fuit, à communi plebe tandem confirmatum, pro iureque acceptatum: vt Institu. de iur perso. §. serui. Et merito istud admittitur: si etenim ex legũ admissione ea, quæ ex hostibus capimus bona seu res, vsurpare nobis possumus: vt Instit. de re. diuis. §. item ea quæ ex hostibus. à fortiori hostem si detineo, seruare possum. *p* maius etenim ius super hoste habeo, qui in me deliquit, & malum contra me machinatus est, quàm ad bona sua, quæ nihil deliquerunt: vt in auten. de mandat. princip. §. oportet. coll. iij. Concluditur ergo: quòd iure scripto seruitus admittitur, nec vnum contrariatur alteri.

n Ius duplex naturale & positiuum.

o Spec. Saxo. lib. 19. ar. xlij.

p Spec. Saxo. li. iij. ar. xiii.

Notandum circa id, quòd seruus *q* à seruando venit; quia bello captus seruabatur ac seruituti subiiciebatur, vel venundabatur: vt Institut. de iur. person. §. serui. Seruitusque prout & textus articuli habet, non est aliud, nisi quãdo vnus dominatur alteri, & ab eo liber esse minimè potest sine voluntate illius, in cuius est potestate.

q Seruus à seruando dictus.

Possent quidem nonnulla cõtra conclusionem textus formari argumenta; quia tamen parum vtilitatis afferunt, ea missa faciemus, vnum duntaxat contra paragraphum illum, vbi dicitur: q̃ Deus ad imaginem suam homines condidisse creditur, annotari placuit, quod & proponitur sic.

Homines nõ æquè omnes Deo assimilantur, ergo, &c. quia de quanto sapientior vel virtuosior est quis, de tanto Deo similior: quantum verò criminibus obuolutus sit, & recedit à Deo, tanto dissimilior: vt dicit sapiens. ℟. q̃ ante lapsum Adæ, omnes homines erant adæquati in sapientia, & Deo æquè similes; post lapsum verò secus factum est: nam propter peccata vnus sapientior altero; & ita vnus seruit alij. Christus tamẽ glorioso, vt textus habet: omnes redemit sanguine. Q. d. quamuis ex lapsu Adæ non omnes similes facti sunt, quare ad rectificandum æqualitatem omnium communẽ proprio nos redemit sanguine.

Circa

r Adam ex lapsu duplicem pœnam reliquit genti humanæ.

Circa id notãdum, quòd r Adam ex lapsu duplicẽ pœnam reliquit generi humano. Vna est pœna animæ, alia corporis: à pœna corporis non sumus liberati, nec per Christi passionem huiusmodi pœna moderata est, f sed bene animã à pœna, hoc est à peccatis redimere dignatus est. ex quo i aq; seruitus corporalis pœna est, quam principes de consensu populi tempore exortorũ bellorum statuerunt, nec aliquo iure abrogata est, quare stare potest & iure admittitur. Exinde tandẽ sequitur, quòd ad consequendam æternam beatitudinẽ omnes nos Deus æquè diligit, nec vnus ibi seruire alteri cogitur, in hac tamẽ vita secus fit, verum vnus subiicitur dominio alterius.

f Spec. Saxo. l. iii. ar. xiii. vide clarius hunc passum in glo.

Articulus III.

De seruitute natiuitatis, seu genealogiæ.

a Spec Saxo lib iii. artic. Lxxiii.

CONstitutionib⁹a antiquorũ principum cautũ esse legimus, si homo liber seruam in matrimonium duxerit, proles ex ea genita patri & non matri æquari debet.

Principes autem potentes de consensu communitatis sanxerunt, si ingenua mulier seruum superduxerit, quod filij iura nãciscebantur patris & filiæ matris. Recitatur tamen quòd tempore Frederici imperatoris statutũ fuit, si liber homo seruam superduxerat, vel ingenua seruum, quòd proles illa vtriusq; sexus matrem sequi deberet & non patrẽ. A iuris autem principio hoc fuit ius, quòd liber partus, nunquã seruilem procreauit partum. A tẽporibus verò Vickmani Episcopi iure frequentatum est, & per Henricum imperatorẽ statutũ, quòd vtraq; proles filius & filia nascuntur secundùm matrem, & non patrem, hoc est ventrẽ ipsum sequuntur, siue pater sit Theutonicus siue Sclauus. Qui etiam libertatem commutauit in seruitutẽ, vtrunq; tàm libertatem quàm seruitutem ammisit. Textus antiquiores habẽt: vtrũq; perdit: hoc est tàm libertatem b quàm proprium.

b Spec. Saxo. l. iii. ar. xxxi. §. Sed si dna.

GLOSSA.

IN præcedentibus declaratum est de seruitute, quo pacto iure positiuo statuta sit: articulus præsens tractat de seruitute natiuitatis seu genealogiæ. Quidam enim seruitutem deriuari a matre dicebant, quidam verò à patre, nonnulli ab vtroque: sic videlicet intelligendo, quòd filius sequatur patrem, filia verò matrem in generatione. Concluditur tamen, quòd vtraq; proles, tàm filius quàm filia matrẽ sequuntur: partus enim ventrem imitatur matris; consuetudinis enim tùm & legis erat, quòd ventres imprægnatarum inspicie-

bar tur, & exinde seruitus decernebatur: vnde, si ex matre nascitur quis libera, patre verò seruo; ingenuus nihilominus nascitur. Quemadmodum qui ex matre libera & incerto patre natus, quoniam vulgo conceptus est: sufficit autem liberam fuisse matrem eo tẽpore quo nascitur, licèt ancilla conceperit. Et è contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum qui nascitur liberum nasci; quia nõ debet calamitas matris ei nocere q in vtero est. Ex his & illud quæsitum est, si ancilla prægnãs manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperit, liberum an seruũ pariat? Marcellus probat liberum nasci: sufficit enim ei qui in vtero est liberam matrem, vel medio tempore habuisse, vt liber nascatur, quod & verum est: vt Instit. de ingenuis. §. sed & si quis. & sequentibus.

Et quia de seruitute in præsens agitur, multique *c* arbitrati sunt, quod ministeriales seu famuli *d* serui sunt, opinionem fundantes suam super artic. xlij. lib. ij. Spec. Sax. vbi de ministerialibus agitur. opinãturque auctorem iuris prouincialis ibidem per ministeriales intelligere velle seruos ipsos. Vnde ad absoluendum errorem illorum, notandum venit, quòd seruitium e duplex est: quoddam enim seruitium est ratiõe personæ, & illud propriè seruitus est, & qui vt sic, seruit, seruus & mancipium dicitur. Aliud *f* seruitium est ratione bonorum quæ possidet, ex quibus seruire cogitur, si illa tenere vult; nec tamen seruus propriè dici poterit: vt C. de agri. & censi. l. ne diutiùs. Sed *g* & alio differunt: illud enim pro quo seruus seruit est substãtiale, quia substat seruitio, & seruit pro vita sibi concessa. Seruitium verò quod famulus vel ministerialis præstat, est accidentale: seruitium enim illud facit ratione bonorum accidentaliter sibi collatorum; & ita ministerialis seruit pro bonis, seruus verò vt viuere possit.

c Spec. Saxo. lib. iii. ar. xiii.

d Famuli an serui dicãtur.

e Seruitium duplex est.

f Spec. Saxo. lib. iii. ar. xlii.

g Serui & famuli differentia.

Præterea & ex alijs multis liquet eorundẽ differẽtia: ministerialis enim miles esse potest, sacrisque initiari, & religionem intrare, absq; consensu domini, quod seruus minimè facere poterit, nisi sit consensus domini sui; etiam ministeriales bona sua feudalia dimittere possũt, secus sit de seruis.

Circa id notandum etiam venit, quòd serui efficiuntur tripliciter. *h* Quidam enim fiunt serui iure positiuo, quidam verò nascũtur serui. Nati serui dicuntur, qui ex seruis matribus nascuntur: iure positiuo verò efficiuntur dupliciter; quia vel capiuntur bello, vel liber existens, seipsum in seruum dat per venditionem, aut spontaneam donationem.

h Serui efficiuntur triplariam.

Sciendum præterea venit, si liber homo vendat se, *i* vel donet spontaneè in seruũ, ad hoc quòd venditio vel donatio illa valeat, quatuor necessariò requiruntur; quinimò ad quamlibet veram venditionem ista potissimum pertinent. *k* Primò, quòd ille qui se vendit, debet esse viginti annorum: vt Instit. de iur perso. §. seruui autem, & C. de liberali caussa. l. non ideo. Secundò, quod id fit de consensu hæredum: vt Instit. ex qui. causs. manumit. non poss. §. ii. & Spec. Sax. lib. iij. artic. xxxij. Tertiò, quòd pecunia illa sibi cedat, aliàs emptio non valebit: vt Instit. de iur person. §. serui autẽ. & ff. qui ad liber. procla. non li. l. j. Quartò, quòd emptor nesciat de libertate illius quem emit: vt ff. de liberali caussa. l. liberis. §. si quis sciens. Quintum superaddit, quòd venditio illa iudicialiter confirmetur; quia aliàs proclamare eidem licebit ad libertatem, imò & alia quæ ad veram venditionẽ requiruntur ad id pertinare

i Spec. Saxo. lib. iii. artic. xxxii. glos.

k In seruum se donans aut vendens, quæ requiruntur, vt valeat venditio vel donatio.

tinere maximè videntur.

Quia enim articulo præcedenti habitum est, quòd nullus se inseruum dare potest, quin suus cõtradicat hæres &c. Sciendum tamen, quòd istũ qui, vt sic, se in seruum dat, hæres liberare non potest, nisi soluat precium, quod pro ipso expositum est, & id sit cum voluntate illius qui eum emerat; ita, quòd eum viceuersa liberum dimittat, in loco illo vbi se in seruum dedit: vt ff. de statu hominum. l. homo liber.

l Serui necessario manumittuntur ex certis causis.

m Spec. Saxo. lib. i. art. xvi. §. iij.

l Serui etiam ipsi necessariò manumittendi veniunt, & libertatẽ iure consequuntur, *m* si vlciscũtur mortem domini sui, quam hæres occultauit: si falsam monetam publicauerint: si detegunt crimẽ raptus virginum: si desertorẽ militiæ prodiderint: vt C. qui. ex causs. serui prẽmi. liber. cõsequũtur. per totum. Seruus verò qui non manumittitur, perpetuò seruire cogitur, scilicet pro vita sua: & si quid *n* in seruum committatur flagitij, *o* domino emendare oportet: *p* dominus etiam seruum in iudicio intercedere, & eundem excipere potest.

n Flagitiũ in seruum commissũ domino emenda cedit.

o Spec. Saxo. lib. ii. artic. xxxviij.

p Spec. Saxo. lib. ij. ar. xix.

In textu cùm dicitur: Qui etiam libertatem commutauit in seruitutem, &c. Hoc est, si forsan seipsum vendidit, vel donauerit sine hæredum cõsensu, perdit vtrunq; libertatem, videlicet & proprium, ita quòd liberi hominis ius habere non potest in proprio, in emẽda nec verigeldo: vt lib. j. art. xvj. Spec. Sax. & lib. ij. art. vj. Etiam liber homo in hæreditatem serui non succedit, ad dominum enim deuoluitur: ex art. xxxij. libr. iij. Spec. Saxo. §. sed si donatum dominus. Ex quo itaque, vt superiùs habitum est, nullus se in seruum dare potest, sine hæredum consensu: seruitus etiam natiuitatis esse non potest, nisi mater serua sit. Quare sequitur, *q* quòd inter seruum & liberum matrimonium esse non potest: imò si seruus superducat liberam, & è contra ignoranter, nec à domino suo liber factus dimittatur, separari possunt, & vnus superducere potest alium si vult: vt xxjx q. ij. Si quis ingenuus etsi seruus religionẽ intrauerit contra voluntatem domini, illum domino reddere tenẽtur: vt liij. dist. j. c. generalis que relæ. Ex his sequitur per modum corolarij, quòd ius positiuum in contrarium iuris naturalis sancitũ est: omnia enim hæc iure naturali licent, quæ iure positiuo prohibentur.

q Serui incõmoditates.

Patet præterea ex hac glossarũ declaratione, clarissimeque colligi potest, paragraphum articuli præsentis vltimum, iuxta originalia vetustiora meliùs sonare, cùm dicitur: Qui etiam libertatem cõmutauit in seruitutem, vtrumque perdit, tàm libertatem quàm proprium: quam quòd intelligatur, vt aliqui textus habent: vtrumq; perdit, tàm libertatem quàm seruitutem.

Articulus IIII.

Quo pacto vnus Iure Municipali libertatem debeat obtinere suam.

QVicunq; [a] homo in municipio: iureq; municipali anno & die sine allocutione liber consederit, ille libertatẽ suam metseptimus cum suis cognatis facilius retinebit, quorum tres ex parte patris, & tres ex parte matris esse debent, quã quòd quis eum in seruum conuincere possit.

a Spec. Saxo. lib. iii. artic. xxxi. §. Si tamen.

Qui-

b Quicunq; etiam puer liber est, & legitimè natus, iure municipali iura retinet patris sui.

b Spec. Saxo. l.iii. ar.lxxii.

Et qui municipali iure sederit anno & die nō allocutus, nec diffamatus in iure suo, eum nullus abigere à iure suo potest, nisi ius suum perdiderit, ita quòd sit homo suspectus.

c Si quis etiā homo liberum se dixerit, ille pro libero haberi debet: & liberi hominis emendam: & eūdem vt liberum hominem tractare oportet; quia omnes vno liberorū iure subiecti sunt, qui in municipio cōmorāntur.

c Spec. Saxo. l.iii.ar.xxxii.

d Qui etiam ex quatuor progenitoribus suis, ex duobus auis & duabus auijs indiffamati iuris est, ille à nullo inculpari potest in iure suo.

d Spec. Saxo. lib.3. art.li.

e Potest tamen aliquis in sua generatione & in officio argui suo, à iure tamen reijci suo nō poterit, nisi ius suum perdiderit, furto, præda, spolio, vel simili, quibus ius demeretur quis suum, f vel excommunicatus sit, aut proscriptus. g Potest etiā increpari in generatione sua quis, vt pote quia minus tempestiuè, vel nimis tardè natus sit.

e Spec. Saxo. lib.iii. articu. xxviii.

f Vide oppositum lib iij. ar. lxxij. Spe. Sax. & hic iure munici. art. seq. ibidē vide interpretationem huius clariorem.

g Spec. Saxo. l.i. ar.xxxvi.

Dicitur h etiam, quòd nullus puer matris illegitimus esse possit: hoc tamen non est: quia mulier potest illegitimos ac legitimos nobilesq; procreare pueros: si est serua, potest manumitti, si est fornicaria, potest nubere & legitimos procreare.

h Spec. Saxo. lib. 1. art. li.

GLOSSA.

Superiùs declaratum est de seruitute, & vnde ortum habeat: hic tandem auctor priuilegij præcauet, si forsan quis super seruitute alloquatur, qualiter libertatē probare debeat suam: si enim impetat vnus aliū quòd mancipium suum sit, & iste dicat non ita se habere, sed se esse liberum profitetur: probare debet, vt iuris est. si etiam impetatur testibus, propior erit obtinere libertatem suā cū suis cognatis: vt textus habet.

Pro intellectu articuli præsentis ampliori notandum, i quadrupliciter esse impetitionem seruitutis, & vniuscuiusque specialem probationem. k Primò, alloquatur si vnus alium, quòd seruus suus sit ex eo, quòd seipsum in seruum dedit; probaturumq; se offert, prout ius decreuit, considerandum erit, an ille se in seruum dederat coram iudicio: si sic, extunc actor propior erit donationem obtinere, quàm iste negatiua absolui: vt Spec. Sax. lib. j. arti. vij. & libr. iij. artic. xxxij. gloss. & hoc est verum: si sit viginti annorum: si pecunia cessit in commodum suum: si consensus hæredū

i Impetitio seruitutis quadrupliciter.

k Spec. Saxo. l.iij. ar.xxxij.

subsequatur; & alia quæ præcedē ti articulo tacta sunt concurrant, ibidē vide. Residuas verò tres seruitutis impetitiones cum ipsarum probationibus: vide Spec. Saxo. lib. iij. art. xxxij in gloss. abundè.

In textu cùm dicitur: Faciliùs libertatē obtinebit metseptimus cum suis cognatis. *l* Contra id argui potest: cognati enim testificari non possunt: C. de testi. l. ij. ℞. quòd in caussis quidem cōmunibus amici testificari non possunt. *m* Dantur tamen speciales caussæ, in quibus testimonium eorum admittitur, vt ordinationem testamentalem pater filij & cognatus testificari potest: vt ff. de testi. ordin. l. qui testamenta. Item, in caussa matrimonij: vt extra. qui matrimonio accusa. c. videtur. Item, vbi testificari debet genealogia legitimæ nationis vel progenitorum, ibidem etiam amici & consanguinei admittuntur: vt extra. qui filij sunt legitimi. c. transiuisse.

l. Spec. Saxo. l iii. ar. xxxii

m Cognati testificari possūt in certis casibus itidem & alii consanguinei.

Qui in municipio sederit anno & die non allocutus, &c. Infra enim annum potest imperi vnus super libertate: sed exacto anno & die, propior erit iste *n* ex possessione libera suam obtinere libertatem. Vnde *o* annus & dies in proposito est spacium vnius anni & sex septimanarum.

n Spec. Saxo. lib i ar. xxxviii. glo. infrà. iure munici. art. xxi. glo.

o Annus & dies quid sit.

Qui etiam ex quatuor progenitoribus, &c. Dictum est in præcedentibus istius articuli paragraphis, quomodo vnus libertatem testibus obtinere debeat. is paragraphus tangit de his, qui generatione similes alijs sunt, & dicit: Quòd qui ex duobus auis & duabus auijs indiffamatus est, diffamari non potest. *q* Ex isto sequitur, dato, quòd proauus fuisset diffamatus, nocere minimè poterit pronepoti; quia *p* prædecessorū honor vel scandalum non *q* nisi in tertiam deriuatur generationē: si ergo pater & mater, ac eorum vtrique vtrique parentes liberi fuerūt, super seruituте accusari non poterit vnus, dato, quòd proauus seruus fuit.

p Spec. Saxo. lib. i ar. li.

q Honor & scādalū nisi in tertiam deriuatur generationem.

Circa id notandum etiā, quòd seruo respondere *r* vnus non cogitur, sed actio competit domino ipsi, vt articulo præcedenti habetur.

r Spec. Saxo. l. ij. ar. xxxviij

In textu cùm dicitur: Ille à nullo inculpari potest iure suo, &c. Quia, vt sic, propior est testimonio euadere. Accusetur etiam ratione officij vel genealogiæ, accusatus euadet testibus. Si verò ius amittat suum furto, spolio, vt textus sequens habet, vel quòd concordauerit pro furto, conuincitur citiùs iudice & scabinis, quā quod se excusare posset. *s* Qui enim iuri suo in vno derogauit loco, vbique ærumnam in eo sustinebit, dummodo per iudicem cōdemnantem, vt iuris est, condemnatio comprobetur: lib. iij. artic. lxxxij.

s Spec. Saxo. lib. iij. articu. lxxxii.

Vel excommunicatus sit, &c. Vnde nota, qui iustè in sententias venit excommunicationis, est separatus à communione Christi fidelium, nec respondere *t* eidem oportet: ipse verò omnibus de se querulantibus respondere cogitur: vt xj. q. iij. c. quicumque infra anni spacium. hoc idem intelligendum est de proscriptis: vt lib r. iii. artic. xvj.

t Excommunicatus respondere non oportet. ipsi verò omnibus respōdere cogūtur.

Notandū *u* circa id venit, quòd iure priuati dicūtur multifariam. Primò, qui in fama & honore notati sunt macula aliqua, & qui occasione furti concordiam ineunt: *x* vt tunc fures, prædones: vt C. ex quib. causs. alic. infam. irroga. l. non damnati. & Spec. Sax. lib. j. art. xxxvij. & xxxviii. Secundò, qui anno & die in proscriptione permanserint: vt Spec. Sax. libr. j. art. xxxviij. Tertiò, qui cutem vel crines in iudicio condemnatus redemerit: vt Spec. Saxo. lib. j. artic. lxv. tum etiam qui fidefragus

u Iure priuati dicuntur multis modis.

x De infamibus & iure priuatis, vide abunde C. Ex qui. can. nōta infa. per totū ff. eo. ti. & vi. q. i. c. Infames. Spe. Sax. lib. i. ar. xxxviii. & lxv. & lib. iii. ar. xvi. & lxx. in glo.

gus sit: vt libr. j. art. xl. Spec. Sax. Quartò, si dominus seruum iudicialiter condemnatum iuramento eliberauerit, seruus, vt sic, infamis fit: vt Spec. Sax. libr. ij. artic. xix. Quintò, pugiles, certantes, & eorum proles, histrionesque, & omnes illegitimi: vt li. j. art. xxxviij. Sexto, omnes qui tutoriam iniustè administrarunt: & super eo iudicialiter condēnati sunt: vt Spe. Saxo. lib. j. art. xlj. Septimo qui perperam in societate existentes faciunt: vt C. ex quib. causs. infam. l. vlt. & Spec. Sax. lib. j. arti. xij. Octauo, lusores simul & periuri: vt Spec. Sax lib. iij. artic. vj. Nono, si quis dolum faciat in re quæ sibi in depositum data est: vt Spec. Sax. lib. iij. art. v. Decimò, omnes sicarij, venefici, & qui aratra, molendina, ecclesiasue & cœmeteria spoliant: vt Spec. Saxo. lib. r ij. art. xiij. & vj. q. j. c. infames. & C. ex quib. causs. infam. alic. irroga. per totum. Vndecimò, vsurarij, simoniaci, falsumque testimonium præbentes, simul etiam illi, qui parentibus suis improbe resistere volunt: vt C. eod. tit. j. improbum fœnus. & vj. q. j. infames. Duodecimò, hæretici, iudæi infideles, infames etiam sunt: vt C. de iudæis & cœlicol. extra. de testi. & attesta. c. ex tenore.

y Iure priuatorum pœna & Spec. Saxo. lib. i. art. viii. & lib. iij. art. xvi.

a Iure priuati testificari possunt in certis casibus.

b Spec. Saxo. lib. iii. articu. xvi. & lxx. & lib. i. ar. viii.

y Pœna iure priuatorum inuenitur etiã triplex. 2 Prima, quòd testificari nõ possunt, nec iure spirituali, nec ciuili: vt ff. de his qui nota. infam. per totum. & vj. q. j. c. infames. & extra. de testi. c. testimonium. exceptis tamen tribus casibus. *a* Occasione fraudis imperij: vt *b* C. ad leg Iuli. maie. per totum. Occasione simoniæ: vt extra. de simo. c. licet Heli. & occasione fidei, seu cõtra hæreticos: vt ii q. vij. c. oues. Secunda pœna illorum est, quia tutorem habere non possunt, aut ferendariũ, neque in actione duellari pugilẽ: vt Spec. Sax. lib. j. artic. xlviij. Et hoc fit ex eo, ne confidẽtiam habeant in aliquo, vt eos à malefacto defendere possit; cùm nec seipsos defendere poterint. Tertia pœna est, quia innocentiam suã iuramento declarare minimè possunt: nullus etenim delictum seu excessum iuramento defendere poterit, qui crimine notatus est: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxxix.

c Spec. Saxo. lib. iii. ar. xvi.

c Sciẽdum et am circa id, quòd proscriptis nullus respondere cogitur, illos autem omnibus de se querulantibus respondere oportet: vt ij. q. j. c. prohibetur.

d Huius glossæ ampliorem declarationem & vberiorem eius intellectũ, vide Spe. Sax. lib. i. art. li. in textu & in gloss.

e Iure priuati & matrimonio inhabiles differunt.

Considerandum præterea, ꝙ iure priuati & matrimonio inhabiles, *d* seu illegitimi, inter se differunt, quinimò & iure priuati ipsi, triplicem inter se differentiam habẽt. *e* Primò, iure priuati sũt, qui in iudicio testificari non possunt; vt sunt lusores: vt ff. de his qui nota. infa. l. j. & ff. de testibus. l. iij. extra. de accusa. c omnipotẽs Deus: Spec. Sax. lib. j. art. lj. glo. Secundò, sunt qui priuantur iure in eorum bonis, ita, quòd illa vendere aut alienare nõ possunt: vt Instit. de cap. diminut. §. maximè. & C. de sen. pas. l. cùm patrem. vt sunt illi, qui contra regiam maiestatem deliquerint, & ita bona eorum confiscantur: prout etiam habetur Specu. Sax. libr. j. art. xxxviij. Tertio, sunt quidam iure priuati in corpore & bonis: in corpore quidem; quia impunè occidi possunt: vt C. quand. lic. vnicui. sine iud. vindic. l. liberã. & in auten. vt lic. matr. & auiæ: §. his quoque. coll. viij. Priuatur etiam bonis, ita quod non hæreditat in successores: vt Instit. de hęre. quæ ab intesta. defer. vt sunt pacis violatores: & isti duplices. Quidam per iudicem pronunciãtur esse iure priuati: vt sunt proscripti, adulteri. Quidam seipsos iure priuant facto suo; sicut illi, noctu in domos alienas irruptiones faciunt, vel cum vxoribus aliorum

liorum ſecretò congrediuntur; vt in autent. vt lic. matr. & auiæ. §. his quoque. coll. viij.

In textu cùm dicitur: Quidam ſentiũt quòd puer illegitimus matris eſſe non poteſt, &c. Sciendũ circa id, ꝙ pueri *f* quidam ſunt legitimi, *g* & quidam illegitimi. legitimi, qui ex vero matrimonio procreantur: illegitimi verò ſeu naturales, qui extra matrimonium naſcuntur: & iſti ex natura æquè filij ſunt ſicut illi priores, legibus tamen imperatorum, qui homines ad matrimonia cogere nitebantur, hoc ſancitũ eſt, quòd legitimi duntaxat ſuccederent, & non naturales. Vnde & legitimi duplex ius in ſuccedenda hæreditate habent, videlicet ius naturale & ius matrimonij. Naturales verò filij non niſi vnum ius, vt pote naturale habent, quare illi potiori iure ſuccedunt in bona patris vel matris quàm iſti; hoc tamen fit de iure poſitiuo non naturali. Cùm ergo diligenter reuoluere volumus leges & canones, apertè inuenitur: quandocumq; conſtitutio aliqua eſt contra ius naturale: imperatores *h* ſeu legiſlatores inuenerunt & ſtatuerunt modum ad opprimendum ſub conditione conſtitutionem huiuſmodi, prout & in propoſito fit: quia & ſi quidem iure poſitiuo illegitimi non ſuccedunt, dantur tamen conditiones contra id, quòd ſuccedere poſſunt: vt quando rediguntur in poteſtatem patris, vel cum matrem ſuperduxerit, vel ſi per principem legitimantur: vt habetur clariùs lib. j. arti. lj. Specul. Saxon.

f Spec. Saxo. lib. 1. arti. li. vide copioſius materiam.

g Pueri dupli ces legitimi & naturales.

h Spec. Saxo. lib. 1. art. li.

Articulus V.

De excommunicatis & proſcriptis.

SI quis bonæ famæ homo in municipio acti onem habens minus iuſtè in cẽſuras papæ inciderit, vel ab alijs ſpiritualibus excommunicatus ſit, & à congregatione Chriſti fideliũ ſeparat⁹, dato, quòd in his perſeuerauerit[a] anno die & vltra, non delinquit per id contra honorem, nec vitam, nec iuri derogat ſuo, quia excommunicatio animæ quidẽ nocet, ſed nulli adimit vitam quãtumcunq; etiam in ea permanſerit.

Proſcriptus verò ſi quis ſit, vel in bannum poſitus regium, & perſeuerat anno & die, ille perdit honorem, vitam, ius, libertatem, ſi proceditur contra eum rectis iudicijs, [b] quocunque etiam modo quis proſcribitur, ſi in proſcriptione detentus fuerit, cedit ſibi in vitam.

a Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. lxiij.

b Vide Spec. Sax. lib. 1 art. lxvij. & lxxi. & item artic. xxxvij. codẽ libro.

GLOSSA.

Articulus præſens declaratiuus eſt articuli præcedentis, dictum enim eſt: Qui iure priuati ſunt, & qui iuri derogarunt ſuo, quodq; etiam excommunicati & proſcripti in numero illorum habentur, interque iure priuatos cõnumerãtur: intelligendũ tamẽ ſanè eſt de excommunicatis, qui iuſtè excõmunicati ſunt, friuoleque in ea perſeuerant. Hîc tandem in præ-

senti articulo habetur de excommunicatis, qui minus iustè excōmmunicantur; isti enim iuri non derogant suo: vt textus hab t.

Notandum circa id, quamuis vnus minus iustè excommunicatus sit, ommittit tamen declarare innocentiam suam, & permittit censuras grauiores vlteriùs ferri, etiam friuolè censuras tollerare dicitur. *e* Aduertenda itaque ac timenda excommunicatio etiam iniustè lata, quinimo benevolè separari debet ab ecclesia, ne sit scandalo Christi fidelibus, & incurrat pœnam proteruiæ, nisi forsan in duobus casibus, scilicet, si sit lata post appellationem factā, vel si huiusmodi sententia excōmunicationis in se contineat notoriam & importabilem iniusticiam: vt extra. de sentēn. excomm. c. per tuas.

e Spec. Saxo. lib. iij. artic. lxxj. gloss.

Vnde sciendum, quòd iudex vel prælatus iniustè excommunicans aliquem, ab officio suspenditur *d* ad annum, si verò exercet interim officiū, efficitur perpetuò irregularis: vt extra. de sen. & re. iudic. c. cum æterni regis. lib. vj. Vnde excōmunicatio per simile nocet animæ, quemadmodum proscriptio corpori: *e* excōmunicatio etenim non est aliud, nisi iudicis spiritualis sententia, quam propter notorios excessus profert contra animam, quæ corrigi non potest, nisi quòd compellatur per obediētiam. *f* Quæ autē excōmunicatio sit iusta, & quæ iniusta, aut quā præcauere seu timere debeamus, & alia de censuris seu excommunicationibus, vide Spec. Sax. lib. iij. art. lxiij.

d Vide Spec. Saxo. libr. iij. ar. lxij.

e Excommunicatio q. s.

f Excommunicationis sententiæ quando valeāt & quando non: vide a bundè Specu. Saxo. lib. iii. art. lxiii.

Notandum præterea, *g* quòd proscriptio non est aliud, nisi sentētia iudicis sæcularis, *h* propter inobedientiā vel excessum, contrā aliquem data; & illa quādoq; est maior, quandoque minor. *i* Proscriptio minor seu simplex est, cùm vnus propter excessum, vel propter non comparitionem iuris coutumax pronunciatur, qui & iure infamis sit anno primo; illum tamen interficere non licet. Proscriptio verò maior, quæ & bannitio dicitur, est confirmatio per imperatorem prioris proscriptionis, bonaque, vt sic, eius cōfiscantur, efficiturque infamis, & occidi potest: vt Spec. Sax. libr. j. art. xxxvij. Quomodo autem id fieri debeat, & proscriptus simpliciter in proscriptionem imperatoris incurrat: vide Spec. Saxo. lib. j. art. lxviij. & lxxj.

g Proscriptio q. s.

h Spec. Saxo. l. iii. ar. xxiii.

i Spec. Saxo. li. iii. ar. xvii.

Articuuls VI.

Ius municipale vnde originem habeat.

IVris municipalis origo, & quo pacto terræ Saxoniæ largitū ac ex beneplacito imperatoris principumq; cōcessum sit ius illud, ex sequentibus faciliter apparebit. In [a] Babilonia enim primum imperium stetit, omnibusq; dominabatur prouincijs vrbs illa, Nemrod siquidem gentilium regū fortissimus, ciuitatem prætactam fundauit, ac turrim mirè altitudinis erexit, vrbemque magnis & amplis terminis mœnibusq; circumsepsit, quædā propugnacula ac munitiones extruēdo, [b] exindeq; à munitionib⁹, ius ipsum municipale nomen accepit.

a Lib. iii. art. xliii. Specu. Saxo. vide hoc idem.

b Ius municipale vnde nomen sortitum habet.

pit. Rex ipſe ſolus magnanimus & animoſus eandē inhabitauit, multiq; cum eo principes & duces, & alij pleriq; inhabitatores honorati viri, qui & mercatores dicebantur, omneſq; vno & eodem iure vtebantur, quod municipale dicebatur, prout ex ſequētibus apparebit, & exinde nomen accepit, ꝙ nondum immutauit.

GLOSSA.

Articulus præſens nō aliud intendit, quàm quòd originē iuris municipalis declarat: ex ipſa enim Babilone ius municipale initium habere dicit. *e* Ex ſacris namque codicibus, tùm pleriſque hiſtoricorum libris legimus, quòd poſt diluuium illud generale, Noe patriarcha, Deo amabili, ex arca egreſſo, tres eidem filij fuēre: Cham, Sem, & Iaphet: è quibus duæ & ſeptuaginta prodiēre *d* gentes, licet multorum filij non connumerentur, qui naſcendo tribubus aliis acceſſere, nullam ex ſe gentem facientes. De Iaphet quindecim deſcenderunt generationes: de Cham, triginta: de Sem primogenito & omnium patriarcha, viginti ſeptem; qui cùm in magnum creuiſſent populum, totam mundi huius terram inter ſe diuiſerūt. Sem ceſſit Aſia: Iaphet, Europa: Cham, qui & Zoroaſtes dictus eſt, Africa. Ex Cham proceſſit Chus, ex Chus verò Nemrod, qui & potens in terra eſſe cœpit gigas permaximus corpore vaſtiſſimo, audaciſſimuſque, & manu fortiſſimus inter omnes filios & nepotes Noe, libidine dominandi admodum ſuccenſus, primum imperium & tyrannidem in ſuos apud Babilonios ſibi vſurpauit, cuius regni principium fuit Babilon ipſa, quam ille fundauit cum alijs ciuitatibus, videlicet Arath, Archad, & Calaniæ in terra Senaor: quamobrem Dei venator, id eſt, deceptor ac humani ſanguinis effuſor oppreſſorque cognominari meruit: vrbem illam, vt textus habet, fortiſſimis propugnaculis & munitionibus circumſepſit, iuſque inhabitatoribus ſtatuit, quod à munitionibus illis ius municipale nominauit. Imperio itaque hoc per tyrranidem adepto, cognatos ſuos, videlicet Iectan ex filijs Sem, & Suphne ex filijs Iaphet, vt itidem in ſuos exercerent, exēplo hortatus eſt ſuo. Horum autem trium principum ductu & auſpicio, *e* vniuerſa Noe ſanctiſſimi poſteritas regebatur. Conuenientibuſque illis cum innumerabili ſuorum multitudine in campo Senaar, Nemrod vir audaciſſimus, & lingua diſertiſſimus, multitudinem illam totam à timore Dei auertere ſatagēs, turrim, quæ cœlos attingat, ædificare conſuluit: Deus tamen ſtultitiam eorum miratus, vt ſacræ teſtantur ſcripturæ, linguam eorum confudit per totumque diſperſi orbem habitationes quæſierunt. Ex declaratis itaque liquet *f* ius municipale ex Babilone originē habere: omnes etenim illic inhabitantes vno & eodem iure locati erant, quod ius municipale ſeu ciuile dicebatur. Vrbſque illa initium & radix fuit imperij & iuris municipalis; Conſtitutiones tamen in Babilone & Perſia ſancitæ, omnes periere, & in abuſum venerūt. *g* Iuſq; municipale prætactum, priuatum ius etiam dicitur, ſicut & præſens ius Maydeburgenſe, priuatum ius ciuitatis *h* illius nominatur. Itidē etiam Speculum Saxonum ius priuatum

e Geneſ. c. ix. & ſequenti.

d Septuaginta duæ gentes ex filijs Noe prodiere.

e Vide in ſupplemen. Croni. mundi. lib. 3.

f Ius municipale ex Babilone originem habet.

g Ius municipale ius priuatū dicitur.

h Speculū Saxonum ius priuatum prouincia Saxonica eſt.

natum prouinciæ Saxonicæ est, & pro priuilegio apud illos habetur

Articulus VII.

De transmutationibus regnorum, & quo pacto imperium vltimo ad Romanos translatum fuit.

DEclarationem municipalis iuris lucidiorem faciendum necessariò recitandum venit, quamdiu imperiū in Babilone immutabiliter stetit, antequam ad Græcos translatū sit, ad vltimum etenim Persarum regem Dariū, quem Alexander Magnus, Macedonū rex, pugnando vicit, ab eoq; tempore mutatū est Babilonis regnū, Græciamq; translatum, ac illic stetit quousq; Romani imperio totius fermè orbis se intromiserunt. Iuliusq; Cæsar imperator creatus, & hucusq; Roma imperium tenet ex parte Sancti Petri, quæ & caput Christianitatis est, [a] duosq; gladios, potestatem duplicē designantes, spiritualem videlicet & secularē Romanū obtinet imperium. Papa, spiritualem: imperator verò secularem: ad defendendum ecclesiam sanctam. Et si quid apostolicus corrigere nō possit, imperator eundem iuuare tenetur, & è contra, ita quòd vnus alteri, pro defensa Christianæ ecclesiæ auxilio esse debet.

Cùm verò, vt supra tactum est, imperiū ad Romanos translatum fuit, nulla lege viuebant Romani, sed quiuis pro libitu faciebat prout alicui placuit, etiam absq; querela & immutatione. Nullum enim ius habebatur apud eos, vigore cuius querela iustitui possit, idq; tamdiu stetit, quoad ab Athenienſibus Romā leges apportatæ sunt scriptæ: extruereq; ac erigi mandarūt in ciuitatibus & foralibus signa quædā ad modū manus, pacem designā. exindeq; in hunc vsq; diem pacem manualem habemus.

Cogitātes insuper Romani ipsi, vt imperiū eorum amplius extendi possit, [b] hostes & ab imperio alienos subiugādo, castra & munitiones in prouincijs ædificarunt, exindeq; prouincias infestabant, subiugabantq; vicinas.

Consultabāt præterea, vt

[a] Spec. Saxo. lib. 1. art. 2. & li. 3. ar. xliij.

[b] Spec. Sax. li. iii. ar. lviii. & item, lib. 1. art. lxii.

vt arces illas pro commodo inhabitantium iure aliquo communirēt ac locarent. Acceptisq; nōnullis militaris ordinis viris illos fortalicijs & munitionibus præfecerunt, ac sub eo iure, quòd castrēse seu emphyteuticū ius dicitur, sub feudo castrensi collocarunt.

Vlterius tandē prouincijs subiectis, prouidere volentes, cogitabāt quas leges & iura eisdem conferre tribuereq; deberent. Sancitaq; prouincijs iura secundùm plebiscita illorum, quemadmodum & Saxonū prouincia, à Constātino & Carolo tradita iura habet. e Prouinciæq; huiusmodi, vt est Saxonia, Bauaria, Sueuia, & Franconia, antequam à Romanis superatæ sunt regna fuēre, postquam verò imperio subiugatæ sunt in ducatus nomina transmutarunt.

e Spec. Saxo. lib. ij. ar. liij.

GLOSSA.

Declaratio textus articuli presentis magis ad historiographos qua legistas pertinet: de transmutationibus etenim regnorum, & quo modo de vna gente in aliam imperium transferebatur tractat: vt tamen materia articuli eò clariùs possit intelligi, mentem auctoris priuilegij insequendo, quædam breuibus subinferre placuit. d Assyrij primùm post tempora Nemrod imperium tenuerunt, quod & omnibus insignius fuit, per annos mille trecentos durans. Bellus Nemrothides, quem Assyrij Saturnum Deum falsò nominauēre, e primùm eo in regno imperare cœpit, Babilonemque inhabitauit, f ab ipsoque nefandissimum idololatriæ genus initiū habuisse legimus: eo enim mortuo, Ninus eius filius ex patris obitu mœrore cùm torqueretur, in solatium doloris, paternam imaginem sibi sculpere fecit, cui mox tantam reuerentiam exhibuit; vt quibuslibet excessiuis ad eam cōfugientibus parceret. Regnicolæ tandē simulachro ipsi diuinos impendere cœperunt honores. Durauitque Assyriorum regnum, vsq; ad tempora Sardanapali, vltimi ipsorum regis, qui & luxuria deditus; omnibus mulieribus corruptior fuit, per Arbacem præfectū, inter scortorum greges repertus occisus: exindeq; imperium per Arbacem, qui & Medus fuit, ad g Medos translatum, durauitq; per annos ducētos quinquaginta nouem, vsque ad tempus Astiagis vltimi Medorum regis, quem Cyrus rex Persarum vicit, regnumq; in h Persiam trāstulit: sed & Balthazar Chaldeorum ac Babiloniorum regem, cuius prædecessores ab Assyrijs defecerant deuicit; eiusque regiam Babiloniam superbissimā vrbem statim subuertit. Postmodum & aduersus Crœsum Lydorum regem, qui Babilonijs auxilium tulerat, profectus; eundem sine vllo negotio fudit. durauitque imperium apud Persas annis ducentis quinquaginta quatuor, vsque ad vltimum eorū regem potentissimum Darium, quem Alexander Macedo, ter cū eo congressus, cruento vicit prælio, imperiumque occupauit. post mortem

d Imperium Assyriorum.

e Regnorum immutationē vide hic & istē Spec. Saxo. lib. ij. ar. xliij.

f Idololatriæ origo.

g Imperium Medorum.

h Imperium Persarum.

mortem quę suam, ne quis in potentia eidem par apud posteros leg eretur, monarchiam inter duodecim, quos ab adolescentia comites habuerat partitus est, & amplissimi regni successores constituit: exindeque imperium Babiloniæ cessauit, & *i* Græciam traslatum, ibidem stetit vsque ad Perseum vltimum Macedonum regē, qui à Romanis victus, pro triumphoq; per Paulum Aemilium vnà cum liberis, & omni regia gaza, Romam adductus, spectaculum grande præbuit: & ita imperium Græcorum *k* ad Romanos transportatum, Romaque in hunc vsque diem, vt textus habet, imperium tenet ex parte sancti Petri, qui & caput Christianitatis est, duosque gladios potestatem duplicem designantes, spiritualem videlicet & sæcularem, Romanū obtinet imperiū; spiritualis Apostolico, sæcularis verò imperatori ipsi tribuitur. *l* Sed vel maximè tempore Constantini magni, qui à beato Syluestro baptisatus, & exinde à lepra mundatus fuit, dignitas & potestas creuit ecclesiæ: victo enim in signo crucis, quod cœlitus vidit, Maxentio, reliquis præterea tyrannis fugatis, pacato imperio, pro exoluēdis Deo gratijs, ipsi Syluestro & successoribus suis, palatium Lateranense imperij sui, præmio dedit: deinde coronā capitis sui, simulque & frixiū, & superhumerale, chlamidemq; purpuream, atque coccineam tunicam, & alia omnia imperialia indumenta, dignitatemque imperialium præsidentium equitū. Contulit præterea sceptra imperialia, simul & cūcta signa ac banna & omnem processionem imperialis culminis. Et quemadmodū varia dignitatū adornabatur militia, ita clerū sacro sanctę Romanæ ecclesiæ statuit adornari. ordines Cardinalium, Officialium. Cubiculariorū, &c. statuendo. Decreuit præterea, vt ille dignissimus Pontifex, & eius successores diademate, id est corona, quam ex suo capite illi concesserat, ex auro purissimo, & gemmis preciosis vti deberent, *m* pro honore beati Petri Apostoli. Insuper, pro reuerentia diui Petri, Christianissimus Constantinus, sub Papa Syluestro, frenum equi tenēs in subiectionis signum, stratoris officiū illi exhibuit, ac sic denique tàm vrbem Romanam quàm palatium suum, & omnes Italiæ prouincias, loca & ecclesias, Syluestro Pontifici suisq; successoribus, Constantinus imperator tradidit. Imperium suum in orietales prouincias transferendo, vrbemq; egregiam ex suo nomine, Constantinopolim appellatam, ibidem construxit.

i Imperium Græcorum.

k Imperium Romanum.

l Papa Syluestro a Constantino Imperatore subsimitus.

m Spec. Sax. lib. 1. art. 1.

Circa id dubiū exoriri potest quandoquidē *n* imperator Apostolico potestatem tradidit imperij, *o* quis eorum sit maior & superior, multaq; super eo pro & cōtra formantur argumenta. Quidam Apostolicum superiorē esse dicunt, intentionem fundantes suam super dicto Saluatoris, quòd habetur in Euangelio de sancto Petro: Quodcumque ligaueris super terram, &c. idque deriuari volunt ad omnes eius successores, ex quo itaque Apostolico potestas cœlestis, quæ dignior est quàm sæcularis, data est, ergo &c. Secundò, quia Apostolicus quandoque vtitur gladio & iudicio sæculari: exerceat siquidem ea, quæ imperator exercere solet; illegitimos enim efficit legitimos: vt extra. qui filij sunt legitimi. c. per venerabilem. Item, imperator consecrationem suam ab Apostolico accipit, eundem etiam excommunicare & deponere potest: xv. q. xj. c. alius item Romanus. Præterea, Apostolicus imperium ex Græcia hic transtulit: vt extra. de electi. c. per venerabilem. In oppositum

n Spec. Saxo. lib. 1. vij. gloss.

o Papa an Imperator, quis eorū est dignitate superior.

situm sunt alij qui dicunt, imperatorem esse superiorem, certas pro se habentes rationes. Primò, imperatori enim gladius commissus est, ius, iusticiam, viduas, & orphanos defendendi: vt xxiij. q. v. c. regum est officium. Exercereque iudicium potest, vt ira Dei mitigetur: hoc verò Apostolico denegatum est, vt legimus de sancto Petro, vbi Saluator dixit: Mitte gladium tuum in vaginam: per id intelligere volens, ne potestati se immiscear sæculari: vt extra. ne clerici vel monach. sæcul. negot. c. multa sunt negocia. Secundò, si Papa deberet esse superior imperatore, extunc appellatio esset ab imperatore ad Apostolicum, quod tamen non fit: vt extra. de appellationibus. c. si duobus litigantibus. Et item, imperator tributum quandoque accipit de ecclesia & non Papa: vt xj. q. j. c. magnum hoc quidem. *p* Omissis tamē argumentis pro & cōtra militantibus, soluitur quæstionis dubietas. Quod in his quæ sunt animę & quę ad Dei pertinēt cultū, Apostolicus est superior imperatore; illa etenim ad iudiciū spirituale accōmodantur: in illis verò, *q* quæ ad defensam spectāt sæcularē, quæ nihilominus etiam ad obsequium referūtur Dei, quod & iudiciū sæculare nuncupamus, imperator est superior Apostolico, nec ista contradicunt, immo quādoq. tàm Papa in ius sæculare, quā etiam imperator in ius spirituale, in certis casibus, sese intromittere possunt: vt habetur Spec. Sax. lib. j. art. j. glos. vnusque alium in defendenda Christianitate iuuare debet: vt textus habet.

p Solutio quæstionis.

q Hæc & his similia abūde vide Spec. Sax. lib. ij art. lvij. gloss.

Cùm dicitur in textu: Nulla lege viuebant, &c. *r* Romani etenim ab vrbe condita nullas leges habuerunt scriptas, postmodum Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus Romanis edidit leges. Deinde cùm populus seditiosos magistratus ferre non

r Legum xij. tabularum origo.

non posset, decemviros legibus scribēdis creauit, qui leges ab Athenienſibus & Lacedemonijs in Latinum translatas apportarent, quod & factum est, legesque sic in Latinum transpositas in decem tabulis eburneis Romam attulerunt, tàm de iure scripto Atheniensium, quàm cōsuetudinario Lacedæmoniorum: in his enim ciuitatibus ita agi solitum erat, vt *s* lacedemonij quidem, ea quæ pro legibus obseruarēt, memoriæ mādarent: Athenienses verò, ea quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent. Sed quia postea aliquid deerat, vel emendationē desiderabat, data fuit potestas per vnum annum decemviris, ius & leges corrigendi, addendi, detrahendi, & si opus esset interpretandi. Qui vt ea facerent, duas tabulas addiderunt; & sic lex xij. tabularum ex accidenti dicta est: vt ff. de origine iuris. l. ij. §. j. Illi autem decemviri, *t* quibus facultas corrigendi huiusmodi leges data erat, *u* hi fuēre: Appius Claudius, Titus Genutius, Publius Festius, Spurius Posthumius, Publius Sulpitius, Aulus Manlius, Lutius Veturius, Caius Iulius, Publius Curiatius, T. Romulius. Qui verò legum inuentores fuerunt: vide vij. dist. ibidem etiam de his decemviris expressè habetur. Abundantiùs tamen de ipsis legum primis inuentoribus vide supra eod. lib. art. j. in gloss. tùm & Specul. Sax. lib. j. in prolog. *x* Leges autem rediger e in libros, primus consul Pompeius instituere voluit, sed non perseuerauit obtrectatorum metu: deinde cœpit Cęsar id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate atque incuria abolcuerunt, quarum etiam nullus est vsus, notitia tamen necessaria videtur. *y* Nouæ autem leges à Cōstantino Cæsare, à quo & Saxones ius habent, cœperunt, & reliquis eius successoribus, e-

s Athenienses scripturæ. Lacedæmonij verò memoria le gesseruabāt.

t Nomina decemvirorum qui leges corrigebant.

u Vide ididē Spec. Sax. in prolo.

x Leges in libros redigere, Pompeius primùm curauit.

y Legū origo.

santq; permixtæ. Postea verò Theodosius, minor Augustus, ad similitudinem Gregoriani & Hermogeniani, Codicem factum constitutionum à Constantini temporibus, sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit, quē à suo nomine Theodosianum vocauit. Superuenit tandem nobilissimus imperator Iustinianus, qui omnes leges illuminauit, abrogatisq; minus necessarijs, & super additis quæ opportunæ videbantur, in elegātem redegit formā: vt Instit. in proæm. §. cumque hoc Deo propitio.

Acceptisq; nonnullis militaris ordinis viris &c. Romani etenim prouincias subiugantes, duces illis præfecerunt: agriq; illorum omnes erant: ducem propterea præficiebant, vt præsit subiugato populo. *a* Dux enim dicitur, qui bellum sequitur, vel cui ducatus *b* ab antiquo principe cōmittitur, ducibusque huiusmodi seu principibus milites adiunxerunt pro *c* defensa prouinciarum, quos & expensis prouidebant, in recompensamq; prouisionis militum principes agros & possessiones occupabant: & quidquid ad locandum vel conducēdum videbatur, subdeterminato commodo & vtilitate faciebant, & exinde milites fouebant, quidquid superfuerat Romanis tribuētes. Cùm verò *d* Romanis displiceret milites continuis expensis fouere, principibus ipsis prouincias & castra in feudū dederunt, vt exinde obsequium imperio præstarent, sub iure emphyteutico seu feudali. Principes verò vlteriùs bona certa militibus conferebant, sub eodem iure, exindeque venit, quòd vasalli effecti sunt. Milites tandem consequenter locabant agros rusticis, sub determinato censu: & rustici huiusmodi, qui ad talia bona nascebantur, ascriptitij dicebantur: vt C. de agri. & censi. l. ne diutius. Iusque inter eos iuxta contractum mutuum super damno & su per cēsu statuebatur: & quidquid inter eos conclusum fuit occasione huiusmodi bonorum, pro iure habebatur: vt Instit. de locat. & condu. per totum. Vnde *e* emphyteusis seu ius emphyteuticum, dicitur esse contractus quidam liber & voluntarius occasione bonorū, *f* quæ dantur sub conditione, hoc est sub certo censu vel aliquo obsequio, quòd illa bona laborare debeat ex radicibus, quæ antehac inculta fuēre: huiusmodique obligatio, quæ promittitur occasione bonorum, fit ius vtrorumque, & dicitur emphyteusis. Nunc verò etiam bona elaborata tribuuntur sub contractu, & exinde census soluitur, & alia quæ in contractu exprimuntur, conditamenque illud pro iure inter eos habetur: vt C. de iure emphyteutico. Emphyteusis secundùm alios dicitur, cùm alicui res conceditur mercede in pecunia vel in specie constituta, à locatione & emptione differens: vt Instit. de locat. & condu. §. adeò autem.

In textu cūm dicitur: Istæ prouinciæ regna fuēre, &c. Saxones etenim, qui & Petraculi iuxta artic. xliij. libr. iij. Spec. Sax. dicebātur, reliquiæ Macedonici exercitus fuerunt, nauibusque in hanc prouinciam aduecti, Thuringos subiugarunt, *g* regnaque constituerunt, quæ & illæsæ permanserant vsque ad tempora Constantini imperatoris, qui eosdem subiugando, Christianæ fidei initiauit, iuraque prouincijs statuit: sed & nomen regnorum in ducatus immutauit: vt lib. iij. art. liij. cetera vide super hac materia ibidē.

a Dux vnde dictus.

b Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. lxxij. & lib. i. ar. lxij. & lib. iij. art. liij.

c Spec. Sax. lib. ij. ar. lxxij. glo. vide.

d Vide Spec. Sax. lib. ii. ar. lxxx.

e Emphyteusis sive ius emphyteuticum q. s.

f Feud. c. v.

g Vide Specu. Sax. li. iii. ar. xliii. supra iure munici. in prolo.

Articulus VIII.

De iure imperatorum & eius confirmatione.

PRincipes tandem & liberi domini ac omnes

nes, militiæ nomẽ habentes cum Romanis conueniendo consultarunt, vt iure aliquo imperium stabiliri possit: sanxeruntq; regi ius, quòd sedem Romanã gubernare & [a] defendere debeat, ex parte sancti Petri, gladio sæculari: à quo & adhuc aduocatus Romanus dicitur: & sibi ius ac iudicia omnia vacãt in ciuitatib⁹ singulis, vbi aduenerit Theutonicam [b] prouinciam. Itidem moneta & telonea etiam vacant: quia ad uocatus, vt dictũ est, Romanus dicitur. Nec potest vitam suã demereri, aut honorem debilitare [c] nisi in tribus. [d] Primò, si sedẽ imperij Romani destruere vellet. Secundò, si infideles fortificaret & eis auxilio esset. Tertiò, si legitimam dimiserit vxorem, si ex his tribus in vno reperiatur super eo iudicari debet, & caput eidem amputari cum aureo dolabro, [e] seu bipẽni aut securi: ex eo quia ipse gladium sæcularem habet iudicandi super omnes iniustè agentes. Eundem etiam gladium imperator commisit omnibus iudicibus [f] (alij textus & veriùs habẽt: Omnibus qui nomẽ militis habent) viduas ac pupillos defendere, & ecclesiam Dei, iniustitiamque deprimere, & iusticiam fortificare. [g] Iudicium etiam commisit omnibus iudicibus, vt iudicent super illos, qui perperãm agunt: idq; soli per se iudices omnes, vel eorũ præco, facere debent, contra omnes illos, qui in iniurijs detenti sunt & conuicti: prout iuris est.

Persimile etiam, quemadmodum iudices habẽt sæcularem gladiũ à rege, ita spirituales habent spiritualem gladium ab Apostolico.

a Spec. Saxo lib. iij. ar. liij.

b Spec. Saxo. lib. iij. art. lx.

c Spec. Saxo lib. i. ar. i. lib. iij. art. lvij.

d Imperator in quibus vitã demeretur, & quomodo exercetur in eum iudicium.

e Feu. c. iiij. vide de hoc copiosius.

f Militum officium vide.

g Spec. Saxo. lib. iij. art. liij

GLOSSA.

Dictum est superiùs de origine iuris, *h* & quia frustra iura & leges conderentur, nisi sint illi, qui leges defenderent: inter omnes autem qui potissimum iura defendere debet, est ipse Romanorũ rex: qui ex parte beati Petri gladium sæcularem tenet, estque communis iudex omnium: vt habetur lib. iij. art. xxvj. Spec. Sax.

h Vide infrà art. xviij. Spec. Sax. lib. iij. ar. lvij.

Postquam verò rex eligitur, *i* cum iurare oportet, quòd iusticiã exaltet, & iniuriam deprimat pro posse suo, omagiumque præstare imperio tenetur: forma autẽ huiusmodi iuramenti imperatoris aut regis infra scripta habetur.

i Spec. Saxo. lib. iij. ar. liij.

k Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitũ, dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum, & per

k Forma huius iuramẽti, magis pertinet ad iudices & vasallos, quã ad imperatorem. Vide hoc idem Spec. Sax. lib. iii. art. liij.

ſanctam glorioſam Dei genitricē ſemper virginem Mariam, & per quatuor euangelia, quæ in manibus teneo meis, & per quatuor Euangeliſtas, & per ſanctos Archāgelos, Michaelem, Gabrielem, puram conſcientiam, ingenuumque ſeruitium me ſeruaturum. Textus Germanicus habet, quòd ius habere & tenere volo, ſecundùm cōſcientiam & probitatem in ſeruitio ſereniſſimi principis domini, N. occaſione traditæ mihi ab illo in eius bonis adminiſtrationis, & omnem laborem ac ſudorem ſine dolo ſuſcipiendo, omnemq; artem malam & dolum in commiſſa mihi ab eo adminiſtratione vitare volo, & quòd Catholicæ fidei ſum, & nullo modo vel tempore ei aduerſabor, nec aliū permittam, quantum poſſibile fuerit mihi, & quòd nulli penitus quidquam dedi, neque dabo occaſione dati mihi cinguli ſeu officij: ſed neq; quidquā promiſi, quodq; probè me in eo oſtendere volo, in ſubiectis domini mei, contentus in his quæ ſtatuta mihi ſunt, de fiſco annonis, & iura imperatoria ſcire volo, nec illa omittendo propter amorem, compatientiam, inuidiam, odium, commodum, vtilitatem. Iuro etiam, quòd probos & bonos in eorum probitate paternè ſeruare volo, ſubditoſque à prauis tueri, in iudicijsq; æquus iudex eſſe volo, exceſſus omnes inueſtigando, æquitatēq; tenendo, iuſtos in iuſticia conſeruando, iniuſtis verò debitam infligendo pœnam: id iuro ita tenere & obſeruare, aliterque non faciam: & ſi iſtud non ſeruāuerim, extendatur ſuper me horribile iudicium domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſim particeps Iudæ, inuadatque me Geſi lepra, & tremor Caim, & gladius ſeu iudicium ſæculare, ſit ſuper me, quod ſuper falſos iudices ſtatutum eſt. Vide hoc idem in autēn. iuſiuran. quod præſtatur ab his per totum. Iuramentumque huiuſmodi eſt iuramentum officij, ſiue ſit imperator, ſiue alter quiuis iudex ſpiritualis vel ſæcularis. *l* *l Alia ad id plura, vide S. Saxo. lib. iij. art. liij.*

Regem etiam eligere Theutones debent: iſtudque ius à Carolo imperatore eis conceſſum eſt: antehac enim facultas regem eligendi ſenatoribus erat Romanis, poſtmodum data erat facultas militibus in bello, propter periculū, ne exercitus ſine ductore maneat, vt mortuo imperatore belli, alter eligeretur. *m* Carolus verò magnus, poſthac attenta dexteritate & militia Theutonicorū, pro illo tempore, quàm indefeſſè & fideliter circa imperium extendebant, electionem regis illis decreuit. *m* *Ad id alia plura, vide S. Saxo lib. iij. art. liij. & m gloſ. ibidem.*

In textu cùm dicitur: Quia aduocatus Romanus eſt, &c. Eſt etiam ſupremus & communis iudex omnium: vt lib. iij. art. xxvj. Spec. Sax. & primū obtinet clypeum dignitatis: Speev. Sax. lib. j. art. iij. Eſtq; nobilior omnibus.

Vnde circa id notandum venit: *n* quòd nobilitatis ſeu militiæ dignitas *o* duplex eſt, innata & acquiſita. Acquiſitam habēt epiſcopi, abbates: innatam verò habent principes, ſuperilluſtres: & iſta originem habet à rege Romanorū, eſtque nobilior quàm acquiſita: acquiſita enim venit ex conſtitutionibus, naturalis verò ex natura; ſed conſtitutio iuri naturali minime derogare poteſt: j. diſt. c. omnes. Inſtit. de legit. agna. tute. §. vlt *p* Vnde rex ipſe liber, nobilis, & legitimus eſſe debet: vt Spec. Sax. lib. iij, art. liiij. ex eo; quia ab eo ortum habet militaris dignitas, *q* & primum clypeum ſeu cingulum militarem obtinet: *r* ſecundum verò ab ipſo ſpirituales, principes, epiſcopi, & imperij electores, ex eo; quia nullius vaſalli fiunt, qui & in legibus ſuperilluſtres, nuncupātur. Tertium cly-

peum

n *Spec. Saxo. lib. 1. ar. iij. glo.*

o *Nobilitas duplex.*

p *Spec. Saxo. lib. iij. ar. liij.*

q *Spec. Saxo. lib. i. art. iij.*

r *Clypei militaris gradus.*

peum obtinent laici principes, ex eo; quia sunt episcoporum & superillustrium vasalli, & vocantur illustres & simplices principes. *f* Quartum obtinent liberi domini, qui & nobiles dicuntur. Quintum liberorum dominorũ vasalli, vocanturque barones. Sextum liberorum dominorum vasallorum vasalli, qui & simplices sunt in clypeo & dignitate militari.

f Vide Spec. Sax. l. i. ar. iij.

Dubitant tamen aliqui, an clypeum septimum obtinentes, feudum habere possunt necne? nulla tamen super eo venit dubitatio: principes enim feudales clypeum septimum annullarũt cùm episcoporum facti sunt vasalli, quod antehac non fuit: vt Spec. Sax. lib. j. art. iij.

Sciendum etiam, quòd omnes qui in clypeis includuntur, dignitatemque clypei habent, militis nomen præseferunt, id est, quòd milites esse possunt: vt supra in gradibus clypeorum declaratum est.

Iudicium etiam commisit omnibus, &c. Ex quo quidem enim rex in omnibus locis solus per se iudicium exercere non potest, ideo illustribus confert comitatus. *s* iudicesque statuit, illi tandem comites substituũt: Comites verò vlterius ex se delegatos seu pedaneos iudices locant: vt C. de pedan. iudi. l. placet.

s Vide Spec. lib. iij. art. liij. abundantius tamen lib. i. art. lviij. glo.

Notandum præterea, ex quo quidem iudices in loco Dei sedẽt, *u* iudicium enim Dei exercent. *x* quare & domini à circumastãtibus & iudicium eorum expetẽtibus vocari debent, tempore quo iudicio præsidẽt. *y* Si quando verò contingat, quòd quædam persona notabilis ad iudicium veniat, illum iudex adsedere faciat, *z* nisi forsan actionem habeat, ita, quòd agere vel respondere eum oportet: vt Spec. Sax. libr. j. art. lviij. glossꝰ.

u Spec. Saxo. li. iij. ar. liij. glo.

x Iudices in iudicio residẽtes domini nũcupari debẽt.

y Spec. Saxo. lib. i. art. lviij. glossꝰ.

z Actionem in iudicio habens stare eum oportet.

Moneta & telonea vacant, &c. Iuris *a* origo seu incrementum, secundùm aliquos, tunc primum incœpit, cùm Enoch filius Caim ciuitatem primam constru-*onem.* xit: sancitum etenim ibidem fuit; quidquid vnus labore acquisiuit suo, eidem nullus accipere potuit; sed nec ille alteri dare præsumpsit. *b* Excogitatum tandem iuit signum, in quo principis imago exsculpta habebatur, signumque huiusmodi ostendere cogebatur is, qui aliquid alienare voluit, ad denotandum, quòd cum consensu imperatoris id facit, repræsentabatque obedientiam. Romanis verò imperare & dominari incipientibus, Nummaque Pompilio præsidente regno, idem nummos instituit, iuxta priùs allegata, quos ex suo nomine nummos appellauit, cum illisque commercia fieri fecit: *c* antehac enim vsus nummi non erat; sed tota substantia hominum in pecoribus fuit, venditioque & emptio, non nisi per commutationem rerum exercebatur: vt j. q. iij. c. totum. Crescente verò hominum copia, cũque regna etiam longinqua possidere cœperant, nummique & res sine periculo de vna regione in aliam deportari non poterant, ex gratia & fauore imperij admissum est nummos cudere principibus prouinciarum, vbi necessitas postulauerit vtilitasque: in signumq;, quòd de voluntate regis id sit, imperator seu rex signũ aliquod mittere solitus erat.

a Iu-

b Nummorũ origo.

c Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. xxvi. & li. iij. ar. lx.

Telonea etiam sic vacant, &c. *d* Vnde notandum, quòd thelonea pro commodo communi adinuenta sunt & statuta: hominibus enim inter se bella gerẽtibus, populus negocia & mercãtias inter se exercere nõ potuit. Romani tandem adinuenerunt boletos: is verò qui boletum offerebat, ab omni damno & periculo seruabatur: & id etiam ex fauore imperij principibus concessum fuit; vt ex

d Telonea ob quam causam statuta sint.

illa collecta & datione, milites cò faciliùs seruari & toueri possint, ad custodiendum vias publicas, vt hospites ex longinquo tuto ad illos venire possint. Cùm itaque imperator ad prouinciam venit aliquam, vbi teloneum habetur, *e* telonea huiusmodi sibi vacāt. Ad inuestigandum autem quòd teloneum sit iustum vel iniustū vide C. noua vectigalia per totū.

e Vide Spec. Sax. lib. ij. art. xxxij. & lib. iij. art. lx.

Sciendum præterea, quòd qui telonea, monetariam, aut iudicia ab aliquo dominorum cōduxerit, *f* caque in aduentu domini vacare cōtigerit, damnum tollerare oportet: nullus enim plus iuris alteri conferre potest, quàm quod solus habuit: ff. de reg. iur. l. nemo.

f Spec. Saxo. lib. iij. art. lx.

In textu etiam ponuntur tres caussæ, propter quas imperator excommunicari potest. *g* Prima, si sedem Romani imperij destruere vellet: imperatoris enim officium est, quòd sedem imperij ecclesiasq; immunes seruare debet: vt in auten. quo. opor. episc. vel cleric. §. j. Ecclesias etiam nō destruere, sed restaurare tenetur: vt in autent. de non alienan. re. eccles. §. sanctis. & xcvj dist. c. boni principis. Et propter id Theodosius magnus excommunicatus fuit à beato Ambrosio: Et Arcadius imperator; quia consensit vt sanctus Ioannes Chrisostomus à sua sede pelleretur, itidem censuris grauatus fuit: vt distin. xcvj c. duo sunt. *h* Secunda verò caussa, si infidelibus auxilio sit, vel apostatauerit; is nedum excommunicari, sed & deponi debet: & non solùm imperator, verùm & Papa ipse: vt xl. dist. c. si Papa. Et propter id imperator Fredericus fuit imperio priuatus. Tertia verò causa, propter quam imperator excōmunicari potest, est caussa matrimonii; & propter id Lotharius imperator exauctorisatus fuit; qa ommissa propria vxore, alteri adhæsit: vt ij. q. j. c. scelus quod Lotharius.

g Causæ propter quas imperator excōmunicatur.

h Vide Spec. Saxo. lib. iij. art. lvij.

Si ex his tribus in vno reperiatur, &c. *i* Iudicandus itaque imperator erit, caputque aurea securi sibi amputatur: idque *k* palatinus Rheni facere debet. qui & iudex tori prouinciæ, & regi ipsi datus est, de communi omnium cō. sensu: sanè tamē intelligi hoc debet; quia non priùs super imperatorem iudicium exercetur, nisi postquam à sede imperiali per sentētiam exauctorisetur. Quòd autem securi & non gladio caput sibi abscinditur, ratio est: gladius etenim cōmissus sibi fuit, cum eo iudicandi defendendique, viduas, pupillos, & orphanos; eundemq; & ipse aliis commisit iudicibus, eo tamen abusus est, nec iudicium prout ex debito tenebatur, defendit, & ita dignitatem imperialem coinquinauit; quare nec dignus est hoc digniori genere pœnæ, puta gladio puniri. Tum etiam, quia per sententiam sibi gladius abiudicatus est, subest tamen sententiæ & pœnæ: vt textus habet. & xxiij. q. v. c. ad fidem nullus.

i Spec. Saxo. lib. iii. art. lii.

k Pallatinus Rheni iudicat imperatorem & quomodo.

Articulus IX.

Qualiter super imperatorem iudicatur, & quo pacto ius municipale in his prouinciis statutum sit.

IMperator itaq;, vt præcedēti articulo tactum est, iudicandus erit, si cōuictus iūdicio sit, *a* sed & iudicium huiusmodi contra imperatorem exercere debet Pallatinus Rheni, qui in iudicem regi & toti prouinciæ de cōmuni o-

a Spec. Saxo. lib. iii. art. lii.

ni omnium consensu & laudo statutus est, prout & infra clariùs apparebit: hoc pacto etiam Burgrabius, iudex est Marchionis, scultetus vero Burgrabij.

Conuenientibus tandē & mercatoribus prouinciarum coram imperio, exposuerunt: Ex quo quidem, vt supra habitū est, vnicuique prouinciæ ius sancitum ac statutum sit, affectabāt & illi scire quo potissimum iure vti debeant. Imperator verò de consilio Romanorum demandauit & indicauit, vt ciuitates firmas cu mmuris, turribus, ac propugnaculis, munitionibusque, circa aquas nauipotentes, & flumina nauigabilia, extruerent: ipsis reiterantibus instanterq; pōstulantibus, declarari, ac statui eis ius, quo viuere debēāt: ad instantiam tandem eorum, imperator dedit ac largitus est eis ius, quod quotidie in curia vsitatū fuit sua, illudq; cum veridicis cōfirmauit signis, & manum desuper extendit suam, stipulatione facta: & pax sancti Petri cum signo crucis eisdē concessa. Idq; signum hucusq; seruatur, vbi ciuitates vel forālia nouiter fundantur, figitur crux in testimonium pacis, quodq; ibi cernatur municipalis pax: appenditurq; imperatoris signum, vt appareat de voluntate eius id factum fore: ius enim municipale ab antiquo originē habet suam, à tempore etenim Nemrod regis stetit b quoad Roma imperiū subiugauit & tandem ad Romanos deriuatum est ius illud, & hucusque inconcussè manet.

b *Vide supra eodem ar. vii.*

GLOSSA.

Paragraphus primus articuli, est continuatiuus præcedentis. Vnde & potiori ordine ibidem inseri deberet, declaratioque eius supra in præcedenti articulo sufficiens habetur. Secundus etiam paragraphus dependet ex articulo sexto supra, estque continuatiuus articuli septimi, vnde & ibidem copiosior liquet eius declaratio: non aliud enim intendit, nisi vt ostendat vnde liber prēsens nomē sumsit, quòd videlicet ius municipale vocitatur: sortitur etenim nomē suum à iure, quod populus ipse sibi statuit, vt supra habitum est: & non est aliud nisi curiæ imperij ius, quod imperator in curia frequentabat communiter sua.

An autem supplicatio ista, quā mercatores apud imperium fecerant, fuerit iusta, vt eis ius traderetur, omissis in contrarium argumentis, respondendum breuiter, quòd petitio huiusmodi fuit & iu-

& iusta, honesta, vtilisq; quare meritò exaudiri debuerãt. omnis etenim supplicatio, quæ nihil doli aut damni in se habet exaudiri debet: vt extra. de electio. & elect. potest. c. postquam & infra confirmationẽ. Sed mercatores prætacti petierunt rem iustam, nemini nocumentum afferentem, imò magis cõmodum, quare meritò exaudiri debuerant, nec aliquam repulsam pati.

Circa id notãdum venit, quòd liber præsens triplex sortitur nomen, *e* tripliciq; appellatur vocabulo. Primò, dicitur esse ius municipale, nomenq; istud ex antiquo sortitum habet à tempore illo, postquã Nemrod filius Cham ciuitatem Babilon extruxerat, iusq; omnibus largitus est, quod municipale nuncupauit, à munitionibus deriuatum, interpretaturque ius municipale, quasi ius iurisdictionis illius. Ius enim huiusmodi in tantum extenditur, in quantum iurisdictio ciuitatis vel loci illius, cui ius illud largitum est, sese protendit, nomenq; istud hucusque habet, inconcusse que manet: habetq; originem ius istud à iure naturali, quod manet immutabile: vt Instit. de iur. nat. Secundò, vocatur ius istud, ius sanctum, vel ius Dei: sicut enim Deus est incognoscibilis & inintelligibilis in sui natura, potest tamen intelligi sub eo, quòd est communicabilis omnium bonorum; ita persimile ius præsens ad id sancitũ est, quòd nullus in eo proprium debet quærere commodum, sed in commune ius istud debet esse omnibus. Vnde non ineleganter Plato *d* ciuitatem illam iustissimè ordinatã fore tradit, in qua quisq; proprios nescit affectus: vt viij. dist. c. differt autem. Tertiò, vocitatur ius istud ius ciuile ex eo, quia ciuitatibus ipsis datum sit, ciuitatesq; circa imperium firmiter & inconcusse fideliterq; pro viribus stare debent. Vnde, vt textus habet, imperator cõmisit ciuitates extrui adaquas nauipotẽtes, vtq; muniantur fortaliciis, ppugnaculis, aliisq; munitionibus.

e Præsens liber triplex habet nomen.

d Elegans Platonis dictum vide.

e Munitio in proposito, quæ in Saxonico antiquo vocabulo wighaus nuncupatur, triplicem interpretationem habet. Primò, dicitur esse propugnaculum in muris ciuitatis constructum, nullum habens tectum. Secundò, dicitur esse domus publica in ciuitate in qua iudex iudicium exercet suũ. Tertiò, dicitur esse locus vbi executio iudicis fit, vel vbi pœnæ infliguntur noxijs. Primo modo accepta munitio dicitur ex eo, quia inimicis ciuitati nocere volentibus, ex illa contrauenitur, ciuitasq; defenditur. Secundo modo accepta munitio, quæ & prætoriũ appellatur, est ex eo, quia homines ibidem in municipio conuenientes, arceri debent à prauis cõsuetudinibus, consulereq; continuè ad seruãdum vera iurjs præcepta, & signanter naturalia iura; vt nemini nocere, alteri tribuere quod suum est; honestè viuere, &c. Tertia verò munitionis acceptio iam declarata patet: accipi enim debet pro loco vbi pœnæ infligũtur, & qui in terrorem cõstituitur seu præfigitur, vt homines à malo præcustodiant sese, & accipitur locus ille pro præcustoditione seu pœnæ comminatione: vt Spe. Saxo. lib. ij. art. xiij.

e Munitio triplicem habet interpretationem.

Et quia do iure municipali seu municipio frequens hîc habetur mentio, quare declarationem vocabulorum clariorem hîc annotare placuit.

f Vnde ius municipale dicitur esse ius priuatum vniuscuiusque ciuitatis; vt supra habitum est. *g* Municipalia magisteria vocantur administrationes & officia sui municipij. Municipium verò quandoq; accipitur pro loco seu oppido, in quo pacis obseruandæ

f Ius municipale quare dicatur.

g Municipalia officia.

h Municipiũ quid sit.

causa

cauſſa milites conſtituuntur, & qui, vt ſic, loci illius cuſtodiam tenent, municipes dicuntur, deriuanturque à capiēdis muneribus, hoc eſt ſtipendio, non obſtante etiam quod munus non capiatur: ibidemque municipes dicuntur, qui in eodem municipio nati sūt: ff. ad municip. l. municipem. & ff. de verbo. ſignifi. l. municip. Municipium ſeu municipia dicuntur etiam ciuitates ſuo iure & legibus proprijs vtentes: vt hîc in propoſito, & municipes, vt ſic, cuiuſque ciuitatis ciues appellātur. De municipalibus copioſiùs vide ff. ad municip. per totum. & C. de munic. & origi. iidem per totū. lib. x.

In textu cùm dicitur: Vbi ciuitas nouiter fundatur, crux figitur, &c. Intelligendum eſt, vt ibi ſit municipij pax, quæ & confirmata ſit de cōſenſu imperatoris. *i* Nulla etenim ciuitas extrui debet ſine conſenſu præfecti prouinciæ, nec *k* præſes cōſenſum præbere poteſt, niſi voluntas imperatoris vel regis adueniat: vnde & ciuibus iuſto prohiberi poteſt à præfecto alicuius arcis, ne ciuitatē muro cingāt, vel fortalicia ædificent, ſi ſentitur id in damnum illius fore: quilibet enim damnum ſuum tueri poteſt, iureque defendere: vt C. vectigal. noua inſtit. non poſ. & C. de nundi. l. vni.

i Spec. Saxo. li. iii. ar. lxvi. gloſſ.

k Ciuitas extrui non debet ſine conſenſu præſidis pronuncia.

Ad locandum etiam & fundādum ciuitatem aliquam neceſſariò conſenſus venit vtriuſque iudicij, tàm ſæcularis quàm ſpiritualis, & per conſequens tàm Apoſtolici quàm imperatoris, qui vtrumque tenēt iudicium. Per crucem itaque quę figitur in foro vel oppido, quòd erigitur aſſenſus iudicij ſpiritualis Apoſtolici: per ſignū verò imperatoris ibidem appenſū, vel prout alię gloſſę habēt & textus aliqui: per chirotecam, quæ per imperatorem illic miſſa in loco fori appenditur, poteſtas iudicij ſecularis & eius conſenſus denotatur: per hæc enim duo ſigna intelligi datur illic eſſe veram pacem, libertatem, iuſque municipale eſſe ſancitum: vt Spec. Saxon. lib. ij. art. lxvj.

Notandum præterea, poſtquā cœmeteria conſecrantur, cruces ibidē etiam apponuntur, vel ſculpuntur, ad denotandum pacem & immunitatem loci illius. *l* Vnde ſi quis eccleſiam vel cœmeterium venerit, vel illic confugerit, ab eccleſia defendetur; niſi forſan ille pacem in eccleſia vel cœmeterio fregerit: vt C. de his qui ad eccleſ. confug. & xxiij. q. v. c. reos ſanguinis. & Spec. Sax. libr. ij. artic. x.

l De his quæ hîc & aliis quæ infrà ad finem vſque articuli præſentis annotantur, vide Spec. Saxo. lib. ii. arti. x. gloſſ.

m Vnde ſciendum, quòd quinq; genera hominum eccleſia vel cœmeterium non defendit: imò liberè ex ea trahi poſſunt *n* Primò iudæi, vnde ſi iudæus aliquid mali patrans in eccleſiam fugerit, dato quòd baptiſari vellet, accipi debet, ſignāter ſi ſe armis defendat; arma etenim iudæis ſunt interdicta: vt Spec. Sax. lib. iij. art. ij. Secundò, eccleſia non defendit ſeruos fugitiuos: extradi enim liberè debent: vt C. de his qui ad eccleſi. confug. l. ſi ſeruus. Tertiò, eccleſiarum & ſacri ioci violatores, etiā minimè defendi debent. Quarto, violatores & oppreſſores mulierum. Quintò, adulteri & publici ſcortatores: tùm etiam qui Deo dicatas virgines opprimunt, non defenduntur ab eccleſia: vt in auten. vt licc. matr. & auiæ. §. quia verò. coll. viij. Vnde *o* & fugientibus ad eccleſiam, cœmeterium, vel cœnobiū, pax vt ſupra ſeruabitur: ſed & illi vicinſim cuſtodire debent, ne quid ſeditionis, guerræ, tumultus illic faciant: tum vel maximè à ſanguinis effuſione vel homicidio abſtineant: vt C. de his qui ad eccleſi. confug. l. denunciamus vobis.

m Eccleſia & cœmeterium defendit omnes illic confugientes.

n Eccleſia nō defendit quinque genera hominum.

o Superaddi-tur ſecundùm aliquos quòd agrorum depopulatores ex eccleſiis liberi tolli poſſūt, ſed & homicida vt in autē. de man. prin. col. iij. §. Neque autem. Sequitur textus. §. Neque autem homicidis, neque adulteris, neque virginū raptoribus delinquentibus terminorū cuſtodes cautelā, ſed etiā extrahes & ſupplicium inferes.

p Notandum etiam, ſi quis pacis violator, vel maleficus, eccleſiam,

p Confugientes ad cœmiterīū

quomodo exinde tolli debēt, & quomodo non, vide doctrinam.

cœmeterium, vel cœnobium aufugerit, in manuali facto, vt iuris est, insequatur: si illi qui, vt sic, violatorem insequuntur, eundem detinere possint in fuga, in cœmeterio sine tumultu, vel armorum strepitu, ecclesiarumque ministri vel sacerdotes illic non adsint prę sentes, qui illum in defensam suscipiant, potest exinde capi: præcaueri tamen debet, ne tumultus sanguinolentus eueniat. Si verò præsbyteri sint præsentes, siue sit prælatus parochus, monachus, monialis, illudque prohibent nomine Dei, & priuilegiorum ecclesiæ, abstinere tenentur ex obedientia: ius enim & officium ac facultatem non habent, vt istum ex inde violenter trahere possent, ex quo eis prohibitum est: vt Instit. de re. diuis. §. sanctæ quoque res.

Ecclesiarum etiam ministri, si prohibent quòd vnus ad cœmeterium non intret, hoc facere iure possunt: quiuis enim prohibere potest ingressum in domum suam: ex quo ergo illi sunt ministri Dei, ecclesiaque eis in administra tionem commissa est, ergo id facere possunt. Si quis verò ausu temerario in contrarium fecerit, cēsuras ecclesiæ incidet: vt lxxxvij. dist. c. eos qui ad eccles: Malefactores etiam ecclesiam confugiētes extradi non debent, nisi eis vita promittatur in facto illo, & ꝙ libere sine aliqua captiuatione, & absque dolo exinde exire possint. Si etiam spiritualibus istud promittatur, seruari firmiter debet, quia aliàs sacerdos particeps erit mortis illius, & irregularis efficitur. Quod si liberè exiēs de ecclesia postea forsan cōprehendatur, nulla culpa sacerdoti ascribetur.

Articulus X.

De locatione Maydeburgen. ciuitatis iure municipali.

Maide.

MAydeburgen. ciuitatis locatio declaranda sequitur. Imperatoris etenim Ottonis magni consilio, accedente etiam seniorum totius prouinciæ consensu, primū fundata est & erecta. Iureq; municipali præsenti confirmata. [a] Estque Maydeburgū ciuitas totius prouinciæ Saxonum præcipua capitalis ac senior & ciuitas Hallensis super iure illius fundata est, ac vtraq; vno vtitur iure. Ea propter omnes de Polonia, Bohemia, de Marchia Misnen. & Lusacen. ciuitatibusque illis subiectis qui iure Maydeburgens. locatæ sunt, ius suum in appellādo ex Halla reportare debent. Si verò Hallen in sententia deficiant, vel inuenire ignorauerīt, eandem quęrere & reportare ex Maydeburgo coguntur: ex eo quia vtraq; iure vno fundata est, & Maydeburgum omne ius municipale protegit prouinciæ Saxoniæ & supplet, [b] hoc tamen iure prouinciali fieri nō potest, quòd videlicet ex Marchia ad comitatum cum sententia reprobata appelletur.

a Maydeburgum primaria Saxoniæ ciuitas.

b Iuris prouincialis & municipalis differentiam vide.

Mar-

Marchia etenim iudiciū bannire ſolet, & iudicia exercet, ſub ſua fidelitate: c Comes verò id non facit, d verum ſub banno iudicat regio. Hoc idem etiam obſeruatur in ciuitatibus antiquis vbi bannum habetur regiū. e Sub banno etenim regio mulctæ præſtatur tres libræ Burgrabio, f Scultoto verò octo ſolidi, ex ſententijs ſcabinorum. Hoc idē intelligitur de aduocato, quòd videlicet octo ſolidi ſibi præſtantur in iudicio, ex ſententijs ſcabinorum.

c *Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. lxv.*

d *Spec. Saxo. lib. i. art. lix.*

e *Spec. Saxo. li. iii. ar. lxeii.*

f *Mulcta Burgrabii & scultetti quantum præſtatur.*

g Notandum circa id, quòd Sculteto extra iudicium bannitum, & Aduocato dātur ſex ſolidi mulctæ, in iudicio verò bannito octo ſolidi. h Scabini numero debent eſſe vndecim, & Scultetus duodecimus.

g *Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. lxiii. Secus etenim ibidem habetur & hic inferiùs in gloſa præſentis articuli.*

h *Scabini xi. numero eſſe debent, ſcultetus duodecimus.*

i Scultetus etenim Comiti ſeu Burgrabio primā inuenire debet ſententiā: nec Burgrabius aliquod exercere poteſt ſine ſculteto iudicium. Itidē Scultetus ſine vndecim ſcabinis prætactis nullum legitimum habere poterit iudiciū, in determinatis iudicij temporibus, locoq; iudiciali, vbi Comes bannit, vt iuris eſt, ſub regio banno. Neceſſariò ergo venit, vt ex vtroq; id obſeruetur, prout ſupra tactum eſt.

i *Spec. Saxo. lib. i. art. lx. & lib. iii. art. iii. infrà iure municip. artic. xvi. & xviii.*

GLOSSA.

Declarata ſuperiùs habetur origo iuris municipalis, & vnde nomen habeat ſuum: quod immutabiliter hucuſque manet. Hîc tandem in præſenti articulo oſtenditur, vnde aliud nomē ius prætactum ſortitum teneat; vocatur etenim etiam ius Maydeburgen. Ratio iſtius in promptu eſt. Datum etenim ac largitum eſt ius prætactum ciuitati Maydeburgenſi, quæ & principalior vetuſtiorq; ciuitas eſt prouinciæ, cōfirmatumq; ab Ottone Ruffo imperatore, & ita à ciuitate illa Maydeburgenſi nomen ſortitum tenet.

Pro intellectu articuli clariori notandum venit, quòd regnante Nabuchodonoſor rege Babiloniorū, qui & multas ſibi ſubiugāuerat prouincias, Syriam, Meſopotamiam, Siciliam, & alia quàm plurima regna. k Conſurrexit tandē Ceciliæ dominus, Petraculus nominatus, potentiorque factus, regem Babiloniæ debellauit, illique à Petraculo deſcendentes Petraculi appellabantur. Alexandro tādem magno Macedonū rege contra Perſas expeditionem faciente, ſibi auxilio fuēre. Alexandro verò rege mortuo, populus Aſiæ contra Petraculos conſpirauit, tripliciq́ue commiſſa pugna, feliciter dimicarunt: ſaluti tamen eorum præcauentes, ne á tanta hoſtium multitudine poſthac forſan opprimantur, nauibus repletis, vaſto mari ſeſe commiſerūt, naueſq;

k *Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. xliii. & ſupra in prolo.*

propter imperitiam nauigandi, à fluctibus maris obrutæ perierunt, relictis quinquaginta quatuor, ex quibus decemocto Prussiam venerant ibidemque consederunt, duodecim Rugiam aduectæ, viginti verò quatuor in hanc prouiciam applicuerant, eandemque occupârunt. Postmodum verò longo elapso tempore, regnante eorum gentis Ottone magno, Romanorum imperatore præstantissimo, qui & multa egregia pro cõmuni Christianitatis vtilitate tum & laude Saxonũ egit, forralicium seu arx quædam constructa habebatur vltra Albim fluuium, eamq; inhabitabant virgines & puellæ, quæ tàm arci quã prouinciæ vicinę imperabant, arx prętacta Maydeburg, hoc est puellarum arx nominabatur ex eo, quia puellæ & virgines eam construxere.

Cùm verò per Ottonem prouincia impugnabatur, coloniæq; positæ, virgines vltrò arcem dederunt: vnde & in hunc diem Maydeburgenses in vexillo seu bannerio desculptam habent virginem expansam, stantem inter duas turres, deferentemque in vna manu crinile, in alia florentem ramum, ad denotandum quia inuictæ fuerunt. Imperator tandem ibidem circa Albim fluuium Ducatũ fundauit Schartavv cognomine; sed & ciuitatem Maydeburgum ibidem locauit, communique priuilegio iuris municipalis de cõsensu totius prouinciæ dotauit: filius eius tandem Otto Ruffus priuilegium iusque municipale, per patrem eius Ottonem magnũ ciuitati concessum, auctoritate imperiali confirmauit, nonnulla etiam iuxta eorum plebiscita, ac de consilio prudẽtium illius prouinciæ, ex iure prouinciali, quod Speculum Saxonum vocatur extrahẽ do, addidit. *l* Quinimò illa quæ in Speculo Saxonum obscuro habebantur, hìc clariùs enodauit.

l Vide supra eodem li. ar. i.

Huicque operi ac prouinciæ *m* præfecerat sequestratorẽ sacri sui pallatij Burchardũ de Manphelt, professorem sacræ theologiæ, ac vtriusq; iuris doctorem. Is etiã ex mandato imperatoris, in ius prouinciale seu Spec. Saxo. cõmentariũ fecit, legibusq; & canonibus adornauit, idque in cõclaui sedendo facere coactus. Præsens etiam priuilegium, vt supra tactum est, congestum, glossis & interpretationibus lucidius declarauit: sed & processum iuris cõpilauit, quẽ tandẽ Gerko cõsumatiùs peregit.

m Ad cuius instãtiam ius præsens municipale confectum est, & quis autor operis fuit vide.

n Ecke verò de Repkavv Speculum Saxonum latinis literis illuminauit, ad instantiamq; Comitis Henrici de Phalkenstein, in Germanicum traduxit: corpusque vt sic, iuris Maydeburgen. congestũ, reuisum, diligenterque interpretatum, per imperatorem Ottonẽ confirmatum fuit. Sed & per successores eius illæsè custodiebantur, ac quædam superaddebantur pro cõmodo & vtili ciuitatis Maydeburgensis. Priuilegium etiam ꝙ Otto Ruffus ciuibus de Maydeburg, ac prouinciæ, quinimmo & alijs ciuitatibus super iure Maydeburgensi fundatis, & qui ius à Maydeburgen. reportant largitus est, hìc subinferre consulto videbatur.

n Spec. Sax. in prolo. gloss. lib. i. & item l. ij. ar. xxxvi lib. iij. ar xxx ix. & articu. xlv. glo.

PRIVILEIVM
Imperatoris Ottonis Ruffi,
SVPER CONFIRMATIone iuris municipalis Maydeburgensium ac prærogatiua Scabinorum.

NOS Otto Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus, significamus publicè per præsentes, quòd honesti & fideles ciuitatis nostræ Maydeburgensis incolæ ad nos venientes, humiliter declararunt nobis, patrem nostrũ vita functum. Cæsarem Ottonem magnum, ciuitatem Maydeburgensem

Maydeburgum iure municipali instituisse, ad vtilitatem & emolumentum regionis Saxoniæ, vt Dei atque imperij nomine illud ius manuteneant, & iniustitiam comprimant omnium ciuitatum & terrarum, quæ à Maydeburgo initium & fundationis originem ducunt suam, o vti que omnibus iura petentibus, sententiam suam pronuncient. Rogarũtque nos vt ea illis confirmaremus: nos itaque habentes rationem illorum fidei & prudentiæ, confirmaremus Maydeburgensibus, & potissimum terræ Saxoniæ omnes libertates & priuilegia, quibus sunt nominanter à patre nostro instituti, & præsertim concedimus illis, quòd debeant ciuitatis commodo consulere, & ciuitatis nostræ officia sub iuramento conferre, quòd equidem iuramentum, seniores & prudentissimi qui que eiusdem ciuitatis suscipere debent, ea cum auctoritate, perinde ac si nos præsentes adessemus. Ad hæc concedimus eiusdē ciuitatis Scabinis, eam facultatem, quòd possint & debeant feudum suscipere ab Episcopo, si quidem ille sua regalia p̄ feudum à Romanorum rege collatum habuerit. Porrò Scabini nulla ratione à functione sua reijciendi sunt, nisi eorum quispiam contra iura sua deliquerit, vel sua ammittat suum. Verùm ad sedem Scabinalem succedere debent iure feudali. Quin eam quoque gratiam illis concedimus. Si contingat scabinales sententias reprehendi, illos non posse propterea ad villa alia loca protrahi, præterquam ad palantiam nostram, ante principes nostros electores, qui ad eam citandi sunt, quòd si principes non comparuerint, imperio eruntᵉ obnoxij. Præterea hac prærogatiua & auctoritate eos insignitos esse volumus, quòd propter latas sententias nihil prorsus damni perpeti cogantur, imò quicquid ipsi pro iure inuenerint, huic nos & omnes successores nostri assensum præstare, & id pro rato habere volumus. Quare mandamus omnibus imperij subditis, siue sint spirituales, siue seculares, ne supra memorata ciuitatis iuribus & libertatibus voluntate, verbis, operibus aut permissione aliqua incommodent. Omnes verò edictum hoc nostrum transgredientes, pœna corporis, & facultatum omnium erunt mulctādi, perinde si conuicti forent. Et ad perpetuum huius rei testimoniū præsens hoc priuilegium cum appensili maiestatis nostræ sigillo corroborauimus. Datum cum consilio præfectorum imperij, & prudentissimorum quorumuis, denique cum consensu etiā terræ. Anno post Christi natiuitatem 955. Anno primo imperij nostri, feria secunda ante Pentecostes, in Palantia Maydeburgensi.

o Priuilegiū præsens nedū Maydeburgē. verùm & aliis ciuitatibus, quæ iure Maydeburgen. vtūtur, adminiculo est.

Et hæc est generalis omnium libertatum Maydeburgensium cōfirmatio per imperatorem Ottonem Ruffum facta, omniaq; Maydeburgensium municipalia iura ex eo dependent: vnde in testimonium huius Maydeburgenses habent insignium (seu vt alij textus) effigiem eius sculptam in foro stantem vnà cum electoribus imperij, quæ pro ornamento ciuitatis seruatur. Ciuitasque prætacta, vt supra habitum est, in suis iuribus, & signanter municipali iure, de consensu totius prouinciæ confirmata; estque antiquior omnium ciuitatum prouinciæ, & Halla in iure istius fundata est. Quare, vt textus habet, omnes de Polonia, Bohemia, &c. ab Hallensibus ius suum reportare debent, ex eo; quia secundum obtinet locum post Maydeburgum; estq; nobilior in locatione quàm aliæ ciuitates: in defectu verò, si sentētiam Hallenses inuenire ignorauerint, ex Maydeburgo eam apportare debent, ex eo; quia ciuitas illa primatum habet, imperatorq; Otto primariā supremamq; sedem iuris municipalis illic locauit.

p Quomodo antè feudum ab imperatore à spiritualibus expetitur, & item quomodo eisdem confertur: vide Spec. Saxo. lib. 3. art. lix. & lx.

q Circa id notandum, iuris prouincialis, municipalis, imperialis, & spiritualis differentiam in appellando. r Municipali etenim iure appellatur de vna ciuitate in aliam, secundùm quòd ciuitates locatæ sunt, & venit tādem vsq; Maydeburgū, finaliterq; ad Palantiam vel ad regem: sicut in exemplo: de Lipsio, appellatur in Hallam: exinde, ad Maydeburgum: ex Maydeburgo, ad Palantiam in

q Iuris prouincialis, municipalis, imperialis, & spiritualis differentia.

r Spec. Saxo. lib. 3. art. vi.

Schartavv. Iure verò imperiali, prouocatur ab vno iudice ad alium: quòdsi ab inferiori prouocauerit ad supremum, intermedium omittendo; relegandus est ad intermedium, ad quem priùs appellare tenetur: ff. de appell. l. imperator. Iure autem spirituali potest omnes intermedios iudices omittere, & ad supremum appellare: vt actionem habens corã officiali, prouocare poterit ad Papam, alios omittendo iudices: vt ij. q. vj. c. ad Romanam. Iure etiã prouinciali appellatio aliter obseruatur: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij §. sententia in comitatu reprobata, ad Marchionem appellare non licet. ibidem habetur: quòd & si quidem Marchio superior sit quàm Comes; quia feudum Comes habet à Marchione, non tamen appellatio fit ad Marchionẽ, sed ad regem; & hoc ex eo; quia Marchio iudicat sub sua fidelitate, Comes verò sub banno Regio, ꝙ bannum à Rege eum habere oportet: vt Spec. Sax. lib. j. art. lix. Cogitur nihilominus Comes iurare Marchioni ad iudicium exercendum, & exinde liquet, quòd appellatio iudicialis cõuenientiùs fit ad regem ipsum, quàm ad aliũ principem; vtque id meliùs intelligatur, exemplũ annotari potest. Si iudex curiæ alicuius ius constituat, appellatioq; à sententia subsequatur, illa non ad ius ciuile continuabitur, verùm ad aliquem superiorem dominum, & vltimò ad regẽ: sic in proposito.

f Sub banno regio iudicare quid significet.

t Spec. Saxo. lib. i. art. lix. lib. ij. art. xii. lib. iij. art. lxiii.

f Vnde sub bãno regio in proposito iudicare, non est aliud, nisi sub regia coactione, vel iuramento, aut sub omagio regi præstito, iudicium exercere. t nullus enim sub banno regio iudicium exercere præsumit, nisi bannum à rege habeat. vt Spec. Sax. lib. j. artic. lix.

Notandum, cùm sub banno regio iudicatur, octo solidi aduocato mulctæ dantur: vt Spec. Sax. lib. iij. lxiij. u In legitimis iudicijs octo itidem solidi tribuuntur, extra bannitum iudicium sex numi, in iudicio verò bannito, octo solidi.

u Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. lxiii.

Scabini esse debẽt numero vndecim, &c. x Scabinus autem nõmen accipit suum à scamno; scamnis enim seu sede iudicij residere debent sententiam inuenientes. Vnde & sententia inueniri debet inter verba duorum, hoc est actoris & rei: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxij.

x Frigida videtur ista vocabuli & nominis hæc interpratio: nã si sic, extunc omnes scamno residentes scabini dicerentur.

Scabinus etiam in iure suo inculpatus esse non debet, y quare & liber, scabinalique fede dignus appellatur, omnibusque vicijs abstinere, ita, quod nullus eum in eius honore, iure, officioque inculpare posset. Quod autem scabini numero sint vndecim, istud ex cõstitutione imperatoris venit.

y Vide Spec. Saxo. libr. ii. art. xii. & li. i. art. ii. li. iii. art. lxix.

Circa id notãdum est, z quòd sunt quædam certæ actiones, tùm & loca specialia, in quibus iudex sæcularis iudicium exercere non potest. a Primò, in locis sacris, alii habent, in locis spiritualibus. Secundò, in prosthibulis. Tertiò, in locis vbi pœnæ infliguntur, & aliàs in omnibus locis inhonestis: vt C. de senten. & interloc. omn. iudic. l. cũm sententiam. & ff. de reg. iur. l. omnia quæcumque. & extra. de appel. c. qua fronte.

z Iudicium in certis locis exerceri non potest.

a Spec. Saxo. lib. i. art. lix.

Sciendum etiam, si contigerit iudicem, aduocatum seu scultetum, locum iudicii ex certis caussis immutare, finito in illo priori loco iudicio; cumque illud resignare voluerit, tenebitur ex nomine locũ declarare, vbi posthac iudicio residere vellet. b ibidemq; etiam per sententiam præcusto dire, caussamque exprimere, cur iudicij locũ transmutat: vt Spec. Saxon. lib. iij. art. lxj. In omnibus itaque locis, exceptis illis, quæ supra notata habentur, iudicium exercere poterint, præcustod tò, vt di-

b Locum iudicii immutare volẽs in loco insinuare & publicare illud per præconem populo tenebitur.

vt dictum est,& insinuato per publicam præconis proclamationē, vt locus ille vnicuique sit notus.

Articulus XI.

Vnde Hallen. ius suum quærere debet.

a *Articulus præsens & sequentes quatuor parū afferunt vtilitatis nobis. Appellatio etenī in Hallam vel Maydeburgū ex regno Poloniæ abolita est: in Anno domini 1356. per diuum olim Cazimirum Magnum Poloniæ regem, locatumque est ius prouinciale in castro Cracouien. vt illic omnes in appellando recursum habeant, ab illis vero tandem pro instantia vltima, ad tribunal regiū vel commissarios sex ciuitatum ad id deputatos prouocatio fit: iuxta priuilegia desuper data, & diuersiu super eo processus habetur quā hic, vt ex cōmuni praxi liquet.*

b *Spec. Saxo. lib. ii. ar. xii.*

DE a Hallensibus videndum erit, vnde ius suum reportare cogūtur, si forsan illud ignorauerint, aut si apud illos sententia fuerit reprobata. Quęrere enim illud debent in Maydeburgo, sententiamque eis dabunt, Scabini Maydeburgenses ante quatuor scamna, hoc est, in loco vbi Scabini residentiam habēt, sed & Scabinis, id quòd iuris est exoluetur. Ipsi etenim in posterum testes esse debent, quòd sentētia ritè & rationabiliter prolata sit, sine cuiusuis contradictione b Nuncij etiam ibidem præsentes esse debēt, vbi sentētia definitur parte ex vtraque, tempore quo sententia illa pronūciatur, qui audiant & videant, quo vtriq; iusticia fiat. Et Iudex ipsis in expēsis prouidere debet, in eundo & redeundo.

Si sententia sub banno regio fuerit reprobata, reportari debet ad proximum Burgrabij iudiciū, nisi legale eundem excusset impedimentum. Si verò sub Comitis banno reprobata fuerit, extunc reportari debet in quindena. c Scultetus enim habet bannum à Comite,& sculteti ā à domino terræ. d Ita etiam Burgrabius habet bannum à rege, iudiciū verò à domino terræ.

c *Vide infra art. xlvii.*

d *Spec. Saxo. lib. i. art. lix.*

GLOSSA.

PRO intellectu textus ampliori notandum venit, quòd appellationis, quam nos iure nostro increpationem sententiæ vocitamus e triplex inuenitur modus. f Primò, quòd quædam sententiæ etiam non appellatæ, nihil valent,& hoc in quatuor casibus. Primò, si sententia cōtiner expressum iuris errorem, est ipso iure nulla, nec appellatio est necessaria: secus si error non sit expressus, licet sit lata contra ius, quia tunc valet, sed est iniqua; & nisi prouocetur, trāsit in rem iudicatam: vt C. quan. prouoc. non est necess. l. si cum inter te. Sciendum tamen, quòd iure nostro appellatio debet esse in instanti: vt Spec. Sax. lib. ij. artic. vj. Secundò, si sententia empta sit, hoc est: si donatur aliquid scabino in priuato, vt sententiam huic pro voto inueniat: vt ij. q. vj. venales. & C. quan. prouoc. nō est necess. l. venales. Tertiò, si pronunciatur sentētia ab illo, qui est inhabilis ad id: vt Spec. Sax. libr. ij. art. xij. §. j. Quartò, si diebus festiuis seu ferijs pronuncietur: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij. §. vlt. & extra, de ferijs. c. vlt. & ff. de ferijs. l. si feriatis. Secundus appellationis modus, quòd sententia quamuis appelletur, manet tamē sen-

e *Vide hoc idem Spec. Sax. lib. ii. art. xi. glo. & lib. iii. art. lxii.*

f *Appellationis triplex modus.*

sententia, & hoc quadrifariam. Primò, quando edicitur ab illis, qui superiores se non habent: vt est Papa, rex, &c. *g* Appellatio enim fieri debet ad superiorem: vt ff. à quib. appela. l. ij. Secundò, si appellent seu increpent sententiam illi, qui increpare non possunt: vt sunt hi, qui in manuali facto comprehēsi, iudicioq; præsentati, criminaliter accusantur: vt Spec. Sax. libr. ij. art. xij. §. vlt. & C. quorum apell. non recip. l. obseruate. Tertiò, si tempus neglexerint increpandi: iure enim nostro tempus appellandi est in instanti, & iudicio durāte: vt Spec. Sax. libr. ij. art. vj. §. vlt. *h* iure verò spirituali & legibus, decem dies dantur: vt in auten. de appel. & intra quæ temp. §. j. coll. iiij. & ij. q. vj. anteriorum. Quartò, à iudice, qui fit per electionem, vt est arbiter: illum etenim sibi eligit, & ità ab eo appellare non potest: vt ff. de arbi. l. diem. §. ſtari. Tertius appellationis modus, quando appellatur, & sententia iure mediante increpatur, iudiceq; sistere vnus facit, vsque ad tempus illud quoad sententia declaretur, si iustè vel iniustè edicta sit: & istud adinuētū est ex duplici causa, vel propter maliciam, vel propter stultitiam eorum qui sententias pronunciant: vt ff. de appel. & relat. l. j.

g Spec. Saxo. lib. ii. art. xii.

h Spec. Saxo. lib. ii. art. vi.

In textu cum dicitur: Et scabinis ius ipsorum exsoluatur. &c. *i* Ius autem scabinorum istud est, quòd cuilibet corū vnus solidus, notario verò duo solidi dentur.

i Scabinis quā tum exsoluitur cùm profertur sententia & quid notario.

Appellatione etiam facta dex nuncios mittere debet, vt textus habet, intelligitur iure nostro, & secundùm aliquos iure imperiali; secus verò obseruatur iure canonico: ibi enim porriguntur litteę, quæ & apostoli dicuntur: vt ij. q. vj. ab eo *k* Quod autem iure nostro per nuncios declaratio appellationis statuta fuit, ex gratia Saxonibus ipsis largitum erat: tempore enim quo ius præsens eis datum est, ignari literarū fuerunt. Nunc verò temporibus istis, nouus appellationis modus vsitatus habetur: si enim sententiam vnus increpauerit, sedemq; obtinuerit, aliam inuenturus sententiam, inuētamque probat, prout iuris ordo exposcit. Scabini tādem vtramque in scripto sententiam obsignatam transmittunt in locum, vbi de iure transmittere debēt. / Iudexq; nuncios mittere tenebitur suos, & istiesse debent duo scabini, qui audiant & testes sint illorū omnium. Iudex etiam cis in expensis prouidere cogitur. Si verò iudex id recusauerit, officium perdit: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij. & art. xiij.

k Spec. Saxo. lib. ii. art. xii.

l Vide Spec. Sax. lib. ii. ar. xii. de hac materia abunde.

Contra id quod in textu habetur: Quòd scabinis ius ipsorum exsolui debet, argui potest: iure id fieri minimè debere, nec scabini solidos pro sentētijs accipere possunt. *m* Primò, iure enim cautum habemus, tùm & articulo præsenti superiùs declaratum est, quòd sententia nulla via venalis esse debet: vt C. quan. prouoc. non est necess. & ij q. vj. venales. Secundò, si enim scabinis eorum ius exsoluitur propter id, vt testes sint, quòd sententia ritè data sit, hoc iure fieri minimè debet: testes enim precio conducti rejiciūtur: vt extrà. de testibus in multis causis habetur. Tertiò, quia nullus ingenium & prudentiam suam vendere debet, est enim donum Dei, aliàs simoniacus efficitur: vt j. q. j. c. gratia. & ff. de calumnia. l. j. Concluditur ergo, quòd scabini sententias diuendere, pecuniamq; pro eorum ortilegijs accipere minimè debent; sed & iudex ipse aliàs efficitur infamis & fallus iudex. In oppositum tamen est textus articuli, qui admittit scabinis à sententijs ferendis precium accipere; quare & iusto id facere possunt.

m An Scabini solidos iusto pro sententijs accipiāt vide pro & contra argumenta.

n Multa iure admittuntur quæ in se locũ non habent.

o Vide infrà art. xxxii. in fine glo.

n Multa iure possunt. Multa n etenim iure admittuntur, quæ aliàs in se locum non habent, o vt in exemplo: præceptum diuinum est, quòd vnus alium nõ occidat, iure tamen admittitur, quòd iudex malefactorẽ occidere potest: vt xxiij. q. v. c. si homicidium. & hoc fit ratione eius officij. multa etenim officio admittuntur, quæ aliàs nulli priuato facere licet: vt xxiij. q. v. de occidendis hominibus.

Itidem etiam fit in proposito. Scabinus accipit pecuniam & solidum scabinalem ratione officij cui præest: aliàs si scabinus nõ esset, donumque gratuitum sapientiæ & prudentiæ diuenderet, simoniacus esset: tùm etiam si pecuniam acciperet ad obticẽdum veritatem, peccaret. Hoc itidem intelligendum est de iudice, si super aliquo iudicare nollet cùm ab eo expetitur, p iniustus enim iudex efficitur, q & triplex incommodum incurret. Primò, efficitur periurus. Secundò, quia officium perdit, si conuictus sit. Tertiò, quia extenditur contra eum iudiciaria sententia, quæ contra falsos statuta est: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xiij. Scabini præterea non ratione iudicij pecuniam accipiunt. Iudicium enim exercere cũ ab eis expetitur, tenentur: sed ratione officij & obsequij, pro cõmuni vtilitate præstiti. Is verò, qui communitati ex officio seruit, cõmodum ad officium pertinens iusto accipit. Nullus enim proprijs impensis militare cogitur: vt j. q. ij. c. clerici omnes. & in auten. de consul. §. j. coll. iiij.

p Spec. Saxo. lib ij. art. xiij. & infrà iure municip. art. xxiij.

q Judex triplex incommodum incurrit si iudicare nõ vult.

Ad rationes itaque in contrarium allegatas breuiter respondetur: seipsas enim interimunt, & ex præcedentibus soluũtur. Ad primam, vbi dicebatur, quòd sentẽtia vendi non debet: id enim verum esset, si pecunia scabino daretur, quòd sententiam sibi pro voto inueniat: hoc autem hîc nõ fit, sed solidi soluũtur ratione officij. Ad secundam, vbi dicitur, q testes pecunia conduci non debent, &c. Respondendum, quòd scabini non propter id pecuniam accipiunt, vt testificẽtur pro libitu alicui, sed vt dictum est, ratione officij cui præsunt. Pro tertiò, vbi dicebatur, quòd dona gratuita vendi non debent, intelligendum est; si id extra officium facerent, prout declaratum habetur.

Notandum etiam, si quis officium affectet ea intentione, quòd exinde vtilitatem, commodum, vanamque gloriam habeat, vel quòd proximos opprimat, vel alio quouis modo illud affectet, non præcisè ob amorem Dei, pro obsequio superioritatis, bonoq; reipublicæ, ille officio dignus nõ est: j. q. v. c. quicumque. hoc idem intelligendum est de iudicibus & scabinis: si etenim iudex seu scabinus ea intẽtione iudicio præest, vel illic residet, vt pecuniam & lucrum exinde habeat, pupillosque & orphanos opprimat, & nisi commodum illud esset, iudicium non frequentaret, nefarij ac periuri sunt, nec digni nomine illo vocitari, æternaliterque condemnantur: vt j. q. j. c. cùmomnis auaritia. Iudicium enim Dei huiusmodi sceleribus coinquinari non vult.

r Judices quatuor in se habere debent potissimum.

r Iudex etenim, tùm & scabini ipsi, quatuor virtutes in se habere tenentur: f iusticiam, quam dimittere non debent, causa amoris, gratiæ, odij, munerum, &c. Secundò, honestatem, vel aliàs ius honorarium: vt Instit. de iur. nat. gent. §. prætorum quoq; edicta. Tertiò, quòd sit infeudatus: vt Spec. Sax. lib. j. art. lv. Quarto, prudentiam & modestiam. omniumque coram iudicio actorum sub præstito iuramento testificari debent, nec de nouo iurare coguntur: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lxxxviij.

f Vide Specu. Sax. lib 1. ar. lv. lib. ij. art. xli. in gloss. feud. c. lxvj.

Sententia reprobata, ad proximum Burgrabij iudicium reportetur, &c. vt textus habet. Tempus verò illud est sex septimanarum: ex Spec. Sax. lib. j. artic. ij. & lib. ij. arti. xij. nisi fortè legale impedimentum importauerit.

s Quæ autem legalia impedimenta sunt, vide Spe. Sax. lib. j. art. vii.

Attendēdum *s* etiam circa id est, quòd cùm sententia appellata fuerit, in eundo & redeundo, & signanter cùm apportatur ex loco ad quem appellatū fuit, *u* nullibi aperiri debet, nisi ante quatuor scamna, seu ante sedem scabinalē, ibidemq; pars vtraq; præsēs erit, quos & iudex citare tenetur. Quodsi pro primo non comparuerit quis, mulctam soluet. Itidem pro secundo, pro tertio, & pro quarto citatus si non venerit, vel legale impedimentū non importet, quòd venire non possit, decernetur contra eum contumaciæ pœna. Si verò post modum non venerit ad declarādum causam legalis impedimenti, sententia aperitur. *x* Quodsi sententia in damnū istius præsentis lata sit, & illi qui absens est pro commodo, nunciumq; non habeat, qui eam acceptet, vel absentem excuset, legale impedimentum declarando, ius perdit suum; quia ius neminem ingratum frui facit, & ita propter ingratitudinē perdit ius: vt ff. de reg. iur. l. nemo. & Spe. Sax. lib. i. art. lxvij. Si verò pars respondens fuerit, querela sibi adiudicatur, & illi aufertur, & hoc non ratione sententiæ, sed contumaciæ; quodsi forsan ille tandem cum impetere vellet, iste iure se defendet.

u Sentētia reportata vbi aperiri debet, et quo pacto procedendum.

x Nota quædam specialia in reportatione sententiæ.

Contra id quod in textu habetur, de reportatione sententiæ in quindena, &c. argui potest, id esse contra leges & canones: datur enim tempus prosequendi appellatiōem vnus annus: vt in auten. de his qui ingrediuntur ad appel. §. j. coll. v. vt extra. de appel. c. cum sit Romana. R. quòd hoc ex eo fit, quia illi curiam insequi tenentur: iure verò Saxonico id facere non oportet, habent enim certum deputatum locum appellandi, iure municipali in Maydeburgum.

Articulus XII.

Si in Maydeburgo sententiæ reprobetur, vbi ius quærere debeant.

NVnc attendendum, si Maydeburgi sentētia reprobetur, vbi quę rere eā, aut inuenire eos oporteat. Trahere enim se debent vltra Albim in Schartaniam: & exinde apportare tenebūtur quatuor viros, qui seniores reperiri possunt, & hoc ex eo, quia antiquius locata est quam Maydeburgum, Cæsarq; Otto à tēpore diuturno ibidē ducatum constituit, ac omnes vno & eodem iure sunt locati. Cum illis tandē quatuor viris ex Schartania apportatis, constituuntur Maydeburgi ante pallatium imperatoris Ottonis Ruffi quòd fuerat, Pallantiamq; posthac in fine summi templi statuerat, vt in præmissis patet, & sequentibus apparebit. Pro vna etenim sentētia reprobata continuè

ad imperium se trahere non potuerunt.

GLOSSA.

Prosequens auctor priuilegij intentionem suam super appellationibus, declarat, vbi ex Maydeburgo appelletur, & ex nomine manifestat locũ, Schartaniã nuncupans, causſam allegat, quia est antiquior Maydeburgo: per idq; intelligi datur, [a] quod in qualibet prouincia, ciuitas principalior & antiquior, caput esse debet iuris aliarum ciuitatum illius prouinciæ vel regni: vt in exemplo de Schartania.

[a] *Ciuitas principalior in qualibet prouincia caput esse debet iuris aliarum ciuitatum illius prouincia.*

Vnde & siquidem vnusquisq; in appellando signanter in vltima instantia ad regem, vel imperatorem prouocare debeat, Saxonibus tamen ex gratia largitum est, quòd appellatio ad regem nõ fit, nisi cùm rex in prouinciam venerit: Spec. Sax. lib. ij. art. xij. Ne itaque hominibus ius prolongaretur, vnusque alteri non iniuretur, Cæsar Otto constituit pallãciam, seu pallaciam in fine summi templi Maydeburgi, accipiq; debent, & apportari quatuor seniores viri, vt textus habet, ex Schartania, ex eo, quia antiquior est, Ottoque Ducatũ illic fundauit, aliàs adiungendo prouincias, quę quidem prouinciæ, antequam à Romanis occupatæ erant, regna fuêre, vt supra habitum est, post modum verò Ducatus nomen acceperunt.

Articulus XIII.

Quo pacto et per quem modũ Pallancia Maydeburgi per Ottonem fundata sit.

COnsiderandum vlteriùs venit, quomodo Pallantia per imperatorem ordinata sit. Vocari enim instituit de Schartania quatuor viros seniores, & quatuor Canonicos, prelaturas seu officia in summo aut cathedrali ecclesia habentes, primus præpositus: secundus, decanus: tertius, episcopi vicarius: cancellarius quartus. Ad id vocauit quatuor Baro nes, & innatos ministeriales, feudales ecclesiæ maioris Maydebur. marsalcum, dapiferum, pincernam, & camerarium. Et itẽ accepit vndecim scabinos ciuitatis, & scultetum duodecimum. Præterea ordinauit tres duces laicos, qui primi sunt in electione imperiali, videlicet Marchionẽ Brandeburgen. ducem Saxoniæ, palatinum Rheni. Et item quartum aduocatum ecclesiæ maioris in Maydeburgo. Prætactos viginti octo viros nunc enumeratos, imperator elegit, & super sedem pallantiæ collocauit, eis potestatem ex parte sui tribuendo. Quæcunq; sententia Maydeburgi inueniri non possit, vel illic re

dargueretur, vt tandem in pallantia inueſtigetur, [a] & quicquid ibidem ritè & legitimè decretum ſit, pro iure municipali obſeruari debet in prouincia Saxoniæ. Cùm verò, vt ſic ſententia ante pallā tiam apportata deciſaq; fuerit, extunc his viginti quatuor viris in ſignū cui libet eorum datur vnus ſolidus aureus, & quiuis ſolidus valere debet duodecim ſolidos nummorū talis pecuniæ, aut talium denariorum, quæ in vſu ibidem in foro habentur, in prouinciaq; vt cōmuniter currūt. Quatuor verò reſiduis dari debent marca quatuor auri, [b] & quelibet marca aurea [c] valēre debet duodecim marcas argēteas. Id itaq; tribuitur viginti octo viris prænotatis, & cùm hoc cui ſentētia pro commodo inuenta eſt ſoluitur emenda. Alij textus habēt: hoc illi dare tenentur, quibus ſententia ad profectum vel vtilitatem fuerit inuenta & definita, & iſte qui in ſententia definitiua defecerit, ſoluere expenſas tenetur. Si autē ille in ſententia defecerit, qui eam reprobauerat, extunc ſoluere tenetur, plus quam ille cui ſenten tia ad profectum ceſſit. Scabinis etenim qui ſententiam inuenerāt, & qui conſenſum & ſequelam ad id deberāt, quam ipſe reprobauit, ſi iuſta fore definitur, emendam ſoluet, & iudici ſuam pœnā: & hoc ſi ante ſequelā increpet ſententiam. [d] Si verò ſequela ſubſequatur, & tandē reprobatur ſententia, tunc cuilibet ſcabino, & illi qui ſententiæ ſequelam dedit, iudiciq; totiēs ſua pœna aut mulcta ſoluitur.

Quòd ſi in Halla ſentētia increpetur, ad Maydeburgumq; appelletur, ſed & ibidem ſententiam non acceptās, ad pallantiam prouocet, extunc vtriſq; emenda ſoluitur, tam Maydeburgen. quam Hallen. Idq; ex ordinatione imperatoris Ottonis Ruffi factum eſt, vt municipale ius ſtabiliretur, prout ex antiquo ſtetit: ducatumq; vltra Albim fundauit.

a Quicquid in pallancia decernitur in cauſis appellatis id pro iure municipali obſeruari debet.

b Spec. Saxo. lib. iii. ar. xlv.

c Marca auri quatum valeat vide hoc idem infrà art. xv.

d Spec. Sax. lib. ii. ar. xii.

GLOSSA.

Pallantiam verò Cæſar Otto ex eo fundauit, viginti octo viris eā admi-

administrandam cõmittendo. Imperium etenim alijs grauibus onerabatur curis, vnde negotijs huiusmodi se implicare minimè potuit. Quare & potestas eisdem data est, vt imperij nomine omnia decernant & constituant. Quicquid verò inuenerint pro iure seruetur.

e A sententia in pallãtia lata an appellare quis possit.

f Spec. Saxo. lib. i. ar. xviii.

e Quærere aliquis poterit, an sententia in pallantiam in damnũ alicuius prolatam quis increpare posset, sententiam illorum iniustam declarando? f R. quòd in antiquis legum originalibus inuenitur, quod nulla in terra Saxoniæ coram imperio tàm iusta sententia promulgari potest, quin eam Saxo increpare posset, suam manum ad id exponendo: & si metseptimus alios septem debellauerit, sententiam obtinebit: vt Spec. Sax. lib. j. art. xviij.

Contra id arguitur. Si enim sententia nomine imperatoris prolata increparetur, extunc imperatoris voluntas ius condere nõ posset, quod minimè stare potest: imperator etenim est origo omnium legum & constitutionum: vt C. de legi. & constitu. l j. R. Quod & si quidem à pallantia ad superiorem iudicem increpatio sentẽtiæ non admittitur: quare in Deo confidens, iustitiæque suæ, exponit corpus periculo, pugnando pro iustitia, quam prætendit se habere, idque iure admittitur: vt ff. ad leg. Aquil. Duellumq; ex antiqua consuetudine Saxones tenuerunt. quod & confirmatum eis fuit per imperatoriam maiestatẽ, propter eorum dexteritatem & animositatem. g Id verò quod cõfirmatum quis habet, illib atè seruari debet: vt in auten. de priuil. dotis mulier. in prin. coll. viij.

g Spec. Saxo. li. i. art. xlix. & infrà arti. xxxv. & lxxxij.

Quod autem pallantiæ præsidentibus aurum datur, eorum denotat dignitatem: vt Spec. Sax. lib. iij. art. xlv. Sciendum etiam si sententia ante sedem scabinalẽ reprobetur, interrogeturque principalis, si voluntas eius sit, cõsensumq; inuentæ sententiæ non præbuerit, & aliam veriorem expresserit sentẽtiam, h in quam maior pars populi consenserit, illa vires obtinebit, & nullus illorum incurrit pœnam mulctæ, quia ipsorum nullus alterius sententiã increpauit: vt Spec. Sax. lib. ij. arti xij. §. si quis consensum.

h Spec. Saxo. lib. ii. art. xii.

Per simile etiam quemadmodum is, qui iuxta suum intellectũ & quàm iustissimè potuit sententiam inuenerat, sine damno manet, ita & is qui iniustæ sententiæ consensum non præbebit, indemnis erit: vt Instit. qui. mod. ius. patriæ pote. §. pari ratione. Instit. quod cum eo qui in aliena potestate. §. istas tamen duas actiones.

Articulus XIIII.

Quomodo pallantia congregari debet; & qualiter ad pallantiam pertinentes citandi sint.

INtelligẽdum sequitur, quomodo pallãtia conuentum habere debet suum, & quo pacto congregari. Scultetus primũ de Maydeburgo literas ciuitatis cum appenso sigillo, accipere tenetur, easdemque transmittere supremo aduocato ecclesiæ maioris, hoc est Burgrabio in Maydeburgo. Illeq; tandem & suas dare tenebitur literas, ac alias ab episcopo expetere sigillatas. Præterea & lite

ras regias si in Theutonica sit in prouincia cū pensili sigillo. Burgrabiusq; Maydeburgen. literas sic ordinatas, cum his qui se ad pallantiam cum sentētia traxerāt de scitu & voluntate viginti quatuor virorum supra nominatorum transmittere debet. In primis duci Saxoniæ, postmodum Marchioni Brandeburgen. Tertio palatino Rheni. a Hi enim tres sunt laici principes primi in electione imperiali cū nouus rex eligitur Theutonicæ nationis.

a Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. liii & lvii & lviii. art. lxii.

GLOSSA.

Textus articuli, de citādis ad pallantiam his, qui iusto ibidem præsentes esse debent, planus est, nec longa declaratione indiget: non aliud enim intrēdit, nisi quod Cæsar Otto Ruffus constitutionem præsentem propter id statuit: si forsan aliquam sententiam Maydeburgi increpare contigerit, id non temerè, sed iuris ordine facere & declarare debet. Tum etiā, quòd scabini cōtra illum qui sententiam eorum increpat, *b* non habeant malum animum, nec vlciscantur de eo, & nedum Maydeburgen. verùm & alijs ciuitatibus, quæ ex Maydeburgo ius reportant suum, inseruit doctrina præsens. Opinantur enim scabini quidam fatui id fore in contumeliam eorum magnam factum, cùm sententia increpatur: quinimò nonnulli adeò proteruè coram eis litigando, statutis suis deterrent, vt sub pœna capitis à sententia eorum non appelletur, *c* quod fieri minimè debet, sed licet detur appellationis locus: non enim propter id quòd scabinus est quis omnia iura examussim nouit. Multi enim sedem scabinalem occupantes ignari inueniuntur, contigitque quandoque ex astantibus melius negocium intelligere, quàm illum qui causā discutit. Ponitur itaque hic modus sententias increpandi, ad obuiandū huic vel simili malo. Frustra enim iura essent super appellationibus si opprimi debeat appellationis modus.

b Scabini propter id quod sententia eorū increpatur malum animum contra appellantem habere non debent.

c Appellatio nullis deneganda.

Appellatio verò, vt habetur Spec. Sax. lib. ij art. vj. in instanti iure nostro esse debet, & hoc ex eo; quia apud nos interrogatur pars, an sententiæ consentit, & illam acceptat nec ne? *d* si consentiant, postmodum locus appellādi non dabitur: secus est secundū leges & Canones, ibidem enim longiores appellandi induciæ dātur: vt supra habitum est.

d Spec. Saxo. lib. ii. art. vi. & supra eodē lib. art. xi.

e Iudex etiam cautus in eo esse debet, vt ad iniustam sententiam sequelam & consensum non præbeat, *f* inspirareq; poterit, vt negocium trasferatur per scabinos ad melius præmeditandū, vel ad concordandū super vnanimi sententia, si discordes in eorum sententijs sint.

e Iudicis cautela in sententijs ferendis.

f Spec. Saxo. li. iii. ar. xxx.

Præcauendū præterea est quàm maximè, ne sententia omisso *g* iure scripto secundùm opinionē *h* feratur; quia vt sic subsistere non poterit: imò scabinus ex opinione sententiam proferēs, interrogatusque ad instantiam partis, recognoscat secundùm eius videri sententiam inuenisse, ita, quòd ex opinione quadam prolata esse subintelligatur, non valet sententia, dato, quod eam probare vellet.

g Spec. Saxo. li. iii. art. viii.

h Ex opinione sententia ferēda nonest.

i Ex opinione enim probatio nulla valet, nec iurandum ex opi-

i Spec. Saxo. li. iii. art. viii.

nione

k Vide Spec. Sax. lib. ii. ar. xii. §. Sententiam si quis.

nione est. k Si verò nullam mentionem de opinione faciendo, dicat sententiam inuenisse secundùm eius conscientiam, & id probare vellet, manet sine damno: vt Spe. Sax. lib. ij. art. xij.

l Si statutum sit alicuius ciuitatis, quòd à sententia non appellatur quid faciendum. doctrinam vide.

l Notandum præterea, si in aliqua ciuitate consuetudo praua habeatur, quòd sententias eorum sub pœna capitis & priuatione bonorum nullus increpet, contingatque sententiam ferri iniustam, isque in cuius damnum lata sit, prouocare ob pœnã statuti non auderet.

Ad obuiandum huic malo doctrina datur. Si contingat aliquẽ actionem habere in ciuitate, in qua consuetudo huiusmodi praua habetur, timeturque ne sententia iniusta feratur, ante inchoationem causæ, præsidentes seu regentes ciuitatis adeat, declaraturus causam quandam in ciuitate habere, subiungẽdo, quòd timerer ne iuri & iusticiæ suæ contraueniatur, consilium expetendo, quo pacto id præcustodire debeat, erga præsidentes, erga ciuitatem, prouinciam, & erga iudicium; expetendo circa id, vt sibi appellatiõis locus admittatur: si forsan sententia cõtraria decreta sit, ad locum vel ciuitatem illã, quæ caput est iuris municipalis, quod & præsidens loci facere tenetur: xxiij. q. v. c. regum est officium. Si verò contingat consuetudinem illam per ciues obseruari, de consensu præsidentis, nec huic actionẽ habenti auxilio præsidens ciuitatis esse vult, superiori eius domino id negotium denunciare debet, qui tandem literis præsidenti insinuare tenebitur, vt ille ciuibus demandet, ne huic contra iustitiam fiat. Si autem tã præsidens loci quàm ciues idfacere recusauerint, allegantes consuetudinem & plebiscitum, vigore cuius iustitiam se facere pollicentur: is verò præ timore negotium aggredi non vult, offerendo præterea sese coram superiori domino astare, & ibidem sententiam per eos inuentam audire: quodsi & id recusauerint, citare eosdem superior dominus debet ad præsentiam regiam, vbi constitui eos oportet, ad defendendum cõsuetudinem & plebiscitum suum, in præiudiciũ iuris scripti sancitum.

Postmodum verò decisione facta per imperatorem, sententiam huic proferre tenebuntur, & ille appellare poterit, si necessitas videbitur: vt ij q. vi. Si quis putauerit.

m Vide supra eo. lib. art. i.

m Sciendum etiam, n quòd plebiscitum nullo modo fieri debet contra ius scriptum: vt xij. dist. diuturni mores. & ita laudum seu plebiscitum non statuitur, nisi forrè in iure non contineantur huiusmodi causæ occasione quorum plebiscita sanciuntur: vt xi. dist. in his rebus. Secus autem hîc est in proposito de appellationibus & sententiarum increpationibus, vbi per expressum ius habetur scriptum.

n Plebiscitum contra ius scriptum minimè statui debet.

o Spec. Sexo. lib. ij. art. xij.

o Appellatione etiã facta, iudiciũ cessat nec vltra iudex in negocio procedere debet: p sed standũ est appellationi: vt in autẽ. de iudi. vt nullatenus. §. audiant. col. vi. & Spe. Sax. lib. ij ar. xij. Vnde iudex appellationi locum non admittens, vel facta appellatione vlteriùs in negotio procedẽs, pœna illius est, si sit iudex spiritualis, q suspenditur ab officio per vnum annum. q Si interim exerceat officium, efficitur irregularis. In foro verò sæculari, in ciuilibus causis perdit officium: in criminalibus verò si iudicatus occiditur, trãsit iudici in vitam: r vt C. pœna iudi. qui male iud. l. j. & Spec. Sax. lib. ij. art. xij & xiij. §. si quis iudicium.

p Appellatione nihil innouari nec vltra procedi debet.

q Pœna iudex si stante appellatione vlteriùs procedant.

r Spec. Sax. lib. ii. art. xii. & xiii. & infrà iuremuni. artic. xvii. abunde.

Appellationem s etiam si iudex prohibeat, aggrauatus episcopum loci ordinarium adire debet,

s Appellatio si denegetur quid faciendum.

bet,

bet, negocium exponẽdo, qui & iudicem quamuis laicus sit cogere potest, æquè sicut dominus prouinciæ: quod si iudex non curando mandatum episcopi facere recuset, extunc episcopus huic qui appellauit litteras det, & is appellationem cum literis ad locũ deputatum transmittat, æquè ac si nuncij iudicis mitterentur: vt in auten. vt difer. iudic. audi. interpella. allega. cogantur ab episcopis. §. si verò. coll. jx.

Articulus XV.

Quomodo citatio pro congreganda pallantia fieri debet.

NOtandum tandem sequitur quo pacto supra memorati domini, ad pallantiam pertinentes citari debeãt, vt simul conueniant. Scultetus enim inprimis Burgrabiũ citare debet per sententiam iuridicam, & item pro secundo, & tertio, semper per spatium sex septimanarũ, quòd si pro tertia citatione non comparuerit, extunc tres laici duces eundem per nuncium vocabunt suum, & pro qualibet citatione, regi tres marcas aureas de meretur, [a] quarum quælibet marca aurea duodecim marcas argenti valere debet, & si posthac vltra sex septimanas nõ venerit, ad excusandum se coram rege, vbi protunc cum curia fuerit sua, extunc in primis omuia ecclesiæ maiori Maydeburgen. quæ ab ea in feudum habuit, & item regi bannum vacabit, sed & proscribetur in regis illegalitatem.

a Marca auri quantum valet.

Per simile etiam sicut Scultetus citat Burgrabium, si Burgrabius citare debet, hos tres principes sub banno regio, quòd si in tertia citatione nõ cõparuerint, vt prætactum est, [b] ex tunc quiuis corũ de qualibet citatione decem octo marcas aureas regi demeretur, quarum qualibet duodecim marcas argenti continet.

b Vide amplius de hac materia Speculum Saxo. lib. iii. art. lxiii.

[c] Et si non venerint tẽpore illo per citationem expresso ad sententiam diffiniendam, sententia nihilominus decerni debet ante pallantiam.

c Judices pro ferenda sentẽtia pertinen. citati si non venerint sententia ferendaerit per hoc qui præsentes sunt.

GLOSSA.

PRo declaratione textus articuli notandum, quòd postquam illi duo, qui cum sententia ad pallantiam se traxerant, à principibus cum literis reuenerint, quas à Burgrabio deferebant, extunc à tẽpore præfixionis termini per sex septimanas conueniri debent viginti quatuor viri: hoc est, quatuor ex Schartania, quatuor prælati, quatuor officiales, vt suprà habitum

coram

bitū eſt, vndecem ſcabini ad pallantiam, ſcultetuſq; iudicium banire ibidem cum eis debet, vt iuris eſt, quod cùm factum ſit, interrogare tandem debet ſcabinum vnum, ex quo quidem ſententia poſtulatur vel inerepata ſit, & hîc ad pallantiam apellatum extitit, ad inueniendum meliorem vel iuſtiorem ſententiam, quæro, quis huic appellationi de iure intereſſe debet? ſententiabitur tandem, quòd Burgrabius. Interrogabit tādem vlteriùs ſcultetus, ex quo quidem hîc præſens non eſt, quo pacto citari debeat, decernetur, quòd per literas & nuncios. Hoc idem etiam obſeruabitur pro ſecunda & tertia citatione. Interroget vlteriùs ſcultetus, quàm citò conſtitui debeat, ſententiabitur, quòd à tempore citationis in ſex ſeptimanis: quodſi non comparuerit, nec aliquis nomine eius, extūc illi viginti quatuor viri pallantiam vadant, Scultetuſque iudicium banniendo ſcabinum interrogabit: quandoquidem Burgrabius de iure hîc præſens eſſe debet, citatuſque, vt iuris eſt, iuxta ſententias latas, pro tempore præfixo non comparuerit, an id iuſtè facit? decernetur, quòd iniuſtè facit, & negligentiam commiſit, Interrogetur vlteriùs: an mulctam incidit? ſententiabitur, quòd ſic. Scultetus tādem interrogabit: quantum? decernet ſcabinus, quòd tres marcas auri demeruit. Perquiret poſtea, quantum marca valere debeat? reſpondebitur per ſententiā, quòd quælibet marca auri valere debet duodecem marcas argenti. Finaliter interrogabit: cui cedere debet mulcta huiuſmodi? ſententiatur, quòd regi ipſi, ex quo obſequium regis eſt: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lxiiij. Et ita etiam fit p ſecunda & tertia citatione, vt textus habet. Quod ſi Burgrabius aut principes tres non comparuerit, rint, extunc iſti viginti quatuor viri ſententiam pronunciabunt. *d* Si verò in aliquo dubitauerint, vel concordare nō poſſent, iuxta diſpoſitionem legum & canonum, relegare eos oportet ad imperatorem. In ſæcularibus etenim iudicijs nulli competit dubiorum interpretatiò, niſi imperatori: vt C. de veter. iur. enucle. l. Deo auctore noſtro. & C. de legi. & conſtit. l. inter æquitatem. In ſpiritualibus verò cauſſis, Papa ipſe eſt interpres.

d Iudices pallantia etiam alii vltimæ inſtantia ſi dubitauerint in ſententia ferenda vel concordare non poſſint, ad ſuū principem relegare negociū debent.

Articulus XVI.

Quo pacto iure municipali, iudicium banniri debeat.

BAnniendi iudicij modum ſecundùm ius municipale, conſiderare licet. Scabini vndecī eſſe debent, Scultetus duodecimus, [a] quia ille Burgrabio primā inuenire debet ſententiā. Burgrabius etiā nullū legale habere poteſt ſine ſculteto iudicium.

a Spec. Saxo. lib. 1. ar. lx. & lib. iij. art. liij. ſuprà iure municipali. ar. x.

Itaq; primę ſentētię quas ſcultetus aduocato feudali inuenire debet hæ ſunt.

Aduocatus in primis ſcultetum interrogare debet, ſi tempus iudicij ſit, quòd cùm iſtud per ſententiam inuenerit, tandē quæret, ſi iudicium bannire poterit; & inuenitur ſibi quòd facere id poteſt, ſi iuridicā poteſtatē habet. Tandem quæret vlteriùs,

an de iure demandare debet, quæ demandāda sunt & inuenitur sibi quòd de mādare debet excessus circa iudiciū, turpia verba, ac omnē iniuriam, & hæ sunt tres primæ sentētiæ, quas scultetus aduocato inuenire debet. Interroget posthac Scabinum, si pacē iudicio indicere debeat? Respondetur, quòd pacem indicere debeat, de iuris forma. Indicitur que pax, quòd vnus alium in sua nō impediat querela, in causisque suis. [b] Quòd si quis alium infestauerit clamore, vehementi cursu, increpatione, & alijs iniurijs sibi in querela nociuis, si id iniuriosè fecerit ac protestatum sit, iudice & scabinis, acquiritur ab ipso emenda, & iudici mulcta. [c] Si id fiat coram aduocato, demeretur tres libras: si coram Sculteto, octo solidos.

b Modum iudicij banniendi. vide itidē lib. 1. art. lix. Spec. Saxo.

c Vide infra eo. lib. ar. xlvi.

d Spec. Saxo. lib. 2. ar. liij.

[d] Quandocunq; vnus emendam acquirit, iudex etiam suam tollit mulctā. Attamē sæpius iudex mulctam acquirit, vbi nulla soluitur emēda: vt est pro iniurijs, quum contra honestatem iudicij quis cōcitatis verbis, vel aliquo alio iudicium impedierit, vel indisciplinatè se habuerit. Iudex tandē ibidem vnicuique demandabit, quod contra alium querelam honestè proponat suam per procuratores aut ferendarios, quòd nullus negligat se, aut impediatur in iure suo.

[e] Quilibet homo potest verba sua loqui iure municipali, qui iuri suo non est passus detrimentum, & hoc si periculum sustinere vult, quod exinde euenire possit.

e Vide Spec. Sax. li. ar. lx.

GLOSSA.

IN articulo præsenti declaratur modus iudicij banniendi municipali iure, determinatumque numerum scabinorum ponit, cùm dicit eos esse debere numero vndecim, & scultetus duodecimus.

Circa id tamen quæstio exoriri possit. Ex quo quidem determinatus sit scabinorū numerus per expressumque habetur, quòd vndecem esse debeant, cur id fiat ꝙ in plerisque ciuitatibus, iure Maydeburgensi vtentibus, non nisi sex eligātur. ℟. quòd id ex eò fit, quia Maydeburgū est origo iuris municipalis, in defectuque omnes illic ius tenētur quærere suum, vnde & meritò maior numerus cōnumerari debet, qui ius, iustitiā, & sententias decernant, quàm in alijs ciuitatibus, à quibus ad illos fit recursus. [f] Numerus verò scabinorum denotat numerum vndecem discipulorū Saluatoris no stri, excepto Iuda traditore. Scultetus verò duodecimus, qui & superior

f Cur vndecim numero Scabini eligantur.

perior est, representat Saluatorē nostrum, qui & caput discipulorum fuit. Hæc autem similitudo Saxonibus cùm ad fidem conuersi sunt, in memoriam fidei Christianæ, (iusq́ue & leges eis constitutæ fuerunt) relicta est, quòd iudicio præsidentes scabini vndecem numero esse debeāt, & scultetus duodecimus. Et quemadmodum Apostoli Christi, corpus denotabant Ecclesiæ vnum; ita vndecim scabini, qui & membra iudicij sunt, scultetus verò caput illorum vnitatem iudicij repręsētant. Vnde & siquidem à corpore membrum vnum aut plura dissecentur, manet tamen corpus capite & corde durāte. Ita in proposito, quamuis in alijs ciuitatibus non nisi sex reperiantur, minori tamen numero esse non possunt, nisi septem aut sex ad minus, & scultetus vltra id septimus vel octauus, ad denotandum, quòd in alijs ciuitatibus non tanta requiritur iuris peritia prout Maydeburgi, ad quam ex omnibus ciuitatibus prouocatur. Vnde & Maydeburgi si iudiciū banniri debet, requiritur quòd septem vel adminus sex scabini interesse debeant: in alijs verò ciuitatibus, vbi scabinorum senarius numerus haberi solitus est, *g* pro iudicio bannicndo quatuor vel adminus tres præsentes esse oportet, & hoc ex eo; quia forsan tantus numerus prout Maydeburgi scabinorum esse non potest, quare sufficit medietatem accipi ex necessitate, & id seruabatur ex antiqua consuetudine, quæ iam pro iure habetur: vt xij. dist. diuturni mores.

g Pro iudicio bannicdo tres Scabini sufficiunt: extra Maydeburgū in aliis ciuitatibus.

Quæstio *h* circa id exoriri potest. Ex quoquidem scabini vndecem numero Maydeburgi esse tenentur, quis eosdem officio præficere debeat. R. Postquam Maydeburgum iure municipali confirmata fuit, Schartaniæ ducatus habebatur, per imperatoremque Ottonem prouincia illa pro dote ecclesiæ Maydeburgensi donata fuit, episcopusq; Maydeburgensis protunc ecclesiæ præsidens, ab imperatore Ottone magno ducatum acceptauit, ecclesiæ cathedrali applicando. Commisit præterea & demādauit imperator prę tactus episcopo plenariam tribuendo auctoritatem scabinos eligendi, eosq́ue officio scabinali infeudandi: antehac etenim scabini ipsi ministeriales imperij erāt, bonaque eorum situata habebantur in ducatu Schartaniæ: eosdē imperator pro tēpore illo liberos ab obsequio fecit, officium scabinorum eis conferendo, & exinde liberi scabinorūq; sede digni nominantur: posthac verò collatio feudi officio scabinorum in episcopum cessit, & is scabinatum in feudum præstare solet: hoc autem priùs facere non potest, quoad ab imperatore infeudatus sit: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lix.

h Maydeburgi quis scabinos præficere officio debet.

Imperator autem spiritualibus sceptro conferre solet feudum: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lx. ad denotandum, quòd ex gratia eis tribuitur, nec huiusmodi feudum cōferre potest, nisi coronatus Romæ fierit.

Vnde circa id attendendum, quòd officium scabinale hæreditat in proximum hæredem feudalem *i* & quia hæres feudalis filius est, & omnes masculi à patre prouenientes sursum vel deorsū. Mortuo itaque scabino, hæres, proximior, hoc est filius, sedem scabinalem occupat: in defectu verò eius proximior agnatus: vt Sp. Sax. libr. iij. art. xxvj. §. hanc sedem pater primogenito, &c.

i Vide Spec. Sax. lib. iij. art. xxi & xxij. glossa & feud. c. vi.

Dubitare quis vlterius posset, *k* an episcopus feudum huiusmodi scabinale denegare iustè alicui posset? R. quòd sic, ex certis & legitimis causis. Primò, si patri similis generatione non fuerit: vt Spec. Sax. lib iij. art. xxvj. Secundò,

k Episcopus Maydeburgē. an feudū scabinale denegare poterit.

dò, si defectuosus; vtpote, surdus, cæcus, mutus, &c. sit: vt Spec. Sax. lib. j. art. iij. Tertiò, qui anno & die in banno permanserat regio: vt Specul. Saxon. libr. j. art. xxxviij. Quartò, si iure priuatus sit: vt eodem articulo lib. j. habetur. Quintò, si in anno & die feudum non postulauerit, ita ꝙ illud vacare contigerit: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lx.

l Defectus aliquis in officio existenti superueniens, deponi propter id ab officio nõ debet.

Sciendum *l* tamen, si scabino post adeptõem officij aliquis defectus corporis aduenerit; vt est cæcitas, surditas, lepra, deponi non debet, verùm officium retinet ad vitam suam: tum etiam, si excommunicatus fuerit, nõ propter hoc ab officio deponitur, sed præcauere debet ab ingressu contubernij eorum. Si autem, vt dictum est, infeudati non sunt, defectusque huiusmodi eos præuenerit, episcopus feudum eis denegare poterit, aliàs ad vitam durant suam, nec eis viuentibus in loca aliquis surrogari debet, nec infeudari.

m Scabinorũ sede digniꝰ requisita.

Vnde notandum *m* circa id, quòd is qui sede scabinali residere debet, infra scriptas in se conditiones habeat necesse est. Primo necessario requiritur, quòd scabinus sit homo liber: vt Spec. Sax. lib. j. art. ij. & art. iij. Ad clypeum etenim pertinere debent, aliàs feudum habere non possẽt: vt feud. c. ij. Secundò, quòd synodum quærere eos oportet, & iudicium Comitum: vt Spec. Sax. lib. j. art. ij. Tertiò, quia officium ad nullum hæreditat, nisi sit ei similis generatione: vt lib. j. art. v. & lib. iij. art xxvj. Spec. Sax. isq; descendere debet ex parte gladij. Quartò, quòd contra vnumquẽque testes esse possunt: testimonium tamen eorum fieri debet in iudicio bannito: vt Spec. Sax. lib. j. artic. vij. & viij. Quintò, quòd in generatiõe eis dissimilibus in causa duelli respondere non coguntur: vt libr. j. art. lj. & artic. lxiij. Item, scabinum etiam locum sui ortus, & progenitores declarare non oportet contra generntione dissimiles: vt lib. iij. art. xxjx. Præterea, pro iniurijs accusatus respõdere non tenetur, nisi in legitimis iudicioru̇ terminis: vt Spe. Sax. l. j. ar. lix. & ar. lxvij. *n* Vnde & quidqd commodi ac pecuniarum ex sententijs eis cedit, iustè accipiunt: vt j. q. ij. c. & si omnes. Si autem id faciant ex auaricia, vel propter vanam gloriam officium appeterent, peccarent: vt j. q. j. cùm omnes auaritia.

n Scabini solidos scabinales iustè accipiunt.

o Scabini Maydeburgenses si morietur imperatorq; coronatus nõ sit vt alij infeudẽtur quis interim iudicium prouidebit.

o Quæritur præterea, si scabini Maydeburgenses morte decedant, imperatorq; coronatus non sit, & ita episcopus regalia seu feudum ab imperatore non habeat, vt tãdem alios infeudet scabinos, quis interim iudicium prouidere debet, & quo pacto prouideatur

Sciendum, postquam Otto imperator officium scabinorum de consensu & consilio totius prouinciæ infeudauit, confirmauitq;, constitutionem ibidem decreuit: si & in quantum contigerit scabinos decedere Maydeburgi, & imperator coronatus non sit, episcopusque feudum ab imperatore non habeat, ne officium vacaret, malefactumq; & excessus nemaneant impuniti, vt consules ciuitatis, de consensu episcopi scabinos eligere possent, & iudicium prouidere. Non tamen illos ad quos iure successorio ex morte prædecessorum officiũ pertinet, imò nec illis, vt sic, legitimis expectantibus feudo nocere debet: hoc tamen præcustodito, quòd nec illi vltrò se intromittere ad officium debeat, quia aliàs perderent feudum per id.

Postquam verò episcopus regalia ab imperatore nactus sit, extunc illos qui iure ad id pertinẽt, infeudare debet, & nullum alium. Si etiam locum vacare contigerit,

rit, nec aliquis ex genealogia prę-
mortui supereſt, poterit homo i-
doneus, probus, & dignus ſede,
in ſcabinum eligi, ſiue ille in ciui-
tate reſideat, ſiue non; ſiue ſit ci-
uis, ſiue miniſterialis: eundem e-
piſcopus liberè dimittere debet,
& officio huiuſmodi infeudare,
& hoc ex eo conſtitutum eſt, ne
officium iudicij negligatur. Poſt
infeudationem verò ſcabini im-
perio omagium præſtare tenen-
tur, ac iuramentum ſecundùm iu
ra ingenuorum: vt Spec. Sax. lib.
iij. art. liiij. Quo pacto autem iu-
ramentum id fieri debeat, vide ſu
pra art. viij. in gloſſa. & per oma-
gium iuramentum etiam præſtant
iudicio.

p Scabinus no uiter electus, eſt adminiſtrator negociorum ſcabinalium.

p Scabinus etiam nouiter in-
feudatus efficitur camerarius,
& adminiſtrator negotiorum ſca
binalium; vnde & præſens eſſe
debet ſcabinos expectando, ſo-
lidos in iudicio acquiſitos in ca-
mera conſeruando: ſi quid autē
neceſſario fuerit ex pecunijs illis
ſubminiſtratur.

q Scabini ſingulis quatuor tēporibus anni ſolidos diuidunt.

q Singulis verò
quatuor temporibus pecuniā ſo-
lidorum collectam inter ſe diui-
dunt, nec aliquis participat cum
eis de pecunia huiuſmodi.

r Scabinis quantum præſtatur à ſententia & quid notario.

r Scabinis etiam à qualibet sē-
tentia Maydeburgēſi, ſingulis da-
tur ſolidus vnus, ita quòd vnuſq-
uis ab ortilegio per vnum habeat
ſolidum.

ſ Vide ſupra art. xi.

ſ Notario verò duo ſo-
lidi præſtantur; officiali verò ſca-
binorum, & qui eis inſeruit, etiā
ſolidus vnus numerorum com-
muniter in foro currentium.

t Spec. Saxo. lib. i. ar. y. & ar. xi. & item lib. ij. art. xii. glo. lib. iii. art. lxxiii. ſupra iure Munici. art. x. infra art. xxxiii.

t Vn
de & ſcabinorum ſede digni di-
cuntur, qui ita liberi ſunt, quòd
in ſcabinos eligi poſſunt, ſi neceſ-
ſitas poſtulauerit: vt Spec. Sax.
lib. j. art. ij. lib. ij. art. xij. ſcabi-
norum verò libertas eſt omnium
vilior: Spec. Sax. lib. iij. art. liiij.
& Inſtit. de libertinis. §. libertino-
rum.

In textu cùm dicitur: Et ſcul-
tetus duodecimus. Vnde ſcien-
dum

dū, quòd ſcultetus iudex ſit Bur-
grabij vel aduocati, cùm contra
eos conqueritur, & hoc in ciuili-
bus cauſſis. Quemadmodum Pa-
latinus Rheni iudex eſt imperato-
toris, & Burgrabius Marchionis:
vt Spec. Sax. lib. iij art. lij.

Contra id argui poteſt, hoc mi
nimè fieri poſſe: habetur etenim
Spec. Sax. lib. iij art. lv. quòd ſu-
per vitam illuſtrium nullus iudi-
care poteſt, niſi rex. ℞. ſub diſtin-
ctione, quòd actio eſt duplex;

u Actio duplex ciuilis & criminalis.

ciuilis & criminalis. x Ciuilis a-

x Vide Spec. Sax. lib. i. art. Lxxii. & li iii. ar. xv. & item lib. i. ar. Lxxi. gloſ. iure munici. infra ar. xxij. & lxij. gloſſ.

ctio, vt eſt occaſione debiti, ſcul
tetus, vt ſic, iudicat ſuper aduo-
catum, & de iſta hīc loquitur. A-
lia eſt criminalis, quæ pœnam ex-
petit in corpore, membro, cute,
crinibus. &c. vt ſic, ſcultetus ſui
ſuperioris iudicis iudex eſſe non
poteſt, y exaudire tamen negō-
cium poteſt, & ſuperiori iudici in
ſcripto tranſmittere, vt ibi tandē
ſententietur: vt C. vbi ſenatores
vel clariſſi. l. quotiens. & in au-
ten. vt cleri. apud propri. epiſco.
§. ſi tamen coll vj.

y Vide Spec. Saxo. lib iii. art. lv.

Pro intellectu etiam textus ar-
ticuli notandum venit, z quòd
iudices itriplices inueniuntur. a
Quidam ſunt veri iudices, qui &
ipſi ſoli iuriſdictionem habent &
iudicium, dicunturque ordinarij
iudices; vt ſunt principes & libe-
ri domini. Alij ſunt, quos princi-
pes iure ſuo in prouincia infeu-
dant; vt ſunt comites. Tertij ſunt
commiſſarij: vt C. de offic. diuer.
iudic. Sunt præterea alij iudices,
arbitri vocati ſeu voluntariè per
partes aliquas accepti iudices, vt
cùm duo negocium aliquod ha-
beant, & in aliquem conſentiunt
liberè, qui cauſſam inter eos diſ-
cernet, & ab iſtis appellare non li-
cet. Alij ſunt iudices ex euentu, vt
cùm accidat cuidens furtum, vel
violentia, b eligitur à villanis iu-
dex Gograuius dictus, ad iudicā-
dum factum illud, abſolutoq; fa-
cto huiuſmodi caſuali, per ampli-

z Iudices triplices.

a Vide Spec. Sax. lib. i. ar. lv. & li. ij. ar. xxij. & infra iure munici. art. ſequenti & ar. xiv. glo.

b Spec. Saxo. lib. i. art. lv.

us iu-

usiudex non erit. Tertij dicuntur iudices subdelegati ab imperatore, vel Sanctissimo, aut principe missi, ad audiendum decidendúe aliquam causam cum sufficienti mandato; quæ & commissio dicitur. Id etenim princeps quilibet facere potest, commissariumque trasmittere, vel per literas constituere, ad audiendum inter partes allegata & responsa in causis ciuilibus, causamq, determinare iure vel amicabiliter, decisioque huiusmodi robur habebit, ac si princeps solus eam decideret. Sed & Apostolicus, & alter spiritualis quis iudex id licitè facere potest. Sentētiā tamē iudicū huiusmodi subdelegatorum increpare vnus poterit: vt iij. q. v. c. accusatores.

Aduertendum circa id, quòd inter omnes infeudatos iudices, scultetus est inferior iudex, qui & liber esse debet, & ingenuus, ac ex illa iurisdictione oriundus: vt libr. iij. art. lxj. & vocatur etiam apud alios præfectus, iudicio enim præesse solet.

c In pronunciandis sentētijs alia consuetudo obseruatur iure nostro, alia item Cæsareo & spirituali. Iure enim Cæsareo & spirituali iudex solus edicit sententiam iure verò nostro iudex interrogat scabinum, & quidquid ille inuenerit, pro iure habetur, dummodo ab vtroque consensus sit.

d Iudicij banniendi modus. Iudicij *d* etiam banniendi modus, cùm iudicium legitimè expositum bannitum exercetur, is obseruetur: vt sic enim, postquam iudicio consederint scabini cum aduocato, extunc aduocatus seu comes scultetū, vel scultetus scabinum interrogare solet. Exquoquidē hodie dies est iudicij legitimi expositi, an tempus sit iudicium banniendi nec ne; vt Specu. Sax. lib. iij. art. lxj.

e Spec. Saxo. li. iii. ar. lxix. & lxi. in glos. *e* Ieiunoq; & sobriè iudicium exerceri debet. Si verò iudicium sit extra diem legitimum expositum, vt ex necessitate, iudex aliū seruabit modū: quærere enim debet, exquoquidē necessariò querela proponitur, vel ex necessitate iudicij expetitur, an sit banniēdū? scabinus decernet, quòd sic: obseruareq; modum iudex debet in huiusmodi iudicio opportuno & necessario; qui communiter habetur in processu iuridico. Cùm verò iudicium bannitum iam sit, paxque denuntiata, vt iuris est, vnus quiuis *f* tandem procedat in causis suis iuxta iuris ordinē, ne iuri derogetur suo.

f Vide Spec. Saxo. lib. i. art. lix.

g Iudicis requisita in iudicando. *g* Iudex etiam potissimum curare debet, vt iustè iudicium exerceat: eadem etenim hora qua iudiciū initiat suum, Deus omnipotens, iudiciū itidē extendit suum super iudicem & scabinos, in hāc vel in illam partem eosdem sentētiaturus. *h* In locoq; iudiciali depictum habeatur extremum Dei iudicium, vt iudex recogitet & præ oculis habeat, extremo Dei subesse iudicio. *i* Estq; iudex locū tenens Dei; quia nomine & loco Dei excessus corrigit iudicatque. Quare & mulcta, quæ ppriè Deo conuenit, pro excessu eidem soluitur. *k* emenda verò, contra quē iniuriatus est: vt xxiiij q. v. c. qui malos percutit. Si etiam contra iudicium excesserit quis, emendare eum oportet: vt Spec. Sax. lib. j. art. lij. Nec mulctam iudex dimittere debet.

h In loco iudicij depictum habeatur extremum Dei iudicium.

i Iudex est locū Dei tenens.

k Vide Spec. Sax. lib. i. ar. xli. glo.

l De ferendariorum vtilitate. *l* In textu cùm dicitur: Per procuratores seu ferendarios, &c. Ferendarij etenim pro communi vtilitate instituti sunt. *m* Vnde ferendarius dicitur ille, qui amici vel alicuius alterius querelam iudici declarat. *n* Ferendarijque esse nō possunt, phreneticus, surdus, mutus, annos non habens, mulier, hæreticus, Iudæus, monachus, presbyter; signanter in secularibus negotijs, quàmuis iure spirituali procurare possunt in causis ecclesiæ, pro eorū amicis & pauperibus, viduis: vt extra. de postulando. c. j. & ij.

m Ferendarii qui esse non possunt.

n Vide Spec. Sax. li. i. ar. lx. & C. de postulan. l. nemo infra iure municip. art. xiii.

Feren-

Ferendarioꝝ cautelæ & vtilitas.

o Ferendarius etiam verbis minacibus cauſſam proponere non debet: et is, qui ſolus loqui in iudicio cœperit, ferendarium habere non poteſt: vt Spe. Sax. lib. iij. art. xxx. Iure priuati ferendariũ itidem habere non poſſunt, tùm & omnes illegitimi.

Ferendarij vtilitas eſt, ꝙ principalis verba eius retractare ante ſententiam poterit: vt C. de errore aduocatorum. l. errores. Ferendarius præterea à iudice poſtulatus, datur partibus, & aliter non: vt Spec. Sax. libr. j. art. lx.

p Ferendarius an recuſare poterit verba alicuius loqui.

p Poteſt tamẽ quandoq; ferendarius denegare verba alicuius loqui, ſeu cauſæ patrocinari, q & hoc ſi ſuus inimicus ſit, vel ſi contra affinẽ ſuum actio deberet dirigi: aliàs cùm demandatum ſibi per iudicem ſit, excuſare ſe minimè poterit, vt cauſſam non defendat, & hoc intelligendum, vbi poſſeſſionatus eſt, vel actionẽ aut ius proſequatur.

q Spec. Saxo. lib. i. art. lx.

Ferendarius præterea eſt mules iudicij: quemadmodum enim milites prouincias defendunt armis, ita iſti verbis: & quemadmodum ille viram tuetur, ſic & iſte ſtatum: vt C. de aduocatis diuerſo. iudi. per totum. r Ferendarium ſi duo petant in iudicio, eſt in voluntate iudicis eundem dare cui vult.

r Spec. Saxo. lib. i. art. lxi.

Articulus XVII.

De exceſſu iudicis & eius pœna.

ATtendendum ſuper eo ſi Scultetus impediuerit aliquẽ in ſua querela, a & ſibi iuſtitiam nõ iuuerit, vel recuſet minus iuſtè, & pro eo corã Burgrabio aut aduocato cũ teſtibus incuſetur, quid facere debeat, ipſũ enim cum teſtibus etiam euadere oportet.

a Spec. Saxo. lib. ii. ar. xxiii.

Cum qualicunq; teſtimonio ſuper iudicẽ queſtum fuerit, tali teſtimonio excuſari cogitur, ſiue ſint ſcabini, aut alij iudicio pertinentes. b Si verò coram aduocato in iudicio bannito, tunc citiús teſtibus vinci poteſt, quã ille cum teſtibus euadere poterit. c Si autem vir cedere vellet teſtibus & inculpat eum de ſua ſcientia, extunc ſuper eo, vnica euadere poteſt manu.

b Spec. Saxo. lib. i. art. vii.

c Spec. Saxo. lib. i. art. vi. & lib ii. art. xxii.

Quãdo inculpatur pro cauſa huiuſmodi coram aduocato in inſtanti reſpondere tenetur, poſtquam iudicium legale ibi dem fuerit, quia neceſſariò ibidẽ præſens eſſe debet, niſi legale impedimẽtum eundem occupet, ꝙ impedimentũ ſtatim probare eum oportet.

Si non oſtenderit, aut iniuſtè renuerit, vel per iuſtitiam excuſare ſe recuſauerit, ſuper iniuria ſibi obiecta quam exercuit, extunc condemnatur aduocato in decẽ talentis idem Scultetus, & illi debitũ perſoluet, cui iuſti-

iusticiã facere recusauit. Interimque quoad debitum non resarciet, vel solus non soluet, aut iure se nõ excusset in iudicio proximo, amplius nullius iudex esse poterit, nisi se ab hac inculpata causa, vt præmissũ est, eliberauerit.

d Contra indices grauis imposita pœna.

Si autẽ pro facto criminali iustitiam vel iudicium recusauit, sicut pro homicidio, furto, spolio, ecclesiæ violentia, incendio, & his similia, quæ crimina capitalia [e] dicuntur, hoc iudicium super eundẽ decerni debet, quod super illum extendi debuerat, nec pro eo pecunia, aut emenda, aut recompensa, aut aliquo alio eliberari poterit, si in his vincatur, vt iuris est. [f] Si autem vnus in captiuitatem iudicij publicam, vel ad iudicium præsentatus fuerit, vt detineatur ibidẽ, & si euaserit exinde sine iudicis culpa, aut negligentia, pro crimine quod transit ad collum, soluet verigeldum, id est recompensam, si ad manum mediam recõpensam, iuramento tamẽ eum confirmare oportet, si sibi non creditur, quod absq; eius culpa captiuus euasit.

e Spec. Saxo. lib. ii. ar. xiii.

f Ex captiuitate si quis aufugerit præter iudicis culpã iudex quomodo euadet.

[g] Recompensa alias verigeldus integer iure municipali [h] est decem octo talenta nummorum, qui cõmuniter in vsu habentur illic vbi demeruit recompensam: media recõpensa nouem talenta.

g Verigeldus quantũ valet.

h Spec. Saxo. lib. iij. ar. xlv. & lib. i. arti. xxxiij.

GLOSSA.

ET quia articulus præsens de iudicum negligentia cum appositione pœnæ tractat, idque quãdoq; cõtingere potest in criminalibus, quandoq; verò in ciuilibus causis, quare pro intellectu horum amplior considerandum venit, quòd actio duplex est, ciuilis & criminalis. Ciuilis [i] actio dicitur ex eo, quia tàm actor quàm respõdens, ante querelam, in querela, & post querelam ciues manent, in statuque conseruantur suo: criminalis verò est, quæ pœnam pro excessu exigit.

i Spec. Saxo. lib. i. ar. lxvij. & lxxi. & supra ar. precedenti gloss. & infra ar. lxxij glo.

Scultetus, vel alter quiuis iudex, vt textus habet, si aliquem in sua impediat querela, vbi superior eius iudex præsens fuerit, pro eoque cum testibus impetetur, siue sint scabini vel alij iudicio pertinẽtes, cũ simili testimonio, inno cẽtiã suã eum declarare oportet.

[k] Sciendum præterea venit, q̃ iudices triplices sunt. Veri iudices, qui vexillo feudi infeudantur, iurisdictionemque habent & iudicium; vt sunt principes. Secundi sunt, quos isti primi vlteriùs infeudãt in prouincia iure suo; vt sunt Comites, Sculteti. Tertij sunt commissarij.

k Spec. Saxo. lib. i. ar. lv lib. ij. arti. xxij. iure muni. ar. precedenti & infra art. xliv. gloss.

Ius etiam triplex est, spirituale sæculare, & feudale.

Iudex vlteriùs infeudatus cõuinci potest testimonio in duobus. Primò, si ius ab ipso expetitur, & ille recusat, & si actio sit ciuilis, testesque commemorantur, extunc

Recom-

extunc mettertius contra iudicē probabit. Si verò iudex innocentiam declaraturus ſuam excuſaturum ſe offert, extunc ex ſententia ſcabinorum itidem mettertius facere cogitur, cum ſimilibus teſtibus, prout impetebatur. Quodſi actio ſit crimjnalis, actor eum cōuincere debet metſeptimus: vt S. Sax. lib. ij. ar. xiij. §. ſi quis iudiciū.

l Spec. Saxo. lib. ii. ar. xiii. glo.

m Secundùm leges iudex in ſuam profeſſionem in criminalibus ſententiam cōuictus efficitur infamis, mittiturque in exiliū: vt C. de iudi. qui male iudi. l. vltima.

l Poſtquam verò, vt ſic. conuictus teſtimonio fuerit, pœnam illam ſufferre cogitur, *m* quam adminiſtrare recuſauit: vt C. de pœna iudicum qui malè iudicant. per totum. Si autem conuictus fuerit in ciuilibus cauſſis, damnum reſarciet. Aduocatio verò vel ſuperiori domino decem libras ſuccūbet, & donec huic ſatisfecerit, nullius iudex eſſe poteſt. Intellige tamen, ſi contra eum teſtimonio, vt ſupra tactū eſt, procedatur; ſumma ergo cum diligentia iudex cuſtodire debet, ne iniuriam faciat, ſecundumque ius ſcriptum omnia agat. *n* ius enim maiorem cōplectitur miſericordiam, quàm quod iudex excogitare poſſit: vt in auten. de iudi. vt nullatenus. §. oportet. periurus enim coram Deo efficitur, ſi quis contrarium faciat: vt xxij. q. v. per totum. Efficitur etiam domino ſuo infidelis: vt xxij. q. v. de forma fidelitatis. Eſt etiam iure priuatus coram Deo & hominibus: & ita iudicium perampliùs exercere non poteſt: vt iij. q. vij. c. Infames. Secundò cōtra iudicem huiuſmodi proteſtari poteſt, ſi negare vellet, aliquid eorum, quæ in iudicio acta ſunt: vt in auten. vt nulli iudic. hic. haber. §. & hoc. coll. jx. Et id tenētur de iure ſæculari: vt Spec. Saxo. lib. ij. art. xxij.

n Spec. Saxo. lib. ii. art. xlv.

Iudex commiſſarius teſtimonio etiam vinci poteſt, ſi in ſentētiando magis acclinatus fuit vni parti quàm alteri, *o* vt ſubiectus reſpectu domini: vt xxij. q. v. de forma. vel ſi vnius domini ſint: vt iij. q. iij. q. v. accuſatores. vel ſi vnius familia ſit, aut inimicus alicuius: vt iij. q. v. c. vlt. & id tenetur iure ſpirituali.

o Vide hoc idem li. ii. Spec. Saxo. ar. xxii.

Iudex etiam feudalis vinci teſtimonio poteſt in iure feudali, cum eius vaſallis: vt de vſu feud.

Si autem pro facto criminali, &c. Vnde vt dictum eſt, actio huiuſmodi criminalis dicitur, quando in vitam, cutem, crines, ſanitatem, &c. ſe extendit: quemadmodum ſunt homicidia, vulnerationes, furtum, præda: vt lib. ij. art. xiij. vt ſic enim, ſi iudex iuſtitiam adminiſtrare recuſauerit, conuictus eliberare ſe pecunia aut verigeldo minimè poterit, ſed pœnā illam pati cogitur, quam facere diſſimulauit: vt C. de ped. iudic. qui ma. iud. per totum.

Si autem vnus in carceres publicos datus ſit, &c.. hoc etiam dupliciter intelligi poteſt: vel datur carceribus ex querela ciuili, quod & raro euenit, eximdeque euaſerit, iudex pro iſto accuſatus, vnica abſoluitur manu, quòd abſque eius id factum eſt culpa.

Si verò in criminali cauſſa præſentatus euaſerit, eum iuuare minimè poteſt innocentia, quam fecit tacto ſacramento; ſed reſarcire illi tenetur, qui eum carceri tradiderat vno integro verigeldo, ſi pro vita agebatur: vel medio, ſi pro manu, vt textus habet.

Quæſtio circa id exoriri poſſit. Nonne ſalubriùs eſſet, quòd malefactor dimittatur, quàm quòd pœnis affici debeat. Eſt enim doctrina Chriſti, quòd inimicis exceſſus dimittere debeamus. ſoluitur inſtantia per diſtinctionem.

p Vnde notandum, quòd debita & exceſſus dimittere intelligitur dupliciter, ſecundùm quòd exceſſus bifariàm fiunt. Primò exceſſus dicitur, quando quis contra me aliquid iniuriæ facit, &, vt ſic, vindicare minimè debeo; verùm ex corde dimittere. Et de iſto habe-

p Exceſſus nobis illatos quomodo dimittere debemus & quomodo non.

habetur nu euangelio: Dimittite, & dimittetur vobis. Secundò, excessus fit contra iuris præcepta, & illud dimittere non debemus: qp si dimittitur, contra præceptum Dei fit, qui facit malos de medio bonorum tollere, præuenireque eorum malitiæ, quodque per pœnam temporalem pœnam euadāt æternam. Ira enim omnipotentis Dei non iugatur, cùm hîc pro meritis peccator corrigitur: vt xxiij. q. iij. c. si ea de quibus. Vnde & iudex malefactorem veris sententiis conuincens, & eum morti iudicans, non peccat, inquantùm malefactor facti noxius est: vt xxiij. q. iij. c. illud etiam.

Articulus XVIII.

De querela contra iudicem iustitiã facere denegantem.

DE iudice cõsiderandũ sequitur, si non iustè iudicauerit, cùm sibi querulatur, aut illud ommiserit, propter amorem, compatictiam, munera, aut aliquam aliam causam: vel si solus noxã aut iniuriã fecerit, quam de iure facere non debuit: propter id enim iudex electus est, quòd ius fortificet, & iniustitiam debilitare deberet. Si itaque querela super ipsum in iudicio facta fuerit, Sultetus iudex esse debet aduocati, & cogitur veris sententijs ad respondendum ad obiecta, vt nunc declaratur. Primum petatur per sententiam, quòd aduocatus surgat, & iudicem in suo loco sedere faciat, qui illum iudicet, tandem & sedere procuret Scultetum, qui iudicabit super aduocatũ. Consimiliter etiam aduocatus iudicabit super Scultetũ & ex eo Burgrabius nullum legale iudicium habere potest, [a] sine Sulteto, quia coram eo se exhibere debet iustificaturum, si contra eum propositum sit. *a Spec. Saxo. lib. 1. ar. lix. & lib. iij. art. lij. & supra iure munici. ar. x. & xvi.*

Si contra iustitiam anno & die id facere recusauerit, domino terræ iudicium vacabit, & bannũ regi, si contra eum prosequatur per veras sententias, vt iuris est.

GLOSSA.

Textus articuli non aliud intendit, nisi vt ostendat quo pacto iudex se retinere debeat cũ iudicio pręsidet. Vnde circa id sciendum, quòd iudex non nisi cùm iudicio pręest, [b] iudex dicitur. [c] Cũ verò iudicium resignat, & ex sede iudicij banniti exsurgit; non iam vt iudex, sed vt simplex homo habetur: nomẽ enim istud ratione officij inditum habet, ad communemque vtilitatem à Romanis statutum est officium iudicis. *b Spec. Saxo. lib. 1. art. lix. glos. c Iudex non dicitur iudex nisi cum iudicio præest.*

[d] Iudex etiam triplex habet nomen: dicitur enim quandoque prætor, & hoc ex eo; quia officium e- *d Iudex triplex nomen habet.*

um eius est ex parte imperij: specialiter homines cogere & inducere ad honestè viuendum, alteri non nocendum, & cuique quod suum est tribuudum. *e* Hæc enim sunt iuris præcepta: vt Iustitu. de instit. & iur. §. iuris præcepta. *f* Frustra enim essent præcepta & constitutiones, nisi sint hi, qui homines ea adimplere cogerēt. hoc autem officium est prætoris: vt ff. de offic. præto. l. j. Sed & corrigere atque punire debet excessiuos & contra facientes. *g* Vnde & olim id seruabatur, quòd iudices per se pœnis afficiebant maleficos: vt xxiij. q. v. de occidendis hominibus. Dicitur etiam iudex ipse præfectus, idque nomen ab imperio inditum fuit: potestas enim eidem dabatur, agēdum pro commodo imperij, & constitutiones faciendi de consensu prudentum: vt Spec. Saxo. lib. ij. art. lv. estque nomen officij. Regere etenim debet subditos pro communi vtilitate, & eis præcauere de futuro damno: quādoq; enim vnus proprium damnum dimittere cogeretur, si patrocinium nō habeat. Tertium nomen habet, quòd vocatur iudex, estque nomen eius peculiare & commune, duo priora includens in se, iureq; nomen istud inditum est sibi: hæc enim præcedentia nomina, quòd videlicet prætor vel præfectus dicitur; prouenit ratione communis vtilitatis, quā vel maximè curare debet. Istud verò tertium ratione officij, officium tamen suum iudex exactè implere non potest, nisi per veras sententias iudicas; id enim propriè competit iudici. Iudex namq; dicitur, quasi ius dictans, pronuncians, vel inueniens, & hoc de consilio scabinorum, secundùm ius nostrum, deriuationemq; quādam habet à nomine iustus: ille etenim qui aliorum excessus corrigere debet, eum sine offensa esse oportet; iudex itaq; omnibus iustus esse debet: vt Spec. Sax. lib. iij. art. xxx.

h Iudex præterea propter nullā causam iudicium inuertere debet suum, & præsertim præcauear, ne iudicet ex timore, auaritia, odio, amore, & propter munera. Ex timore seu metu iudicatur, dū potestas alicuius pertimescitur. Ex auaritia verò, dùm præmio aut munere corrūpitur animus iudicis: vt j. q. j. c. cùm omnis auaritia. Ex odio verò iudicatur, cū iudex erga vnam partem malo fit animo, alteri verò fauorabilē auditorem se præstat: vt iij. q. v. c. accusatores. & iiij. q. iiij. nullus. Ex amore verò vel consanguinitate inuertitur iudicium, dùm amico vel propinquo cōtendimus præstare auxilium. Si quis itaque ex quacumque causa peruertit iudicium Christi, fructum illius in damnationis sibi vertit amaritudinem: de his abundè vide xj. q. iij Quatuor modis humanum iudicium, & sequentibus capitulis.

In textu cùm dicitur: Si itaque querela super ipsum, &c. In paragrapho isto datur modus, quo pacto aduocatus, Scultetus, & quinis alter iudex accusari debeat, si iudicium inuertat suum, ex aliqua allegatarum causarum; subinferturq; in textu, quòd iudicem à sede exsurgere faciat sua: & hoc hisce verbis fieri potest.

k Domine iudex, actio iudicialis tecum mihi est, peto vt loco tui alium substituas, qui iudex tui sit, idq; per sententiam mihi dari opto: an id facere nō debeas, mihi ad obiecta respōsurus, velquid sit iuris. Recuset verò vel deneget iudex scabinum pro sententia interrogare, petitionemque istius si omittit, extunc protestetur scabinis & præcone, si in iudicio bannito sit: vt Spec. Sax. libr. ij. art. xxij. Si verò assurgat, & loco sui alium substituat; respōdebitq; tandem ad obiecta actoris. Quod si iu-

e Vide supra art. 1. & Spec. Saxo. lib. 1. in prolo.

f Spec. Saxo. lib. iij. ar. lxiij. & supra art. viij.

g Nota de iudicibus.

h Iudex à quibus potissimū præcauere debet.

i Spec. Saxo. li iij. ar. xxx. glos.

k Vide præticam quo pacto iudex seu aduocatus de loco moneri debet iudicialis, cùm quis sibi actionem intentare vult.

si index id renuat, vt supra habitū est, actor protestabitur, quod & in sequenti iudicio faciet, ibidemque coram Burgrabio querelam intentabit suam. Postquam verò demandatum fuerit, iudici vt respondeat, ille verò comparere, iustitiamque de se ministrare renuerit, terminus pro secundo iudicio sibi præfigetur, tandem & pro tertio. Tùm & importatio legalis impedimenti ad certū tempus sibi limitabitur, quam si non importauerit; extunc actor corā Burgrabio proponet hi ce verbis. Domine iudex, prout ego querelam meam coram iudicio proposueram vestro, contra N. aduocatum, qui & iustus iudex esse debuit causæ meæ, id tamen minimè fecit: ius enim denegauit mihi, iustitiæque negexit meæ, idque probaturum me offero scabinis & præcone iurato; nec ipse iudicialiter comparuit auditurus querelam contra se. pro primò, pro secundò, & pro tertio; nec legale impedimentum importauit; nec hucusque comparet. peto per sententiam mihi dari, quid exinde demeruit? decernetur tādem, quòd pœnam iniuriarum. Burgrabius tandem proponet Ex quoquidem actori iniuriatus est, quæro à te N. quid mihi? quid erga ecclesiam? tùm erga imperatorem demeruit? inuenietur tandē per sententiam, quòd quoties iudicio non comparuerat, citatus ad respondendum, toties mulctā Burgrabio exsoluet, quālibet decem libris. Propter iniuriam verò factam, aduocatiam amittet ipsaque domino terræ vacabit, & bannum regi ipsi de iure cedet, vt textus habet.

Articulus XIX.

De procunsulis electione.

POstquam proconsul in ciuitate eligitur, ad vnum annum ille eligi debet, [a] & vt sit potestatē iudicandi habebit, super iniustas mensuras potabilium, & pondera, & iniustos coretos, & cuiuslibet cibi & potus, mercimonia, qui paruum coquit & diuendit panem, vel cibaria inualida, & super reuenditores, quòd recto & iusto vendant cibaria precio, & si vnus excesserit, demerebitur, cutim & crines, vel marcam ponderosam, hoc est viginti sex solidos.

[a] *Autoritas procunsulis.*

Constitutio [b] ipsorum est, postquam signum in foro figitur, extuc reuenditores emere non debēt, animo vltra illud venden di. Cùm verò signum depositū sit, emere possunt, quicquid volunt, vt tamen ciuitatis statutum non fregerint.

[b] *Contra reuenditores.*

Statutū ciuitatis si fregerint, demerentur, vt supra tactum est, hoc erit in voluntate & arbitrio Consulum, quicquid accipere velint. Quia & si pecuniam accipiant, manet nihilominus reuenditor infamis & iure priuatus.

Ad

c Iuramentū proconsulis.

Ad id [c] proconsul iurare debet, nec ratione amoris, nec compassionis facere & dimittere vult, sed ciuitatis honorem, profectum, quanto melius & cautius sciat, cum exquito consilio custodire.

GLOSSA.

Superioribus declarabatur de iudicū officio, eorumq; differentia abunde habita est: hic in articulo præsenti officium proconsulis & eius potestas interpretatur. Procōsul enim est quasi medius inter iudices; officiūq; eius est, quòd de consilio exquisitissimorum sibi assidentium, pro communi ciuitatis vtilitate regimen exercere debet, sortiturq; nomen proconsulatus ab officio: præest enim aljs ex officioq; sibi iniūcto dominari, in bonoq; regimine manutenere reliquos debet. Tanguntur; in textu quatuor, quæ potissimum pro cōmodo reipub. curare tenetur. Primùm, quòd superintendere debet superiniustas mensuras. Ex isto colligi potest, quòd quiuis ciuium nō alias mensuras in venundandis & propinādis potabilibus habere debet, nisi sint consignatæ ciuitatis signo. *d* Istud verò superintendere est officium consulum cum proconsule: electi etenim ad id sunt, vt p communi ciuium vtilitate consulant, siue illa potabilia sint: vini, medonis, ceruisiæ, & aliorum liquorum. Secundùm, quod pondera prouideat: & per id intelliguntur insitores, mercatores; & alij omnes, qui res & merces suas sub pondere vendunt: necesseq; est vt prouideatur, ne statutum ciuitatis transgrediātur. Sæpiusq; pondera conspici debent & probari, tàm illa quibus merces sub graui pondere librantur, tàm illa, quæ sub leuiori, vt est institorum: idque ordinetur, quòd vnicuique in communi iustitia fiat. *e* Sed & præfectus institorum, cum duobus cosulibus, pondera conspicere debet, ad minus semel in mense. Tertium, quòd super iniustos coretos iudicet: & per id intelligi debent omnes mensuræ ad venundanda frumenta, sal, & alia ad communem vtilitatem pertinentia. Annumerantur præterea etiam his & vlnæ, quibus pannicidæ, & alij quicumq; merces suas vlnatim scindūt: officium enim proconsulis est, cum consilio exquisitissimorū, pro communi ciuitatis vtilitate, his omnibus prouidere: vt C. de legib. & constit. l. leges, Quartum, quòd prouideant super cibo & potu, ne carislia in ciuitate esculentorum fiat, & in eo animaduertere debent super lanios & pistores.

d Mensuræ potabilium & aliarū rerum debent esse sub insignio ciuitatis.

e Pondera ad minus semel in mense conspici debent.

Vnde & siquidē breuibus hîc declarata habentur ea, quæ ad regimen ciuitatis pertineant, & quę proconsul cum consulibus super intendere debent, tùm etiam qui eorum imperio & mandato obedire teneantur. In generali tamē mœchanici omnes, dato, quòd ciuitas libera sit, siue habeat principem supra se, siue non. *f* tùm & ciues in communi omnes regimini subesse debent proconsulis & consulum ciuitatis, dato, quòd consularus regem vel principem superiorem se habeat. Princeps etenim non omnia superintēdere potest, quæ ad bonū ciuitatis pertinent: vnde & propter id loco sui eligit præfectos & officiales, qui illud superintendant. Ciues ergo nec omnino liberi esse debent à potestate consulum, nec ab obedientia eorum excipere se se, verùm omnibus subesse mandatis, iuramēto satisfacientes suo.

f Ciues in generali omnes, dato quòd principem vel regem habeant subesse mandato ac obedientiæ proconsulis & consulū tenentur.

Ciuitas etiam non ex vno hominum genere constituitur *g* sed

g Vide infra art. xliij.

necessariò ex diuersi status coadunatur hominibus: b vt sunt agricolæ, mercatores, mœchanici, rei militaris homines, tum & serui mercenarij, & alij id genus. Milites quidem pro defensa ciuitatis, agricolæ, vt victum subministrent: mœchanici, qui necessaria parent: mercatores verò, vt ex alienis partibus, ea quibus ciuitas caret, afferant.

b Ciuitas ex diuerso hominum genere constituitur.

Vnde & hæc omnia, exceptis tamen militibus, in textu tanguntur. per id enim vbi dicit: iniustos coretos, agricolas subintelligit, tũ & alios mœchanicos, qui labore manibusq; victũ quærunt suum; vt sunt fabri, aurifices, sartores, sutores, pelliparij, &c. Cùm verò meminit de põderibus, mercatores & institores exprimit: cauponarii verò & tabernatores, per iniustas mẽsuras intelligũtur. Reuenditores verò, lanij, pistores, & alij qui esculenta venundare solent, per id, cùm dicitur: Cibi & potus mercimonia sufficienter enumerantur. Mercenarij etiam & seruilis conditionis homines, laboratoresque, tùm & alij qui arma fabrefaciũt bellica, ciuitati vtiles sunt: & in generali omnes artifices, pro vtili & conmmodo Reipub. valent, sed & omnes obediẽtiæ proconsulis subesse tenentur.

Proconsul etiam cum consulibus, sub suo iuramẽto domino superiori & ciuitati præstito, omnia pro commodo ciuitatis administrare debent: poterintque statutum & constitutionẽ facere, quãtumcumque extendatur infra triginta sex solidos, ad coercendum excessiuos, extendendumque pœnam in cutem, & crines; & qui istud redemerit, infamis efficitur: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxvj. & C. ex quib. causs. alic. infam. l. non damnatos. & Spec Sax. lib. ij. artic. xiij.

Articulus XX.

Quo pacto proprium seu hæreditas iure municipali resignari debeat.

PRoprium si vnus alienare seu resignare iure municipali velit, extũc is qui condescendere seu alienare intendit, a & ille qui illud acceptare deside rat, constitui debent ante quatuor scamna iudicij banniti. b Et qui vt sic proprium seu hæreditatem condescendere vult, petere debet procuratorẽ, quæratq; per sententiam, quo pacto proprium alienare & cõdescendere debeat, vt sibi proficere possit in iure suo. c Inuenitur tandem iudicialiter, quòd cum hæredum consensu, si proprium illud sibi abscessum vel resignatum nõ sit. d Si verò hæreditatem illam proprijs emit pecunijs, extunc eandem dare & alienare poterit cui voluerit: sine cuiusuis contradictione. Cùm verò vt prætactum est propium seu hæreditatem abscesserit, & ille eãdem acceptauerit, vlteriùs per sententiam quærat, ex quoquidẽ abscessionem

a Spec. Sax. lib. 2. art. ij.

b Resignationis hæreditatem solennitates vide.

c Vide Spec. Sax. lib. 2. ar. xxi. & arti. xxxiij. & item art ij eũ & infra iure mun. ar. lxx.

d Articulus præsens innuere vult quòd hæreditas quã quis a parentibus ex successione habet, alienari sine hæredum consensu non potest, sed bene illa quam quis propriis emit pecunijs.

Arti-

onem feci, an istud proficere ei possit in iure suo, quòd cùm sibi decernetur, exinde per sentētiam petat intromissionem à iudice fieri. Iudex tandē aut Scultetus, vel is à quo donationem seu resignationem accepit, eidem intromissionem dare debet, Scabiniq; secū ire tenentur, qui & præsentes esse debent, ad testificandum, quòd intromissio iuris ordine data sit.

Intromissioq; hoc pacto, vt infrà declarabitur exequatur. Iudex domū introibit illius, qui eam alienauit, vel in aream si domus non sit, cæteri verò foris stabunt, & istum cui hæreditas abscessa est, per manum accipiat, in præsentiaq; scabinorum, eundem in domum inducat, hæc verba dicendo. Quemadmodum tibi domus seu hæreditas coram iudicio abscessa, resignata, donataue est; in illam te intromitto, prout ex sententia mihi decretum fuit, & in testes accipio Scabinos, & alios iudicio pertinentes, vel qui iudicio astabant, quod te huc introduxi, prout iuris est.

Postmodū verò reuertantur ante quatuor scamna, hoc est ad iudicium bannitum, & petat iudicem, quod testis suus de iure esse vellit, idq; iudex facere tenetur, ex iuramēto iudicio præstito, & iste tandem album nummū, iudici & scabinis dabit, perfectusque permanebit in iure suo.

Persimile etiam, quemadmodum iudex testificabitur, sic etiam Scabinos testificari oportet.

GLOSSA.

Textus articuli declarat modum, quo pacto vnus iudicialiter bona sua resignare debeat. Venire etenim tenetur, vt textus habet, ante quatuor scamna. *e* Vnde ante quatuor scamna venire, non est aliud, nisi coram iudicio bannito constitui.

e Ante quatuor scamna venire, q. s.

Pro intellectu tamen articuli ampliori *f* notandum, quòd vnus bona desinit possidere tribus modis. Primò, cùm illa vendit, quo pacto autē venditio aut emptio fieri debeat; & quæ ad eam requiruntur, tùm & quæ venditio valeat, quæ verò non. vide C. de acti. empt. & vendit. ff. eod. titu. Instit. de empti. & vendit. per totum. *g* Secundò, si bona obligat vel impignorat, & istud non discrepat à primo, nisi per id; quia illud quod venditur, rehaberi & redimi non potest: impignoratū verò recuperari poterit restituta pecunia: vt C. de pignor. l. creditores.

f Bona desinit vnus possidere trifariam.

g Spec. Saxo. li. 3. ar. xxxij.

h Notandum etiam circa id, si quis

h Pignus nunquam præscribitur.

quis bona sua, siue sint mobilia, siue immobilia in pignus dederit, *i* quantumcumque longo tempore illa possideat, vsurpare sibi loco proprij ea minime poterit, dùm modo probatū sit ea obligata fore, nisi forsan aliter contractum sit: vt C. quib. mod. pigno. contrahi. per totum. Tertiò, si bona illa, iudicialiter resignauerit, istudque necessariò fieri debet de cōsensu hæredū: vt lib. j. art. xxxiiij. & lij. Spec. Sax.

i Spec. Saxo. li. j. ar. xxxiij. feud. ca. iv.

Contra id tamen argui potest, quòd videlicet absq; iudicio bannito potest quis bona sua alienare. Habetur enim lib. j. ar. xxxiij. Specu. Sax. Quòd sine iudicis licentia potest quis proprietatē alienare si itaque consensus iudicis non est necessarius, quare nec iudicio bānito indigere quis debet in alienatiōe rerum suarum: sufficit enim ad bonorum alienationem vt res vendatur, & emptori tradatur: vt Instit. de re. diuis. §. per traditionem.

k Spec. Saxo. lib. j. ar. xxxiij. glo.

k Rr. Quòd bonorum resignatio iurid. ca, est vtilis quoad quatuor. *l* Primò, quia per resignationem venditio firmatur & stabilitur: vt Instit. de re. diuis. §. per traditionēm. Secundò, resignatio bonorū ad id vtilis est, si & quantum bona cēsualia sint: vt sciatur quòd in venditore amplius census repeti non debet: signanter, si esset census in bonis persessus, & venditor bona huiusmodi vendidit cum omnibus iuribus, emptorque ita suscepit, tenebitur coram iudicio emptor censum soluere solus: C. de agri. & censi. l. iij. Tertia vtilitas, quia venditor contractum & forum negare nō poterit: vnde si bona illa impeterentur, venditorque illa euincere cogeretur, negare nō potest illa non vendidisse, ex eo; quia venditionem iudicialiter fecit: v Spec. Sax. lib. j. art. vij. & xviij. & Instit. de contrahe. empt. & ven.

l Resignatio iuridica bonorum, vtilis ad quatuor.

Quartò, resignatio vtilis est ad veram bonorum possessionem, & iuuat ad præscriptionem possessionis: vt Instit. de vtucap. & longi temp. possess. §. j.

Id quod in principio textus dicitur: Proprium si vnus alienare seu resignare velit, &c. Intelligi debet. Postquam vnus ex tententijs iuridicis ad id faciendum cōpellatur: sicut si vendat alicui bona aliqua, & is tandem resignationem iuridicam ab eo fieri expetat, constituti vterque coram iudicio bannito, vt textus habet, tenetur, procuratoremque seu ferēdarium à iudice expetat, ad explendā resignationē huiusmodi.

Ferendarius verò seu procurator hisce verbis à iudice expeti debet: Domine iudex, faueatis mihi hominem, qui verba faciat & declaret mea, petoque per sententiam eundem mihi de iure dari. *m* Iudex tandem interrogabit scabinum. Exquoquidem is ferēdarium petit, an sibi dari debeat? inuenietur ex sententia scabinorum, quòd sic: vt Spec. Sax. libr. j. art. lx. Tandem & iudex sentētiam inuentam pronunciabit, q̄ pars ferēdarium iusto habere debet. Vlterius verò expetet pars ferendarium, quem habere voluerit, eum nomine pronunciando, cui & iudex demādabit, vt negocium agat suum. verbaque eius faciat. Ferēdariusque, vt sic, acquisitus, hisce vel similibus verbis negotiū aggrediatur. Domine iudex peto fauorem mihi dari ac licentiam, vt verba facere possim, quòd cùm iudex annuat, vlterius procurator dicet. Domine iudex, ego secundùm iuris curium præcustodio N. & mihi ius ac omne illud quod ad ius pertinet, vel pertinere videtur, siue illud exprimam siue non, peto iure decerni, si id principalis meus cū suo procuratore in iure habere possit persimile, acsi ea de verbo ad verbum

m Practicam vide quo pacto ferēdarius seu procurator à iudice expeti debet, & alia de officio procuratoris.

bum exprimerem vel quid sit iuris. Iudex tandem scabinis insinuabit, vt ad quæstionem propositā mutuò colloquantur, ibidem verò scabinus respondet ex inuenta sententia, quidquid præcustodit iuxta formam iuris Maydeburgēsis, hoc de iure habere debet. Post hac verò procurator cum principali, ad partem cedat, sumpta priùs à iudice licentia: vt Spec. Sax. libr. j. art. lxij. Postquā autem reuenerit cū principali, hæc vel similia proferat verba. N. vendidit hæreditatem seu proprium, ꝙ proprijs pecunijs, suo labore acquisitis coëmerat, illud resignare vult P. Iustè enim & legitimè ab ipso proprium huiusmodi emit, *n* cum omnibus eiusdem iuribus, modis, limitibus, prout illud habuit, tenuit, & possedit: & quæro petoque per ius decerni, quemadmodum eum tantarum virium animi & corporis esse cernitis, (sicut si ipse solus ad iudicium, per circulum, per vias, semitas, sine alicuius adiutorio venit,) quòd ipse bona prętacta dare potest cui voluerit, vt illi proficere possit in iure suo. Per sententiam tandem decerni debet: si ostenderit declaraueritque vires, & fortitudinem ad id requisitam, prout iuris est, id licitò facere potest. Quærat tādem procurator: peto de iure informari, quomodo istud declarare debeat? decernetur, secundùm sui generationem. Vlteriùs vero procurator interrogabit. *o* Exquo quidem est militaris ordinis, peto per sententiam dari, quo pacto vires ostendere debeat, vt proprium alienare possit: sententiabitur, si ita est fortis, quòd de lapide seu trunco, vno cubito à terra eleuato, sine alicuius auxilio equum ascendere poterit, dummodo equus & strepa sibi teneatur, præcinctus tamen gladio, & clypeum in colo pendentem habere debet; extunc vires suas sufficienter probabit, *p* quòd propriū alienare potest de forma iuris: vt Spec. Sax. lib j. art. lij.

Ciuis *q* verò si vires ostendat suas, quòd accinctus gladio sine alicuius adiuuamine, ad iudiciū venerit, & se adeò potentem fortemque ostendat, per gladij eductionem, quòd educere vaginis gladium, & viceuersa imponere liberè possit: decernetur sibi, ꝙ bona labore proprio acquisita, siue sit proprium, siue hæreditas, dare poterit cui voluerit.

Villanus *r* verò siue rusticus donationem facere potest, si declaret vires suas in eo, quòd aratrum insequi possit per spacium vnius stadij; quia, vt sic, donatio valebit.

f Mulier autē, si ex domo ecclesiam incedere possit sine auxilio viri, vel mulieris, domus tamē vt distet ab ecclesia in spacio viginti virgarum, *t* extunc bona alienare potest, quæ sibi per mortē non sunt deuoluta. Præcustodiendum tamen, quòd mulier illa nō sit in turella alicuius, ita quòd libera est, nullum habēs tutorem: tùm etiā quòd solaper se in iudicium venire possit sine adminiculo viri vel mulieris; & tandem ibidem stare, quoad donatio vel resignatio perficiatur, &, vt sic, donatio valebit.

Postquam verò, vt sic, per sententiam decernetur, quòd bona resignari poterint, regratiabit procurator Deo & iudicio, propositum prosequendo suum in hæc verba. N. resignat P. domum quę iacet illic & illic, locum denominando, cum omnibus iuribus, vtilitatibus, prouentibus, prout in suis graniciebus distincta & limitata existit, & eam habuit, tenuit, & possedit, petitque vestri officij auctoritatem, vt & vos alienationem, seu donationem huiusmodi per sententiam confirmetis, prout & de iure facere tenemini.

n Solēnitates circa resignationes hereditatū fieri consueta vide.

o Vide quomodo militaris ordinis homo proprium alienare potest.

p Spec. Saxo. lib. 1. art. lij.

q Ciuis quomodo proprium alienare potest.

r Rusticus quomodo proprium alienare potest.

f Mulier quomodo proprium alienare potest

t Virga quātum cōtineat vide Spec Sa. lib. 1ij. ar. xlv.

Iudex tandem expetat signum à resignante, in instantiq́ue porrigere signum debet, vt pote capucium vel pileum, resignatioq́ue per aduocatū confirmetur in hęc verba. N. resignat P. curiā, domū, vel proprium, seu hæreditatem, illic vel illic, locum nominando situatam, cum omnibus prouentibus, vtilitatibus, cumq́ue omnibus eiusdem iuribus, modis, & limitibus, prout ad eundem venit, cessit, donationem huiusmodi put de iure fieri debet, & iuxta iuris formā ex officio meo per sententiam ratifico, confirmo, resignationemq́ue denuncio & publico, pro primò, pro secundò, pro tertio, & exsuperabundanti quartò. *u* Et quæro. S. per sententiam decerni. Quicumque hic præsens est, tacetque & non contradicit, an in post silere debeat, vel quid sit iuris. Scabinus posthac decernet. *x* Exquoquidem hi qui præsentes sunt tacent, sententiamq́ue & ortilegium audiētes, donationemq́ue videntes, nō contradicunt, sed silent, extunc merito in post silere debent.

u Hic ad Scabinum verba dirigere debet.

x Spe. Saxo. lib. 3. art. vi.

Notandum tamen, quòd alienatio vel donatio huiusmodi coram iudicio facta, nociua sit his, qui præsentes sunt & silent, posthac enim eos silere oportet: illis verò minimè obest, qui eidem contradicunt: lib ij. art. vj. Posthac tandem P. dabitur per iudicē signum, per appositionem pilei super caput, quod signum est resignationis. Cùm id factum sit, petat P. postmodum à iudice indicationem seu intromissionem, iudexq́ue vnà cum scabinis consurgendo, in domum seu curiam ibunt, vbi intromissio fieri debet, & ille foris manebit. Dicatq́ue iudex P, per manum eum apprehēdendo, donationem seu resignationem, quæ tibi coram iudicio facta est confirmando, in hæreditatem donatā vel resignatam, put ex sententia iuris decretum est, te introduco. Protestetuŕque intromissio illa per scabinos & alios ad iudiciū pertinēres, reuertatuŕque tandem ad iudicium, & intromissus contestabitur donationem scabinis, album eis denarium donando.

y Notandum, quòd solennitates istæ resignationum ex constitutionibus hominum ortum habent. Cùm enim Euoch filius Cain ciuitatem ædificauit, constitutiōes quædam ibidem sancitæ sunt, vt quidquid vnus labore acquisiuit suo, eidem nullus accipere potuit, sed nec ille alteri quidquam alienare, nisi consensus domini superueniat, & apportabatur in signum à domino nummus, in quo principis imago exsculptafuit, ad repręsentandum voluntatem domini, quod tandem ad Romanos venit, & vltimò Maydeburgensibus secundùm ius Municipale cō firmatum: vt supra eod. libr. art. viij. in glos.

y Solennitates resignationū vnde oriūbeant.

Articulus XXI.

Quanto tempore proprium resignatum varendari debet.

QVi a proprium dedederit aut resignauerit illud varendare tenetur anno & die vt iuris est, b hoc est anno & sex septimanis. In testimoniumq; cuilibet Scabino, datur denarius vnus, sed teto verò nihil porrigitur. Si verò donatio illa vel abscessio sub bānno regio fiat cùm scabini inuicem congrati sunt. Iudici-

a Vide Spec. Saxo. lib. ij. art. iiij. glos. & art. lxxxiij. & itē lib. 3. art. xxiv.

b Annus & dies q. s. vide hic & supra circa art. v. & Spec. Sax. lib. 1. ar. xxxviij. glo.

diciumq; celebratur bannitum in possessionē rei donatæ aut resignatæ, intromitti debet, vt priùs dictum est, huiusmodiq; resignatio & intromissio confirmari in iudicio legali per iudicem & scabinos: & exinde donatio fit iusta & legitima, illeq; eundem varendare tenebitur vt priùs dictum est.

c Concordat Spe. Sax. l. iij. art. lxxx iij.

Si c vero in iure municipali quis consederit negotiumq; ad id deueniat quod varendatione indiguerit testis suus fore debet quoad vixerit.

GLOSSA.

Postquam alicui bona donantur vel venduntur, donatioque per resignationem coram iudicio, vt iuris est, confirmata fuerit, extūc per sententiam quæri potest, an sibi bona vendita varendare non debeat, vt iuris est, decernetur, ꝙ varendare licitò debet, si pecuniam pro bonis liberè ab illo tollere vult.

d Venditor quomodo emptorem varendare tenetur.

Pro d declaratione textus vlteriori sciendum, quòd venditor varendare necessariò debet emptorem in re quam sibi vendidit, contra presentem anno & die, cōtra absentem, quoad vixerit, e vel signanter ad triginta annos, & annum, & diem: vt Instit. de vsuca. & long. temp. præscript. §. iure ciuili. idque statutum fuit, ne dominia rerum desolarentur.

e Spec. Saxo. lib. i. ar xxix. & lib. iij. art. lxxxiij.

f Vide feud. c. liij. & circa articulum lo. lib. i. Spec. Sax. abundātius vide.

Nota f tamen circa id, quòd proprium seu hereditas duplex est. g stans, & iacēs. Stans, vt sunt domus curiæ: iacens, vt sunt agri. & hæc

g Proprium seu hæreditas duplex. stans & iacens.

& hæc differentia expresse tangitur Spec. Sax. lib. art. xxix. vbi dicitur: Proprietas & fundus non nisi post tricesimum & vnum annum diemque, & sex septimanas, aduersus Saxonem præscribunt. Per id enim cùm dicitur, Proprietas, agri intelliguntur, qui & hæreditas iacens appellatur. Cùm verò dicitur fundus, domus & curiæ denotantur, quæ inter hæreditates stantes connumerari debēt. Contra pupillum verò varendare vnum oportet ad quatuordecimū annum, & anno & die.

Contra h ecclesiam autē, monasteriumue præscriptio non fit, nisi post quadraginta annos: & ita etiam per id tempus eum varēdare oportet. Contra ciuitatem verò nullus præscribere potest: vnde si quis bona ciuitatis emerit, quæ propriè ciuitati pertinēt, ea nullo modo possidere nec præscribere potest.

h Vide Spec. Sax. lib. i. art. xxx. & lib. ij. art. xliij. de his abundantiùs.

Cōtra imperium præscribit vnus in quinquēnio, si quis aliquid ab imperio emerit.

Contra imperatorem verò vel imperatricem, præscribitur in instanti.

Articulus XXII.

De iure dotaliciali mulierum post mortem viri.

INtelligendū venit quæ bona vxor relicta post mortem mariti sui, iure municipali seruare potest, nihil enim vxor vsurpabit sibi de bonis defuncti, nisi id quod sibi corā iudicio in eius proprio donatū sit advitam ipsius.

Dicunt quidam quod

Spec. Sax. lib. i. art. xx. & xxi.

mulieri in iure municipali dari potest sponsalitia largitas, sine hæredum consensu, hoc tamen fieri non potest. Quicquid enim vxori iure municipali coram iudicio præstatur, hoc necessario esse debet vel donatio propter nuptias, seu propriū, cum consensu hæredum, vel bona mobilia in paratis mariti pecunijs. [a] Et in hoc discrepat ius prouinciale à municipali: iure enim prouinciali ad dotē pertinent sepes, ædificia carpentata, pecora pascualia &c.

a Differētiam inter ius prouinciale & municipale vide.

Iure verò municipali ex quo omnes vno subsunt iuri, iusq; per æquū omnibus inseruit. Vnde vxor non plus accipit nisi paraferna seu geradam.

GLOSSA.

Superioribus articulis declaratū est, quo pacto vnus proprium seu hæreditatem alienare poterit, articulus præsēs determinat de donationibus, quas vir vxori facere solet. Et quia matrimonium est quasi primaria caussa omnium iurium, [b] quare nonnulla de donationibus, quæ in fauorem matrimonij fiunt, subinferre placuit.

b Vide Spec. Sax. lib. 1. ar. xx. glo.

Prima, [c] iraq; inter virū & mulierē donatio fieri solet, quæ arra dicitur, huiusmodiq; donū dari solet ante sponsalia, & soluit duplū, qui præbet caussam & matrimonium nō subsequatur. Si verò moritur, simplum restituitur: vt C. de sponsa. & arris. per totum.

c Donationes quæ in fauorē matrimonij fiunt cōsidera.

Secunda donatio dicitur in legibus sponsalitia largitas, hîc vero & Spec. Sax. lib. j. art. xx. dos nuncupatur: estq; huiusmodi donatio, quam vnusquiuis militaris ordinis vxori suæ facit mane, ante quam cum ea ad prandium discubuerit, sine hæredum consensu, vt seruum, qui annos iam attigit pubertatis, hoc est quartum decimum annum; & ancillam seruilem etiam annos habentem, hoc est, duodecimum attingentē annum: sepes, ædificia carpentata, pecora pascualia: vt supra allegatum est lib. j. art. xx.

Tertia donatio dicitur esse donatio propter nuptias, & ista adæquari doti debet, quam vir accipit cum vxore: sed & quidquid defecerit in dote, etiam deerit in huiusmodi donatione. dicitur etiam huiusmodi donatio alio nomine dotalitium, seu vitæ puisio.

Quæstio circa id oriri potest. si vir vxori certam pecuniarū summam denominauerit, & loco pignoris omnia bona mobilia & immobilia obligauerit, an vir bona huiusmodi vendere aut oppignorare poterit? & an huiusmodi bonorum alienatio vxoris iuri nocere quid posset nec ne? [d] Ad Rē. secūdūm formam iuris. si maritus inscripserit vxori suæ donationem propter nuptias, seu dotalitiū indeterminatē, seu generaliter, in omnibus bonis quę habet vel habiturus est: bona huiusmodi maritus vendere aut alienare poterit, iuxta eius voluntatem, absq; quamuis vxoris contradictione. Si verò reformatio dotalitij fuerit in aliquibus bonis determinatim; vtpote in domo, vinea, vel bonis censualibus, alienare illa nō poterit, nisi aliam similem faciat recompensationem de forma iuris: vt Instit. qui alien. lic. §. nam dotale

d Dotalicium reformatū in bonis indeterminatè, vir bona illa nihilominus oppignorare poterit absq; mulieris contradictione.

dotale prædium. Ratio istius est: quia quāuis summa dotalitij denominetur, bona nihilominus illa sua manent. Cùm verò specialiter in certa hæreditate fit reformatio, eam neq; cum consensu, nec sine consensu vxoris alienare potest, nisi faciat sibi recompensam illius; hoc est, quòd similem summam in alijs bonis sibi assecuret.

Præterea si locus ille, in quo dotalitiū reformatum est, ad mulierem pertinet, nomineque dotis viro cessit, vt sic, etiam vir ab vxore alienare nō poterit eundē.

Intelligi tamen sanè hæc prætacta debent, si vir dominium reseruauerit ad vitam suam, cū huiusmodi bonis faciendum & dimittendum: alij verò indeterminatè tenent, quomodocumque eueniat, postquā vir vxori suæ certam summam post mortem suam in bonis suis generaliter reformauerit, bona huiusmodi alienare poterit.

Si verò ad mortem vsque non alienat, verùm bona illa deteriorari contigerit, intantumque peiorata sunt, quòd vix dotalitium in his consequi potest: *e* extunc vxor relicta dotalitiū obtinet ante omnes creditores, *f* & ante omnia debita, quæ post denominationem ac reformationem dotalitij contracta sunt: vt in autent. de æqual. do. §. aliud. coll. vij. Si vero vir ante reformationem dotis bona sua alicui obligauerat, debitum huiusmodi præcedit, & dotalitium sequitur.

Quæritur, *g* vir inscribens certam pecuniarū summam pro dotalitio in bonis omnibus mobilibus & immobilibus, cum reseruatione dominij, de bonis illis aliter disponēdum cum eisque faciendum & dimittendum, secundùm eius beneplacitum. Postmodum verò impignoret bona huiusmodi in certa summā, mulierque ibidem præcustodiat, quòd illud nō nocere debeat iuri suo mortuo viro, *h* creditor declaret debitū suum cum inscriptione ciuili vel testibus post mortuam manum. Mulier itidem alloquatur & impetat bona viri, declarando reformationem dotalitij cum sequēti vel simili propositione. Exquo quidem debitum suum priùs præcessit, in omnibusq; bonis reformatum extitit, an secundùm formam iuris non sit? propior circa id permanere, debitumque dotalitij in ommnibus bonis mariti recuperare de forma iuris. Creditor verò contradicat. Quādoquidem mulier reproducit literas dotalitij, in quibus expressum habetur, quòd vir dominium reseruauerat cum bonis suis faciendum & dimittendum, iuxta eius beneplacitum, vigoreque istius, bona huiusmodi in certa summa, quam probare possum, mihi oppignorata sunt, peto per sententiam decerni, an non sim propior circa pignus permanere meū, quàm mulier olim mortui relicta: vxor verò iterum replicando cōtradicat, suæ reformationi huiusmodi obligationem minimè nocere posse, ex quo sufficienter id sibi præcustodiuit circa obligationē prætactam, cùm dixit non nocendo iuri meo, petatque, an reformatio huiusmodi dotalitij præcedere debeat nec ne? R. quòd mulier est propior cum suis documentis & probationibus obtinere dotalitium suum ante omnia debita quæ post denominationem dotalitij maritus in bonis reformauerat suis de forma iuris: vt in auten. de æqual. do. §. aliud. coll. vij.

Quæritur, *i* mulier denominatum dotalitium habens in bonis viri, maritus tandem faciat fideiussoriū in bonis suis, vel promittat solutionem de consensu vxoris in hæc verba: Ego promitto vna cum vxore mea centum marcas, iudexque vxorem interroget, an id

e Dotalicium accipitur ante omnes creditores, quibus vir post reformationem dotalicij contraxerat.

f Vide Spec. Sa. l.i. ar. xx.

g Dotalicium reformatū in bonis cum reseruatione dominij, & bona illa oppignorē tur mulier verò præcustodiat sibi ne vide licet iuri noceat suo præcedit dotalicium.

h Vide infrà art. cxl.

i Dotalicium mulier habens inscriptum in aliquibus bonis & postmodum cum marito obligationem faciat in bonis huiusmodi vel fideiussoriam, libera esse non potest à solutione.

an id voluntas sua sit? promissionemque istam benè deliberata faciat, respondeatque, quòd ego promitto: viro verò per mortem decedente, vixque tantum bonorum supersit, quòd dotalitiũ consequi possit, creditor tandem relictam vxorem impetat coram iudice & scabinis, occasiõe promissi cum viro facti. Illa vero respõdeat pro tempore illo se non fuisse sui iuris, verùm sub potestate & tutela mariti, cui omnem tenebat obedientiam, nec plus etiam super promisso egi, nisi quòd dixi, promitto, vel spondeo, ac cũ eo documento traho me ad iudicem & scabinos, petoque per sententiam decerni, an per hoc simplex promissum dotalitio meo sibi cedere debeam, quandoquidem sibi obligationem secundũ iuris formam consuetam nullam feci. Creditor replicando instet. Ex quo hîc astãdo promissum recognoscit, quod sine aliqua determinatiõe vel exclusione fecerat, nec aliquam coactionem aut compulsionem declarat seu ostẽdit, peto per sententiam decerni, an iuxta promissum solutionem facere non debeat? ℟. Ex quo mulier debitum recognosci audinit, oreque suo liberè non coacta dixerat se promisisse, nec pro illo tempore aliquam coactionem ad id fieri verbo aut facto meminerat, bonaque non supersunt alia, ex quibus debitum solui possit, extunc vxor libera esse non potest à solutione huiusmodi de forma iuris: vt Instit. de verb. oblig. §. verbi obligatio.

Circa id notandũ venit, quòd ad hoc vt vnus debitor efficiatur, *k* non requiritur pluralitas verborum: si enim dicat vnus, tu debes mihi? & ille respondeat, sic. Tandẽ iste dicat: promittis soluere? ille respondeat, promitto. iam expleta est promissio; quia in omni promisso non plus requiritur nisi voluntas: qui itaque soluere intendit, æquè paucis verbis sicut pluribus, promissum facit, & per simile cum paucitas verborum sicut pluralitas ad satisfaciendum ligat.

k Debitorem non pluralitas verborum sed simplex promissum efficit.

Aduertendum tamen, *l* quòd promissiones omnes fieri debent ore & manu; ita, quòd quidquid ore promiserit, manu approbet, eandem sibi porrigendo, in confirmatiõem fidei. Si enim posthac promissum negare voluerit, iramentoque euadere velit, manu illud, per quam promissum fecerat, ad sacra confirmare tenetur: vel si manum non habeat, cum trunco manus id faciat: vt C. de iureiuran. per totum.

l Promissa fieri debent ore & manu.

Quæritur, *m* vir vxori donans certam summam dotalitij in loco vbi id facere potest post mortem suam habendam, reformationẽq; faciat in domo, quæ censualis est, & dominus census præsens sit, viditque & audiuit donationem, & sententiæ non cõtradixit, domus tandem illa comburatur, marituſque decedat: exinde tandem dominus census trahat se ad aream domus combustæ, iure censuali. Mulier verò relicta dicat ibi esse dotalitii sui reformationem, cui ipse præsens fuit, nec reformationi contradixit; quis illorum maiori iure aream illam possideat? ℟ quòd debita antiquiora opprimunt posteriora. Si itaque census antiquior est dotalitio, cedere oportet mulierem aream illam domino census, quam & vendere debet, si illam solus retinere nõ vult, nam & in electione eius est illam retinendi. Taxari tandem debet per iudicem & scabinos precium eius: & quemadmodum taxata fuerit, in voluntate domini censualis erit in illa summa eam retinẽdi: & quidquid vltra eius censum excreuerit, vxori datur pro dotalitio: si verò deficiat, adimplere mulier non tenetur, nullum enim pro-

m Dotalitiũ reformatũ in bonis censualibus etiã vtente domino censuali censsus antehac persessus præcedit solutionem dotalicij.

promissum super eo fecerat.

Sciendum tamen circa id, si maritus relictæ domino censuali censum tenebatur pro vno, duobus, vel tribus annis, ante reformationem dotalitij, vel etiã post, & illum pro censu retento nõ monuerit, non poterit, vt sic, cum censu illo dotalitiũ impedire mulieris, verùm cũ muliere super eo iure experiri: & si recognoscat, soluere cogitur. si negauerit, iure suo absoluetur.

n Dotalitium denominatũ vxor tandem moriatur sine liberis marito superstite, cui cedit dotalitium huiusmodi.

n Queritur, vir donans seu denominans dotalitium vxori iuxta consuetudinẽ prouinciæ, præcustodiatq; cum illis faciendi & dimittendi facultatem, sed non exprimat conditionẽ vir, quòd post mortem suam, vel aliquid simile, dotalitiũ illud vt expediatur: mulierque decedat sine pueris, & tãdem pater dotalitium expetat denominatum: maritus verò maiori iure sibi pertinere & ad eum deuolui alleget? quis eorum propior sit consequi dotalitium huiusmodi? *o* ℟. Si vir denominet dotalitium vxori suæ iuxta consuetudinem prouinciæ, moriaturque mulier sine pueris, dotalitium huiusmodi cedit patri Si verò circa denominationem huiusmodi dotalitij conditionem expresserit, vt pote; quia post mortem suam, vel reseruata facultate, cum bonis faciendum & dimittendum: extunc dotalitium maiori iure apud virum manebit. conditio enim ius immutat limitatque legẽ, postquam conditio huiusmodi pbatur, vt iuris est: vt ff. de pactis. leg. j.

o Vide hoc idem infrà ar. lvij. in fi. glos.

Quæritur, *p* vir promittẽs dotalitium vxori, per fideiussoriãq; stipulatus illud reformare, postquam sibi etiam dos promissa extradatur, interimque ante reformationem decedat vir, & tandem dotalitium expetatur apud fideiussores, illi verò defendant se, nõdum forsan adhuc esse extraditam dotem ex parte relictæ, iuxta cõtractum factum, illosque semper paratos fuisse fideiussoriæ satisfacere, dummodo etiam illi satisfecissent promisso suo in extradenda marito dote. vxor verò relicta, vel amici eius, dotem marito esse extraditam allegent, sufficienti testimonio id probaturos se offerẽtes, quibus & notum est id ita fieri: fideiussores verò solutionem negent, an, vt sic, vxor maiori iure testimõio præsupposito, quòd dos extradita sit dotalium suum in bonis viri obtinere potest, quã isti negatiua absolui. ℟. Vir denominans mulieri dotalium, illudq; reformari promittit, postquam sibi dos extradatur fideiussoriaque de seruando pacto ex vtroq; subsequatur, sub hac conditione, vt supra tractum est, quòd videlicet reformatio sit extradita dote, morteq; decedat vir, nulla facta inscriptione, & amici mulieris ostendãt & declarent satisfactionem dotis iuxta contractũ, fideiussores verò mariti recognoscant quidem fideiussoriam, sed solutionem negent, extunc facta probatione solutionis dotis, mulier maiori iure obtinebit dotalium iuxta promissum fideiussorum, quam ipsi negare debeãt: vt Spe. Sax. ij. ar. vi.

p Dotalitium & fideiussoriã reformari promissum postquam dos extradatur mortuo marito nõ facta reformatione an consequatur dotalitium.

q Dotalitium denominatũ coram viris fide dignis, si-ue sit postmodotalicium denominet in bonis suis, domo, prædio, horto, vinea, & vxor cum marito bona huiusmodi post denominatum in eis dotalitium possideat, anno & die sine impetitione, nullaq; post hac inscriptione dotalitij in bonis illis facta, vir ex hac vita decedat, hæredes verò viri iuxta aliquorum cõsuetudinem, relictam ex bonis alienare vellent, r eidẽ subsellium ante ianuam domus ponendo cum colo, si forsan post triceſimum diem luctus sit, eandemq; cum paraferna cõtentare vellent: sitata.

Quæritur *q* vir superducens vxorem coram certis hominibus: *dummodo scripti probabit dotalitium sacramento.*

r Hac consuetudo, quòd videlicet relicta vidua reformatione dotalitij carẽs, ãte tanuam ejici debeat, vt glos. habet quia absurda quare apud nos inu-

vellent: illa verò trahat se ad bona in eius dotalitio, hæredes tandem dicant se facere paratos: id quod iuris esset, dummodo probationem habeat, relicta tandem vidua, paratam se offerat testibus, viris possessionatis dotalitium sibi promissum coram eis factum, hæredesque testimonium admittere nollent, sed affectarent vt probatio sit testimonio iudicij bannitj, vel actorum ciuilium, seu literarum, si & in quantum his careret, nolle admitti aliam probationem &c. An mulier cum testimonio huiusmodi maiori iure dotalitiū consequitur suum: quam hæredes contradicere possint, vel quid sit iuris. ℟. Vir denominans corā hominibus fide dignis dotalitium vxori, siue confirmet illud inscriptione, siue non: vxor faciliùs obtinet dotalitium sacramento suo, ſ possessionem verò in qua dotalitium datum sit cum testibus, quā hæredes viri eam alienare possint de forma iuris: vt Spe. Sax. lib. i. articulo xx.

ſ *Spec. Sax. lib. 1. art. xx. & infrà iure municipali ar. lxvij. §fo.*

Quæritur t mulier apportans certam pecuniarum summam ad maritum, nullumq; denominatū habeat dotalitium, moriatur tandem vir, & hæredes de pecunijs apportatis nihil se scire dicant, huiusmodiq; ignorantiam ut iuris est probare se offerāt, tum etiam, quia nihil dotalitij sibi promissū sit, an propiores non sint, iuxta negari am permanere suā quam mulier eos conuincere: vel quid sit iuris. ℟. Cùm nihil promittitur, id solui non oportet, sed si mulier querulatur contra hæredes occasione bonorum, quæ ad maritum importauerat, hæredes vt sic propiores erunt euadere testimonio post mortuam manum quam quis eos, excepto iudicio conuincere possit de forma iuris: vt lib. i. art. vi. & xviij. Spe. Sax. & item art. xv. eiusdem libri. Et quia eis notum non est, si quid ipsa in domum apportauit partis necne? vnde & ad euadendum periurij notam, cum periculo etenim iurat, cùm quid ignorauerit quis. Quare si hęredes relictæ, vel testibus eius fidem super eo dare volūt, id stabit voluntati eorum.

t *Dotalitium si non sit denominatū quamuis mulier apportet pecuniam aduxū, dotalitium extradi nō oportet. datur tamen actio contra hæredes super pecunia apportata.*

Quæritur u dotalitium inscriptum si sit mulieri, ac reformatū in bonis mariti, moriatur vir, & ipsa cum pueris maneat in bonis huiusmodi indiuisa in vera possessione, aliumq; tandem superducat virum, isq; secundò nubens vir maneat secum in bonis illis, & cùm hoc mulier promittat sibi dotem, & ille viceuersa dotalitiū denominet: moriatur mulier in bonis puerorum indiuisa, vbi nec dotalitium prioris mariti sibi expeditū sit ab hæredibus, ita quod in manum eius ipsa viuente nunquam venit vel cessit, is tandem maritus superstes dotalitium vxoris expetat, nec bona euacuare vult, quoad sibi dotalitium extradatur, hæredes verò contradicāt matrem eorum indiuisam cum eis ad mortem patris in bonis mansisse, quibus illi nunquam renunciārunt &c. an x dotalitium huiusmodi maritus consequi posset nec ne? ℟. Maritus denominans dotalitiū vxori relictis pueris moriatur, maneatq; indiuisa in bonis mortui, & tandem alium superducat virum, qui in bonis illis indiuisis secum maneat, mortua vxore maritus superstes, ius omne vxoris mortuæ in bonis mobilibus obtinet, quod vxori competere videbatur de forma iuris.

u *Dotalitium vxoris ex priori marito vir secundo nubēs & eam superuiuens, quamuis à pueris diuisa non erat, obtinet in bonis mobilibus.*

x *Vide Spec. Sax. lib. iij. ar. lxxvi.*

Nota, quod dotalitium & ius de super sancitum in fauorē mulieribus datum est, antehac enim id non seruabatur: vt instit. de do na. §. est & aliud genus. Quare & quæuis ciuitas in denominando vel consequendo dotalitio specialem seruare potest cōsuetudinem, & illam viceuersa reijcere quando vult.

ipsa

Vnde

Vnde & apud Maydeburgen. ſpecialis occaſione dotalitij ſeruatur conſuetudo, illam tamen aliæ ciuitates ſeruare non tenentur: imò ſi quando appellatur ad Maydeburgum in cauſa dotalitij non decernitur pro iure conſuetudo illorum, vt neceſſariò alibi fieri debeat & ſeruari teneatur.

y Conſuetudinem Maydeburgen. occaſione dotalitij

y Conſuetudo autem Maydeburgen. occaſione dotalitij hæc eſt. Poſtquam vir ſuperducit vxorem, vel ſuperducere intendit, extunc promittitur marito dos cum ipſa: tandem verò in ſeſſione conſulari, vel coram iudicio datur promiſſum illud donum, & quantum dotis fuerit, tum etiam in quantum ſe bona viri extendunt, facta prius bonorum diuiſione per medium, inſcribit & reformat ad acta dotalitium in medietate bonorum ſuorum: & vt ſic, illud quòd vxori donatur, ex his debita ſoluere non oportet, daturq; ex officio ad donationē illam tutor proximior agnatus, ex parte gladij, hæreditatq; tutoria huiuſmodi ad ſequendum, & hoc ex eo fit, ſi forſan poſthac maritus vxorem verbis allicere, vel etiam cogere vellet, vt abrenunciet bonis illis, quòd id facere nō poſſet, nec ei liceret ſine tutore. Vel etiā ſi quid ſtipulata ſit, aut promittat, vt promiſſum illud robur non habeat. Præterea & maritus bona huiuſmodi ſibi reformata, nec vēdere, nec oppignorare poteſt, ſine licentia tutoris. Eſt tamen maritus quoad viuit dominus bonorum huiuſmodi: quantum pertinet ad vſumfructū illorum. Sancitumque plebiſcitum huiuſmodi in ciuitate Maydeburgenſi propter id eſt, ne quis bonis defraudetur ſuis, in ſubſtantiaq; damnificetur propria, quòd forſan ſubſequeretur, niſi hæc cōſtitutio fiat. Sed & iuſticiæ non repugnat conſtitutio prætacta.

z Vide ſuprà eodem lib. art. 1. & Spec. Saxo. in prolo. lib. 1.

z Plebiſcitum etenim ſeu conſtitutio fieri debet honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundùm naturam patriæ, loco, temporiq; conueniēs, neceſſaria, vtilis, manifeſta &c. vt habetur. iiij. & viij. diſt. quæ cōtra mores hominum. & ſupra eo. libr. arti. & Spec. Saxo. in prolo. lib. 1. Plebiſcitum verò præſens hæc omnia in ſe comprehendit, manifeſtè enim exequitur negocium dotalitij, neceſſarioque fit donatio huiuſmodi coram publico ciuium iudicio, ſub banno regio, vbi omnes iudicio pertinentes intereſſe tenentur. Si verò in ædificijs dederit, id cum conſenſu hæredum neceſſariò fit: vt lib. 1. art. lij. & xxi Spec. Saxo. Eſt etiam cōſuetudo iſta honeſta: quia propter decorum & honeſtatē matrimonij ſancita: vt Inſti. de donati. §. Sed & nos pleniſſimo. Eſt etiam vtilis, temporique accomoda. Si enim maritus facta huiuſmodi reformatione, bona prætacta alienare deberet, ad inopiam vxorem & ſeipſum induceret: vt Inſti. de his qui alieni iuris ſunt. §. Expedit enim reipublicæ. Eſt etiam vtilis perſonis, poſtquam enim donatur quid, illius eſt cui donatur. Reſeruatur tamē apud eum dominiū: quoad vſumfructum bonorum illorum, non tamen illa alienare poterit. Contingat etiam virum in conditione facultatum ſuarum deteriorari, debitaque contrahere, ſiue illud fiat cum conſenſu mulieris ſiue non, dum non ſuperuenit tutoris conſenſus, illis omnibus tutor contrauenire poterit: vt Inſti. de autori. tuto. §. Vnde in his cauſis. Maritus etenim bona vxoris poſt factam donationem in tutelam duntaxat accipit, facultatem tamen nō habet illa alienandi. Moriatur verò tandem vxor, medietas bonorum cedit marito, alia medietas ad proximos mulieris, dummodo pueri non ſuperextēt. Si verò pueri fuerint apud maritū

manebunt bona huiusmodi, quòd si postmodum pueri à patre separari voluerint, hoc est, cùm aliã forsan superducat vxorem, vel simile huic, *a* extunc pueris extradere tenebitur dotem illam reformatam: vt in auten. de æqualita. do. §. Si verò. coll. vij. & in auten. neq; vir. quòd ex do. est. §. Propterea. coll. vij.

a Spe. Saxo. lib. i. art. xx.

l Dotalitium si dominus actũ non sit vxori & bona habẽt adire acquisita vxor tertiam bonorum accipit portionem.

l Quæritur si vir superduxerit vxorem cũ qua nihil dotis aut bonorũ accepit, laboreque mutuo bona acquirantur, & exinde moritur vir, nulla ei facta reformatione, propinquiores tandem eidem nihil dare vellent: imò iuxta aliquorum cõsuetud nem, vacuum sedile seu subsellii cum colo ante ianuã sibi exponendo, eam *c* sedere faciãt, an bona huiusmodi, q i laboribus iuuit congregare suis potiori iure mulieri cedant nec ne? ℟. Si vir vt supra, vxorẽ superduxerit cum qua nullam dotem accepit, & ex vtroq; nihil bonorum habuerunt, verum labore adauxerunt mutuò, nullaq; reformatione facta moriatur *d* extunc obtinet tertiam partẽ bonorum mari i. In fine tamen eiusdem articuli habetur, quòd in quartam partem succedit omnium bonorum, & cum hoc parafernam seu geradam de forma iuris.

c Hæc consuetud tanquam à surda apud nos non seruatur.

d Vide Spec. lib. i. art. xxi. in fi. glos. vbi habetur quod in quartam partem bonorum succedit: concordat tamen ar. xxiij glo. si. quæ dispone quodin tertiam succedit viri bonorum partem: secundum tamen consuetudinem prouinciarum.

Et quia dotalitium mulieribus ex gratia statutum est iure municipali, vnde notãdum venit, cur dotalitium hoc vocabulo nominetur, & propter quam causam statutum sit. Dotalitium etenim, seu vt alij volunt donatio propter nuptias aut vitæ prouisio dicitur esse beneficium illud quòd imperatores ex speciali gratia mulieribus post mortem viri ad vitam eorum statuerũt: vt Insti. quî ali. lice. vel non. Nec ea infringere quis potest nisi id demeruerint: vt Sp. Sax. lib. i. art. xxi.

Notandum etiã circa id, prout & declaratum habetur Spe. Saxo. lib. i. arti. xx. glo. quod rouem modis contingit *e* mulierem dotalicium seu vitæ prouisionẽ ammittere suam, quæ si maritus vel eius agnatus tempore vitæ mariti probãuerit de facto vitæ prouisionem perdit. Quædam verò ex his post mortem mari i contra ipsam probari possunt. Primò, si bona per maritu donata desolari faciat, vtpotè ædificia destruat, vel ligna fructifera succidat & in manuali facto deprehendatur *f* sic emq; viris pleni iuris conuincatur carebit gratia data. *g* Secundò, si per iudicem conuincatur quòd hominesinnatos & ad bona illa pertinentes alienauerit & exinde bona desolari faciat. Tertiò, si bona ex possessione dimittat sua. Quartò, si per septem testes conuincatur super perfidia & fraude erga imperium. Quintò, si tempore vitæ voluntariè viri *f* cramẽtum matrimonij fregerit: seu adulterata sit, & in facto deprehensa. Contra istud tamen argui potest, quòd iste quintus modus nõ rectè ponitur: quod ex adulterio vitæ prouisionem mulier ammittere deberet. Habetur enim Spe. Sax. li. i. art. v. Quòd mulier propter luxuriẽ sui corporis famam quidem denigrat suam, iura tamen & hæreditatem non perdit. ℟. Quod ibi loquitur de mulieribus non maritatis, hîc verò de his quæ maritatę sunt. Tũ etiam ibi loquitur de hæreditate quòd succedere possunt: hic verò de vitæ prouisione intelligit. Sextò, si in mortem viri insidiata fuerit, vel alios machinantes marito non indicauerit. Septimò, si præter cõsensum mariti cum alijs conuiuabat: & balneabatur. Octauò, si extra domum per noctem manserit, nisi forsan eam maritus expellat. Nonò, si spectaculis, theatris, inhonestis congregationibus interfuerit præter voluntatem viri: vide de hoc in auten: vt licc. ma. & aui. §. quia verò coll. viij.

e Causæ quãdo mulier vitæ prouisionẽ amittit vide.

f Hîc mulier testimonium citur. Vide etiã infrà art. xci.

g Vide hoc idem Spe. Sa. lib. i. ar. xxi. in textu & in glo. & feud. c. xxxi. glos.

Prætc-

Præterea notandum est, quòd sex itidē sunt causæ propter quas vir ab vxore dotem perdit, *b* donationemq; propter nuptias dare cogitur. *i* Primò, si conuictus sit quod contra imperium aliquid dolosè egerit. Secundò, si alios contra imperiū machinantes non publicauerit. Tertiò, si vitæ mulieris insidiatus fuerit. Quartò, si castitati eius cōtraueniat eam tradendo ad adulterādum. Quintò, si de adulterio eā calumniatus fuerit: & id non probauerit. Vel etiā secundùm alios, si ipse de adulterio diffamatus sit. Sextò, si concubinam in domo apud se in contumeliam vxoris fouerit. eamq; alienare non vult: vt in auten. vt licc. ma. & auiæ. §. Causas. & §. si autem. coll. viij.

b Spec. Saxo. lib. 1. art. xxi. glossa.

i Causæ vide quado vir dotē perdit donationem propter nuptias nihilominus dare cogitur.

Queritur *k* si homo ex iusta & legitima causa per verāq; sentētiā ab vxore separatus sit etiā hoc super apposito, vt vterq; eorū alium vel aliā superducere possit, quo pacto vxor sic seperata expedienda à viro venit. R. Si vir iuxta iuris formam ab vxore separatus sit, diuortio subsecuto, *l* ipsa nihilominus retinet vitæ prouisionē in proprio viri sibi data si verò in bonis feudalibus assignata est vita prouisio seruabit etiam illa ad vitam, & cùm hoc omne illud quod sibi datum vel donatū per maritū fuerat, quòd si nihil sibi datum sit, vel promissū, in quartā viri bonorū succedit partē: vt in autē. de introdu, & exhi. reis. §. quoniā verò col. v.

k Diuortio facto qui debonorum virivxor retineat.

l Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxi. glos.

m Vide Spec. Sax ar. lxxv. lib. iij. & li. ar. xx.

Sciendum circa id *m* quòd in proprio est vera mulieris donatio propter nuptias, sed tempore vitæ mariti est vitæ prouisio, seu expectantia feudalis. Post mortem verò est eius feudum: feudū enim vlteriùs seruari non potest, nisi ad vitam, nec hæreditat ad mulierem, nisi ad virum.

Articulus XXII.

De gerada seu parapherna & quæ ad eam pertinet.

COnsiderandum vlteriùs quæ ad geradam seu paraphernā pertinent. *a* Ad eam enim spectare videntur omnes vestes muliebres incisi panni, & tela itidem cesa ad vsum mulieris, & ea quæ pro ornatu deferre solent mulieres, ac ea in suo habuerit reseruaculo & tutela. *b* Præterea omne aurum, argentumue, quòd formatum est ad ornatū mulierum, omnes annuli, brachialia, cinguli, sericum formatum, cortinę, appendicula, scamnalia cum velaminibus, linteamina, balneamina, velamen, lectum, puluinaria, cussini, mensæ, patellæ, caldar ad abluendum, linum, filum omne nereatum, siue sit dealbatum siue non, libri qui à mulieribus vsitātur, anseres, anetę, oues pastorem præcedentes.

a Vide Spec. Sax. lib. 1. ar. xxiij.

b Craconien. in expetenda vel tollēda paraferna seu gerada plebiscitum ac priuilegium obseruant speciale.

Si verò maritus sit institor, aut mercator, qui venales res huiusmodi habere solitus erat, vt sunt cortinę, apendicula, tapetia, illa mulier obtinere non poterit, nisi quæ

pro ornatu eius cameræ pertineant, vel ad maximum de singulis horum tria pro ornatu habitationis apparamenta.

Si verò maritus fuerat hospites fouere solitus, non potest illa omnia obtinere. Ea etiam quæ hic expressa habentur intelligi debent, si vxor ad maritum geradam apportauerit, vt oues. Quia si maritus antehac oues habuerat, priusquam vxorem superduxit ad id proxima cognata nullum ius habebit. Quicquid autem in alio muliebri ornatu fuerit, hoc cognata percipit, signāter omne illud quòd vxor ad maritum importauerat.

Decedat verò vxor marito, cognata quæ [c] accipit paraphernam lectum marito struere debet & adornare sicut fuit tempore quo vxor viuebat sua. Scamnumq; cum puluinari, & mensam cum mensali, manutergium simul & sedile cum cusino relinquet. Nulla etiā accipit cibaria agnata prætacta.

[c] *Vide Spec. Saxo. lib. iij. art. xxxvij.*

GLOSSA.

Pro declaratiõe textus articuli præsentis qui de paraferna seu gerada tractat, notandum, [d] quòd gerada non est aliud [e] nisi illud quod ad domum viri alicuius in communi pertinet nullusq; accipere geradam potest nisi mortuæ vxoris vel virginis proximior cognata ex parte fusi. [f] Quemadmodum etiā arma bellica nullus accipit nisi proximior agnatus ex parte gladij, maiorem tamen & ampliorē interpretationem horum vocabulorū qui agnati & cognati sint: vide insti. de legiti. agna. tutela. §. sunt autem agnati. [g] Cognatæq; huiusmodi procedere dicuntur ex parte fusi ratione cuiusdam similitudinis. Mulieribus etenim nere innatum est, vnde & ius merito id mulieribus indiditvocabulum, quòd omnes ab eis descendētes ex parte fusi originari dicuntur. Vnde quāuis vnus, sit vir ex parte tamen matris descendens mihi in consanguinitate pertineat, cognatus nihilominus dicitur: vt Insti. de legi. agna. ture. §. at qui per feminini sexus. Quare vt iam præhabitum est, quicunq; geradam accipere vult ex parte fusi ad eam pertinere debet. Exindeque de facili potest solui instantia, quā aliqui contra id formant, fundantes propósitum super articulo tertio libri primi vbi dicitur, qui æquè in gradibus se computant, per æquum hæreditatem derelictam percipiunt, quia & siquidem mulieres ante omnem diuisionem geradam tollunt, [h] in recompensam tamen, filij etiam ante omnem diuisionem arma bellica accipiunt, tum & feudum.

[d] *Gerada*
[e] *Spec. Saxo, li. i. ar. xxvij.*
[f] *Spec. Saxo. lib. iij. ar. xv.*
[g] *Cognata ex parte fusi descendere dicitur.*
[h] *Vide Spec. Sax li. i. ar. v. & art. xxiij.*

Enumeranturq; per longum in textu ea quæ ad geradam pertinent, generaliterq; omnia illa quę ad ornatum corporis mulieris cōcernunt, gerada dicitur.

Sanè tamen id intelligi debet: si etenim vir & vxor ornatus huiusmodi mulierum venundari soliti erant, ex coq; victum habuerunt

runt suum ad hæreditatem, & non geradam pertinebũt, excepto eo, quòd mulier pro vsu habuit suo, in sermioq; & possessione retinenebat sua.

i Geradã ante tricesimũ expedire non oportet.

Quæritur. *i* Vxore mortua, cognata si expetat geradam ante tricesimum, vel infrà dies luctus, maritumque ad iudicem trahat, sibique actionem intentando, maritus verò geradę extraditionẽ non neget, verùm ante tricesimum diem eandem expedire non teneri alleget, petens per sententiam id decerni. ℟. Post mortem vnius, etsi quidem gerada, tùm & arma bellica de iure iam cedũt in illos, quibus per successionẽ pertinent, siue sit vir, siue mulier, eandem tamen vir ante tricesimum diem extradere, aut occasione huiusmodi quidquam pati minimè tenetur: Spec. Sax. lib. iij. art. xv.

Sed si is, cui de iure gerada pertinere dicitur, infrà tricesimum venerit cum iudice & præcone, expetatque ostendi geradam, & ille recusat, nec cautes dare vult ad

k Spec. Saxo. lib. iij. ar. xv.

serinia vxoris pertinentes, *k* iudici mulctam, & parti emendã præstabit, imperique ante tricesimũ per querelam poterit, & geradã reponere tenebitur: vt lib. iij. artic. xv. §. retentor verò.

l Practicam vide quo pacto procedi debet in consequẽda gerada.

Postquam verò, vt sic, *l* gerada post mortem cognatæ alicui cedit, venire cum ferendario ad iudicium bannitum debet, factisque reformationibus vt iuris est, ferendarius tandem dicat. Hîc astat B. & ego verba eius pronuncians, ea qua decet decentia, exponitque, quòd eius auia, soror, vel alia quæcumque sit cognata mortua sit, geradam relinquens, quæ iure ad eam pertinet, ad quã se trahere vult, petens per sententiam sibi decerni, quo pacto id fieri debeat, vt proficiat iuri suo. Decernetur tandem, quòd

m Hîc mulieri cum testibus venit probatio.

m probare tenetur mettertia cum proximioribus agnatis; id cùm factum sit, ferendarius tandem proponat: Hîc stat B. concitareque dedit ad iudicium P. habens contra eum nonnihil agere. Iudex demùm interroget præconem, an eundem citauerat? Iterum ferendarius indicet se cõtra partem citatam, insinuans nonnihil contra eum propositurum, si præsens sit: si verò non aderit, cõmunis sententia contra cõtumaces ferri consueta experi debet, & si non venerit infrà sententiam, extunc procurator ꝓponat: Hîc præsens est iudicio. B. qui citare ad iudicium dedit P. qui nec cõparuit, communisque sententia iam lata est, an iam liceat sibi ꝓpositionem declarare, propter quam caussam citatus sit. Iudex tãdem sibi dicat; quòd id facere potest. Ferendarius exinde manifestabit, quòd ille citatus sit pro gerada, quę iustò per mortem sororis, vel alterius cognatæ eius principalẽ, vt pote B. pertinet, quæ si hîc præsens adesset, contra eum querelã, vt iuris est, formare veller, *n* petatque vt aduocaretur hisce verbis: P. respondeas ad obiecta B. pro primò, pro secundò, pro tertiò, & ex superabũdanti pro quartò. Interrogetq; procurator: quid iam mulier vlteriùs facere deberet? per iudicem insinuetur, quòd partem pro iudicio sequenti secundariò citet. Id cùm factum sit, tempusque iudicij aduenit, ferendarius iterum proponat: Quemadmodum B. citauerat ad iudicium transactum pro primo termino P. prout id iudice, scabinis, actisque iudiciorum probare vult, & probat de facto, & nunc secundus iudicialis terminus sit, illeque non comparet, quid vltra facere debeat? ℟. quòd pro tertiò eundem citare debet. In tertio verò termino si non comparuerit, decernetur sibi adhuc legale impedimentum: quod si non importauerit ad iudicium proximum;

n Practicam vide cùm quibus vicibus citatus iudicio non comparuerit, ersie eius actor mitti in possessionem debet. Vide de hoc idem lib. i. art. lxx. Spec. Saxo.

extunc procurator: negotiũ continuet hisce verbis: B. concitare ad iudicium procurauí P. quæritque cõtra eum pro gerada quadraginta sexagenarum, quam occupat contra Deum, contra ius & iustitiam, qui nec cõparuit citatus, prout acta iudiciorum testantur, pro primò, secundò, tertiò; sed nec legale impedimentũ importauit, quid iam vlteriùs facere debeat? Iudex communem proferat sentẽtiam, quæ cùm decernetur, & ille non comparet, procurator tãdem dicat o Exquo quidem communis sententia lata sit, legaleque impedimentum sibi reseruatum, quod nec importauit, pro quartoque termino contumax factus: petit B. per sententiam sibi dari, an iustò & secundũ iuris formam ius suum super P. perduxit nec ne? Decernetur, q legitimè, & secundum iuris formam ius suũ quod iustò sibi pertinet, iuxta querelam suam perduxit de forma iuris. Vlteriùs tandẽ procurator quærat: Exquo quidem eam in sua impediuit iustitia, an non succubuit tot emendas, quot iudicia citatus neglexit? sententiabitur, quòd sic. Postmodum interroget: an iam sequi sibi gerada liberè non debeat? & an occasione emendæ pignorari possit? ℟. quòd sic. Finaliter interrogabit: si & in quantum non in toto gerada prout scabini dictauerint inuenietur, quid ille demerebitur? sententabitur, quòd emendam & mulctam; ibidemq; sententiabitur, quòd in quindena soluere debeat, si iustò se non excusauerit.

o *Vide Spec. Saxo. lib. 1. ar. lxx.*

Et quemadmodum hæc practica formata est occasione geradæ, ita persimile formari potest occasione aliorum quorumcumq, bonorum; p ter enim citatus si quis non comparuerit, mitti actor debet in possessionem, in quantum iuris ad id habeat: vt Spec. Sax. libr. lib. j. art. lxx. Si verò ad primam querelam comparuerit, potest ad obiecta respondere, defensamq; facere, prout meliùs & vtiliùs sibi videbitur. Et signanter iuxta aliquarum ciuitatum consuetudinem responsio ita formari potest. Exquo quidem hîc astat B. geradam expetens, ciuitatisque nostræ non est incola seu ciuis, idq; me ad consulatum traho: ciuitas verò nostra q speciali prærogatiua principe nostro condonata est, tùm & laudum ciuitatis habetur. Quicumque incola ciuitatis non sit, facultatem potestatemue non habet expetendi hereditatem, geradam, arma bellica, & aliam quãcumque deuolutionem; petoque per sentẽtiam decerni, an aliquid contrarium pati debeam. Si verò probari potest quòd ciuis sit, ita quòd de bonis suis iuxta laudum ciuitatis exactionem soluit, anno que & die in ciuitate mãsit, quod & probaturum se offert regestris ciuilibus libroq; exactionum, & petat decerni, an non propior sit iuxta petita sua permanere, quã repulsam pati? vel quid sit iuris. ℟. per sententiam. Si mulier libro ciuili probare poterit quòd ciuis sit, exactionemque soluit, ac possessionatis hominibus apud quos anno & die mansionem habuit docuerit, propior erit iuxta postulationem suam permanere, quàm quis eam repellere ab actione posset de forma iuris.

q *Hæc responsio locum non habet nisi forsan vbi ciuitas plebiscitũ huiusmodi habeat.*

Postmodum verò ad responsionem ex sententia cogitur, exinde B. formet querelam contra P. vel contra alium quocumque nomine vocitetur, occasione geradæ in valore xl. sexagenarum, aut prout eam taxauerit sibi iustò ex morte cognatæ suæ pertinẽtis, petens responsionem super eo fieri. Si tandem P. dicat: r ego & vxor mea omnia bona mobilia & immobilia à maximo ad minimũ, non excepta etiam gerada aut armis

r *Donationẽ inter virũ & vxorem mutuo facta omnium bonorũ nullis exceptis an gerada post mortẽ vxoris per virum necessariò cognatæ tradi debeat practicã vide.*

p *Nota ter citatus non comparens actor mittitur in possessionem.*

mis bellicis, vnus alteri tempore vitæ mutua donatione inscripsimus, ea conditione, vt qui alterũ superuiueret, is omnia possidere bona, plenariam hãbens facultatem cum eis faciendum & dimittendum, donatioque huiusmodi per sententiam iuris confirmata est: quòd si contradicere velit, probaturum me offero literis sub sigillo ciuitatis vel iudicij, quas huiusmodi literas ex sententia iuris consecutus sum: sed & in bonis huiusmodi vnà cum vxore mea post factam donationem residebam anno & die, & alio anno & die, & item tertio anno & die, ac longiori tempore, sine aliqua allocutione; vxorque mea quam superuixi mortua est, nihil speciale extra donationem possidens, peto per sententiam dari, an maiori iure gerada apud me maneat, quã in B. prætactam cedat. Quandoquidem ipsa præsens in prouincia protunc fuit, cùm donatio facta sit, nec ei contradixit: B. verò in oppositũ contradicat. Exquoquidem hic P. meminit de literis, quibus probare vellet donationem omnium bonorum in generali per vxorem sibi factam, contra quas non ex affectu agere volo, nec eis recognitionique scabinorum cõtrauenire animus est, nisi in quantum iustitia postulauerit. Quædam enim bona vir & mulier inter se possident ita indiuisa ad vitam, quæ vnus alteri dare ſ minimè potest, in damnum illorũ qui expectantes sunt deuolutioni illi, præter voluntatem illorum. Bona vero nulla nomine geradæ nuncupari possunt, nisi moriatur, t is post cuius mortem quis geradam expetere debet: sed nec geradam aliquis affectare potest vita illius durante, nisi moriatur. Mihi itidem id facere minimè licuit, vt geradam à cognata mea ipsa viuente expeterem, sed & gerada prætacta in proprium seu hæreditatem transmutata non est, quare probaturum offero, trahens se ad bona & ad geradam, petensque simul per sententiam decerni, an propior non sim geradam, cui nunquam renunciaui, obtinere, quàm P. vigore huiusmodi donationis eandem occupare debeat, vel quid sit iuris? ℟. Si vir vxori, vel è contra, bona donauerit post mortem possidenda, quicũque alium superuiueret, vt omnium possessor sit, nihilque specialis ibidem exemptum fuerit, & in bonis eiusmodi remanet gerada incommutabiliter, quæ commonstrari poterit, maiori iure cedit cognatæ proximiori vxoris, quàm P. vigore donationis eandẽ occupare debeat de forma iuris.

Si contradicat verò P. vxor donationem mihi fecit bonorum, quæ ego in mobilia bona commutaui, donumq; huiusmodi nõ quadraginta ſ. xagenis, vt proposuit, non medietate; non vnam sexagenam valebat, ac donationem prætactam probare volo iudice & scabinis, vel alijs documentis, quę adminiculo esse possint iuri meo, an occasione huiusmodi geradæ aliquid pati debeam, vel quid sit iuris.

In oppositum verò B. dicat: Prout hîc meminit, quòd donum huiusmodi in mobilia bona commutauit, ego verò probaturã offero, geradã superesse, inuenirique posse inter bona olim mortuę que ad geradam pertinent, secũdùm quod scabini dictauerint, & quæ ipse immobilia nondum cõmutauit, exindeque decerni peto, an maiori iure circa id permanere debeam? ℟. Si mulier declarare poterit, secundùm quod scabini dictauerint, quòd inter bona mortuæ aliquid est, quæ ad geradam pertinent, nec in bona mobilia transmutatum est, id mulier priori iure facere potest. Vlteriùs tandem B. proponat. Quandoquidem

ſ *Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxxi.*

t *Feu. ca. lvi. circa art. xxvij. lib. 1. Spec. Saxo. vide.*

dem per sententiam mihi decreta est probatio geradæ, quæ post mortem cognatæ remansit, idque commode facere non possum, nisi P. coram iudice & scabinis aperiat habitationes & scrinia, idque per sententiam decerni peto, an id iure facere non debeat, aut claues ab omnibus suis habitationibus, antequam exhinc discedat, iudici præsentare non teneatur, vel quid sit iuris. P. tandem contr. ueniat per responsiuam. Ex quo per sententiam habitationes apperire quærit, vbi res meas occlusas habeo, id verò quod ad eã pertineat, nihil intro continetur, pero per sententiam dari, an varendam præstare non teneatur? si & in quantum ibidem nihil inueniat, quòd ad eã iusto pertineret, vt contumeliã mihi illatam sufficiẽter resarciat. decernetur, quod varendam B. per suum procuratorem facere tenetur de forma iuris. Ibidem tandem, si mulier secũdum quod scabini dictauerint, rerum aliquid inueneret, quæ ad geradam pertinent, sit illud quidquid sit, iudex & scabini mulieri liberè dabunt; illudque tollet iuxta arbitrium scabinorum. Si verò nihil inueniat, B. incidit pœnam, emendamque parti, & mulctam iudici refundere cogitur; nec post hac occasione illius actionem intentare poterit. Si verò inuentum quid sit, qnod ad geradam pertinet, incidet itidem in pœnam & in emendam P. Sed & pro alijs ad emendam pertinentibus, de quibus notitia non habetur, & quæ inuenta non sunt, in mobiliaque commutata non fuerunt, iudicialiter imperi potest.

Notandum circa id, quòd gerada quandoque in secundam, aliquando in tertiam descẽdit & deriuatur personam: sicut, si forsan mulier filiam habeat maritatam, geradaque inconcussè apud matrem manente decedet, gerada huiusmodi in neptim vel proneptem deuolui potest.

Quæritur circa id, si moriatur maritus mulieris habentis pueros, cum quibus indiuisa maneat ad vitam suam, ipsa decedente, pueri præiacti opinentur fortè geradam se consequi non posse: sicut si filij sint, vel si forsan filiam non habeat, aut dato, quòd sit filia ex vno parente, supersit tamen filia ex vtroque parente maritata, aut etiã alia cognata propinquior, cui de iure gerada pertinet, expetaturque vt iuris est, & pueri non contradicant. Inueniatur autem per cognatam in cista vna pecia panni, puerique recusent sibi extradere. Quæritur? an iustè negare possint nec ne? 2º. quòd ad geradam pertinet. Si verò in conclaui seu possessione viri illud sit, pueri maiori iure obtinebunt illud, ad hæreditatemque computabitur, & non ad geradam.

Gerada verò * mœchanicorũ seu artificum; vt sunt pannifices, sartores, fabri, & alij manibus operantes quæ sit, subinferre visum est. Vxores etenim omnium mœchanicorum, qui opus manibus laborant, gerada sua duntaxat contentæ esse debent. Ex instrumentis verò artificij eis nihil pertinebit: hoc etiam intelligendum est de sutoribus, textoribus, &c. Vbi verò mulier sola per se cum ancillis suis artem textoriam exerceat, viroque per se illud non operatur, instrumenta omnia ad geradam pertinent. His etiam annumerantur zonæ, velamina, filum nereatum, sericum, quo exercet opus suum; & in generali omnia quæ ad artificium pertinent, gerada est. Si verò opus illud viri fuerit, victumque ex eo habet suum, ad hæreditatem pertinent instrumenta omnia. Vnde postquam gerada expeditur, non plus cognata tollit, nisi ea quæ iustò ad geradam pertinent: vt est linum

* *Mechanicorum diuersi status gerada quæ sit.*

linum, filum nereatum, &c. quæ mulier in vsu solita est habere suo: vt textus habet.

Aurifices, serico laboratores, pictores, & bractearij, quidquid instrumentorum fuerit & supellectilis, quæ pro vsu quotidiano habetur, & his victum quæritant suum, ad hæreditatem pertinent. Si verò vxor habeat quid in suo reseruaculo vel scrinio, ad idq; nullus clauem portare solet nisi ipsa, tùm etiam si quid in parietibus cameræ, vel in scamno, vel ad aliũ ornatum, tapetiorum, cortinarũque sit, gerada erit. Si verò alibi rerum illarum quid inueniatur, hæreditas est.

Aurifex etiam quidquid auri, argenti, quod quotidiè fabrefacit, vel etiam vt illud diuendat, apud se seruat, hæreditas est.

Ceruisiæ coctores & brascatores, quid geradæ relinquant vide. Si enim vnus habeat patelam pro ceruisia coquenda, infixam loco vel muro, immutabiliterque in domo illa in pace stat, quotidie ea vtens pro ceruisia coquenda, & nemini extraneo eam conducit, ad hæreditatem pertinet. Si verò eam alijs conducit, & non ad vsũ duntaxat suum eam seruat, ad geradam pertinebit. Itidem etiã vasa, cadi, & alia similia, si illa pro vtilitate sua alijs conducit, ad geradam pertinent. Si solus eis vtetur, hæreditas est.

Diuersoria publica tenentes, seu cauponarij, qui & hospites actiui dicuntur: quidquid lectisterniorum, linteaminum, tùm & aliorum quæ pro hospitibus seruãtur, habuerint, ad hæreditatem spectant. Si verò vxor in suo scrinio alia lectisternia pro puerperio & alio ornatu habet, ad geradam spectant: quæ si non habuerit, expediri post mortem viri debet. Ex illis communibus hospitum lectisternijs, lectusque sibi aptabitur pro puerperio valens, de singulis per tres pecias, vt pote tres plumaticæ, tres cussini, vnum par linteaminum, & alia quę ad ornamentum lecti pertinent, coque modo in gerada expeditur. nullus tamen computari pro cauponario seu hospite actiuo debet, nisi vt communiter hospites foueat. Vnde si quis pro tempore aliquo principem vel aliquem magnificum cum eius familia hospitio susceperit, non propter hoc cauponarius dicitur, nisi forsan alios etiam aduenas in cõmuni hospitauerit.

Lanius etiam habens oues, boues, & alia pecora, vbicumque locorũ illa seruauerit, quæ ad quotidianum forum seruat mactandas, ad hæreditatem pertinent. Si verò oues habeat, quas conducere alijs solet pro vtilitate sua, tùm etiam si domi seruat vacam, duas, tres, aut plures, pro vtilitate domus, & item anseres, anetæ, ad geradam spectabunt; galli verò ad hæreditatem annumerantur: vt Spec Sax. lib. j. art. xxiiij. & infrà. iure munic. art. xxvj.

Ad geradam verò multa alia, præter quam quæ in textu habentur, enumerata secũdùm aliquos pertinere dicuntut: vt sunt cistæ elimatæ cum eleuatis tecturis. Si illas non habuerit, extunc accipit eas quas secum apportauit, & signanter ad quas clauem deferre solet: cinguli etiam sericei vel argentei, in vsum eius fabrefacti, vnus crater ad potandum si sit ibi, vnus cantarus, mensa vna, & scabellum; sedile item vnum, si & in quantum plura sunt quàm vnum, geradæ annumerantur.

Sciendum tamen, quòd vasculum potagiorum argẽteum, & sedile, ex gratia tribuitur: quare & in in beneplacito stat illorum qui geradam expediunt, conferre relictæ id quod volunt ex his.

Quæritur, si vir tempore sanitatis vxoris suæ necessitate vrgẽte, ve-

vestes eius impignorauerit, postmodumq; vxor ægritudinem incidens moriatur, cognata tandem expetat x geradam, ille verò declaret ex necessitate tempore sanitatis vxoris vestes vendidisse, & quòd pecuniam in ægritudine cõ sumpserat: cognata tãdem instet. Exquoquidẽ recognoscit, quòd vestimenta solus impignorauerit, & non vxor, an respondere super his non debeat? Maritus item reiteret ex necessitate id feciſſe tempore sanitatis vxoris; huiusmodi etenim pecunijs eandem nutriebat. R. Si vir probare poterit cũ illo, cui vestimenta oppignorata sunt, quòd id factum est tempore sanitatis vxoris, extunc is qui geradam expetit, vestimenta eximere tenetur: maritus verò nihil super eo pati debet: vt Spec. Saxo. lib. j. art. xxiiij. §. & si prædictarũ rerum.

x Res ad geradam pertinentes impignorata tempore vitæ vxoris eximere cogitur is cui iure cedunt.

Vnde sciendum, si maritus pro necessitate vxoris, ea quæ ad geradam vel ad arma bellica pertinent, alienauerit: tacto sacramẽto id facere eum oportet, si sibi non creditur id ita se habere: & cùm hoc, quod tempore sanitatis id fecerit: postmodum verò exemet ille cui de iure cedit, si eam habere vult.

Quæritur, an huiusmodi gerada aut arma bellica eximi debeant, de cõmuni mortuæ, vel mortui substantia nec ne? y Videtur enim quòd sic; quia pecunia illa in communem substantiam cessit. R. quòd ille eximere de suo proprio tenetur, ad quem gerada vel arma bellica pertinent. Ratio istius, mortuus etenim tempore vitæ suæ nemini erat obligatus, & ita ex communi substantia si impignoratum quid est, eximi non oportet, tùm nec ille res sic oppignoratæ geradæ nomen habuerunt, imò non vt geradam, sed vt res proprias oppignorauit, nomẽque istud quod gerada nuncupatur, tur, post mortem istius venit: & ita illud idem ius quod mortua, vel mortuus reliquit, in illis rebus successor eius tollit, quare & eximere cogitur: nam & mortua si superuixisset, non aliud ius ad huiusmodi res inuadiatas haberet, nisi quòd eas eximere potuerat: sed nemo plus iuris in alium transfundere potest, quàm quod solus habuit: vt ff. de regu. iur. l. nemo. & ff. de pignoribus in multis legibus.

y Gerada per vxorem oppignorata, per quem eximi debet.

z Ex eo sequitur regula generalis, quòd gerada vel hergevet, seu arma bellica nuncupari non possunt, tempore quo viuit ille vel illa, post cuius mortem in expectando est: sed postquam moritur, primo sortitur nomen geradæ & hergevet.

z Gerada à primo nomen sortitur suum post mortẽ cognata, itidem & hergeweth post mortem agnati.

Quæritur, a mulier ægrotans, de vitaque desperans sua, si geradam tempore ægritudinis alicui donet presbytero manibus suis, eandem cum iniuria à proximiori cognata alienans, & vir suus in id consentiat fortè eo animo, quia eam solus retinere non potest: assintq; homines qui testes esse possint, huiusmodi tamen donationi cognata præsens non adsit, quæ in id consentiat, & geradam presbyter exportet: mortua tandem vxore, cognata virũ impetat pro gerada, is verò eam esse presbytero donatam dicat. Vnde si geradam recuperare vellet, cum sacerdote esse actionem intentandam, negociũ posthac ad iudicium deferatur, vbi & querela formari hoc pacto potest. Domine iudex, ego propono contra P. quia geradã mihi ex morte cognatæ meæ pertinentem, vsurpat in valore viginti saxagenarum, peto super eo responsionem. Accusatus posthac petat varendæ præstationem, quæ sibi decerni debet: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xv. huiusmodiq; varendam fideiussoria cautione assecurare eam oportebit: quod cùm factum

a Gerada alienata tempore ægritudinis etiam cũ consensu viri non valet, alienatio imò. vir super eo respondere cogitur.

factum sit, responsionem formabit his verbis: Vxor mea res ad geradam pertinentes, proprijs suis manibus in opera misericordiæ sacerdori donauit, idque probare volo his, qui protunc præsentes fuerunt, cùm huiusmodi res donatę per sacerdotē exportatę sint, si & in quantum vltra id pro aliquo mihi culpam dederit, expurgaturum me offero, prout ius dictauerit vestrum: & quæro, an super propositionem eius respōdere debeam? vel quid sit iuris. Cognata posthac replicando dicat. Exquoquidē recognoscit se protunc præsens fuisse, cùm res huiusmodi alienatæ sunt, mulierque nulla bona donare vel alienare potest sine consensu legitimi eius tutoris, & quia consensus eius superuenit mihi in damnum, an per hanc suam responsiuā à querela liber possit esse mea, vel quid sit iuris. *b* R. quòd non iuuabit eam excusatio illa de forma iuris.

b Vir per negligentiam alienat, vxorē aliquid admittens, in damnum illorum, qui sunt expectantes, respōdere pro illo tenetur.

Poterit & alia via contra huiusmodi maritum procedi, & querela formari. Interrogari enim potest, an præsens fuit, cùm gerada alienabatur, respondere eum oportet, quòd sic vel non; si per negatiuam responderit, proponatur: exquo quilibet maritus fidelisque tutor præcauere debet vxori quoad viuit, tum & pupillo de damno. Cognata mea in eius existens tutela ægritudinem incidit, bonaque alienauit, quòd de iure facere minimè decuit, ita non vt verum tutorem decet sese exhibuit, peto per sententiam dari, an in damno mihi satisfacere debeat? vel quid sit iuris, &c.

Notanda circa id veniunt quędā necessaria, quo pacto vir præcauere sibi debet, ne damnum incidat, si mulier geradam alienet. Vnusquisque maritus, cuius vxor ægritudine correpta iacet, eandē diligēter prouidere debet, omnia pro necessitate administrādo: sed nec admittendo ei facere ea, quæ in damnum alicuius cedunt; id enim officium est boni tutoris. Pupillus enim sine consensu tutoris alienandi aut donādi aliquid, nullam habet facultatem: vt Institu. de auctorit. tutor. per totum. & Instit. qui alie. licē. §. nunc admonendi sumus. Vnde & quidquid damni ex negligentia tutoris eueniat, resarcire tenetur: vt Spec. Saxon. lib ij. artic. xxxviij.. Nec absentia eum excusat, tùm etiam si dicat eum ignorasse cùm illud alienauerit, excusare eum minimè potest. Officium enim tutoris est pupillo prouidere, vnde & negligentiam illam sibiipsi imputabit: vt Specu. Saxo. lib. ij. artic. xxxviij. Si verò dicat, quòd protunc præsens non sit, ignorabatq; de alienatione bonorum huiusmodi; quinimò antequam venerat, iam exportatæ res fuerunt: extunc propior erit declarare responsiuam suam, quàm alter eum conuincere. Quo facto expetetur gerada ab illo cui donata fuit: sin autem respondeat, quòd cum diligētia qua maiori potuit id denegare nitebatur, offerens se probare testimonio illorum qui præsentes fuerunt. Actrix vero, vel is cui gerada pertinet, contradicat dicendo: si mihi denunciasses, assensum præbuissem, vel consiliū contra id inuenirem: hīc iterum respondere cogitur ratione tutelæ. in his enim & similibus casibus necessariò præsentes esse debent, qui successionem expectant, aliàs donatio non valet: vt Instit. de inofficioso testamento in multis locis: Sed si maritus sibi indixerit, quòd sine consensu propinquorū nihil donare poterit, idque mettertius, vt iuris est, docuerit, nihilque impetitionis patietur, quamuis cognatæ non indixerit: vt Instit. de lega. §. non solùm.

Cognata paraphernam accipiens, ornare lectum marito tene-

tur, vt textus artic. habet. & Spe. Sax. libr. iij. art. xxxviij. *c* idque propter honestatem statutum est: nam & istud quod datur mulieribus, ex honestate iuris sancitum habetur; meritò ergo mulieres iuri honestatem exhibere debent. ius enim non aliud suadet, nisi honestum: vt in auten. vt ab illu. & qui super eam sunt digni. §. j. col. v. & C. de offic. diuersi iudic. l. j.

c Cognata geradam tollens, cur stratum lectum marito relinquere tenetur.

Et quia dictum est, quòd geradam nullus accipit, nisi qui procedat ex parte mulieris. Sciendum tamen si mulier nulla relicta filia, filium reliquerit scholarem acolytum, iste propinquior erit geradæ, quàm soror matris. *d* Si verò filia sit, & filius scholaris, per æquum accipiũt geradam: vt Spe. Sax. lib. j. art. v.

d Spec. Sax. lib. 1. art. v.

e Gerada ex peditis praecedit expeditionem armorũ bellicorum.

Gerada etiam dicitur alio nomine parapherna, & est suppellectilis illa, quæ in domo mariti in communi vsu habetur, *e* expeditúrque etiam ante expeditionem armorum bellicorum, *f* hoc est hergewet.

f Spe. Sax. libr. 1. artic. xxiij.

Articulus XXIIII.

De cibariis domesticis.

QVantum iuris vxor habeat ad cibaria domestica quæ post mortem viri in domibus seu curijs relinquntur. [a] Iure municipali cùm seperari velit à pueris seu mariti hæredibus videndum sequitur.

a Vide Spe. Sax. lib. 1. artic. xxij & infra Iu. Munier ar. xxvi. & lviij.

Si etenim mulieri vitæ prouisio inscripta sit in curia illa, vbi cibaria huiusmodi relicta sunt, omnium nium accipit medietatẽ post tricesimũ, quæcunque maritus ordinauerat adv sum vnius anni, & hoc vltra illa cibaria quæ se ad hæreditatẽ extendunt. Residuum verò quicquid superfuerit, hoc accipit mariti verus hæres & nõ hæres feudalis. Si verò locus ille vbi hæc relicta sunt non sit in vitæ prouisionem mulieri assignatus, non plus de his accipit, nisi quantum comedere & bibere possit, quo ad sibi eius pecunia exoluatur.

Quamdiu etiã sine marito manserit, tam diu euacuare locum non tenetur, nisi forte hæredes eã iure vel bonis (alij textus habent aut bona voluntate) expediuerint & si fideiussoriam habuerit super his hæredes monere non oportet.

Acceptis etiam pecunijs, possessionem euacuare tenetur, promissum enim & statutum omne ius frangit. Cibaria [b] autem domestica vnius anni, dicuntur quæ illo anno & ad annum vnum adaptata & ordinata sunt pro necessitate domus.

b Cibaria v. nius anni quæ dicantur.

GLOSSA.

Quæ dicantur cibaria domestica, sufficienter expressum in textu habetur. Sunt enim illa quæ vir ad necessitatem domus pro vno anno comparauit: ad id annumerãtur carnes salitæ, fumigatæ, lardũ, sufragines, scapulæ, seu ascellæ porcorum, &c. casei, butirum, sagina, sal, mel, pisces, alleca, ac alia omnia esculẽta, legumina, quę pro vno anno ad necessitatem domus comparantur: his etiam annumerantur frumenta, braseum, cereusia, medo, vinum, & alij liquores ad vsum domesticum ordinati, illorum omnium mulier accipit medietatem, si prædium illud, vbi hæc relicta sunt, sibi ad vitæ prouisionem inscriptum sit. Si verò vitæ prouisionem in his non habuerit, non plus accipit, nisi quo nutriri possit, quàm diu per heredes non expediatur, *c* aut ab illis separetur: vt Spec. Saxo. libr. j. art. xxij. Etiam secundùm aliquos his annumerantur porci crassati: vt Spec. Sax: lib. j. artic. xxiiij.

c Vide Spec. Saxo. libr. i. art. xxij.

Considerandum circa id, quòd mulier quamdiu maritus vixerit, neque dotalitium, neque cibaria hæreditat, omnia enim illa apud maritum manent: cùm verò ea post mortem acceperit, ita quòd nullum habeat maritum, extunc in proximiorem suum agnatum & non ad mariti illa hæreditat: vt lib. j. art. xxxj. Spec. Sax.

Notandum præterea, si maritus relictæ vxoris huiusmodi conditionis fuerat, quòd ex his prænotatis rebus seu cibarijs victum queritabat suum, ad hæreditatem pertinebunt ex plebiscito.

Articulus XXV.

De armis bellicis.

QVæ sint arma bellica seu res expeditoriæ, & quæ ad ea pertineant iure municipali considerandum sequitur. Tũ etiam quo pacto relicta, mortui vxor proximiori agnato illa extradere debeat.

Ad [a] arma etenim bellica pertinet dextrarius seu equus melior mariti sellatus gladiusq; eius, clypeus item, & meliora eius arma quæ habet pro corpore vnius viri: tum & quotidianæ vestes, lectisternium item bellicum, hoc est lectulus cum cussino, duo linteamina, vna peluis, mensale vnum cũ manutergio, caldar vnũ vel aliud huic simile, & hæc sunt & dicuntur verè arma bellica, licet aliqui ad id alia apponere solent. Et si quid horum relicta non habuerit ac sacramento confirmare audebit ea non supereſſe, da re non tenetur.

a Vide Spec. Sax. li. i. art. xxij.

GLOSSA.

Articulus præsens est continuatiuus præcedentium, vbi de geradahabitum est. Quemadmodum etenim mulieres cognatæ accipiunt geradam, ita agnati viri arma

bellica seu hergevvet tollunt: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxij. *b* Arma etenim bellica seu hergevvet, *c* non est aliud, nisi supellectilis illa, quæ ad expeditionem pertinet bellicam. Vnde qui huiusmodi res expeditorias seu hergevvet expetere volunt, *d* necessariò ex parte gladij esse debent. vt Spec. Sax. lib. iij. art. xv. Nec obstat ꝙ aliquis forsan dicere velit, id esse contra articulum tertium libr. j. Spec. Sax. vbi habetur, quòd hi qui æquè in gradibus computantur, *e* æqualiter hæreditatem dimissam percipiunt, & ita agnati meritò non deberent huiusmodi arma bellica habere, verùm ea diuidere cum cognatis eiusdem gradus.

b Spec. Saxo. lib. i. art. xxvij. & ar. xxvj.

c Arma bellica. q. s.

d Spec. Saxo. lib. ij. art. xv. glos.

e Vide suprà eo. li. ar. xxiij. & Spe. Sa. lib i. ar. v. & art. xxiij.

Pro solutione huius dubij notandum, quòd & siquidem hi qui ex parte gladij non melius ius habent ad hæreditatem tollendam, quàm hi qui ex parte fusi procedunt. *f* Ex iam allegato articulo tertio lib. j. Spec. Sax. Arma tamen bellica iusto tellunt, & hoc ex ea ratione; quia etiam illi ex parte fusi descendentes, geradam accipere solent, & ita inuicem adæquantur.

f Spec. Saxo. lib. ij. ar. xv.

g Agnati etiam ex singulari iuris priuilegio, gladium accipiunt ante omnia in signum tutellæ, tutores enim esse debent aliorum: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxiij. Ex quo itaque ratione tutoriæ plus laboris subire coguntur; quare & plus lucri iusto habere debent: nullus enim alteri seruire cogitur cum suo incommodo. Vbi autem duo vel plures ad vnam pertineant hæreditatem, senior diuidit, & iunior eligit: Specu. Sax. libr. iij. artic. xxjx.

g Agnatus ante omnia gladium accipit & quare id fit.

Articulus XXVI.

Quæ ad hæreditatem pertineant.

AD hæreditatem autem iure municipali secundum similem ortus generationem pertinere dicitur, omne proprium non alienatum, omne item aurum & argẽtum, panni ex lana & lino non incisi, equi, boues, scrofę, ex curia exeũtes. Sed porci qui sũt mactati & partiti non pertinent ad hæreditatem sed ad modestica cibaria.

Domestica *a* etenim cibaria, vt iam habitum est, dicuntur, quæ ad necessitatem vnius anni comparantur, & ita porci crassati pertinebunt ad cibaria communia, si sint mactati & partiti, alias integri ad hæreditatem pertinent, pernę item lardi, *b* ascellę porcorum, siligo, cistæ braseorum, & alia itẽ serinia, mensę, sedilia, scamna, cinguli, brachialia, lauatoria, distillatoria, cistę simplices, sartagines seu patellę, dolia pacifice in loco situata, omnia caldaria ꝙ abluendis vestimentis ꝙ ad geradam pertinet. Vasa præterea seu dolia quæ vacua sunt, & item galli & aliæ aues, canes & cati, morsa-

a Vide suprà eo. lib. ar. xxiij. & infrà iure munici. art. lviij. Spe. Sax. lib. i ar. xxij.

b Id sanè intelligi debet prout supra circa articulum xxiij. de claratum habetur, hoc est si huiusmodi carnes inueniantur in prædiis vel in domibus in quibus mulier vitæ promissionẽ non habeat, quia alias ad domestica cibaria computabuntur mulierque illorũ accipit medietatem.

morsarius ac omnis generis armatura, clypeiq;, exceptis tamen his quæ inter arma bellica connumerantur. Omnia item vasa argentea ad hæreditatem pertinēt. Quodc si tres aut plures ad vnam pertinere videntur hæreditatem, vel ad arma bellica, senior tamen accipit inprimis gladium ante omnia.

c Spec. Saxo. lib. i. ar. xxij.

GLOSSA.

Notitia articuli præsentis summè est necessaria: cómuniter etenim occasionem hæreditatis iudicialiter intentari solet actio, omniaque hîc in textu enumerata ad hæreditatem pertinent. *d* Hæreditas autem *e* nihil aliud est, quã successio in vniuersum Ius, quod defũctus habuit tempore mortis: vt ff. de reg. iur. l. hæreditas. & ff. de verb. oblig. l. quotiens. Si itaque hæres sequi debet in ius illud quod mortuus habuit, necessariò sequitur, si successio iusta esse debeat, quòd mortuus ius verum & legitimum ad bona illa habeat. Inueniatur verò contrariũ, vt pote; quia ex certis caussis abiudicata sibi fuerunt bona sua, hæres eius, vt sic, nullum ius ad ea habebit. *f* Nullus enim potest alijs ius pinguius in bonis relinquere, nisi prout solus habuit: vt ff. de reg. iur. l. nemo.

d Spec. Saxo. lib. i. art. v.

e Hereditas q. s.

f Spec. Saxo. lib. ij. art. lx. & ar. lxxvij.

Præterea, si querela contra mortuum intentata sit, hæres qui bona accipere vult, super proposita respondere tenetur: vt Instit. de perpetu. & tempo. action. §. non autē. & C. de pœnis. l. sancimus. Et item, si mortuus quid cum iniuria iuria occupauerit, pro quo actio sibi intentari potuisset, hæres restituere cogitur: iure enim naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem: vt ff. de reg. iur. l. ure naturæ.

Vnde circa id sciendum, *g* q̃ *g Hereditas* hæreditas post mortem alicuius hærede caret, ita quòd nullus in eam succedit trifariam *h* Primò, si duellariter, vel etiam sine duello conuincatur, quòd contra imperium fraudem comiserit, vel etiam si id contra eum probetur: vt Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. per contrarium. C. ad leg. Iul. maiesta. l. quisquis. &, vt sic, heredes si hæreditatem accipere vellent respondere pro mortuo tenentur. Secundò, si anno & die proscriptionem tollerauerit: vt Spec. Sax. li. j. art. xxxviij. & C. de bon. proscrip. & damna. l. si quis. *i* Tertiò, qui seipsos interimunt metu pœnæ; vt captiui, desperati. Præterea vsurarij, lusores, fidem nõ seruantes, etiam qui rationem ciuitati de administratione facere non possunt: malefici, incantatores, nigromantici, à Sathana percussi, bona eorundem non ad hæredes, verùm ad fiscum deuoluuntur: vt C. de bonis eorum, qui mortem sibi consci. l. j. & ij. Si verò contingat, quòd aliquis seipsum interficiat ex melancholia, ira, *k* ægritudine; vt sunt frenetici, maniaci, melancholici, bona eorum derelicta ad hæredes cedunt: vt Spec. Sax. libr. ij. artic. xxxj.

g Hereditas hærede carere dicitur trifariam.

h Vide Spec. Sax. lib. i. ar. xxxiij. glo.

i Seipsos interficientes bona illorum cui cedunt.

k Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. xxxi.

Hæreditatem autem accipiens hæres, siue sit *l* filius, siue filia, vel alter quiuis, siue masculus, siue fœmina, mercedem inprimis deseruitam familiæ soluere & expedire tenetur: & si hæres mercedem negare voluerit, & ei soluere recusauerit, mercesque huiusmodi medij vel integri anni sit, famulus propior erit iuramẽto obtine-

l Vide Spec. Sax. lib. i. ar. xxij.

tinere mercedē ſuam, quàm hæres illam ſibi negare: vt Specu. Sax. lib. j. art xxij.

m Vide Spec. Sa. li. i. ar. vi.

m Poſtmodum verò hæres omnia liquida ſoluet debita, quæ comprobata fuerint, vt iuris eſt, poſt mortuam manum: *n* debitū enim petens ab aliquo, cauſſam debiti declarare oportet, ſi reus poſtulauerit.

n Spec. Saxo. lib. ij. ar. xli.

Furta verò, ſpolia, aut luſoriè perdita, ſoluere nō tenetur: Spe. Sax. lib. i. art. vj.

o Spec. Saxo. lib. i. art. vi.

o Debita etiam ſolui non oportet *p* ex proprio ſeu bonis morte ad aliquē deuolutis, *q* ex eo, quia proprium alienari non poteſt ſine hæredum conſenſu.

p Spec. Saxo. lib. i. art. ij.

q Nota paſſū iſtum diligenter.

Contingat autem creditores actionē proponere ſuper proprio, probentq; deſuper debitum illorum vt iuris eſt, & ius perducant ſuum, aſſignari illis proprium debet, ac in poſſeſſionem mittentur: vt Spec. Sax. libr. j. art. lxx. & C. qui. ex cauſ. in poſſeſſionem catur in multis legibus.

Proponat verò actor contra hę redem, quòd plus de hæreditate ſuperſit, quàm ipſe recognoſcat, idque vt iuris eſt probauerit, *r* dulum ſoluere cogitur: vt C. de iur. delibera. & de adeun. hæred. l. ſcimus. §. licentia. hæres tamen nihilominus tollere debet ea, quę pro ſepultura expendit: vt C. eotit. l. qua ſupra. §. in computatione autem.

r Spec. Saxo. lib. i. art. vi.

Pro declaratione præcedentium vberiori notandum venit, *ſ* quòd quicumq; ſuccedunt in bona aliqua, ſiue bona huiuſmodi ſint hæreditas, ſiue gerada, ſiue hergevvet, ad aliquod onus obligantur, ratione illius quod percipiunt: ille etenim qui hæreditatem accipit, debita ſoluit: Spec. Sax. li. i. ar. vj. Geradā etiā tollēs, lectum ſternere cogitur marito mortuæ vxoris: Spec. Sax. lib. iij. art. xxxviij. Is verò qui arma bellica, ſeu hergevvet percipit, vt eſt agna-

ſ Succedentes ad bona aliqua, obligantur ſemper ad aliquid.

agnatus, tutor eſt, & tutela ſibi incumbit, & ſignanter illi, qui ſenior eſt inter agnatos: tueri enim pupillos ex officio tenetur, *t* in ſignum accipit gladium ex vtraq; parte acumen habentem, cū manubrio & globo deſuper affixo. per acutiem vnam deſignatur, q̄ pupillum tanquam pugil in iudicio defendere debet; nam & pugil tutor etiam dicitur: vt Specu. Sax. lib. j. art. xljx. Per aliam verò acutiem denotatur, quòd fideliter pupillo in omnibus prouideat, nihilque admittat in damnum pupilli: quemadmodum enim pugil nedum præcauere debet, vt ab aduerſario non feriatur, ſed etiam curare eum oportet, ne ſeipſum proprio lædat gladio. Ita perſimile tutor facere debet, vt puerū ab aduerſarijs defendat, & etiā ne ex ſua negligentia damnum committatur; quia aliàs refundere cum oporteret: vt Spec. Sax. lib. ij. art. lxv. Per manubrium verò ligneū intelligitur, quòd nullus tutelæ ſe intromittere debet niſi id ſub iuramento & fide agat ſua, efficiunturque periuri & infames, qui falſò officium adminiſtrāt ſuum: vt Spec. Sax. lib. j. art. xlj. & Inſtit. de ſuſpect. tuto. §. nouiſſimo.

t Gladium tutor accipit in ſignū tutelæ. Vide interpretationē huius.

Vnde tutores in triplici genere inueniuntur. *u* Primò agnati: vt Inſtitu. de legit: agnat. tute. §. ſunt autem. & iſti legitimi tutores dicuntur. *x* Secundò tutores fiunt ex electione; vt cùm quis tēpore vitæ ſuæ eligit tutores pueris ſuis: vt Inſtit. de fiduc. tute. §. eſt & alia. tutor verò, vt ſic, electus ſatiſdare vel aſſecurare bona pupillorum non cogitur, ex eo; quia fides eius & diligentia apud teſtatorem approbata fuit: vt Inſtit. de ſatiſda. tuto. §. ſed hoc nō eſt perpetuū. Iure & conſuetudine Maydeburgenſi poteſt vnus tutores pueris eligere ſuis *y* omniſſo agnato vel conſanguineis, quibus de iure incumbere deberet tutela, &

u Vide Spec. Sax. li. i. art. xxiij. fend. i. xxvi.

x Tutores in triplici genere inueniuntur.

y Tutores eligi poſſunt omniſſo agnato.

la, &, vt sic, omissus agnatus, nihil ad tutoriã habebit. Id tamen testatorem facere oportet coram iudicio, exponendo causas legitimas, cur agnatos in tutores habere nollet: vt quia fortè est seruus, fatuus, infamis, sibi insidiãs, & similia. probareque eum oportet, vt iuris est mettertium; & tandem alios eliget: vt Institu. qui. testa. tutor. dare poss. per totum. &, vt sic electi tutores per sententiam eligendi necessariò veniunt, qui & confirmari debent. Tertiò, tutores dicuntur feudales. Quem admodum dominus feudalis tutor est vasalli minorennis, tùm & sui libertini: vt Spec. Saxo. lib ij. art. lviij. z Agnatus etiam tutoriam suscipiens, satisdare seu assecurare tenetur bona pupillorum cũ cautione incorruptibili, hoc est, cum huiusmodi pignore, quòd non de facili corrumpitur, vt sunt domus, prædia, agri, & alia huiusmodi: vt Instit. de satisdat. tutor. l. ne tamen pupillorum.

z Agnatus tutoriam suscipiens, satisdare cogitur cautionemque facere & alia de tutoribus vide.

Tutor preterea bona pupillorũ destruere vel annullare non potest, imò damnum resarcire tenetur, si eius culpa quid commissũ sit. Ratiõem etiam de anno in annum facere tenetur, bonaque summa cum diligẽtia prouidere. Si verò quid præter eius negligẽtiam damni commissum sit, sacramẽto expurgare sese cogitur suo. Moriatur vero interim pupillus, nondum ad annos peruenies, illi qui successiõem accipiunt, *a* à tutore rationem experent, quam & facere cogitur: vt Spec. Saxo. lib. i. art. xxiij.

a Spec. Saxo. lib. i. ar. xxiij.

Tutor item heredi rationem & calculum facere tenetur, & eam comprobare duobus digitis ad sacra, si sibi non creditur, & hoc de vltimo anno, & non de alijs. Præsumitur enim quod de annis præteritis in hæredis præsentia ratio facta sit, antequam pupillus mortuus est. Nec enim tutor rationẽ pupillis de anno in annum facere debet, sine præsentia hæredum, siue illorũ, qui sunt in expectando bonorũ huiusmodi, post mortem pupilli, à quibus & quietari semper debet. Tutor præterea tenetur hæredi fidem dare pro varenda: vt in auten. vt hi qui obliga. se habe. perhibe. res minor. §. si verò. coll. vj. Exinde tandem sequitur. Quandoquidem bona pupillorũ illæsè seruari debent, quare assecurari per tutorem illa oportet, vt dictum est: nec facultatẽ tutor habebit bona huiusmodi inscribendi, obligan. vendendi, impignoran. nec ex possessione dimittere sua sine consensu hæredum, vel illorum, qui in expectãdo sunt successionis. Etiam dato, quòd consensus sit, recompensatiõem nihilominus pupillo & hæredibus facere cogitur: vt Specu. Sax. lib. j. art. lij. Instit. qui. mo. alie. na. nisi forsan circa assecurationem aliter expressum sit. *b* cõditio enim ius omne limitat, cùm id probatum fuerit.

b Conditio ius limitat omne, vide hic eadem lib. ij. art. v. glo. fi.

Vnde exquoquidem tutor sentit onera & damna in bonis pupillorum, *c* quare & cõmoda sentire iusto debet. Si ergo bona pupilli fuerint in proprio hereditatcue, agris, vineis, hortis, humuletis, tutorque impensas proprias faciat in laborandis illis, fructus exinde etiam percipiet, *d* sine aliquo cẽsu, dummodo non promiserit illum: vt Instit. quib. mod. re. cõtra. obl ga. §. his qui. Qualia autẽ bona susceperit, cùm se tutelæ intromisit, talia restituere tenetur: vt si seminati fuerint agri, etiã seminatos restituet. Sanè tamen id intelligendum erit, nam si pupillus ante festum sancti Vrbani ad annos veniat, tutor perdit laborem suum in vineis pupilli præstitum, fructusque pupillo cedent, & non tutori.

c Tutorũ præiusto regatura.

d Spec. Saxo. lib. ij. ar. lviij.

Sed si nudo bonis illis se intromiserit, vacuaque bona acceptauerit,

uerit, & fundum pupilli ad fortunam in damnum & lucrum propriis laboret & ædificet pecunijs. Signãter si bona illa subiecta sunt fortunæ, extunc tutor vel eius hęredes, si tutor decesserit, fructus tollere debent, & pupillis vel eorũ hæredibus recompensam cũ censu facere.

e Vide Spec. Sax. lib. 3. ar. xxij. e Pupilli si annos attigerint, cùm siligo ad spicas venerit, tutor vel sui hæredes fructus recipit, & pupillus stipulas seu truncos vinearum.

Exinde sequitur. Si vir vel mulier relinquentes pueros in possessione aliquorum bonorum moriantur, bonaque prætacta sine iusta allocutione ab eis possideantur, nec violenter bonis se intromiserant huiusmodi, extunc pupilli, nec alter quiuis ex parte illorum potest illos à fructibus, ratione quorum impẽsæ per eorum parentes factæ sunt, & ad eos hæreditârunt, repellere, & hoc si pro huiusmodi bonis iura debita nulli denegârunt: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xliiij. Si verò ius denegauerit, impensas & laborem perdit. Quidquid enim rerum huiusmodi quæ ad fortunam exponuntur fuerit, ad tutorẽ magis quàm pupillum pertinent: vt in autent. vt hi qui. oblig. se habe. perhib. res. minorum. §. si verò. & hoc intelligendo. si lucrum exinde prouenies fortunæ exponatur, sicut si forsan pupillorum bona mobilia fuerint, vel mercantiæ, quæ & taxatæ sint ad certam summã, cautioneque prouisæ: quòd si taxatæ nõ sint, easq; ea qua potest maiori diligentia custodit, & interim deperduntur absque eius culpa & negligentia, quam iuramento proprio probare tenebitur, manet sine damno, si & inquantum etiam bona sua vna cum bonis pupillorum ablata sunt: vt Instit. qui aliena. licc. vel non. §. Si autem aliter.

Tutela & hæreditatis successio in vnam si concurrant personam, nec satisdare, *f* hoc est, cautionẽ præstare, nec rationem facere tenetur: vt Spec. Sax. libr. j. artic. xxiij. Quod si pupillus & eius tutor specialia habent bona, rationem facere tenebitur, vt alter extraneus: vt ff. rem pupilli saluam fore in multis legibus. & Instit. de satisda. tuto. vel curato. §. ne tamen pupillorum. *g* Si autem vt dictum est, tutor cum pupilo diuisa bona habuerint: vt fratres, & sorores, ille qui inter eos tutor est, nullam rationem facere cogitur, & hoc intellige, tempore quo tutoriam administrat, vel etiam & post, quamdiu indiuisi manent in illis bonis.

f Spec. Sax. lib. 1. ar. xxiij.

g De tutoribus viae per totum.

Postquam vero ad annos peruenerint pupilli, bonaque diuidant, rationem tutor facere cogitur vel suus hæres illius locũ supplendo. Pupilli si quid etiam tutori in debito remanserant, soluere tenẽtur, vel se super debito defendere post mortuam manum, vt iuris est: &, vt sic, tutor, vel eius hæres, pupillo bonorum possessionem abscedere tenebitur: vt ff. rem pupilli saluam fore. l. j.

Tutor si soluat aliqua liquida debita pro pupillo, hæredes tutoris propinquiores erunt conuincere pupillos in debito huiusmodi persoluto, quàm illi se defendere possint: dantur enim causæ certæ, in quibus bona pupillorũ etiam diuendi poterint, vt infra habebitur.

Ex præcedentibus patet, quo pacto tutor sibi prouidere debet, ne in administranda tutela damnũ incurrat. Cõtingit enim quandoque quòd vnus relinquat pueros minorennes, cum bonis & hæreditatibus immobilibus, ac proprio, nonnullaque cõtraxerat debita, quæ & soluenda veniunt de bonis mortui. Is enim qui hæreditatem accipit, debita soluere cogitur

Tutę-

gitur: vt Spec. Sax. libr. j. art. vj, Caueat ergo, ne proprium seu hereditates pupillorū vendat. Proprium etenim sine consensu hæredum minimè alienari potest: vt Spec. Sax. libr. j. art. lij. *b* Quòd autem bona pupillorum diuendi non possunt, ratio est: *i* is enim qui vendit aliquid, varendare emptorem oportet: sed quia tutor accepta tutoria, pupillorum bona assecurare cogitur. Vnde si emptor impetitus sit pro bonis emptis, ad varendatorē q se trahat, tutor ille varendare eum non posset, quàmuis forum recognoscat: proponere etenim pupilli contra eum iudicialiter possent. Exquoquidem bona illorum vendidit, tempore quo sub tutela erāt, nec consensum ad id præstiterunt, an bona vendita varēdare posset nec ne? decernetur, quòd nec vendere bona huiusmodi, sed ne ea varendare potest, de forma iuris: vt Instit. qui. alien. licē. vel non. &, vt sic, tutor incideret in damnū.

b Vide infrà art. cxl.

i Bona pupillorum diuēdi non debent.

k Bona pupillorum quando diuendi possūt causas vide.

k Notandum circa id, quòd sunt quędam certæ causæ, vbi bona pupillorum alienari & diuendi possunt, cùm id tamen fieri cōtingat, necessario coram iudicio eas declarare oportet: vt C. de prædijs & alijs rebus minorū per totum. Primò, propter dotalitiū, cùm illo mulier carere non vult, bona venduntur, & refarcitur dotalitium, fuit enim pignus suum. Secundò, propter famem superuenientem, ita, quòd aliter miseris hominibus subueniri non possit, vt sic enim & res ecclesiæ licitò diuenduntur: vt C. de sacrosanct. eccles. l. sancimus. Tertiò, si bona pupillorum violenter vel iuridice, alloquuntur, occupāturue, & tutor illa minimè defendere potest. *l* Quartò, propter paupertatem; vt pauperes & orphani exinde tueri possint ab iniusta violentia ac oppressione. Quintò, si aliqua pupillorū bona impigno rata sint, vel apud iudæos inuadiata, vbi quotidianæ expensæ & vsuræ crescant, aut aliqua alia damna exinde eueniant. Sextò, propter omnia liquida debita, quæ literis obligatorijs super proprio aut hæreditate per eorum patrē recognita & approbata sunt: signanter, si conditio superaddita est, quòd cum bonis illis facultatem habeant faciendum & dimittendum. Septimò, bona pupillorum diuendi possunt, propter iustas & legitimas causas, quæ cōmonstrari possint, vt est liberatio captiuorum: vt C. quan. decre. opus non est. per totum. His exceptis, propter nullam aliam causam bona pupillorū alienari poterint: vt C. de prædi. & alijs rebus minor. l. j. ij. & l. si prædium. Vnde & pupilli si ex alia causa bona eorum per tutores diuendantur, ea recuperare possunt iure, nisi tutor declaret pecuniam in cōmodum & vtilitatem pupilli esse expositam; quia, vt sic, cogentur viceuersa emptori pecuniam restituere: vt C. de contrahen. emption. l. dudum. *m* Si autem anno & die postquam ad annos peruenerint se neglexerint, per amplius bona impetere minimè possunt: vt Instit. de vsuca. & longi. tempor. §. iure ciuili. Quodsi extra prouinciam tempore quo annos attigerint abducantur, non nisi in triginta annis & anno & die præscribunt: vt Spec. Sax. li. j. arti. xxxj. Tutor etiam innatus, vel ex iudicio datus, si tutoriam susceperit, respondere & agere pro pupillo tenetur, quoad ad annos peruenerit. *n* Quòd si pupilli nullum habeant tutorem, respondere minimè tentēur, imò iudicē curatorē eis dare oportet: vt Spec. Sax. libr. j. art. xlj. in fin. gloss. & artic. xlvj.

l Causas nonnullas horum vide C. de admini. tuto. signater l. vlti.

m Pupilli quādo præscribūt in bonis per tutores diuendis.

n Pupillorū prærogatiua.

Pupilli præterea habentes tutorem, iudicialiter si impetantur sine præsentia tutoris, præfigi eis-

dem proximus iudicialis termi-
o Spec. Saxo. lib. 1. art. xlij. nus debet, *o* vt tutorem adducãt, tandem & pro secundò & tertiò, qui si non cõparuerit, actor querelam perducet suam cõtra pupillos, nisi legale impedimentum tutor importauerit: vt Spec. Sax. libr. ij. art. ij. & hoc intelligendũ in actione iniuriarum, si quid deliquerint, quia aliàs nullo modo iudicialiter contra eos agi potest, nisi annos attingant discretiõis: vt Spec. Sax. lib. j. art. xlij.

Quod si mater vnà cum pueris in possessione maneat bonorum, paterque mortuus debita contraxit, quæ & expetũntur post mam mortuam, vt iuris est. *p* Ma-
p Nota passũ ssum. vbi creditori in bona pupillorũ datur possessio & quomodo bona illa eliberari post hac poterint. ter nihil perdere pueris potest, actori nihilominus bona pupillorũ impetrienti, indicatio admittitur, p tertia querela, in bona huiusmodi: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxx. Pignus tamen illud creditor nec alienare, nec diuendere poterit in damnum pupillorum. Postquam verò ad annos peruenerint pupilli, propiores erunt debito cõtradicere, & proprium eliberare cum innocentia sua, quàm creditor circa illud permanere: dato, quòd indicationem acceptauerit iuxta eius querelam, non obstante etiam, quòd pueri pro illo tempore cùm bona eorum vna & ipsi impuberes sunt, agnatos habuerunt: vt C. de prædi. & aliis rebus min. l. si prædium.

q Tutoris potestas & auctoritas erga pupillos. Tutoris etiam potestas *q* erga pupillos cúm iudicialiter confirmatur, est quòd pro pupillo iudicialiter agere poterit, iusque dare & recipere, querelas item acceptare & responsum facere, promittere & ratum facere. Si quid verò pupilli dederint absque eius voluntate, irritum manet: vt Instit. de inutil. stipulat. §. pupillus omne. In venditione præterea, emptione, accommodato, necessariò habetur tutoris consensus: vt ff. de contrahen. emption. in multis legibus.

Pupilli etiam sine tutore, nec querelam instituere, nec hæreditates acceptare, nec occasione illarum agere, nec possidere, nec promittere, *r* nec promissum acceptare, *s* dato etiam, quod sit in commodum & vtilitatem eius, sine consensu tutoris poterint: hęc enim omnia tutor loco ipsorum facere debet: vt Instit. de auctor. tutor. per totum. & Spec. Sax. li. j. art. xlvj. *r Feud. c. lvi.* *s Pupilli sine tutore nihil facere possunt, dato quod in commodum vergat eorundem.*

Pupilli etiam, virgines, & mulieres, si cum tutore quid agere habent, tutor vt sic, actor in rem suam esse non potest: sed in locum eius datur curator ex officio: vt Instit. de auctori. tutor. §. si inter tuto. pupillumque.

Tutor etiam dari potest *t* per iudicem quandoque habenti prius tutorem: vt C. in quib. causs. haben. tutor. vel cura. dari tutor. potest. per totum. & signanter in sex casibus. Primò, si tutor cum pupillis iudicialiter aliquid agere habet, etiam si vir donationẽ propter nuptias vxori facere velit, *u* vxor alio indigebit tutore: vt Spec. Sax. lib. j. artic xliij. Secundò, si tutor absens sit, vel in seruitio domini aut bellica expeditione impediatur, & interim pupillus impetatur, iudex tenebitur de tutore sibi prouidere, qui eos defendat, dilationemque ex sententia petat ad aduentum veri tutoris. Tertiò, si tutor se à tutela excusauerit, dato quod plures sint, qui se non excusauerint in locum illius qui se excusat, alter surrogatur. Quartò, si bona sint in diuersis partibus pupilli, quæ per vnum difficilè administrari possũt. Quintò, si ex aliqua legitima caussa tutor priùs datus, vt suspectus reiciatur: vt Spec. Sax. lib. j. art. xlj. Sextò, si bona pupilli adaugeantur, ita quód difficilè per vnum prouideri possint. *t Habenti tutorem quandoque tutor dari potest.* *u Vide hoc idem in forma Spec. Sax. lib. 1. arti. xlvj. gloss. feud. c. xxvi.*

Tutor verò potissimum ex officio per iudicem eligi debet, de cõ-

sensu

x Tutor ex officio eligi debet ex proximioribus pupilli agnatis.

x senſu scabinorum, ex proximioribus pupillorū agnatis, per ſententiamque confirmari.

Si verò contingat duos vel plures ad vnā pertinere tutelam, qui æque propinqui ſint, & vnus alteri cedere nollet, y iudex de cōſenſu ſcabinorum eligere vnum ex eis poterit, quem pro commodo prouiſioni bonorum & pupillis intelligat.

y Ex duobus agnatis ex æquo ad tutelā pertinentibus in arbitrio eſt iudicis eligere ex eis quem vult.

Item, ſi vnus proximior ex parte gladij, & alter ex genealogia matris, vel non adeo propinquus in linea tutelam expetant, eſt in arbitrio iudicis vnum ex his eligere, qui magis vtilios ſit pupillo.

Moriatur etiam vir relictis pueris bonis, z & propinquioribus amicis, agnatuſque tutelam ſuſcepta re nollet: iudex ex officio ſeniorem agnatum cogere poteſt, vt tutelam ſuſcepter, quam & acceptare cogitur, a niſi legitimè ſe excuſauerit.

z Iudex cogere vnum poteſt ad tutoriam acceptan.

a Vide hoc idem Spe. Sax. libr. 1. art. xi. gloſſ. & C. de excuſa. tuto. & Inſt. eo. ti. per totum. & ff. eo. tit. l. i. & ij. feud. c. xxvi.

Vnde notādum circa id, quòd vnus excuſare ſe poterit tutelæ, vel quòd tutor non ſit ex certis cauſſis. b Primò, ſi multos habeat pueros: vt C. de excuſat. tutor. & curat. per totum. Secundò, propter officium quod gerit publicum. Tertiò, ſi in ſeruitio domini in partibus longinquis eum eſſe oporteat.

b A tutela ſe excuſare vnus poteſt ex certis cauſſis.

Item, excuſari poteſt propter paupertatem: item, propter ægritudinem: item, propter inimicitias, quas habuit cum patre pupillorum. Item, propter ſenium: ſeptuagenarius enim tutor eſſe non poteſt, licet ipſe tutorem habere poterit ſi vult.

Etiam excuſatur propter iuuētam: minor enim vigintiquinque annis tutor eſſe non poterit. Sciendum præterea, exquoquidem tutoris officium eſt pupillo prouidere: ergo illi qui defectuoſi ſunt, vtpote ægroti, corpore debiles, animo capti, tutores eſſe nō poſſunt, cùm nec ſibiipſis prouidere poterint: ſed vel potiſſimum tutor eligi debet proximior agnatus, & generatione ſimilis: vt Inſtit. de legit. agnat. tute. §. quòd autem lex. Vnde & ſiquidem ſæpiùs in tutela dolus commi tatur, reijci tamen tutor non poteſt, niſi iudicialiter ſit victus. vinci verò vnus non poteſt, niſi contra eum iudicialiter proponatur: vbi enim actor non eſt, nec iudex decernere poterit.

Tutorem itaque accuſare poterit pupillorum mater, auia, & quælibet mulier, c imò omnes alij zelo bono, d & propter Deū id facientes: vt Inſtit. de ſuſpect. tut. §. conſequens eſt. & C. eod. tit. l. pietatis.

c Spec. Saxo. lib. 1. art. xli.

d Tutor per quem & quomodo accuſatur.

Sed & inter alias cauſſas hæc vna eſt, ſi pupillo alimenta non præſtet, mulier eum accuſare poterit: vt Inſtit. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis tuto & qui fraudulenter tutelam geſſerit: vt ibidem. §. nouiſſimè. Et propter has duas potiſſimum cauſſas tutores reijciuntur. Dantur tamē aliæ cauſſæ, quibus vnus à tutela prohibetur, ſicut ſi idoneus non ſit, vt mente captus, lunaticus, inimicus ſeu hoſtis, minor viginti quinque annorum, vel qui bona pupillorum diſſipet, etiam propter alios naturales defectus; vtpote, quia eſt mutus, cæcus, ſurdus,: vt Inſtitu. de cura. per totum.

Tutoreſque ſuſpecti conuinci iudicialiter debent per ſeptem teſtes, e & poſtmodum ex ſententia reijci, ac tutela eis per iudicem, f inhibeo tibi tutelam propter dolum commiſſū, &, vt ſic, infamis efficitur. Si verò nō exprimatur falſitas, nō erit infamis: vt Inſtitu. de ſuſpect. tutor. §. ſuſpectus. reiecto tamen tutore, pupillum iudex defendet.

e Tutela quomodo interdihibetur.

f Vide hoc idem Spec. Sa. lib. 1. art. xli. gl. 2.

Tutoria ſi ex morte alicuius veni cedit, is per ſententiam iuris tutelæ ſe intromittere debet, demandabitque iudex eidem, vt pu

pillos protegat, tueatur, donec adoleuerint.

Tutela autem finitur octo modis. *g* Primò, quando puer ad annos peruenerit, *h* & hoc secundū sexus diuersitatem: vnde si masculus fuerit, extunc iure feudali in tredecimo anno, annos attigit pubertatis. Iure verò prouinciali & municipali, masculi in quatuordecimo, fœmelæ in tredecimo, cùm completè hos attigerint annos, perfectæ discretionis annos habere dicuntur: vt Instit. quib. mod. tutel. fini. §. & ideo nostra semper constitut. Secundùm antiquos cùm anni ignorabantur: pupilli annos attigisse dicebantur, cùm crines in barba, & inferiùs in pudibundis apparebant: vt Spec. Sax. lib. 3. art. xlij. hoc tamē abrogatum est per imperatores, propter verecundiam seruandā: vt Instit. quib. mod. tute. fini. §. §. pubertatem. Sancitumque est, vt ibidem in allegato paragrapho habetur, quòd hi qui potestate plenaria feudum alienare vellent, necessariò attingere eos oportet viginti quinque annos: vt etiam clariùs habetur Instit. de curato. §. Masculi quidem. *i* Iure verò nostro, viginti vnum attingens, super feudo disponere potest suo, & hoc ex eo fit, quia tempore Iustiniani, qui leges instituit, homines multò fortioris naturæ erant, quàm tempore Caroli, qui ius Saxonibus instituit.

k Pupillus autem annos attingens pubertatis, si à tutela liberari vult, probare eum oportet, quòd annos attingat legitimos. *l* Vnde & venire tenetur cum duobus agnatis ex parte patris, & duobus cognatis ex parte matris, qui annos pueri recognoscant, & exinde anni dinumerabuntur, ac puer attigisse annos pronunciabitur, poteritque iam liberè facere & disponere cum bonis, absque tutoris contradictione, nisi forsan tutor esset in expectando successionis bonorum. Mobilia tamē dare & alienare poterit, absq; illius renitentia, dummodo ægri; tudine & morbo non occupetur, poteritque alium sibi eligere ad tempus tutorem si vult, & ille tutor primus bona in tutelam acceptа huic abscedere tenetur: vt Instit, de Atilia. tuto. §. cùm igitur. Secundo, tutela finitur, si pupillus se alteri arroget: vt Instit. qui. mo. tut. finit. §. item finitur. Tertiò, si pupillus in seruitutem trāsferatur, nisi forsan ad tempus determinatum datus sit ad redimendum. Quartò, si moriatur puer. Quintò, si minorauerit clypeum suum, vel aliquem ordinem susceperit: vt Instit. de capit. diminut. Sexto, si interdicitur tutori prouincia: vt Instit. eod. titu. Septimò, si tutela præfigitur ad certum tempus. Octauò, cùm ex certis caussis à tutela prohibetur: vt Instit. qui. mod. tu.. fin i. §. desinunt autem.

Vltra ea quæ hîc de tutel s tàm agnatorum, quàm ex officio datis tutoribus habebantur, *m* notandum venit, quòd & alia inuenitur tutela, quæ est viri respectu vxoris legitimæ, & differt ab alijs in quibusdam. *n* Primò, quia vir existens tutor, non cogitur assecurare bona vxoris suæ, sicut alij tutores id facere coguntur: vt Spec. Sax lib. 1. art. xxiij. & Instit. de satisdat. tuto. §. ne tamen. Secundò, quòd calculum facere non oportet vxori de administratione bonorum, quemadmodū illi primi facere coguntur, vt in articulo prætacto libri secūdi, & in auten. vt hi qui oblig. se habe. perhi. res mino. §. si verò. Tertiò, quod reijci aut deponi non potest tutor vxoris, quemadmodum illis contingit: vt Insti. de suspect. tuto. §. nouissime. Quartò, non necessariò venit, quod sit sibi paris cōditionis. Quamprimum enim maritus

g Vide Spec. Sax. lib. 1. art. xlij. glo. feud. c. xxvi.

h Tutela multis finitur modis.

i Abundantius de his vide Instit. de tuto. per totum.

k Quomodo probatur quòd vnus attigit pubertatis annos.

l Nota quod aliud est dicere, pupillum attigisse annos pubertatis, & aliud habere annos perfectæ discretionis.

Iure enim nostro annos puberitatis masculi quidem in quartodecimo annocōpleto, fœmela in tredecimo attingunt, & ibidem tutela finitur: vt hic & Instit. qui modis. tute. fini. Annorum verò perfectæ discretionis secundum leges in anno xxv. Iure verò nostro in anno xxi. Vnde postquam tutela finitur datur eisdem iuuenibus curator qui bona eorundem administrat propter adolescentiam enim soli per se id facere minimè pos sunt: vt Instit. de curato. & per id intelligitur glo. aut. præsentis quæ perplexa est. Vide hoc idē Spec. Sax. li. 1. art. xlij. glo.

m Vide Spec. Sax. li. 1. art. xlv.

n Tutoria vir respectu legitimæ vxoris differt ab aliis tutoribus.

rius vxori copulatur, licet ei nō sit paris conditionis; ratione tamē consummati matrimonij efficitur sibi æqualis: vt Spec. Sax. lib. j. art. xlv. Sed & post consummationem matrimonij bona habent indiuisa, illaque omnia vir in suam accipit tutelam. vt Spec. Sax. lib. j. art. xxxj.

o Mulier sine consensu mariti nihil facere potest nec marito aliquid dare.

p Vide Spec. Sax lib. 1. art. xxxi.

o Exinde fit, quòd mulier sine consensu mariti sui bona sua alienare, impignorare, diuendere minimè poterit, sed nec aliquid promittere: p pupilli etenim factum sine assensu tutoris pro non facto reputatur: vt Instit. de auctor. tutor. §. tutor autem. Potissimum verò marito nihil præstare poterit in damnum hæredum; quia quæcumque bona tutor pupilli acquirit, non plus in eis iuris habet, nisi vt tutor: & quia pupillus de iure nec quidquam dare tutori poterit: opinaretur enim forsan, quòd dolo illud extorqueat coactusque faciat, quod minimè admitti debet, dato, quòd coram iudicio id actum sit, etiam si hilari vultu id faciat, nihil prorsus iuuabit, nec donatio valebit. Tutor enim defendere debet, ne circūueniatur pupillus, quare ne & solus id faciat, cauendum est.

q Tutor vnde nomen habeat suum.

q Notandum insuper, quòd tutor est nomen officij, ex legibus ortum habens: vt Instit. de Atilituto. §. sed ex his legibus.

t Tutor accipitur multis modis.

t Tutor dicitur etiam esse procurator vt Spec. Sax. lib. articu. xlviij. Item, tutor dicitur etiam communis prouisor, veluti procōsul in ciuitate: vt C. de sacrosā. l. iubemus. Etiam tutor accipitur quandoque pro pugile: vt Spec. Sax. lib. j. art. xliij. & xlix.

Articulus XXVII.

De actione iniuriarum & debitorum.

Consi-

COnsiderandum sequitur, quo pacto iure municipali, vir assecurari debeat cum accusatus sit pro iniuria & manuale factum, in eo non probatur. Is enim ante quatuor scamna, hoc est in locum vbi iudicium exercetur trahi debet, causaq; eidē insinuetur quare iure arestatus sit, & necessario ibidē iudex præsens sit vel suus preco.

Si negocium illud ita cesserit a quod ad vitam vel sanitatem vergat, fideiussoriam eum statuere b oportet pro suo statuto verigeldo. c Si fideiussoriam non habeat, iudex eum solus seruabit.

a Practicam vide quo pacto detentus extra manuale factum ad iudicium adducitur. & item pro debito arestatus.

b Spec. Saxo. lib. ij. art. v.

c Vide Spec. Sax. lib. 1. art. lxi.

Sed si negocium illud sit occasione debiti, quòd ille recognoscit, & vir sic accusatus hæreditatē habeat in ciuitate, quæ ad maius se extendit quam debitum illud, poterit se hæreditate tueri d ad legitimum iudicialem terminum.

d Vide Spec. Sax. lib. ij. art. xxxix.

Quòdsi hæreditate careat, præsentabitur creditori per manum. Si aduena fuerit is cui præsentatus sit, eundem secum liberè ābducere poterit, si ipsum

ipsum in municipio seruare non valebit. Cautionem tamen fideiussoriam statuere eum necesse est, quod absq; noxa corporis & sanitatis eundē seruabit, vel viceuersa præsentabit. Si fideiussoriam non habeat, eundem in municipio in domo iudicis relinquet. Compedes potest sibi apponere, & præter id nullā aliam pœnam sibi irrogare poterit, beneuole enim sese in carceres obtulit. Prouidere eum debet cibo & labore, persimile prout aliā suam familiam, quia nec fur, nec furum socius aliquando fuit. Si euaserit antequam debitum exoluat, *e* eundem detinebit vbicunq; eum preuenire poterit pro pecunia sibi retenta, ac viceuersa iudici præsentandus necessariò erit.

e Spec. Saxo. lib. ij. art. xxxix.

GLOSSA.

In textu articuli prefētis datur breuiter modus, quo pacto tàm ciuilis quàm criminalis querela instituenda sit. *f* Vnde pro intellectu eiusdem clariori notādum, quòd manuale factum dicitur, *g* cùm factum aliquod nunc patratū sit, & eo instanti conqueritur, ibidemque iudicatur. sed & statim malefactori pœna infligitur, &, vt sic, in manuali facto detentus, ad fideiussoriam dari non potest: vt C. de custo. reo. l in quacumque. Innuit enim lex illa, quòd in quacumque caussa reo exhibito, siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, innocens verò absoluatur. istudque à Romanis ortum habet, qui & iudices constituerant, prætores eos nominando, quibus prouincia hæc commissa erat, vt super malefactores iudicarent: postquam sibi præsentabantur, dignoscebantq; an pœna digni sunt nec ne? Quodsi manuale factum non apparebat, seruabatur modus, vt textus hîc habet.

f Manuale factum q. s.

g Spec. Saxo. lib. i. ar. lxvi. lij. ij. art. xxxv. infrà iure municipa. art. cxv.

Tarquinij etiam Superbi temporibus in cohibendis malefactoribus infra scriptus adinuētus est modus: postquam enim vel à priuato quoquam, vel ab officio malefactor sibi præsentatus fuit, eūdem torturis afficere iussit, vt cōplices facti manifester. Is *h* etiam Tarquinius, primùm patibulum, & omnis generis pœnas ac torturas excogitauit.

h Patibuli inuentor Tarquinius & torturas idem excogitauit.

Iudicis etiam officium est, nedum ad instigationem alicuius, verùm etiam ex officio suo, nullo instigante, malefactores coercere: plura etenim industriæ iudicis committuntur, dato, quòd nullus accusator sit, etiam si nulla probatio appareat: quodsi probatio præ manibus est, debet ir manuali facto cum illa probatione iudicio præsentari, & eum conuinci vt ff. de furtis. l. furtum manifestum. & Spec. Saxo libr. j. art. lxvj.

i Iudex etiā nullo instigante malefactores coercere potest.

k Nullus sibipsi iudex esse debet.

Exinde tandem elici potest, quòd nullus sibiipsi iudex esse potest in sua caussa, nec aliquis sibiipsi iusticiam administrare audeat, dato etiam, quòd rem antehac furatam apud aliquem inuenerit, *m* eandem vi accipere ab eo non debet, sed benè ille detineri poterit,

l Spec. Saxo. lib. ij. art. xiv. glos.

m Vide Spec Sax. li. ij. art. xxv. & infrà iure munici. art. cx. ij

terit, & iudicio præsentari, vt textus habet.

Quòd si manuale factum non appareat, hoc est, quia factum sit pernoctatum: vel quia iudex domi præsens non sit, *n* & querela vergat in sanitatem vel vitam, ibidemque alius terminus ad agendum proponatur: vt Spec. Saxo. lib. j. ar lxj. actor fideiussoriam ponere ad prosequendum actionem cogitur, & respondens itidē cautionem ponat ad respondendum secundùm quod contra eum quæstum sit. *o* Si contra eum quæstū fuerit, & pœna vergat in cutim, fideiussoriam statuat pro medio verigeldo, & hoc, si factum pernoctatum sit: vt C. de exi. & intro reis. l. nullus. & ff. de custo. reo. l. si quis reum. Si verò fideiussoria careat, seruari debet apud iudiciariā potestatem. *p* Homo verò, vt sic, iudiciariæ potestati traditus, siue sit actor, siue respondens, *q* iuri suo minimè derogabit, sed nec honori.

n Spec. Saxo. lib. i. ar. lxx.

o Vide Spec. Saxo. lib. i. ar. lxi.

p Spec. Saxo. lib. i. art. lxi.

q Carceribus inclusus ob defectum fideiussoriæ honori minimè derogat suo.

Notandum circa id, quòd fideiussoria quandoque accipit naturam suam à iudicio, *r* vt cum quis cautione, puidetur occasione furti, damni: vt ff. de damn. infect. l. dies cautioni præstitus. & id venit ex mandato iudicis,

r Fideiussoria varietur.

Alia fideiussoria fit in iudicio, cùm quis promittit parere iuri: vt ff. rem ratam haberi. Et hæc fideiussoria duplex. Criminalis videlicet & ciuilis in textu tangitur. *s* In criminalibus fideiussor absoluitur verigeldo, secundùm quod contra ipsum proponitur. Ad maximum verò verigeldus extenditur ad decem octo libras: & hoc ex eo statutum est, ne fideiussor pœnam subire cogatur, sed verigeldo sese defendat: vt C. de fide iusso. & mand. l. sancimus.

s De fideiussoribus vide plura Spec. Saxo. lib iij. ar. ix.

t Fideiussoria verò in ciuilibus grauior est quàm in criminalibus. In ciuilibus etenim ad quantamcumq; summam fideiusserit quē, eandem persoluere cogitur: *u* si quis fideiussorem nō habuerit, detineri potest. Si verò tantum facultatis sibi sit, prout querela extenditur, ad statuendum fideiussoriam cogi non debet. *x* is etenim qui se contra querelam proprio seu hæreditate tuetur, tutiùs facit quàm qui fideiussoriam statuit: vt ff. de reg iur. l. plus cautionis. vbi habetur. quòd cautio in rem tutior est, quàm in personam. Vnde postquam accusatus bonis sese defendit: datur cognitioni iudicis & Scabinorum, qui taxent bona huiusmodi, *y* & *q* non sint obligata, impignorata, & vt cōtentari in querela actor possit; quod si non contentaretur, ad fideiussoriam vlteriorem cogi potest. Si verò fideiussoria careat, actioque sit criminalis, iudiciaria potestas eundem seruabit: si sit occasione debiti, quam ipse fassus est, fideiussoriaque caret, nec est possessionatus, creditori per manus dari debet, vt textus habet.

t Fideiussoria sit ciuilibus actionibus grauior est quam in criminalibus.

u Vide Spec. Sax. lib. i. art. lxv. & lib. ij. art. x. lib. iij. art. ix.

x Spec. Saxo. lib. ij. art. v.

y Pignore si quis teneatur se contra creditorem, pignus taxari per iudicem debet an valet summam debiti necne.

Creditor etiam debitum potest præstolari suum prout vult, vel contra debitorē agere. Quòd si accusatus debitū recognoscat, bonaque habeat mobilia, in illa creditor inuesti i debet. *z* Si illis careat, ad propium seu hæredikatem intromittatur, acceptareque illud creditor cogitur, & ijs contentari. Si verò nec proprium habuerit, fideiussoriaque careat, in potestatem creditoris præsentetur. Vnde ersiquidem in contrarium certe quædam militant leges, quòd videlicet nullus propter debita incarcerari debeat: vt in autent. de fideiuss. & manda. §. quod autem: ac aliæ quàm plures. Intelligi tamē debent, si & inquantum debitum recognitum non sit. textus verò intelligitur de recognitis debitis. Vnde si quis pro debito accusatus illud non recognoscat, propior est iuramento euadere, nisi testimonio scabinorum

z Spec. Saxo. lib. i. art. lxx.

& iudice conuictus sit. In recognito vero debito, vt supra tactū est, abscedere creditori tenebitur ꝓprium, hæreditatem, mobilia alia, & feudalia bona, si habuerit. Si autem contingat, quòd debitor sub fide promittat creditori solutionem, a si & in quantum omnipotens Deus, vltra sustentatiōem victus sibi prouideret, cautionēq; super eo statuat, non necessario dandus venit in manus creditoris.

a Spec. Saxo. li.iij.a.xxxix.

Debitor etiam, vt textus habet, in defectu solutionis, datur in potestatem creditoris, ex eo; quia dolosè in eo egit, & beneficio abusus est: non tamen sic traditus torqueri debet, sed labore & victu quemadmodum alia familia prouideri. Quodsi extra municipium, vel vt alij textus habēt, extra domum iudicis eundem ducere velit, fideiussoriā statuat suæ vxori & pueris, quòd eum illæsè seruabit, ac viceuersa præsentabit, vt clariùs in textu habetur. & C. quæ in fraudem creditorum. l. vlt. Non etiam perpetuò carceribus macerari debet, verùm labor quem præstabit creditori, taxabitur, ac ad summam debiti defalcetur: iure enim habetur, quòd nullus propter pecuniam perpetuis carceribus detineri debet: vt C. qui bon. ce. pos. in multis legibus.

Sciendum etiam, quòd si quis teneatur aliquid propter benefacta alicuius, b & promiserit recompensam propter huiusmodi promissum, non debet arctiùs vexari, nisi in quantum poterit, & facultas eidem remunerandi sit, ita ꝙ solus etiam mendicare non cogatur: vt ff. de donat. l. qui ex dona. & ff. de reg. iur. l. donari videtur.

b Vide Spec. Sax. li.iij. ar. xiij. & ar. xxxix. glo.

Articulus XXVIII.

Quo pacto vnus defendere se debet vt in extraneo non respondeat iudicio.

HOmo a extraneus in alieno iudicio respondere minimè tenetur alteri qui in vno secum re fidet iudicio, quod si exinde in damnum induxerit eundē, id resarcire sibi tenetur, nisi forsan iudiciū illic sibi denegatū sit.

a Spec. Saxo. li.iij. ar.xxx. & ar.lxxxiij.

b Conqueratur si quis iure municipali super hæreditatem, proprium, debito, bonis, iniurijs, siue sit Theutonicus siue Sclauus, ibidem etiam respondere tenetur, nam vbi quis ius petit ibidem etiam ius dare, hoc est, respondere debet in causis omnibus, excepto duello cum suis similibus. Acusetur c verò quis corā iudice spirituali in causa sæculari, vel quæ iudicio sęcularis iudicis propriè subest, & in eo damnū perpessus sit, ac tandem is coram seculari iudice conueniatur protesteturque cōtra eum, quod ius nunquam sibi recusauit, indemnem eundem reddere, ac emendam sibi soluere cogitur, iudici verò mulctam præstabit.

b Spec. Saxo. lib.i.ar.lxi.& lib.iij. ar.xii. & lxxix.

c Spec. Saxo. lib.iij.ar.lxxxvij.

Quo

GLOS-

GLOSSA.

Constitutio præsens fuit Ottonis magni imperatoris pro confirmatione priuilegij præsentis data, sed & potissimum per Fredericum de Shovvffen imperatorem confirmata. Motiuum eius fuit, quod aliqui iuris periti dicebant: vnum quemque passim debere respondere coram quolibet iudice indifferenter: opinionem fundantes suam super articulum ljx. & lxx.j. Spec. Sax. *d* In oppositum alij sentiebant dicentes: quòd quiuis non nisi coram suo iudice respondere tenetur, habetnes pro se articulum vigesimum quintum l.b. iij. hanc controuersiam d rimere volens imperator, præsentem statuit constitutionem dicens: quòd homo extraneus in aliena iurisdictione respõdere minimè tenetur, &c. vt textus habet. Sane tamen id intelligendum venit, vt ex sequentibus apparebit.

d Spec. Saxo. libr. iij. artic. lxxxvij.

Pro intellectu itaque textus articuli clariori *e* notandum, quòd vnus in alieno iudicio respondere cogitur ex certis caussis. Primò, si bona in alia iurisdictione habuerit, ibidem enim etiam eum iuri parere oportet, quantum ad bona illa, quæ illic possidet, pertinebit, illa defendẽdo: vt *f* C. vbi de crimin. agi opor. l. sciens. Secundò, si quis deliquerit quid, in illo etenĩ iudicio respõdere cogitur: vt iij. q. vj c. ibi enim semper. Tertiò, vbi quis mercantias exercet, vel debita contrahit, ibidem etiam respondebit: vt ff. de iudi. l. xix. & sequentibus. Quartò, vbi quis querulatur, ibidem etiam respondebit: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxj. & lib. iij. artic. lxxjx. & iij. q. viij. c. cum in agendo.

e In extraneo iudicio respondere vnus cogitur ex certis caussis.

f Vide Spec. Sax. li iij. ar. xxv. & art. lxxxvij.

Notandum præterea, & siquidem iudex quantum est ex officio suo, omnimodas actiones iudicare potest: vt Spec. Sax. libr. j. art. ljx. Prouidere tamẽ debet, vt illa quæ iurisdictionis suæ non sunt, non iudicet: *g* quod si aliquis extraneus coram iudice alterius iurisdictionis accusatus, se ad ordinarium iudicem exceperit, non iam culpa erit iudicis, sed illius qui se non excipit, pœnaque eum sequitur hæc: *h* quòd sententiam promulgatam sustinere cogitur, imò ligabit eum sententia illa, quæ alias nihil valeret, si se vltrò in iudicium non dedisset: vt C. de iurisdictione omnium iudicum. l. in criminali. Si verò cogatur quis ad respondendum, sententia prolata erit nulla: vt ff. de iudicijs. l. ij. Quod si actor ante responsionem facti pœnituerit, & caussæ renunciauerit, non subibit pœnam istam. Vnde & auctoritas supra allegata, vbi dicebatur: quòd iudex quilibet omnimodas actiões iudicare debet, limitatur. Id enim verum est: quòd sæcularis, actiones sæculares iudicabit: spiritualis verò spirituales caussas; & vnus alteri in eius iurisdictionem se nõ intromittat: vt extra. de foro cõpetenti. etiam in multis capitulis. & in auten. vt cleri. apud *p*-pri. epis. §. si verò. coll. vj. Iudex *i* præterea homines suæ iurisdictionis cùm extra suam iurisdictionem fuerit, iudicare vt iudex minimè potest, *k* dato, quòd liberè ad eum veniant, & caussam pro ponant suam: vt C. de offic. rect. prouin. l. iustissimos.

g Accusato in extraneo iudicio & nõ se excipiẽs quæ pœna.

h De hac materia vide Sp. Sax. li iij. ar. lxxxvj.

i Judex extra iurisdictionem existens suæ iurisdictionis homines vt iudex iudicare nõ potest.

k Spec. Saxo. lib. i. art. lix.

l Spec. Saxo. lib. iij. ar. lxxxvj.

Considerãdum insuper, quòd ius duplex habetur: spirituale videlicet & sæculare. *l* Exindeque sequitur, quòd spirituales ius suum insequi, tùm & sæculares suo itidem iuri parebunt. Quod si clericus accuset laicum, vel è contra eius forum sequi tenetur: *m* vt xj. q. j. c. experiẽtiæ. & in multis alijs locis.

m Vide Spec. Sax. li iij. ar. xxv. & xxxiij. glo.

Sciendum tamen, *n* quòd sæcularis etiam iure Maydeburgen-

n Sæcularis etiam iure nostro coram spirituali iudice respondere cogitur in certis caussis.

si in certis casibus coram iudice spirituali respondere tenetur. Primò, occasione fidei vel hæresis: vt extra. de sentent. & re. iudi. c. ad apostolicæ. lib. vj. Secūdò, occasione pacis fractæ ecclesiasticis, vel ecclesiæ, *e* vel si deliquerit cō tra decem præcepta: vt Spec. Saxon. lib. ij. art. xiij. & lib. j. art. liij. & extra. de foro competenti. c. cùm sic. Tertiò, occasione periurij: vt extra. de iudi. c. nouit. & extra. de forò competenti. c. vlti. Quartò, caussæ matrimoniales: vt xxxv. q. vj. c. multorum. Quintò, occasione vsuræ: vt in dicto c. cum sic. de foro competenti.

e Vide Spec. Sax. li. ij. ar. lxxxvij.

In textu cùm dicitur: Nisi forsan iudicium sibi denegatum sit. *p* Vnde ius denegari dicitur, *q* cū is contra quem agere quis habet proscriptus est, & ita comparere iudicio non audet, &, vt sic, iste in alieno iudicio accusari potest, & arestari vbicumque præueniatur: vt Spec Sax. lib. iij. art xiij. Tum etiam, si debitum iudicatū nō soluit, nec vadium habet, quo solutioni satisfaciat: vt sic enim vbicumque locorum inuenitur, accusari potest: vt Spec. Sax lib. iij. lxxxvij. Iudex etiam ius denegans alicui eidem posthac obedire nō oportet: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xiij. in fin. textus. In generali tamen, siue sit clericus, siue laicus, monachus, vel alter quiuis, quē iudex cogere non potest ordinarius, coram quocumq; extraordinario iudicio accusari potest, & ibidem respondere cogitur: vt in auten. vt cler. apud propri. episc. §. j. coll. vj. & C. de episc. audien. l. episcopalem.

p Ius denegare quando iudex dicitur.

q Spec. Saxo. libr. iij. artic. lxxxvij.

Articulus XXIX.

De donatione seu absscessione bonorum in quibus verā possessionem solus non habuerat.

QVi bona alteri in eius tradiderit potestatem, in quibus nullam solus habuerat possessionem. Si alter iure mediāte in eadem bona introductus sit, is qui possessionē habet intromissioni licitè iure contradicere potest, *a* & illū sic introductum remouere. Tenebitur tamen possessionem iure defendere in proximo assignato iudicio.

a Spec. Saxo. libr. iij. artic. lxxxvij.

Nullus etenim possessionem dimittere cogitur nisi iudicialiter accusatus *b* per veras sententias repulsam patiatur. Quòd cùm factū fuerit iste tandem iudicialiter introducitur, & exinde eundem nullus expellere poterit nisi accusatus veris sentētijs repellatur.

b Vide Spec. Sax. lib. j. ar. xxiij. & lxx. & lib. ij. arti. lxx li. iij. art. lxxxvij. & infrà iure mun. art. cxxxix. & exl.

GLOSSA.

Auctor præsentis cōstitutionis fuit Otto magnus, in fauorem Saxonum tulit eandem. Motiuum autem eius fuit. Quidam enim iurisperiti dicebant, quòd possidens rem aliquam corporaliter, propior esset eandem obtinere, quàm ille, qui postmodum iudicialiter inuestitus esset. Alij item oppositum sentiebant, dicentes: quòd is qui per iudicem in possessiionē mittitur, ius potius habeat quàm ille intrusus qui possidet. Ad sopiendam itaque controuersiam lata est constitutio per imperatorem

c Possessionis præsens.

præsens, *c* quòd is qui actualiter rem possidet, maiori iure illā possidere debet, quàm is, qui postmodum intromittatur. Vt si P. domū possideat, & eam in sua habuerit potestate, iudex verò N. intromittere velit, possessor ille primus possessioni cedere non tenetur, nisi veris sententijs ab ea propulsetur. Si verò N. ex sententijs & iuridicè possessionem nactus sit, postmodum tandem P. aduenias, istum sic introductum à possessione eijcere minimè poterit, quamuis iniustè possideat: vt Spec. Sax. libr. ij. art xxiiij. & ff. ne vis fiat ei qui in possessionem. l. j. Is etenim qui possidet aliquid, circa possessionem liberè permittatur, donec iuridicè ab ea propellatur: vt ff. vtil. possess. l. prætor ait. & C. eod tit. l. j.

d Possessio multis acquiritur modis.

Pro intellectu articuli clariori notandum, quòd possessio bonorum etiam quandoque sine adminiculo iuris acquiritur multis modis. *d* Primò, cū se vnus intromittit bonis, quæ antea nullius erāt, sicut si ager occupetur, qui nullū antehac habuerat dominum. tùm etiam feræ, bestiæ, &c. vt Instit. de re. diuis. §. insula. & ff. de acquirend. re. domi. in multis legibus. Secundò, si bona per mortē alicuius deuoluuntur cuiquam, is etiam sine iuris adminiculo illa possidet: vt Instit. de hæred. quæ ab intesta. deferun. §. intestatorū autem. & Instit. de hære. quali. & diferen. §. sin autem. & in auten. de hære. ab intest. veni. §. si verò. coll. jx. Tertiò, aquiritur possessio iudicialiter *e* vt cùm bona absceduntur & resignantur in loco vbi de iure fieri debet, venitque in possessionem sine contradictione: vt Spec. Sax. lib. iij. art. xxiiij. & Instit. de re. diuis. §. per traditionem.

e Spec. Saxo. libr. ij. artic. lxxxij.

Et quia multi homines vendūt bona, quæ ipsorum nō sunt, quare obuiatur his per articulum istum: nullus enim ius potiùs alteri dimittere potest, quàm quod solus habuit: vt ff. de acquir. re. domi l. traditio. & C. de distrac. pigno. l. si debitor. & C. sine censu vel reliquis fundum compara. non poss. l. S. itaque vnus nullam veram possessionem in bonis habuerit, etiam illi cui bona dimittit, iustam non relinquit possessionem, &c. vt textus habet.

f Possessor iudicis intromissionem defendere volens tria in se habere debet ne pœnam incurrat.

f Considerandum præterea, quòd possessor bonorum intromissionem iudici defendere volens, tria in se habere debet, ne pœnam incurrat. *g* Primò, quòd iustò & legitimè illā possessiōem habet. Secundò, quòd intromissio illa iudicialiter sibi non fuisset interdicta: vt Spec. Sax. lib. jj. artic. xxiiij. & ff. ne vis fier. qui in possessi. l. j. & ff. de re. iudic. in multis legib. Tertiò, quòd præsens non sit, quando bona illa donabantur, resignabantur, uue, & intromissio adiudicabatur: qui enim sententiam audit, debet illi in instanti contradicere: vt Spec. Sax. lib. ij. artic. vj. Et qui tacet, consentire videtur: vt in auten. de sanct. episc. §. si seruus. coll. jx.

g Spec. Saxo. libr. ij. artic. lxxxij.

In textu cū dicitur: Tenebitur autem possessionem in proximo iudicio defendere, &c. Q. s. comparere iudicio debet, competenti tempore proximè celebrando, coramque iudicio protestetur hisce verbis: Bona habeo in possessione, si quis occasione illorum agere vult, respondere pro his volo illa defendendo, & sic pro secundo, & tertio iudicio faciat. Si nullus compareat, qui eum impetat, iudex tandem possessionē sibi adiudicet pleniore iure, quā sibi nullus alienare poterit, nisi querela iudiciali.

Articulus XXX

De donationibus vel abscessionibus coram iudicio factis.

a *Spec. Saxo. libr. iij. artic. lxxxij.*

DOnata[a] viro vel mulieri iure municipali tribus diebus illa possidere oportet.

Quæ verò per querelā euincuntur præscribi possessione non cogitur. Bona[b] feudalia si quis alteri dimiserit illa varēdare oportet anno & die.

b *Vide hoc idem Sp. Sax. libr. iij. artic. lxxxij.*

Qui verò proprium vel mobilia in municipio vēdiderit illorum varendator esse tenetur quoad vixerit, res tamen illa pro qua litigatur ad manus tradi debet venditoris, ad commodū vel damnum, quamdiu illam defendere valeat.

Cui autem donatum quid est, in eo donatarius probare non poterit nisi donationem, nec varendare eum oportebit.

GLOSSA.

Constitutio itidem præsens imperatoris Ottonis est. Motiuum verò illius fuit, quòd multi dubitabant super præscriptione possessionis bonorū acquisitorum, cùm & diuersæ leges, diuersa super præscriptione sentiant. Quemadmodum libr. ij. art. xxxvj. Spec. Sax. & item lib. j. art. xxjx. vbi de varendatione & rerum possessione habetur. c Sed & quidam bonorum mobilium præscriptionē terminari triennio dicunt: immobilium verò inter præsentes decennio, inter absentes verò per viginti annos præscriptionem fieri; vt Instit. de vsucap. & longi tempo. §. iure ciuili. Ad absoluendum itaque dubium illud, lata est lex præsens, quòd qui proprium vel mobilia vēdiderit resignaueritq;, illa varendare oportet quamdiu vixerit; & hoc ex eo fit, quia si forsan quis proprium alienauerit sine consensu hæredum, istud hæredibus minimè obesse poterit: vt Spec. Sax. libr. j. art lij. Nec textus præsens est contra articulum xxjx. lib. j. Spec. Sax. vbi habetur: quòd proprietas & fundus in triginta annis & anno, & die præscribit: loquitur enim ibi de bonis quæ per successionem ex admortuo cedunt, textus verò præsens intelligitur de bonis venditis.

c *Vide hoc idem abunde Spec. Sa. li. iij. artt. lxxxij. glos.*

d Quòd si pater meus moriatur, & eodem anno mortis vel præcedenti antehac, proprium alienet me nesciente, an carere illo debeam? & an præscribam nec ne? Quidam dicunt, quòd sic. fundātes propositū super articulo præsenti; quia illud varendauit quoad vixerat, nec interim tēpore vitæ bona huiusmodi impetita sūt. In contrarium tamen est articulus lij. lib. j. Spec. Sax. vbi habetur, ꝙ sine hęredum consensu proprium alienari non potest. ꝶ. sub distinctione, quòd hæres alienationi illi in quantum iuris ad id habeat, contradicere poterit, & hoc, si de alienatiōe ignorabat, vel quia ex necessitate contradicere non potuit; pecuniam tamen restituere cogitur, quam pater in vendendo acceperat. Si etenim proprium eidem restitueretur non persoluta viceuersa pecunia, efficeretur ditior cum alterius damno, quod fieri non debet: vt Spec. Saxon. libr. j. art. jx. & ff. de conditione indebiti. l. naturaliter. & ff. de petitio. hære. l. planè.

d *Justantia pulchra.*

e *Spec. Saxo. libr. iij. artic. lxxxiij. glos.*

Res tamen illa debet in manus tradi venditoris, &c. &, vt sic, bona prætacta defendere potest, vel iuramento intercedere, quòd p̃prium suum sit, alias enim varendare illa non posset: vt C. de pericu. & commod. rei. vendi. & Instit. de acti. §. rursus. illius etenim interest defendere & querulari, cuius damnum vel lucrum imminet: vt Instit. de obligat. quæ ex delict. nascun. §. furtim. & Instit. de vi. bon. rapto. per totum.

Cui autem quid donatum est, non aliud probare poterit, nisi donatiõem: hoc idem habetur Spec. Sax. lib. j. art. lij. & libr. iij. artic. lxxxiij. & Instit. de donat. §. aliæ autem. & ff. de donat. l. Aristo ait. & C. de iur. domi. l. j. Ponitur q̃ue in textu id ex eo, vt dignosci possit differentia inter donata & vendita: vendita etenim varendare oportet. Is verò qui donat, id facere non tenetur: vt ff. de donat. l. Aristo. & C. de iur. domi. per totum.

In textu cùm loquitur, quòd donata tribus diebus possideri debent: non per id intelligi vult, quòd mobilia præscribantur tribus diebus, quia contrarium declaratum habetur libr. iij. artic. lxxxiij. f Sed intelligitur, quòd tribus diebus possidens, non potest de furto accusari in illis rebus, si non occultando illa tenuerit, quamuis forsan ille qui sibi donauit, furatus sit.

f Spec. Saxo. libr. iii. artic. lxxxiii.

Articulus XXXI.

De fideiussoria debiti vel iniuriarum.

a Spec. Saxo. libr. iii. artic. lxxxv. §. qui pecuniam & lib. iii. art. xx.

Fideiussorem a coram iudicio statuens pro debito cum conditione, quòd ille solus vel fideiussor exoluat, si probare poſ

set quod ille solus persoluerit vt iuris est, fideiussor liberatur, dummodo solutio per eum probetur

Qui autem pro alio fideiusserit certam pecuniam ad tẽpus soluere, probare testibus idem tenetur quòd solutioni satisfecit.

Si quis verò fideiussoriam statuere pro iniuria accusatus cogitur, coram que iudicio eundem statuendi b fideiussor promiserit & non statuerit ad terminum iudicialẽ pro eo accusatus emẽdare eũ oportet iuxta querelam & determinatum verigelduim.

b Vide Spec. Saxo. lib. iii. art. ix.

GLOSSA.

Otto Ruffus imperator, constitutionem presentem largius est, ex querela ad eum delata. Opinabãtur enim quidam, quòd postquã aliquis vni tenebatur quid, fideiussoriamque super solutione statuerit, quod ab vtroque debitum expeti posset.

Sed & alia oriebatur dubietas. Nonnulli enim autumabãt, postquam multi pro vna re coniunctim extiterint fideiussores, c q̃ quiuis eorum singillatim solutioni satisfacere debeat, fundantes propositum suum super articulo septimo lib. j. Spec. Sax. & Instit. de oblig. §. obligatio. d vbi habetur, quòd obligatio est iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura: vt ff.

c Spec. Saxo. libr. iii. artic. lxxxv.

d Obligationis definitio.

de verb. oblig. l. Veluti. & Instit. de fideiuss. §. si plures.

Alij verò dicebant, quòd quilibet eorum non plus teneretur, nisi partem suam e. soluere: vt in statuti. de duobus reis stipulan. & in autentic. eod. tit. §. j. coll. vij. Imperator itaque dubietatem soluens, medium statuit; quòd solutēte principali, fideiussor absoluitur: tùm etiam si plures manu cō iuncta solutionem promiserint, vnus quidem soluere tenetur, sed sub conditione, hoc est, si socius tuus in soluendo non est, vel si ad iudicium haberi non potest. Vnde, quicumque fideiussor ad ius haberi poterit, contra eum agatur, & partem suam soluere cogitur, & ita similiter alter impetatur. Si verò id deficiat, quòd videlicet vnus in soluendo non est, vel ad iudicium haberi non poterit, cōtra illum agatur qui haberi potest, sed & solutionem facere tenebitur: vt Instit. de duob. re stipu. in multis legibus. & in auten. de duob. re. promit. coll. vij. per totum. Quod si contingat, quòd vnus pro omnibus soluere compellitur totam summam, relinquetur sibi actio contra alios fideiussores, extorquendi sortes illorū: in auten. de duob. re. promitten. §. j. coll. vij.

Debitor si solutionem allegauerit, illud mettertius probare tenetur *e* vt Spec. Sax. lib. ij. artic. vj. & ff. de soluti. & libera. l. solutam. & alijs pleriſque ibidem legibus.

e Spec. Saxo. lib. ii. art. vi.

Fideiussor verò probare etiam tenetur solutionem sui principalis: vt iuris est, prout textus habet: & Instit. quib. mod. contrah. oblig. §. & C. de solut. l. vlt.

f In actiōibus verò criminalibus principalē si fideiussor statuere nō valebit, pœnam quam principalis passurus esset, fideiussorem sustinere non oportet, sed verigeldo liberatur: vt Spe. Sax. lib. j. art. lxv.

f Spec. Saxo. lib. i. art. lxv.

Articu-

Articulus XXXII.

De testimonio contra aliquem producendo & legitimo alicuius ortu.

QVi alium dicit illegitimum ortu aut officio [a] hoc contra eum septem testibus pleni iuris probare debet.

[a] *Vide Spec. libr. iii. artic. xxviii. suprà iure munici. art. iiii.*

Si vero dicatur quòd ius perdidisset suum [b] coram iudicio cum furto aut spolio, hoc iudex cum duobus scabinis, & quatuor ad iudiciū pertinentibus met septimus probaturus est.

[b] *Spec. Saxo. lib. i art viii. & lib. iii. art. xxviii.*

Moriatur si iudex [c] eius successor in iudicialibus actibus omniū quæ acta sunt circa tempora præmortui in quantum scabinorum testimonio informatus fuerit, quamuis illa nec viderit nec audierit testis esse debet.

[c] *Spec. Saxo. li. iii. ar. xxv. clarius verò infrà ar. lii.*

Iudex nullum à querela repellere potest [d] sine volūtate illius contra quē querela proponitur.

[d] *Spec. Saxo. lib. iii. ar. xvi.*

GLOSSA.

Articulus præsens non aliud intendit nisi id, cùm quis testibus probaturum se aliquid offert, id explere tenetur, *e* aliàs incidet in mulctam & emendam: vt Specu. Sax. lib. j. art. liij. Quòd si accusatus pleni iuris sit, propior est innocen-

[e] *Spec. Saxo. l. iii. ar. xviii.*

nocentiam defendere suam: ius enim fauorabilius est ad conseruā dum vnum, quàm ad condemnādum: vtff. de reg. iur. l. fauorabiliores. & l. non debet.

Notandum circa id, quòd si alicui ius abiudicatum sit, & in eo conuincere eum quis nitatur, id facere oportet per iudicem & scabinos, quia aliàs propior erit defendere honorem suum. Quòdsi iuri suo in vno derogauerit iudicio, vbiq; in eo ærumnam sustinebit: vt Spec. Sax. lib. iij. artic. lxxxij. Quod autem iudice & scabinis cōuinci possit, habetur Spe. Sax. lib. iij. art. xxviij.

Saxonum etiam antiqua seruabatur consuetudo, ex lib. j. artic. xxxjx. quòd qui per furtum vel spolium ius perdidit, *f* nullo modo deinceps ad ius potuit peruenire suum. Quòd si alibi posthac accusatus fuerat, statuti opuonem habuit, vel ferrum candens manibus portare, vel in aquam bulientem manū mittere, vel duello sese defendere: vt in articulo præallegato clarè habetur.

f Spec. Saxo. lib. i. ar. xxx. & iure nunici. infrà art. xcij.

Iure etiam priuatus, vel qui ius perdidit suum, *g* de facili pro alia conuinci potest caussa: nulla enim probatio contra eum est necessaria, sed sufficit quòd probet eum esse iure priuatum, & non opus est factum illud secundarium probare. Postquam verò probatum erit eum iure esse priuatum, creditur, quòd etiam istud fecit, p quo inculpatur.

g Iure priuatorum incommoditates.

Moriatur verò iudex, &c. Cōstitutio ista propter id statuta fuit, opinabantur enim nonnulli, quòd mortuo iudice, etiam testimonium actorum coram eo nihil valere deberet: secus enim id intelligi debet, vt textus habet, & Spec. Sax. lib. iij. art. xxv. Quia successor eius in quantum fuerit testimonio scabinorum edoctus, testificabitur. Nec obstat, quod habetur extra. de testi. c. præterea. vbi innuitur, quòd testimonium non debet esse ex narratis, sed ex his, quæ quis videt vel audit: intelligi enim debet, quòd ignotis factis credi non oportet, sed si factum probatum sit, ex his qui viderunt & audierunt creditur testimonio. Exquo itaque iudex nouus edocetur per scabinos, qui viderunt & præsentes fuerunt; quare creditur testimonio huiusmodi: testificatur etenim iudex nō ex persona sua, verùm ratione officij. *h* Sed multa officio admittuntur, quæ aliàs priuato facere non licet: vt xxiij. q. v. de occiden. homiuib.

h Vide suprà art. x.

Articulus XXXIII.

De libertate scabinorum.

LIber seu idoneus *a* officio scabinorū, bannum sui scabinatus, hoc est locum vbi natus est scabino dignus, ostendere aut suos progenitores quatuor nominare non oportet, nisi suo in generatione æquali duellum proposuerit iniungendū.

a Spec. Saxo. l. iij. ar. xxix. & lib. i. ar. ix.

Quilibet *b* se trahere potest ad locum natalis sui iuramento proprio vbicunq; sit, licet scabinatū non possideat.

b Spec. Saxo. l. iij. ar. xxix.

Scabinorū sede dignus in alieno iudicio nemini respondere tenetur, verū in illo iudicio vbi suus natalis locus habetur, vel sedem obtineat scabinalem respondebit, *c* & ibidem etiam

c Spec. Saxo. l. iij. ar. xxvi.

etiam ad ius pertinebit.

Sedem verò illam pater primogenito, eo vero nō extante, seniori & sibi in generatione simili agnato hæreditat.

GLOSSA.

Articulus præsens de libertate scabinorum tractat, *d* de qua & iuperiùs circa articulum secundum habetur. estque scabinorum libertas *e* vilior inter omnes ttes libertates: vt Instit. de liber. §. libertinoum & Spec. Saxo. libr. j. art. ij. Vnde & libertas scabinorū dicitur esse, quando quis adeo liber natus est, *f* quòd ad officium scabinatus eligi potest, & is locū sui natalis & suos progenitores, à quibus libertatem habet suam, nisi sibi simili in generatione duellum inferat, vtpote, in Marchia aliquē duellariter alloquatur, necessariò progenitores ostendit, & & hoc in criminalibus causis. Duellariter enim alloqui, *g* non est aliud, nisi criminaliter accusari. In municipio verò declarabit progenitores secūdùm ciuium libertatem.

d Spec. Saxo. lib. iij. ar. liij.

e Libertas scabinorum omnium vilior.

f Vide Spec. Saxo. li. i. art. ii. & art. vi. & l. ii. ar. xii. & lib. iii. art. lxxiii.

g Spec. Saxo libr. iii. artic. xxxv & xxxvi. li. ii ar. iii

h Scabinus enim est nomen officij, ad illudque etiam extra clypeum, vt pote libertini vel ministeriales in defectu eligi possunt, & id venit ex constitutione iuris.

h Spec. Saxo. l iii. ar. lxxxi.

Exinde tandē sequitur *i* quòd rusticus non efficitur nobilis *k* quamuis ad officiū eligatur scabinatus: quemadmodum enim officium illud suscipit ita & retinet, nobilitas enim à natura venit & non ex officio; nam & constitutio humana minimè opprimere potest ius naturę.

i Vide Spec. Saxo. li. iii. ar. xxxiv.

k Rusticus da officium aliquod electus officium illud eum non nobilitat.

In textu cùm dicitur: Quilibet se trahere potest ad locum natalis sui, &c. Hoc est, ad locum vnde scabinorum sede dignus est, & hoc per iuramentum suum, *l* credique sibi debet, cùm exprimat locum vnde processit, progenito resque declaret hisce verbis: Ex isto loco processi, à quatuor progenitoribus, libertatemque ex eis habeo, & exinde sum scabinorum sede liber & dignus, ita me Deus adiuuet & omnes sancti, & per id fides sibi datur,

l Testimonii vnius quandoque valet.

m Persimile etiam creditur testimonio vnius, si testimonium illud nulli oberit: vt de consecr. distinct. iiij. c. placuit. & c. parnulus.

m Spec. Sax. l. iii. ar. xxix.

Scabinorum sede dignus, in alieno iudicio respōdere minimè tenetur, &c. Hoc etiam intelligi debet, si in comitatu mansionem habuerit.

Notandum pro intellectu textus, quòd locus natalis scabinorum non est aliud, nisi locus iudicij, vel iurisdictio illa, vbi ad sedē scabinalem pertinet, uel pertinere deberet, si alter propinquior ex eius genealogia ad illam sedē præfectus in electione sibi non esset.

n Et dicitur locus ille natalis, ex eo; quia ipse vel eius parentes illic manu sua ad sacra iudicio iurárunt, & iste signum illius habet verificum in sede scabinorum, nec respondere in alieno iudicio tenetur, hoc est in Comitatu: nullus eum iudicare poterit, *o* nisi Comes vel Scultetus in legitimo iudiciorum termino: vt Spec. Sax. lib. j. art. lix. Iudicatur autem in proprio iudicio, ex eo; quia & illic iudicium exercet: quare & dignum est, vt ibidem etiam iustitia de ipso ministretur.

n Spec. Saxo. l. i. ar. li. & li. iii. ar. xxvi.

o Spec. Saxo. l. iii. ar. xxvi. lib. i. art. lix.

Articulus XXXIIII.

De exigendis debitis.

DEbitorem si quis habeat in municipio, vel

vel vnus sibi quid teneatur, extunc præconē subordinet qui illū ante iudicem venire faciat a insinuarique tandem sibi debet quo pacto debitum illud contractum sit, vel causam exponere cur eundē detinere vult: iudicemq; expetat quòd eum assecuret vel prouideat si possessionatus non est, idq; iudex facere tenetur. Quòd si proprium in municipio habeat, terminus sibi præfigi ad proximum iudicium debet.

a Spec. Saxo. lib. iii. art. xli. supra iure munici. art. xvi. & infrà arti. cxii. glo.

GLOSSA.

Debita quo pacto exigi debent practicam vide in communi iuris processu: necessariò autem per creditorem debitum insinuari & declarari debet, vt debitor exinde eò facilius se recolligere possit, an recognoscere vel negare illud debeat: vt C. de eden. l. iustum. & ff. eod. tit. l. j. & extra. de libel. obla. c. ij. & iij. & Spec. Saxon. lib. iij. art. xlj.

b Vide infrà iure muni ar. xcvii. & Spe. Saxo. libr. ii. art. v.

b Considerādum circa id. Debitor sic citatus, si debitum recognoscat, solutio decernitur *c* ad quindenam, intelligendo de iure nostro. Si verò fuerit debitum magnum, induciæ sibi dantur duodecim septimanarum, vt si est occasione verigeldi. Postquam verò id decernitur, respondensque possessionatus non est, fideiussoriam statuere oportet, &, vt sic, fideiussor locum debitoris gerit; & omne eiusdem ius in se accipit, quo debitor vti deberet.

c Debitorum solutio quomodo decerni debeat.

Articulus XXXV.

Duellum quomodo fieri debet.

QVi duellum indicere voluerit sibi in generatione coęqualī a is petat iudicem vt sibi de iure liceat cōprehendere, id est inuadere suum violatorem quem ibi prospicit cōstitutum b cùm hec licere fuerit ei pronunciatū, tunc interroget qualiter eum comprehēdere debeat, vt ei proficiat in iure suo, ibidem pronunciabitur, quòd mansuetè in sui superiori foramine vestimenti. Quæratur tandem si friuolum aut temerarium in detinendo se ostendat, & eum alibi tangi contingat quòd illa proteruia eidē in iure noceat suo, sententiabitur quòd sic, & sic arripiat eum duobus digitis. Cùm sic eū comprehenderit & eum cum licentia per sententiam dimiserit, quamobrem reo hoc accidit & cur eū alloquatur actor, debēt enodare, hoc tamē cum iuterlocutione vel in continenti est faciendum. Tunc eum tenetur c primò incusare quòd ipse pacem in eo violauit

a Videhoc idem in forma Spec. Sax. lib. i. art. lxiii.

b Practica quomodo duellum inferatur alteri.

c Querelatres in duello proponenda.

in via regia, aut in villa, aut vbicunq; hoc factum fit in municipio debet referare. Secundò tandem accuſet eum, quòd ipſe ei plagas & talem iniuriam appoſuit, quas poterit demonſtrare per vulnera, & ſi ſanata fuerint, per cicatricem, & ibidem declaret vulnera vel cicatrices, præterea accuſet ipſum quòd eum in tantum ſuis rebus deprædat⁹ eſt, vt me ritò pro his alicui duellũ inferatur, iſte tres violentiæ ſeu iniuriæ ſunt ſimul ab eo proponendæ, quas ſi ſimul non propoſuerit eius duellum euaneſcit. Vlteriùs verò dicat, ibi ego cum perſonaliter vidi perſonalem, & eum cum iudiciario clamore infeſtaui, teſtimoniumq; producere paratus ſum, viros qui clamorem audierunt, quæ ſi faſſus fuerit, placeat. Si vero negauerit, ego eum vincam per pugilem meũ iure, prout mihi ſcabini decreuerint, reus tãdem petat actionis varendam, quæ ei eſt facienda.

d Tamen licitè poteſt quis actionem ſuam ante quam varẽdam faciat, in ſtatum perducere meliorem. Poſt varendę præſtitionem reus ſuã præbeat innocentiam cauſæ contra eum propoſitæ.

Tandem ille quærat per ſententiam ſibi dari quæ huiuſmodi declaratio innocentiæ ſit, quandoquidem eundem conuincere vult, per ſe vel ſuum pugilem, decernetur iterum, quòd innocẽtia declarari debet clypeo aut gladio. Quòd ſi duellum propter membri mutilationem exequi non poſſit: iuramẽto q; id cõfirmare audebit, tutorem ſeu pugilem iure acquiret.

e Quilibet etiam homo poteſt duellum ſibi in generatione deteriori, ſed non deterior meliori denegare. Negare etiam poteſt duellum ſi poſt meridiẽi inferatur, niſi priùs fuerat initiatum. Iudex verò clypeũ cum gladio reo, ſi indiget, ordinabit.

e *Duellum denegare poteſt deteriori ſe, ſed nõ ecõtra.*

Duellum etiam, ſi quis litigantium cognatus eſt, aut ſi ipſi inuicem ſunt cognati poteſt prohibere, ſi metſetptimus ſuo iuramẽto tantam inter eos eſſe cognationem, vt de iure inuicem certare non debeant manifeſtet.

Iudex

d *Ante varẽdã poteſt quiuis querelam meliorare ſuã poſthac verò non.*

Iudex tandem cuique duos præbere debet nuncios, qui videant quòd secundùm consuetudinem præparētur, quantum voluerint de corio & lineo induant, dummodo frontes, id est capita, atq; pedes permaneant enudati. In manibus non nisi simplices & lineas habeant chyrotecas, nudū in manu quilibet habeat gladiū, & cum vno, vel pluribus, secundùm cuiusque arbitrium, præcingatur. Clypeum ligneum corio tectum in manu ferant, vmbo tamē ferreus illius esse potest, & vnam tunicam induāt, cuius manicæ vsque ad cubitum terminabunt. Iudex circulo pacē, ne quis eos impediat, debet sub pœna capitis demandare. Cuilibet eorum iudex vnum, qui arborem eius ferat, ordinabit, qui ferētes, neminem eorum vllatenus impediant, sed si eorū quis ceciderit vel vulneratus fuerit, vel arborem petierit, & iudex hoc licētiauerit, arborem interponant. Postquam circulo est pax nunciata, tunc petere debent circulum sibi à iure licentiari, quem eis iudex licentiabit, de vaginis ferrum auferēt nisi hoc eis à iudice concedatur.

Ante iudicem accedere debent præparati, & iurare, actor videlicet quòd illa accusatio vera sit, & reus quod innocens sit, vt sic eos Deus adiuuet in suo duello, splēdor solis eis diuidatur, quando procedunt, si reus vincitur, cōdemnatur: si verò vicerit donata sibi ab actore emenda & iudici mulcta absoluetur. Actor in circulum prior veniat, & si reus venire protraxerit, iudex eum debet tribus vicibus per præconē in domo in qua præparatur, adhibitis duobus banitis euocare, & si in tertia vocatione non venerit, actor surgendo se debet duello præsentare, & verberando contra ventū bis feriendo, & tertio confodiendo eum superabit, in querela cōtra eum proposita: iudexq; eum tanquam duello esset superatus condemnabit.

GLOSSA.

Duellum an iure admitti debeat, nec ne? & quo pacto institui debet, tùm & alia de duello multa a-

būdè declarata habētur in plerisq; Spe. Sax. locis. In primis, Spec. Sax. lib. j. art. xviii. Quòd sentētia increpari potest. & duello conuinci. Item, eod. lib. art. xxxjx. de duello illorum, qui ius suum furto vel spolio amiserunt, habetur. Præterea, eod. libr. art. xlviij. de duello ex necessitate indicto habitum est, quodq; duellum iam abrogatum sit. Item, eod. lib. art. xljx. de duello ratione vulnerum declaratur, & q̄ ex speciali prærogatiua Saxonibus propter eorum militaria gesta, duellum admissum erat. Insuper, eod. lib. art. l. duellum in defendendo occiso admittitur. Item, eod. lib. art. lj. cùm vnus generatione similis alteri duellum indicit, sufficienter habetur. Et quemadmodum iam tactum est, Saxones ipsi constitutionem de duello, propter corū dexteritatem, obtinuerant: ex eo, vt iuramenta euitarent, in huiusmodi casibus trahebant se ad priuilegium commune prouinciæ datum; nec enim priuilegium dici possit, nisi aliquid specialis in se habeat. Et quia præsens articulus de duello, & quo pacto vnus alterum pro duello alloqui debeat, tractat.

f Duellariter alloqui quid sit.

f Vnde sciendum, quòd duellariter alloqui, est, quando vnus alterum prouocat ad declarandū iustitiam suam contra eum pugnaturus, eam spem habens, iustitia cum adiuuante, *g* quòd damnum per id recuperare possit suum.

g Vide suprà artic. xxxiij Spec. Saxo.

h Duellum an iure diuino admittatur quæstio.

Pro declaratione textus veritatis q quæritur, an duellum iure diuino fieri debeat nec ne? Arguitur pro & contra. Primùm, pro parte negatiua, quod videlicet minimè admitti debet, instatur sic: Quidqd iure canonico & sacris literis prohibitū est pro peccato habetur, sed duellum est huiusmodi, ergo &c. Maior ex se patet: minor, declaratur per multos canones: tum etiā; quia vt cōmuniter duellum ex prouocatiōe iræ venit, & ex rācore. Secundò, q̄ videlicet duellum admitti nō debeat, quia est peccatum: sed peccatum nullo modo tollerari debet. Quod autem peccatum sit, patet; quia vt communiter ex superbia euenit, quòd vnus alterū opprimere nititur, nocereq; vult homini Christiano. Tertiò, duellum admitti minimè debet, quia certatores huiusmodi pro iure priuatis habentur ex eo, quia homines occidunt: vt iiij. q. vj. c. infames. & Spec. Sax. lib. j. art. xxxviij. Quartò, duellum fit cum peccato, quia est interdictum iure canonico: vt ij. q. iiij. c monomachiam verò. Quintò, quandocūque aliquis contra iuris ordinem expurgare vult sese, is iniustè agit; sed his qui duello decertare affectat, hoc facit ergo, &c.

In oppositum tamen arguitur, quòd videlicet duellum fieri potest sine peccato: quandocumq; enim aliquis facit id, quod non est contra iuris præcepta, iustè & rectè facit: iustitia namque quæ à iure deriuationem habet, hoc suadet: sed qui duellum alicui indicit, ex admissione iuris id facit, ergo &c. Bella enim carnalia, bellorum spiritualium figuram gerunt: vt xxiij. q. c. nisi bella ista. Exquo itaque iure admittuntur; quare sine peccato fieri possunt.

Pro solutione argumentorum in cōtrarium adductorum, & ferenda conclusione de mente auctoris priuilegij, notāde sunt quędam suppositiones. Prima, quod *i* duellum dicitur esse causſa, quę vertitur inter duos, & vterque eorum ius pro se accipit materialiter, ita, quòd iustus appareat, & pro iusto reputetur. Vnde *k* & iustitiam quilibet eorum defendere nititur, quia aliàs nisi defendat, iniustus reputaretur. vt lxxxiij. dist. error. Secunda suppositio, duellū seu allocutio duellaris, est priuilegium.

i Duelli definitio.

k Spec. Saxo. lib. i. ar. lxiij.

gium contra ius commune datũ, ad declarandum probandumque iustitiam vnicuiusq; , vbi testimonium ex vtroque deficit , iustitiã declarantes suam in corporibus eorum, confidentiam in Deo habentes , quòd innocentiæ & iustitiæ subueniat suæ. Sequitur ex his conclusio , quòd duellum licitè fieri potest , cùm quis aliter iustitiam consequi non posset suam, Quòd autem & iure id admittatur, patet ex iam locis allegatis; signanter verò lib. j. art. xviij. Spec. Sax.

Et exinde de facili solui possũt argumenta in oppositum adducta. Ad primum, vbi dicebatur, ꝙ duellum ex prouocatione iræ exerceatur, &c. ℟. quod duellum ex rancore minimè fieri debet: qa alias esset peccatum. Verùm duellum fit, de quo ad propositum inter duas personas , quarum vna quæuis iustitiam præfert suam ; & ibidem necessariò sequitur deliberatio : vbi verò deliberatur aliquid secundùm rectam rationem , magis extenditur intentio ad iustum quàm ad iniustum ; & ita non ex commotione iræ sequitur factum illud, sed deliberatè iustitiam quiuis allegans suam , quã & pugna tandem declarat , iurareque, vt textus habet, actor deber, tùm & respondens super innocentia sua. Ad secundum argumentum, vbi dicebatur, quòd duellum ex superbia & elatione mẽtis proueniat , tùm etiam; quia est contra legem naturæ: quod tibi non vis, alteri non feceris, &c. ℟. Quòdsi eo animo duellũ indicetur , peccatum esset , fieri tamen eo proposito non debet, verùm vt vnus declaret iustitiam suam, & alter innocentiam tueatur: sæpiùs enim euenit, quòd aliquis iniuria afficitur, nec testes habet, vt contra malefactorem probare possit : & exinde duellum nõ admitteretur ad probandam iniuriã illatam, maleficus in suo facto roboraretur, & ad peiora facienda audacior esset.

Is etiam qui inculpatur pro aliquo, duo incommoda præ se habet, & duplex malum sibi imminet. Si enim recognoscit, vitam perdit: si negat, duellum sibi decernitur. Sed inter duo mala, minus malum eligendum est: vt xiij. distin. duo mala. Duellum verò minus malum est : sæpiùs enim venit victoria huic qui accusatur, etsi accusatorem vicerit, emendam sibi præstare cogitur, & iudici mulctam , quam perdidisset, si factum recognouisset : victus verò nõ plus perdit, nisi suam demeritam pœnam.

Contra istud tamen argui potest, vbi dicebatur, quòd actor duello reum conuincere potest : reus enim propior est innocentiam defendere suam quàm aliquis eum conuincere : vt Spec. Saxo. lib. j. art. vij. ℟. quòd id non contradicit illi, ibi enim dicitur: cùm quid contra aliquem iudicialiter proponitur, accusatus propior est sese defendere, hic verò secus est.

Vnde & circa id notandum, quòd accusatus quis tribus querelis, contra vnamquamque met septimus sacramento se expurgare cogitur. Si itaque decem octo viros testes habere poterit, duello decertare non cogitur ; in defectu verò , decertare iure compellitur. Ad tertium argumentum, vbi dicebatur, quod duellatores essent iure priuati, intelligitur de illis , qui pro pecunia decertant : vt Spec. Saxo. libr. j. art. xxxviij. Secus de illis , qui pro honore & iustitia sua. m Ad quartum vbi dicebatur, quòd duellum prohibitum sit. ℟. in certis casibus admittitur , vt ex legibus allegatis patet, quando quis aliter suam non potest probare iustitiam. Ad quintum, vbi dicebatur , quòd quicũque cõtra iuris dispositionem facit,

l *Contra querelas duellari-ter propositas potest vnus testimonio absolui.*

m *De duello plura vide Sp. Sax. lib. 1. art. lxij.*

cit, iniustè facit, &c. ℟. quòd is qui duellum indicit, non facit cõtra iuris dispositionem: ius enim istud admittit; & ita præsuppositio maioris interimitur. Liquet itaq; conclusio priùs tacta esse vera, duellũ nisi admitti debere, ex quo ius illud non prohibet, & hoc, si eo præposito fiat, vt iam declaratum est: vt videlicet iustitiam præferat suam, nec aliter eam probare posset. Si verò ex rancore, superbia, vel alio proposito malo fiat, peccatum est, & infamis esset ac homicida.

Quæritur, Clericus accusatus de furto, spolio, &c. vel quòd imperij proditor, falsarius, ecclesiarum violator, aut homicida sit, defendereque se velit duellaribus verbis, *n* ad idque deueniat, quòd duellum promittatur, ac fideiussoria assecuretur, an illud explere clericus tenetur nec ne? ℟. q̃ clericus abstinere debet à duello: si verò temerariè id faciat, duellumque promissum assecuret, illud implere tenetur, si aliquã mẽbri mutilationem non patitur, per quem duellum recusari possit.

n Clericus duellum promittens an illud explere teneatur.

Quæritur, Clericus duellũ alicui inferens si interficiat, vulneret, aut mutilet aliquem in certamine, à quo potiùs abstinere debuit, an deponi ab officio debet? ℟. Clericus, vt sic, in duello pugnans, quod promiserat, vel allocutus ad pugnandum sit, si victor euadat, sine mutilatione aut homicidio, deponendus non est ab officio, sed gratiosè secum dispensetur per episcopum: si verò vincendo occiderit aut mutilauerit aduersarium, perdit sacerdotium: extra. de cleric. pugnan. in duel. c. porro si clericus.

o Clericus duellariter interficiens aliquẽ an deponi ab officio debet.

Quæritur vlteriùs, *p* Clericus si alloquatur aliquem occasione furti, vel prædæ, & cum testibus, vt iuris est, conuincere non potest, respondensque petat duello defendi, iuxta statuta prouinciæ. Clericus tãdem consequatur pugilem, qui pugnando vincat respondentem, an clericus irregularis sit nec ne? ℟. Si clericus alloquatur aliquem pro furto vel spolio, testibusq; eum conuincere non potest, pugilemq; pecunia conducit, pugil, vt sic, homicida est, si illum interficit, presbyter verò efficitur irregularis; dispensari tamen cum eo potest: vt extra. de cler. pugna. in duello. c. Henricus presbyter.

p Clericus per pugilem duellariter vnum interficiẽs an efficitur irregularis.

Notãdum circa id, *q* quòd duellum indicere alicui volens, tria in se habere debet. *r* Primò, quòd deliberatè, & rationabilibus ad id faciendum inductus caussis duellum affectet. Secundò, quòd illud faciat ante meridiem; quia aliàs poterit sibi recusari. Tertiò, quòd tres querelas, quas textus habet, proponere debet.

q Spec. Saxo. lib. 1. ar. lxiij.

r Duellum indicens tria in se habere debet.

Duellum in eum effectum, vt textus habet, abrogatum est, *s* & est deuentum ab illo ad testimonium septem virorum; & ijs conuincit actor reum, quare & de duello parum ad propositum, vt etiam habetur Spec: Saxo. lib. j. art. lxiiij. in gloss.

s Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxxix. & lxij.

Considerandum tamen circa id, quòd respondens accusatus duellariter, prepior est metseptimus expurgare sese, quàm quòd actor eũ cõuincere possit, & hoc intelligendo: si vnus secundũ cõstituriones nouas, quæ ab Alberto imperatore sancitæ sunt, aliquem alloquatur pro furto, præda,: vt in lib. feud. de pac. tenen. §. Si rusticus. *t* Et si fuerit miles, prædæ obiectæ se defendere potest, & etiam conuincere prædonem mettertius, ciuis metquintus; rusticus verò simplex metseptimus. Sed si reus potest se iudicialiter defendere testimonio, faciliùs sibi admittitur: ius enim fauorabilius est semper reo, quàm actori: vt ff. de regu. iur. l. fauorabilius.

t Spec. Saxo. lib. 1. art. lxij.

Arti-

Articulus XXXVI.

De actionibus criminalibus.

ACtiones iniuriarum omnimodę,[a] vt sunt occasione furti, homicidij, & similes cum clamore iudiciario proponantur, dum adhuc manuale factum appareat, septemque virorum testimonio conuincitur reus.

a Spec. Saxo. lib. 1. art. lxx. §. cōtra quem actio. vide & lib. ij. ar. lxiiij.

Articulus XXXVII.

De querelis violentiarum & irruptionum domus.

VIolentiarum seu stuprorū querelæ [b] & domus irruptionis in vitā alicuius, querulari oportet cum clamore manualis facti, & metseptimus conuincitur.

b Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. lxiij.

Articul. XXXVIII.

De violentijs ex irruptione domorum.

ACcusęt si quis alium ob irruptionem domus diurnam vel nocturnam [c] & conqueratur super iniuria vel violentia, vel si opprimatur mulier, aut puella, virq; detineatur in recēti facto, & cum clamore iudicio præsentetur, testesq; habuerit quibus factum probare posset, vt iuris est, metseptimus, in vitam illius cedet factum illud.

c Spec Saxo. li. y. ar. lxiiij.

Si verò [d] factum pernoctetur, Burgrabius illum iudicabit & nullus alter. Vbi manuale factum non appareat, [e] proprior est accusatus euadere, quam quis eum conuincere poterit.

d Spec. Saxo. lib. 1. art. lvij. & iure muni. infrà ar. xlvij. in glo.

e Spec. Saxo. li. y. art. lxiiij.

GLOSSA.

Articulis his tribus tangitur modus querelarum, quæ cum violentiarum clamore iuſtituendæ sunt. *f* clamor etenim est inchoatio *g* querelæ in actionibus criminalibus, & per id habetur differentia actionum ciuilium & criminaliū. Primumq; de furto & spolio tangitur, daturque modus, quomodo cum fure vel spoliatore, qui in manuali facto detentus sit, procedendum est.

f Spec. Saxo. lib. 1. art. lxij.

g Clamor inchoatio est querelæ in actionibus criminalibus.

Vnde pro notitia textus maiori *h* notandum, quòd furtum manifestè factum, vel fur in manuali facto detētus dicitur, cùm fur vel prædo in facto sit deprehensus, & furtum cum clamore dorso sibi alligetur, & ita ad iudicem præsentatur factum illud, vt sic erit probabile, & manuale factum appellabitur. Postquam verò eum sic ad iudicem præsentauerit, contra eum proponat hisce verbis. *i* Furem hunc inter quatuor statuas aut parietes, vel intra septa domus meæ comprehendi, apud quem bona & res inueni meas, quas & in præsens apud se habet, eundē conuincere testibus & alloquivolo, quòd fur meus sit, vt ius decre-

h Furtum manifestum quid sit.

i Fur deprehensus in facto quemodo iudicio præsentari debet.

sum paratus, petoque per sententiam mihi dari, quo pacto eũ accusare debeam, vt iuri proficiat meo. Decernetur tandem, quòd cum clamore manualis facti, si eum conuincere vult: vt Spec. Sax. lib. ij. art. lxiiij.

k Furto accusatus iudicioque præsentatus nocumentum habet ex tribus.

k Notandum circa id, k quòd furto accusatus, iudicioque præsentatus nocumentum habet ex tribus. Primò, si concordiam occasione furti, vel prædæ inierit, infamis efficitur: vt C. ex qui. caus. alic. infam. irrog. l. non damnatos. & Spec. Sax. lib. j. art xxxviij.

l Spec. Saxo. lib. ij. ar. lxiij. glos.

l Secundò, quia tales si secundariò accusentur, ad iura legalium hominum venire non possunt: vt Spec. Saxo. lib. j. art. xxxix. nec sententias reprobare poterint: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij. in fin. & C. quorum appella. non recip. l. obseruare. Tertiò, quia bona, vt sic, de furto vel spolio lucrata possideri vel præscribi nullo modo possunt: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxxvj. & Instit. de vsuca. §. furtiuæ.

m Fures quibus pœnis affici debent.

m Vltimum eorum malum seu pœna, quòd si in manuali facto deprehensi cum violentiarum clamore, vt iuris est iudicio præsententur, furtumque minus trium solidorum si fuerit, punitur in

n Spec. Saxo. lib. ij. art. xiij.

cute & crinibus: n vt Spec. Sax. lib. ij. art. xiij. hoc est, ad statuam virgis ceditur, & auricula sibi abscinditur: si aurem non habuerit, per faciem cremari debet, seu insigniri. Si signum illud bis impressum habuerit, in exilium æuiternum, hoc est, ad patibulum mittetur.

o Spec. Saxo. lib. ij. ar. xiii.

o Istudque quod dictum est de signi impressione de furibus, qui in die furantur, & qui bursas abscidunt, intelligi debet: in primis enim per faciem crematur: secũdò, vtraque auricula sibi abscinditur: tertiò, crux per frontem imprimitur ferro, semper tamen & virgis cedi debet, huiusmodique signi impressio ex eo fit, vt ab hominibus cognoscatur, & de eo sibi præcaueant. Si verò vlteriùs committant aliquid, insigniri debent func vel catena in patibulo, & hoc ex eo fit; quia furtum est cõmuniùs alijs malefactis, p quare & grauiùs puniri debet: vt ff. de fur. in multis legibus. suspensusque fur raro deponitur, in terrorem aliorum: Spec. Sax, lib. ij. art. xiij.

p Spec. Saxo. l. ij. a. xxxix.

q Fur noctu deprehensus in domo alicuius licitè occidi potest.

q Fur deprehensus nocte in domo alicuius, dato quòd nihil furatus sit, r licitò occidi potest, & furto accusari. Furetur etiã quis robora ædificiorũ, vel aliud quid f noctu, etiam si minus sit quàm tres solidi, iudicari cum reste & fune debet. Fructus etiam si quis ex pomerio furetur, iudicioq; cõprehensus præsentatur, iudicari debet iuxta taxam damni: vt ff. de arbor. ceden. per totum. Furetur verò nocte frumenta, siue in campo, t siue in horreo, siue sint triturata, siue non, fune iudicabitur.

r Spec. Saxo. lib. ij. ar. Lij. ij.

f Spec. Saxo. l. ij. ar. xxvii.

t Spec. Saxo. l. ij. ar. xxix.

u Pœna contra fures & raptores statuta.

Contra raptores etiam & fures pœna triplex statuitur. u Primò, quia prædo vel fur per clamorẽ denunciatus, ex necessitate insequi debet: vt Spec. Sax. lib. j. art. liij. & lib. ij. artic. penult. & in auten. de mand. princ. §. quod autẽ. coll. iij. x Secundò, quod sub illo iudice vbi excesserint, respondere coguntur & sententias acceptare, etiam si iudex sit vilioris conditionis, quàm ille accusatus. y vt C. vbi de crimin. agi oport. l. j. & in auten. vt omn. obed. iudic. §. arripiat. & Spec. Sax. libr. j. art. lix. & lib. ij. art. lxj. Tertiò, quòd in facto vel fuga interfici possunt: vt C. quand. lic. vnicuique sine iudic. l. vlt. & Spec. Sax. lib. ij. art. lxix. Et secundum quod aliquis demeruerit pœna sibi, si cõuincitur, infligi debet.

x Spec. Saxo. li. ij. ar. lxiiij.

y De pœnis quo pacto secũdum diuersos excessus infligi debẽt. Vide abunde Spec. Saxo. libr ij. art. xiii. xiiij. & xvi.

Considerãdum etiam, z quòd homicidium contingit tripliciter & secundùm hoc pœna homicidæ fit etiam triplex. primò, occi-

z Homicidiũ contigit tripliciter.

dit v-

dit vnus alium propter bona, vt illa rapiat. Pœna illius est, quòd per circulum equo trahitur, & rotæ apponitur. *a* Secundò, occidit vnus alium ex iniuria, is gladio punitur. Tertiò, occiditur qs in defensa vitæ vel bonorum, & si testes habuerit, metseptimus iuramento liberabitur. Additur etiam & quartus homicidij modus; vt cùm quis ex casu aliquem occidit, sicut cedens arborem, viatorem euntem interficiat non voluntariè, vel in auem sagittans, si hominem interimat.

a Spec. Saxo. lib ii. ar. xiii. & ar. xxxviii

Occidat etiã si quis alium in cãpo in furto vel præda, *b* estque homo pleni iuris, *c* iudicatur super illum occisum iuxta clamorẽ violentiæ: quod si agnatus occisi illum vellet per duellum intercedere, cum duello etiam eum vincere necesse est. Sed si testes declarauerit produxeritque contra illum, offerens se testibus eum conuincere, id facere propior erit, propter manuale factum, quòd euidens est, quàm agnatus per duellum eum defendere posset. Si verò testibus careat, & defensam allegauerit, agnatus metseptimus faciliùs eum defendere poterit, quàm accusator super præda vel spolio eum conuincere. Occidẽs autem in defensa aliquem, idque probet vt iuris est, suo verigeldo absoluetur: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xiiij. Interficiat etiam quis alium absque malo proposito, sicut sagittando in auem, hominẽ interimat, verigeldo absolnitur: *d* ligna etiã cedens in sylua penes viam, & clamore præcustodiat euntes.

b Spec. Saxo. lib i. art. l. & lxiii.

c Occisus in campo in furto, vel præda quomodo conuincitur.

d Vide Spec. Sax. li ii art. xxxviii. de hac materia.

Item, si tegat domum, murũ constructat publicè, ibidemq; casualiter interficiatur quis, verigeldo absoluitur: vt Spec. Sax. libr: ij. arti. xxxviij. & huiusmodi homicidium dicitur casuale, metseptimus tamen probare tenebitur.

e Vide de homicidio casuali hic abunde.

Occidatur etiam si vnus *e* ex casu in torneamentis, hoc est, si propria voluntate & motu suo intrauerit ad torneamenta, vbi decertatur vel pugilatur, & ibi occiditur, læd tur, sibiipsi imputabit. Item, si iuerit in locũ vbi cursus equorum sunt, vel lapides pro exercitio, aut phalangę iaciuntur, si quid sinistri ei acciderit, & probetur per illum qui fecit, quòd non animo malo factum sit, manet sine culpa.

Item, si robora quis cederit in domo sua, & loco, vbi nullus ad agendum habet, & ibi quis extraneus veniens læditur, vel canis eum laceret in domo, vbi nihil ad agendum habeat, sibiipsi imputabitur.

f Sed si imposuerit quis puerũ in equum, qui frẽno detineri non potest, & equus puerum occidat, dominum equi emẽdare oportet: vt ivris est, si equum habere voluerit: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xl. & Institu. si quadr. paup. fecisse. *g* Puer verò nondum annos habẽs, vel phreneticus, si occidat alium, *h* tutor damnũ resarcire tenetur: vt Spe. Sax. lib. ij. art. lxv.

f Puer equo impositus irrefranato si interficitur cui culpa datur.

g Puer vel phreneticus occidens aliquẽ, quomodo punitur.

In textu articuli xxxvij. cùm dicitur violentiarum querelę, & domos irruptionis &c. Ituens enim domum alicuius, prædoni & pacis violatori similis est, qui manu violenta aliquem spoliare nititur: quærulariq; debet cum clamore contra eum sicut contra furem. *i* His etiam annumerantur illi qui in via libera noctu vel de die armati aliquem expectant, aut iniuriari, obsidia viarũ domorum ue faciunt, volentes: contra illos etenim sicut cõtra fures & prædones procedetur. nam sicut fur surripere nititur bona alicuius; sic iste vitam adimere conatur: metseptimus ergo conuincitur, qui sic præuentus est ꝓpter manuale factũ ꝙ apparet, & pœna illius est, quòd plectitur capite: vt Insti. de publi. iudici. §. item lex Cornelia.

h Spec. Saxo. lib ii. art. lxv. & l. iii. ar. iii.

i Irruptiones & obsidia viarum quomodo puniuntur.

Per id etiam quæ in textu breuiter expressa habentur, omnes aliæ iniuriæ subintelligi debent, siue sit spolium, furtum, incendium, homicidium, seu depopulatio, stuprum, irruptio domorum, obsidium, ac in vijs liberis deprædatio, aut sanitatis læsio: omnes enim prætacti morti condemnantur, postquam, vt iuris, est conuincuntur superanturque.

Vnde & siquidem nō nisi quatuor causæ iniuriarum, vt communiter describūtur; vt pote furtum præda, homicidium, oppressio virginum; aliæ tamen sub his, vt supra tactum est, includuntur.

k Stuprum in re ipsa est peccatū grauissimum ex tribus.

k Stuprum seu oppressio virginum, vt textus habet, peccatum est grauissimum in iure quolibet ex tribus. Primùm, quia factum illud necessariò conqueritur, ꝙ si parentes ex negligentia id omittant, & violatori eam postmodum copulent, in exilium mitti debent perpetuum: vt C. de rap. virgin. l. i. Secūdum, quia stuprās virginem, eandem in matrimonium superducere non potest, *l* vel si superduxerit, ex ea proles legitima nō procreabitur: vt in auten. de rapt. mulier. quæ rapt. nubūt. §. j. coll. jx. & Spec. Sax. lib. j. artic. xxxvij. Tertium, quòd iudices raptores huiusmodi inuestigare debent, & iudicare sine querela; omnesq; complices similem ius patientur: vt C. eod. tit. l. j. & in auten. de mādat. princip. §. iræ. coll. iij. domusque huiusmodi in qua stupratę mulieres fuerint, succidi debent, omneque animal, *m* quod auxilio ad id fuit, occidi: sed & omnes huiusmodi violentiæ clamorem insequi tenentur.

l Vide Spec. Sax. libr. ij. art. lxxij.

m De hac materia vide abunde Specu. Saxo. lib. iii. ar. i. & in glo. ibidē & C. de rapti. virgi per totum.

Si verò iniuria sic proposita pernoctata fuerit, superior iudex tandem decernet: in manuali verò facto in instanti iudicabitur: vt Spec. Sax. lib. iij. art. jx.

Cum autem manuale factum non apparuerit, faciliùs accusatus euadere potest. *n* Vnde præcauendum est, ne vnus cum violentiarū clamore queruletur, cū manuale factum non apparet, qa aliàs incidit pœnam: vt Spec. Sax. libr. ij. art. lxiiij. & C. de probati. l. sciant. Vbi enim cum clamore violentiarum proponitur factum illud, manifestum & clarū esse debet, & iuxta cautelarum probationes infligitur pœna malefactoribus: vt Spec. Sax. libr. ii. art. xiij.

n Cauendum est ne vnus cū clamore queruletur cum manuale factum non apparet.

Sciendum etiam circa id, dato quòd vnus baculo percutiatur, ita, quòd loca illa percussa sint liuida, *o* tumida, querela etiam iniuriarum proponatur per clamorem; nulla tamen sequitur corporalis pœna, dato quòd victus sit, sed soluet emendam & mulctam.

o Spec. Sax. libr. iii. artic. xxxvij.

Quæritur, *p* virgo vel mulier dispertis crinibus, & scissis vestibu, si veniat ad officium, & querelam proponat, quòd stuprata sit, probaturam se offerens cum testibus clamorem audientibus, actionemque prouideat, vt iuris est, accusatus tandem veniat libere, non detentus, non ligatus, & petat innocentiam declarari suam, cui cedit probatio? Re. Vir, vt sic, accusatus, si liberè, non detentus, ad iudicium veniat, est, prior querelam euadere me tseptimus, quàm quòd conuinci possit: ius enim fauorabilius est respondenti: vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.

p Virgo vel mulier stupratam se esse allegans dispersis crinibus si iudicem agrediatur, extra manuale factum accusatus citius absoluitur quam quod conuinci possit.

Articulus XXXIX.

De querelis ex necessitate propositis, & per Burgrabium iudicandis.

OMnimodas necessarias a querelas quæ pernoctatę sunt, nullus iudicat nisi Burgrabius.

a Spec. Saxo. lib. i. art. lviij.

Si

Si alicui ædificia per ſententiam iuridicam abiudicentur, ex eo quia in illis mulieres, vel puellæ violatæ ſunt, ædificium illud ſuccidi debet, b & in terram proſterni, non tamen debet exinde abduci, nec cōburi. Sed ſi ſententiatus ſit pro præda, furto ex caſtro commiſſo, excidi ædificium debet, eritq; omnibus commune.

b Spec. Saxo. lib. iii. ar. i. & lxviii. & item lib. iii. ar. viii.

Articulus XL.

Contra quas iniuriarum querelas, quis iuramento abſolui non poteſt.

OMnes iniurię & querelæ vbi probatio habetur, c coramq; iudicio cum clamore inchoatæ ſunt, pro illis iurare nō poterit, ſed ſi nulla probatio ſit, extunc citius vnus iure ſe expurgabit, quam quis eum cōuincere poſſit.

c Spec. Saxo. li. i. ar. xv. & art. xxii.

Articulus XLI.

De querela contra aliquem in eius abſentia facta, vbi & terminus reo aſſignatur.

ACcuſetur ſi quis pro iniuria, vbi præſens non ſit, d terminuſq; reo ad reſpondendum aſſignetur, & actor infra dictos terminos reum reperiat, eum licitè areſtabit ſeu detinebit, pro querimonia tamdiu quoad fideiuſſoriam ponat ad comparendum. Quia iudex pacem actori, & non reo in cuius abſentia conqueſtum eſt nuntiauit.

d Spec. Saxo. li. iii. ar. xiii.

Qui pro iniuria accuſatus eſt, ante omnia varendæ præſtationem petat. e Quamdiu enim varēda nō præſtatur, actor ſuam actionem corrigendi libe ram habet facultatē, poſt hac verò non.

e Spec. Saxo. li. iii. ar. xiiii. & ſuprà arti. xxxv. eo. lib. munic.

GLOSSA.

Tres articuli præcedentes vna illuminantur gloſſa, in idem enim concidere videntur; declaratur ſiquidem quo pacto querelæ iniuriarum fieri debeant, & etiam quæ pœna exinde ſequitur.

Vnde circa id ſciendum, f q̄ ædificia prædiorum, arcis, fortalitiorumq; quòd proprer tres cauſſas ædificia deſtrui poſſunt: videlicet occaſione ſtupri in eis commiſſi, occaſione prædæ, & etiā furti. Pro ſtupro ædificia deſtruuntur ex eo; quia domus illæ fuerunt obſtaculo, quòd mulieres ſic oppreſſæ nō potuerunt aufugere, quin violētur: vt Spec. Sax. libr. iij. art. j. & C. de rapt. virgin. l. j Secundò etiam deſtruuntur ædificia caſtri, vel domus, poſtquam ſententialiter condemnētur, occaſione furti vel prædæ: vt Spec. Sax. lib. iij. artic. lxviij. g Is enim qui malefactorem fouet, reus facti efficitur: vt Spec. Sax. libr. ij. art. vlt. & C.

f Ædificia prædiorum arcis ex tribus deſtrui poſſunt cauſis.

g De hac materia vide Spec. Sax. li. ii. art. vlt. li. iii. ar. i. arti. lxvi. & lxviii.

de his qui latro. vel alijs crimin. reo. occul. l. eos. & l. si qui. Pro fure etiã vel prædone reputatur, qui furtum fouet & occultat: vt Instit. de obliga. quæ ex delic. nasc. §. manifestus. Castrum præterea ratione prædæ condemnatum restaurari nõ debet: vt Spec. Sax. lib. iij. art. lxvj.

h Reus facti potest esse vnus quadrifariã. Circa id notandum venit, *h* qp vnus fit facti reus quatuor modis. Primo, si solus noxam fecerit. Secundo, si auxilio ad id fuit. Tertiò, si consilium dedit. *i* Quartò, si malefactores fouet: vt Institu. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. manifestus. & ff. de vi. & vi arma. l. j. & Spe. Sax. lib. ij. art. xiij.

i Spec. Saxo. lib. j. art. xlvi. circ. fin.

Pro declaratione etiam textus maiori notandum, quod si quis furem intra quatuor angulos, vel intra septa domus suæ arripuerit, eundem in facto manuali cũ clamore publicare debet vicinia acclamando, manusque & pondus rerum furatarum dorso alligare, in custodiaque seruare, *k* iudici eundem tandem denunciaturus. Iudex postmodũ duos illic nuncios mitet, & quẽadmodum scabini furem huiusmodi illic viderint, ita iudici denunciabunt. Exinde tandem post hanc recognitionem actor proponet querelam suam. Isque modus furem præsẽtandi vtilis etiam est actori, cùm eum ad iuridicam vel præconis præsentat potestatem: sed & debet præsentari cum furto illo, protestarique cum iudice & scabinis, & hoc ideo, si forsan fur euaserit, quòd ad ius venire possit suum. Quemadmodum enim iudiciariæ potestati seu carceribus committitur ac præsentatur, ita etiam viceuersa iudicio præsentari & sisti debet: vt Spe. Sax. lib. j. art. lxvj. Constitutiones autem occasione iniuriarum, tàm hæ præsentes, quã aliæ pleræque sancitæ sunt, vt malefici refrænentur: iuris enim & legum intentio est, temeritati prauorum resistere.

k Practicam jn is detenti vide.

l Vnde considerandum, quòd temeritas triplex est. Prima, quãdo quis temerè & impudicè audenterque facit contra ius, vel qui forsan solus deberet iustitiam fouere, & iniustitiam debilitare, ipsemet iniustè agit, sit cuiuscumque status & legalitatis, *m* & cõtra illos statutum est, quòd quidquid hoc pacto fecerint, pro non facto reputatur: qui enim contra ius facit, iniustè agit, subitq; pœnam contra excessiuos à iure decretam, vt in exemplo: Si vnus equum furetur detineturq;, equus cedit illi viceuersa cuius erat: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxv. & xxxj. nec res illa furtiua pertinebat ad istum, qui eam furatus est, nec cõmodum habere illius aliquando potuit, imò subit à lege staturam pœnam, quia suspenditur: vt C. de leg. & constit. princip. l. nõ dubium. & in auten. vt omn. obe. iudi. §. i. coll. v. Secunda temeritas etiam dicitur mala, & fit, cùm contra aliquem excesserit quis, & ille propria auctoritate vlciscitur illud, nec iudici querulatur: pœna illorum est, quòd caussa illorum iusta per temerariam inuasionem, iniusta efficitur: vt Institu. de vi bon. rapto. §. sed ne dum. & C. vnde vi. l. si quis in tantam.

Temeritas tripelx.

m Spec. Sax. li. iij. art. xiij.

n Nullus etenim sui ipsius iudex esse debet, sed iustitiam à iudice expetat: vt C. ne quis in sua caussa. l. generali. Tertia temeritas, & illa est pessima, cùm quis malefecerit vel excesserit, vitareque nõ vult, sed apertè incedit acsi rectè & benè egisset, vel potestatem ad id faciendum habuisset: pœna istius est, quòd arestari & detineri potest, quoad cautionem ponat, vt se super his iustificet. Istud tangitur ibi: Quia iudex pacem actori, &c. Q. d. Sit quisquis sit, ille tamen facultatem non habet malefaciendi seu iniustè damnãdi: illud enim quod pro bono non habetur, malum est, nisi iustitia

n Spec. Saxo. li. j. art. xxv. & lxx. lib. iij. arti. xiij eod. iure municip. supranr. xxvij. & infrà art. cxij.

sticia concomitetur: vt in auten. vt omn. obedi. proum. iudic. §. j. coll. v.

Ante varendæ præstitionē meliorare actor querelam potest suam, vt textus habet. Cautus itaq; respondeus in eo esse debet, quód postquam cum clamore contra eum proponitur, vt varendæ petat præstitionem.

o Varendæ vtilitas.

o Varendæ autem vtilitas & effectus est ad multa. *p* Primò, ꝙ pro huiusmodi causa seu querela nullus alter eū accusare poterit: & si se super obiectó debito vel facinore excusauerit, Deusque omnipotens eum iuuerit, & ab alio forsan posthac molestatus sit, ille qui actor fuit, eum tueri tenebitur.

Spec. Saxo. lib. ij. art. xv.

p lib. ij. art. xiij.

Item, varenda vtilis est, quòd querelam suam postmodum meliorare non potest: vt si te accusset pro violentia, non poterit te accusare pro homicidio.

Præterea, si duellariter te alloquatur, & duas proponat quæstiones, tertiam omittendo, varēdamq; faciat, ruet in caussa; quia omnes tres proponere eum iure oportet: vt Spec. Saxo. lib. j. artic. lxiij.

Articulus XLII.

Quo pacto ferendarius iure obtineri debet in causis & querelis violentiarum ac manualis facti.

FErendarius per sentētiam ad id coactus ꝙ verba alicuius facere debeat, in facto manuali, hūc modum in processu seruare debet.

Ferendario ista doctrina.

a Primùm etenim dicet, domine iudex ex quo me procuratorem huic dedistis homini, quæro per sententiam dari, si ab aliquo inimiticias, impetitiones, aut aliud quid cōtrarium suferre debeam, ex eo quod verba sua pro iuris loquar exigētia, quātum melius possum aut valeam. Postquā sibi hoc definitum fuerit, extunc præcustodiat ei, quòd & alium in defectu habere possit procuratorem, vel si forsan in defendendo deficiat, causam non bene inelligendo, quòd consultari cum principali vel alium attigere possit procuratorem, tum & alia quæ iuxta consuetudinem iudiciorum obseruari solita sunt reformentur.

Tandem quærat ferendarius, quomodo querelam inchoare debeat, vt proficiat iuri suo, cùm sibi id decernitur: quærat per sententiam an principalem interrogare iure debeat, quis in eo pacem fregerit.

Quòdsi ita impotens est vt colloqui non possit cùm sibi decernetur, & illum iudex cum duobus Scabinis & item duobus ad iudicū pertinentibus

conſpexerit, hoc eſt, ſi fuerit ita imbecillis ſeu debilis, quòd loqui nō poſſit, vt exprimant illi teſtes prout viderunt vel audierunt, quodq; ſibi iuramento ipſorum recognoſcāt, quid ipſis notum ſit in facto illo, cùm hoc ſibi definitur, ab vno, à ſecūdo, à tertio, extunc requirat in ſententia, ſi iam profecerit in iuris proceſſu, cūque ſibi hoc decretum ſit, & pacis violator per clamorē citatus, vt iuris eſt, fuerit, tandem proponat hæc verba.

Domine iudex peto audiri verba N. & ea intelligere. N. querulatur contra. A. quia ipſe veniens in municipiū in via libera pacem in eo fregit, eundē mutilauit, ac violentiam in eo patrauit, quam probare poteſt, ſed & vita ac bonis eum ſpoliauit, & ſibi tantum accepit, quod duello dignum eſt, petitq; ius ſuper eo decerni. Exin de violator pacis aduocetur per præconem pro primo, pro ſecundo, pro tertio, ex nomine eundē acclamādo. Proqualibetq; vice querela renouetur, dicendo quòd N. conqueritur cōtra A. quia in municipium veniens in viam regiam eundem bonis & vita ſpoliauit, violentiāq; in eo patrauit, quam & oſtendere poteſt, & petit ſuper eo ius decerni, itidē faciat & pro tertio.

Poſthac tandem oſtendere debet vulnera, & quę rat per ſententiam dari, ſi violatorem alibi vbicunque locorum præuenerit, an eum ditineri poſſit de forma iuris, cùm ſibi hoc definitū ſit, petat pacem quæ & decerni ſibi debet.

GLOSSA.

Practicam huius ampliorem vide in proceſſu iuris. Is tamen modus qui hic in textu habetur, communior eſt in proponenda querela contra pacis violatorem.

Vnde circa id ſciendum, *b* ꝙ ferendarij ſeu cauſſidici, in omnibus iuridicis actionibus plurimū ſunt neceſſarij: ordinati etenim ſunt ad communem vtilitatem *c* iuri & communitati in obſequiū, vt tàm actor quàm reus à damno & periculo præcuſtodiatur, quod minimè euitari poſſit, ſi ferendarij non haberentur.

b Ferendarium vtilitas.

c Spec. Saxo. lib. i. arti. lx. & iure muni. li. iii. ar. xiiii. ſupra ar. xvi.

d Ferendarij etenim iuris milites appellantur: ſicut etenim miles bellicoſus gladio communem defendit vtilitatem, ita ferendarius induſtria ſua iuſtitiam fortificat, iniuſtitiā verò deprimit: ſtatus etenim reipublicæ nedum armis, verùm & legibus fortificatur: vt Inſtit. in proœm. Honorificūq; eſt ferendariatus officium, cùm & vnus quiſque iuri dignus ferendā-

d Ferendarium laus.

rius esse potest: vt Spec. Sax. lib. j. art. lx.

e Ferendarij qui esse non possunt.

e Ferendarius autem esse non potest iure priuatus, seruus, surdus, phreneticus, minorēnis; quia nec iudicio astare eis admissum est: vt ff. de postulat. per totum. & iij. q. vij. infames. Is enim qui seipsum defendere non potest, nec alium defendere poterit: vt ij. q. j. c. prohibentur. Sed & mulieres ad officium istud minimè admitti debent: vt Spec. Sax. lib. j. art. lx. & lib. ij. art. lxi j.

Item, clerici & monachi abstinere etiam ab officio huiusmodi debent, nisi forsan in certis casibus in iure spirituali. f Sed & quiuis ferēdarium habens, dannum euitare potest, si dictis ferendarij non consentiat, sed ea retractet, tempore quo id facere potest.

f Spec. Saxo. l. iij. ar. xiiij.

Considerādum circa id venit, g quo pacto vnus cogi possit, ꝙ verba alterius in municipio proponere vel loqui cogatur. is etenim qui ferendario indiget, proponere inprimis debet: Domine iudex, faueatis mihi hominem, qui verba proferat mea. ℟. Fauco. Potest etiam is qui ferendarium affectat, alijs item verbis, ponere: Domine iudex, ego sum adeò pauper, & alienigena, quòd nullū pro consilio & auxilio habeo, qui propter Deum faciat, qui consilio adsit, & verba proponat mea, faueatis itaque vnum qui id faciat. ℟. iudex. Fauco. Ille tandem dicat: Ago gratias Deo & vobis, respiciatque, quem potissimum habere velit: quodsi nomen ignoret suum, tunc ad illum dicat, quē libenter haberet. Domine, rogo caussā Dei & iudicij, vt verba faciatis mea. Si verò recuset, interroget eum, cur id facere nolit: quòdsi pertinaciter recusauerit, extunc iudicem vlterius aggrediatur & dicat: Peto pro hon inc isto, & nominet eum vel designet, quòd iudex eum cognoscere

g Quo pacto ferendarius cogi potest, vt verba alicuius loquatur, practicam vide.

scere possit. Iudex tandem dicat: fauco tibi. Proponat tandem vlteriùs homo ille: Quandoquidē possessionatus est in iure vestro, peto decerni, an recusare possit verba loqui nec ne? ℟. Pro iure si possessionatus est, recusare minimè poterit quīn verba faciat: vt Spec. Sax. lib. j. art. lx.

Vnde circa id sciendum, si iudex ex officio præceperit ferendario, quòd verba loquatur, & ille recusauerit sine legitima caussa, mulctam iudici, & petenti emendam succumbet. h Si autem caussa illa sit erga dominum suum, vel erga agnatū in vitam vel sanitatem, si quid agatur, iustè se excusare potest, iuramento id cōfirmando. si non creditur sibi, imò quamcumque caussam allegauerit, probare iuramento tenetur, si iudex fidem sibi non dat. nec iam vltra ille qui procuratorē petijt, quidquam interrogare tenetur, negociū etenim illud iam ad iudicem pertinet, qui principali istum in ferendarium dederat, &, vt sic, ferendarius non solū excessit contra illum qui eum petijt, sed & cōtra iudicem, cuius mandato contrarium se ponit; & ita vt dictum est, huic soluit mulctam, illi vero emendam.

h Spec. Saxo. li. iij. ar. xiiij. & lib. j. ar. lx.

Notandum insuper, si vnus iudicialiter agere habeat, & videat ferendarium quem libenter haberet, i aduersarius verò cum eodem interim secretò componat, & agere intendat, iste autem eum alienare sibi velet, sicut in exemplo. Si N. cum P. actionem intentent, & N. cum A. conueniāt seu colloquantur, qualiter verba sua loqui debeat. P. esset respondēs, & libenter etiam haberet ipsum A. dicatque P. ad iudicem: Faueatis mihi verba domine iudex. ℟. Fauco. Dicat tandem P. Peto hominem, qui verba dicat mea, & rogo pro isto, denominando A. Si dicat tandem N. Domine iudex,

i Cautela pro expetendo ferendario.

dex, ego peto pro isto A. vt eundem mihi in ferendarium detis. Si tandem P. dicat: Domine iudex faueatis verba loqui, quemadmodũ ego inprimis expetij A. vbi me traho ad iudicem & Scabinos, petoque sententialiter decerni, an verba mea potiori iure loqui non debeat, quàm alter eũ mihi alienare posset. Postnae N. dicat: Quòd priùs secum collocutus sum, & proprijs impensis eum huc attuli, & ad eum solũ me traho, nam & ille solus id facere promisit; peto per sententiam decerni, an eum mihi quis alienare posset? & R. Si P. probare potest per iudicem & Scabinos, quòd A. in ferendarium primum petijt, ille potiori iure verba sua dicet: sed si vterque eundem simul à iudice petierit, est in voluntate iudicis, cui eundem fauere velit: vt Spec. Sax. lib. 1. art. lx.

& Spec. Saxo. libr. 1. art. lx. & ibi.

Ferendarius etiam verba alicuius facere recusans, iudex post hac eum audire non tenetur. / Ferendarius insuper si ex iuris sententia verba dicat alterius, præcustodire sibi per sententiam poterit, si & in quantum ex illo ferẽdi tionatu in damnum incurrat, quis eum euincere debeat? decernetur, quòd principalis. Vlterius quærat iudicem, an satis habeat in illo, &, vt sic, manebit indemnis, verbaq; postmodum faciat vt iuris est, prout etiam in processu iuris inuenitur, formetque querelam, & omnia agat iuxta iuris regulas, & doctrinam prudentium ac iurisperitorum.

/ Ferendarius quid præcustodire sibi debet ne incurrat in damnum.

m Ferẽdarius excedens commissum domini, potest ad mulctam impelli.

m Ferendarius excedens commissum domini in dicendo, potest ad mulctam compelli, & hoc si per sententiam id quæratur, hisce verbis. Quandoquidem pacẽ & ius obtinui, &c. & ferendarius hic stat, & aliter locutus est quàm dominus sibi commisit, &c. An id iure fecit nec ne? n decernetur secundum quod fuerit excessus ille. Quod si ferendarius se eliberare velit, id facere debet antequam sententia decernatur, hisce verbis: quòd nihil locutus sum, nisi quæ in commissis habui, an non sim propior, prout ius decreuerit, mulctã euadere. Decernetur, quòd si audebit sacramento probare, quòd non aliud locutus est, nisi quæ in commissis habuit, immunis euadet: vt feud. c. xjx. gloss. ibidem plura vide.

n Feu. c. xix. gloss.

Articulus XLIII.

De Consulum electione ac eorundem potestate.

POstquam Maydeburgen. ciuitas iure municipali fundata fuit, de voluntateq; Imperatoris Ottonis Ruffi cum cõsensu etiam & consilio seniorum prouinciæ illius secundum ius Caroli imperatoris & iuxta eorum arbitrium ac voluntatẽ locata, cõsiliati exinde sunt quomodo Scabinos & cõsules eligere debeant pro ciuitatis commodo. Scabinos quidem ad tempus diuturnum: consules verò ad vnum annum a qui tunc iurauerunt, & nunc iurant annis singulis cùm de nouo eliguntur, ciuitatis honorẽ, profectum, vtilitatem, & ius custodire, prout melius nouerint aut poterint, cum consilio

a Iuramentũ consulum.

ic.

lio & iuuamine seniorũ, nec id ommittendo ratione amoris, molestię, irę, munerum, sic eos Deus adiuuet & sancti eius.

b Autoritas consulum.

b Consules conuẽtum suum exponere & statuere poterint, cum exquisitorum ac seniorum consilio.

Eligere in super consules debent inter se procõsulem vnum vel duos, & quicquid ibidẽ in congregatione vel conuentu illo cõclusum fuerit, firmiter obseruari debet: c qui ad conuentum illum interim quando campana pulsatur non venerit, mulctæ dabit sex nummos. Si verò conuentus ille sibi denuntiatus fuit, quinq; solidos mulctæ demerebitur.

c Ad consilium vocatus si neglexit quantũ demeretur.

Consules præterea potestatem iudicandi habẽt super quaslibet vacuas mẽsuras, & pondera iniusta, ac cuiuslibet cibi & potus falsa mercimonia, quicũque hæc violauerit, demeretur tres Sclauonicas marcas d quæ faciunt triginta sex solidos.

d Sclauonica marca quantum valet.

Articulus XLIIII.

De pœna reuenditorum & penestricorum.

QVi penestici & reuẽditores vocantur, si in aliquo demeruerint vel excesserint contra statuta ciuitatis, aut consulum decreta violauerint, in esculentis falsificandis, vel aliquo alio quòd ciues cõstituerant, idq; contra illos probatum fuerit ex parte ciuitatis demẽretur cutim & crines e aut triginta sex solidis eliberare se poterint, iuri tamen ciuili suo per id derogabũt.

e Quo pacto vero incute & crimibus pœna infligitur vide Spe. Saxo. lib ii. ar. xiii. glos.

Erit etiam in arbitrio consulum quicquid horũ acceptare voluerint, cùm verò pecuniã acceperint, ille nihilominus manet sine iure & sine honore.

Hoc idem simile iudicium extenditur super omnes, qui in falsificatione esculentorum prẽuenti & in eo conuicti fuerint: qui nec aliquod cõmercium seu communitatem cum reliquis habere, sed nec commestibilia diuendere poterint absq; consulum consensu.

GLOSSA.

Declarata habetur superiùs origo iuris municipalis in Maydeburgo, quæ & de cõsensu totius prouinciæ confirmata est: hîc tandẽ sequitur ac ostenditur modus electionis consulum Maydeburgi,

quæ à Romanorum republica ortum habere legitur: Romani etenim explosis regibus, consules statuerant præfecerantq; regimini, quibus & prouincia superiniũcta erat, vt pro bono consulerent reipublicæ, &, vt sic, electi iuramentum facere cogebantur, super administratione eorum.

f Electionis seniorum ex mechanicis apud Maydeburgẽ modum vide.

f Notandum, quòd antiqua apud Maydeburgẽses seruatur cõsuetudo, quòd in primo quartuali anni ac prima quadragesimæ septimana, omnes & singuli mœchanici simul conueniunt ad domum conuentioni ac congregationi deputatam, computaturq; vniuscuiusque excessus & pœnæ: ac ibidem inter eos deputantur magistri, qui toti contubernio vtiles sint, pro senioratu, & vltra duos, qui præcedentis anni erant, adhuc duo eliguntur, ita quòd quatuor numero sint, conscriptique, vt sic, consulatui præsentantur. Consules tandem viginti quatuor istius præsentis anni præsidentes, iubent mœchanicos exire, & inuicem colloquuntur, habentes secum in consilio seniores, & exquisitores ciuitatis, ac ex illis quatuor per singulos contuberniorum mœchanicos oblatos magistros, eliguntur hi, qui magis honori ciuitati, & contubernio vtiliores sint.

g Electionis consilij apud Maydeburgẽ. consuetudo.

g Postquam verò ex consuetudine consules prætorium conuenerint, extunc omnes in eorum contubernia congregantur mœchanici, & eligũt consules, quodlibet contubernium seorsum suos, quos præsentare tenentur sub iuramento eorum, quòd videlicet meliores ac vtiliores ad officium illud eligere non potuerunt; ita eos Deus adiuuet & omnes sancti.

h Eligens ad officiũ aliquid quid præcauere debet.

Electores huiusmodi? *h* imò omnes in generali, quibus electionis prouincia superimposita est, præcauere debent, ne eligant ad officium aliquod propter munera, timorem, fauorem, iram, vel etiam quòd agnatus, vel amicus suus sit: nam si postmodum per consulatum compertum sit aliquem ita egisse in electione, periurus fit & iure priuatus *i* tàm electus: vt extra. de electio. c. per inquisitionem. Exempla circa id plura haberi solent: Primum de muneribus, si enim quis affectet officium, promittendo donum aliquod; vt pote decem vel viginti libras, est æquè simoniacus, ac si officiũ vel rem spiritualem precio emeret: quòdsi conuincantur, infames erunt, nisi ciuitas cũ eis dispenset, vel à ciuitate per decennium proscribuntur. Ex timore etiam eligitur quis, quando timet, nisi istum eligat, quòd amici eius sibi nocere possent, electio huiusmodi est nulla: vt extra. de elect. c. quisquis. Præterea, si eligant quem ex inuidia; vt pote, si ea intentione eligitur, vt exinde depauperetur: officio enim impeditus, victum non posset quærere suum, vel forsan quia in officio existens, in damnum & in incõmodum de facili incidere posset, electio etiam huiusmodi progressum non habet. Electio præterea si à potenti pendeat manu, is honorem & fidẽ inspicere debet suã, ac animæ præcauere suæ, nec eligere debet ex fauore, non ex precibus, non ex odio, inuidia, nec aliquo proposito malo, sed secundum vniuscuiusque fidem, honorem, & veritatem. Nec eligere debet nimiùm potẽte: nam si vnus eligeretur qui diues & potens sit, omnibus potẽtia sua præualere curabit, communem vtilitatem opprimendo, commodũq; suum curando, imò & pauperes contemnendo. Eligi etiam minimè debent egentes & pauperes: vtiliùs enim est, quòd ipsi seruiãt alijs, quàm quòd illis obsequium præstetur. *k* Mediocres itaq; ex

i De electione & quæ sint annullantia vel anihilantia electionẽ causas abunde vide Spe. Saxo. lib. iij. ar. lxx.

k Mediocris status homines ad officia eligendi.

co m

communitate ad huiusmodi magistratus eligentur, qui sua contenti, aliena non optant: ciuitas etenim hoc triplex genus hominum vt in plurimum in se complectitur, quòd videlicet quidã sunt potentes & diuites, quidam pauperes & serui, quidam verò mediocris status. Potentes, vt communiter rempublicam opprimere assueti: pauperes, ex inopia nihil commodi facere possunt. / Status verò mediocris ad id plurimũ valet, & ex illis administratores reipublicæ potissimum eligi debent.

l Vide de Aristotelem iiij. Polit. & itẽ v. ac sequentibus libris ad hãc materiã.

m Circa electionem considerãda.

m Ad electionem etiam requirũtur, vt is qui eligi debet, naturales defectus non habeat: non enim esse debet leprosus, surdus, mutus, cæcus, confractus, phreneticus, lunaticus; ista enim impediunt vnum in electione, tàm in spiritualibus quàm sæcularibus, sed si in officio ista accidant, non propter hoc reijcitur. Item,, eligi non debet excommunicatus, à iudice proscriptus, hæreticus: vt in auten. de priuil. dotis hæreti. §. j. coll. viij. Item, illegitimus eligi non debet: præterea annos debet habere completos, hoc est, vt vigesimum quintum attingat annum: vt Spec. Sax. lib. j. art. xlij. Nullus etiam eligi debet in consulem extraneus, qui ex alia iurisdictione sit: n tùm nec is, qui domi raro moratur: insuper & illæ, qui nonagenarius est, sed & propter alias multas legitimas causas electio impedi potest.

n Qui domi raro moratur in consulem eligi non debet nec decrepitus.

Notandum præterea, o postquam, vt supra habitum est, consules prætorium conuenerint, electioque sufficiens iuxta determinatum nnmerum facta sit, extunc consules nouiter electi primum obtinẽt locum, antiqui verò post sequuntur, & iurant omnes illi vno iuramento, erectis digitis contra solem, quiuis eorum nomen exprimendo suum. p Ego A.B.C. D. E. &c. Iuro Deo, domino nostro regi, & iudici, ac toti communitati, diuiti & pauperi, fidelis & vtilis fore cõsilio & auxilio, pro viribusque & facultate mea indefesse iustitiam fortificare, iniustitiam deprimere, communẽ vtilitatem adaugere, prout potero & valeo, secreta ciuitatis non publicare verbo aut facto. Iuro item veram obediẽtiam magistratui, seu magistris ciuium semper tenere, nec istud omittere volo, caussa amoris, molestiæ, seu condolentiæ, odij, inuidiæ, munerũ; sic me Deus adiuuet & omnes sancti. q Est & aliud iuramentũ multò grauius, quám istud præsens, q magis ad alios omnes officiales pertinet: iuramentum verò præsens speciale est consulum.

o Quo pacto consules ciuitatis nouiter electi confirmari debent.

p Iuramentũ consulum ciuitatis vid

q Vide Spec. Saxo. lib. iij. ar. liij. & suprà iure municipi. art. vij.

Cõsules tandẽ xxiiij. vt sic, electi & confirmati, duos inter se eligent proconsules, qui speciale iuramentum faciant, vt supra circa articulum decimumnonum habitum est. r Antiqui verò consules & proconsules offerant se competentem de administratione facere rationem, tùm & alia quæ necessaria videbuntur, declarabunt sed & vt communiter hisce verbis eos aggrediuntur. Gratias agimus vobis vniuersaliter pro susceptο officio, intercedimus pro commuuitate ciuitatis, vt fideliter administretur: rogamus etiam pro seruis & famulis ciuitatis pauperibus, vt benigniter expediant tractenturq; pulseturq; tandem ad conuentum consulum tribus horis. Postmodum incedunt consules omnes in simul, nouiter electi primum locum occupantes, antiqui verò post sequentes, in sedilibusq; vel scamnis considũt, postquam verò consederint, præco populo silentium demandabit, tandem duo ex antiquis consulibus assurgent & communitati gratias agẽt hisce verbis. Chariſſimi ciues, hîc astant domini & senio-

r Hæc Maydeburgen. in electione consulum seruata consuetudo, cũ & cerimoniæ circa id subsecutæ parum commodi & vtilitatis afferunt. In regno etenim Poloniæ signanter apud Cracouien. alter obseruatur modus quam hîc expressius habetur.

res nostri, regratiantur vobis de honore exhibito obedientiæque præstitę, & committunt vos hisce dominis nunc electis exoptātes, quatenus in honore, reuerentia & dignitate eosdem, prout decet, habeatis: si & in quantum vobis & communitati, in maioribus inseruire potuissemus, ex animo ac libenter id per nos factum fuisset, his expletis verbis considunt viceueria. Noui tandem consules denunciare procurabunt conuentum suum, cōmunitatemq; consultare mutuo facient, si circa plebiscita anni præteriti decreta ac in vsu habita perseuerare velint necne? quo expleto, conuentus ille consulum dissoluitur, & quiuis in domum reuertitur suam, negociaq; disponet propria.

f Plebiscitis & consuetudinis differentia. vide hoc idem supra artic. 1 co. lib.

Circa id sciendum, *f* quòd plebiscitum differt à consuetudine, consuetudo enim est origo plebisciti: quia ex consuetudine venit plebiscitum, plebiscitumq; fieri potest in illis de quo nullum ius habetur scriptum: vt Insti. de iur. natu. §. Ex non scripto. & xi. dis. In rebus.

t Spec. Saxo. lib. 1. in prolo. & iure munt. art. 1. & xxv.

Notandum, cùm cōstitutio seu plebiscitum tatum debet, *t* necessario quòd sit honestum: vt Insti. de iust. & iur. §. Iuris præcepta: debet etiam esse iustum: vt i. dis. ius. natu. Item, debet esse possibile: vt xxxv. q. v. & item necesse est quòd sit naturale: vt iiij. dis. erit autem, & item vtile ciuitati esse debet, tempori conueniens & communi vtilitati, quòdsi quid horum deficiat reijci debet: vt viij. dis. qui contempta veritate.

Consuetudo item approbata: vt robur habeat iuris scripti, debet esse ita antiqua, quod non sit memoria illius: vt ff. de aqua. pluuia. arcen. l. i.

Plebiscitum etiam si in ciuitate constitutum fuerit teneturque anno & die, nec illi vt iuris est cō trauenitur, vigorem iam in post obtinebit: si bis iuxta illud plebiscitum iudicatum sit: vt C. de Episco. l. iij. Contingat etiam contra plebiscitū seu consuetudinem contradictionem fieri bis, contradictioq; huiusmodi vincatur quòd videlicet plebiscitum & consuetudo illa iusta & legitima sit, vel quod ex auctoritate superioris introducta confirmataq; sit, *u* plebisciti vigorem habet: vt ff. de legi. & sena. consul. l. de quibus causis. Princeps etenim si concessit ciuitati gratiam aliquam, illa seruatur pro plebiscito: principis etenim iusta voluntas pro iure haberur: vt Insti. de iure natu. §. sed & quicquid princeps. Sed & plebiscitum pro iure haberi debet: vt Insti. de iure. natu. §. Ex non scripto.

u De plebiscitis & consuetudinibus vide Spe. Saxo. in prolo. & supra iure munic. art. 1.

Plebiscitum præterea, *x* cùm statuitur prouinciæ vel ciuitati publicati debet cùm ciues conuentum habere solent publicum, & si annuerit illi communitas, iudicabitur postmodum vigore plebiscitum huiusmodi bis vel ter, vt robur habeat, tum & in omnibus sculteti iudicijs. Post elapsum verò vnius anni cùm noui eligūtur consules, & publicum cum communitate habuerit conuentum, proconsul communitatem interrogabit, an circa illa plebiscita perseuerare velint, quibus per annum præcedentē vsi sunt, istudq; in communitatis voluntate erit, an plebiscita huiusmodi seruare velint necne?

x Plebiscitū ciuitati constitutū publicari debet.

Mechanici etiam conuentus & congregationes in eorum conturbernijs habere debent occasione magistrorum & aliorum ad eos pertinentium. Item, excessus corrigendi, tum & quæ commissa habent ex parte ciuitatis consultandi, & ea quæ prohibita sunt, ne transgrediantur admonendi.

y Mechanici plebiscitū minimè facere possunt in communi conturbernij sine cōsensu consulū

Mæchanici tamen plebiscitum vel constitutionem *y* inter se facere minimè possunt in commodum

dum conturbernij corũ, sine consensu consulum, vel domini prouincialis, aut præfecti ciuitatis, & hoc intelligendum si aliqua confirmatione desuper indiguerint, in causis verò minimis, quæ nec plurimum vergunt in damnum ciuitatis, confirmatione haud indigebunt. z Vnde contubenium sit quodcunq; sit, si literis indiguerit super cõstitutionibus sancitis, vel si forsan literas à ciuitate super eorum libertate concessas amiserit, à consulatu alias expetere debet. Quodsi libertas illa à principe eisdem concessa fuit: consules confirmãdi nullam habebunt potestatem, verum princeps ipse solus.

z Mechanici cõstitutionum suarũ literas à consulatu expetere debent.

Laniorum ordinatio in ciuitate Maydeburgensi hæc obseruatur: a iurare etenim consulibus & eorum officio tenentur, quòd artificiũ & communitatem in eo prouidere volunt, vt tota contubernij congregatio, nulla pecora morbida, ad venundandũ mactare audeat: qui id transgressus fuerit, demerebitur ciuitati iuxta plebiscitum, & eorum contubernio. Si pecus fuerit vulneratum, confossum, sanguinolentum, & vulnus recens sit, sine consensu magistrorum ad venundandũ mactari & exponi minimè debet: si id facit, demerebitur ciuitati & contubernio. Carnes etiam pecorum mactatorum salitas, vel fumigatas, diuendere vnus poterit: & si quis forsan eundem alloquatur, quia inualidæ sint, & quòd prohibitas diuenderet carnes, propior est vnica euadere manu, quã quis eum conuincere possit.

a Laniorum in mactandis & venundandis pecoribus ordinatio.

Item, si magistri laniorum carnes inualidas præuenerint, demãdentque ac interdicant ne partiantur, verùm appendantur tamdiu, quoad dignoscãtur, an licito vendi possit nec ne? cognitumq; sit, quod vendi licitè non possunt: & pecus illud sit partitum, aut in partes scissum, siue illud diuendat, siue non, demerebitur iuxta constitutiõem. Similiter, si pecus ex fatiga suffocatum sit, inualidum erit, cum per magistros probatum sit. Vnde si quis publicè suffocatorum pecorum, & alias inualidas carnes, siue sint salitæ, siue fumigatæ, diuenderit, demerebitur vt supra habitũ est. Accusetur si verò coram senioribus in contubernio à suis confratribus, manualeque factum non appareat, nec manifestè in his præuentus sit, si negauerit, propior est euadere vt iuris est: quòdsi manifestè factum appareat, facilius conuincitur.

Carnes verò quæ ad esum humanum non valent, si quis diuendat, contra illum iudicabitur vt iuris est. Omnia hæc supra expressa duo magistri seniores prouidere debent, ac proconsuli cũ consulibus insinuare, transgressoremque proconsul iuxta demeritum ad cutem & carnem puniet. hoc itidem intelligendum est de omnibus alijs esculentis, si quis ea falsificauerit, vel in venundando excesserit, punietur enim iuxta statuta ciuitatis, vel scabinis præsentabitur, aut supra statuã publicã locabitur, vel his simile. b Ad statuã tamen nullus virgis ceditur nisi pro furto, præda, & his simi i excessiu.

b Nullus ad statuam virgis ceditur nisi pro furto, præda.

Hæc quæ superiùs expressa de laniis habetur pœna, intelligi & extendi debet de omnibus alijs mæchanicis: si quid etenim contra statuta ciuitatis faciunt, à cõmunitate & congregatione ejiciuntur.

Præterea pœna huiusmodi etiam extenditur contra illos, qui popinas seu coquinas publicas esculentorum tenent: penesticis, reuenditoribus, piscium venditoribus, & alleca miscẽtibus seu falsificantibus, & simile genus hominum, quos penesticos foralium, seu esculentorum vocitamus.

De in-

De institoribus insuper videndum sequitur, *c* qui & diuersi generis sunt, tùm & aijs opificibus; vt sunt institores serici, & institores telæ: sartores item, & telæ incisores, bursifices, frænifices, mẽsatores, sellatores: hi omnes tum & alij si qui in ciuitate plures fuerint mœchanici, diligenter obseruare tenentur sub pœna superiùs expressa omnia ciuitatis plebiscita, tùm & omne illud, quidquid magistri conclauerint vel in contubernio statutum sit: omnia enim illa magistri corrigendi habebunt facultatem, in quantum se non extendit ad pœnam pecuniariam, cutem, vel crines: hæc enim consules duntaxat ipsi iudicabant. Si verò quis se senioribus opponat, rebellisque in corrigendo appareat, seniores consulibus illum indicare debent, consulatusque iuxta demeritum eundem pœna corripiet, artificiumque deponet, quod nec exercere poterit nisi de consensu cõsulatus. Si autem in co rebellis appareat, contraque contubernium plura egerit, ac seniores sub iuramentis id ita fore recognoscant, perpetuò artificium exercere non poterit. Si verò, vt sic, accusatus, qui & artificium perdidit suum, ex gratia consulum, tùm & ad preces eorundem viceuersa suscipiatur, artificium quidem exercere potest suum, iure tamẽ priuatus manebit: ita, quòd nullius testis esse poterit, nec aliquem in contubernio inculpare, nec ad bannitum contubernium inter magistros venire: officij item est indignus, tũ & de facili priuari artificio poterit: vt C. ex quib. causs. alic. infam. irrog. in multis legibus. & Instit. de cap. diminu. §. minima.

c De institoribus & aliis mechanicis vide.

Considerãdum præterea, *d* qꝙ institores & alij artifices ciuitatẽ aliquam incolentes, dato etiam, quod onera ciuitatis, vigilias exactiones, & tributa soluant, alijs artificibus & institoribus aduenis victum eorum prohibere minimè possunt, nisi huiusmodi institores & artifices ciuitatem inhabitantes, speciali gratia & prærogatiua principis & dominorũ priuilegiati desuper sint, specialesq; ostendant libertates, quo illis prohibere valeant.

d Institores & alij artifices minime prohibere possunt aduenas quo minus ciuitatem habitare valeant nisi speciales desuper habeant prærogatiuas.

Articulus XLV.

De iudice ciuitatis Maydeburgen. iudicijsq; legalibus.

IVdex supremus Maydeburgi, tria iudicia Burgrabilia in anno exercet: *a* vnum diẽ sanctæ Agatæ, aliud die sancti Ioannis & Pauli. Tertium in octaua sancti Martini. *b* Si verò ceciderit aut euenerit aliquod horum iudiciorum ad diem celebrẽ aut feriatum extunc ammittit suum iudicium.

a Spec. Saxo. lib. 1. ar. 1. & lib. 3. art. lxi.

b Craconien. consuetudo est quòd in huiusmodi iudicijs legalibus tenũ Burgrabij pro consul. vel ab eo subdelegatus consul obtinet.

Quòdsi Scultetus ad iudicium non venerit, mulctam Burgrabio soluet, decem libras, nisi legale importet impedimentum: qꝙ cũ probare oportet, quia *c* Scultetus primam Burgrabio inuenire debet sententiam. Quicquid iniuriarũ vel criminaliũ commissum fuerit, quatuordecim diebus vel noctibus ante iudicium illud, hoc Burgrabius iudicat & nullus alter.

c Vide supra eod. lib. ar. x. & xvi.

Stu-

Stuprum, d obsidia, irruentiam domiciliorum, e Burgrabius seu Castellanus iudicat & nullus alter.

Si verò Castellanus seu Burgrabius præsens esse non poterit, & excessus eueniat, f seu iniuria aut violentia vbi manuale factū appareat, extunc ciues eligunt vnum iudicem loco Castellani.

Quando Castellanus surgit ex loco seu scamno iudicij, & resignat iudiciū, Sculteti tandem sequitur iudicium à proximo die post quatuordecī noctes.

d *Vide supra eodem lib. art. xxxviij. & infra ar. xc.*

e *Intellige iuxta consuetudinē diuersarum ciuitatū. Cracouiae etenim violentias manualis facti aduocatus cum Scabinis iudicare solet.*

f *Spec. Saxo. lib. i. arti. lv. & lvi.*

Articulus XLVI.

De pœna seu mulcta Burgrabii & Sculteti.

POEna seu mulcta Castelani aut Burgrabij g sunt tria talenta, Sculteti verò octo solidi.

Castellani aut Burgrabij pœna, h & item recompēsa seu verigeldus acquisiti, in iudicio bannito sol ui debent i per sex hebdomadas.

Burgrabio aut Sculteto Scabinus non tenetur aliquam inuenire sentētiam extraveros dies iudiciales, nisi factū sit manifestum.

Burgrabius & Sculteus iudicare possunt omni die pro debito, pro quo absq; testimonio agitur: nisi cō tingat quòd ciuis hospitē vel hospes ciuem impetat pro debito cum testibus, extunc iudicare eos quoli bet dierum oportet.

Hospes tamen iurare tenetur, quòd sit alienigena & ita remotè domicilium habeat quòd vna die ad iudicium venire non possit, pro iudicioq; exercendo Burgrabius seu Scultetus duob⁹ indigebit Scabinis.

Cui verò debiti solutio adiudicata sit, hoc exolui sibi debet vltra aliam noctem.

g *Vide supra eo. li. ar. xvi. Spe. Sax. lib. ij. art. xl. & lxiij.*

h *Spec. Saxo lib. ij. art. v.*

i *Poterit quidem citiùs si voluerit sed prolingare minime.*

Articulus XLVII.

De Sculteto & eius iudiciis.

SCultetus etiam tria habet iudicia legalia in anno: k vnum die quartadecima, post natalis domini, alij textus habēt in crastino Epiphaniarū: secundum, feria tertia post octauas Paschæ: tertium, post octauas Pentecostes. Post huiusmodi verò iudicialegalia cōtinuat semper iudex iudicia sua per quindenam.

l Quodsi dies iudicialis

k *Spec. Saxo. lib. i. art. ij. & lib. iij. ar. lxi.*

l *Cracouien. in celebrandis Sculteti iudiciis legalibus aliam obseruat ordinem. Primum etenim iudicium exponere solēt feria sexta proxima post festū Epiphaniarum: secundum feria sexta post cōductū Paschæ proxima: tertiū feria sex-*

ta in crastino corporis Christi & sic deinceps scultetus seu aduocatus de quindena in quindenam audiscia continuat sua, nisi superueniant festa seu tempora interdicta.

ad diem celebrem vel feriatum euenerit potest iudicium in sequentem vel tertiũ [m] trãsponere diem.

m Banniri ta men iudicium in die cecurrẽti celebri potest, sed actiones propter solennitatem transponi.

Iudicium Sculteti nemo iudicare potest nisi Scultetus solus aut præco, nec alter quiuis.

n Spec. Saxo. lib. 1. artt. lv. lvi. lvii. l. ult. ar. lxiii supra iure munici. art. xlv.

Scultetus si in domo nõ fuerit [n] & criminale quid exortum sit ciues statuere possunt vnum iudicem ad discutiendum crimen illud manifestum.

o Jure muni. supra art. xl.

Scultetus etiam bannũ habere debet necesseque vt cum eo sit infeudatus, o ita vt suum verum sit feudum bannumq; huiusmodi tenere & habere debet a domino terræ.

GLOSSA.

p Spec. Saxo. lib. 3. art. v.

In articulo xlvj. vbi dicebatur. Castellani pœna solui debet in sex septimanis, &c. *p* Alij textus habent: Pœna ad sex septimanas solui debet, emenda post pœnam ad viginti quatuor dies, recompensa verò soluitur in duodecim hebdomadis.

q Judices triplices.

Ex articulo item xlv. elicitur iudicũ differentia triplex. *q* Quidam enim sunt iudices ordinarij, vt in proposito, est Burgrabius, q & supremus iudex est, vt textus habet. *r* Alij sunt iudices vlterius infeudati, qui bannum habere solent à domino prouinciæ, vt in proposito, est Scultetus. Tertiò, iudex fit ex casu seu accidenti, cùm aliquod factũ euenit manuale, Scultetusque præsens domi non sit, & de omnibus his meminit hîc, & mulctam declarat, tùm & de iudicijs vniuscuiusque abundè disponit.

r Vide Spec Saxo. lib 1. ar. lv. & libr. ii. art. xxii. glo. supra iure mu nic. art. xvi. & xvii.

s Judicium Burgrabii vnde ortum habeat.

Iudicium Burgrabij, prout textus meminit, à Romanis ortũ habet, qui supremum iudicem præficiebant iudicijs huiusmodi, & ex inde nomen sortitur, quòd Castellani seu Burgrabij iudiciũ vocitatur: necessariò enim Burgrabius præsidere debet in iudicio huiusmodi, tũ & episcopus Maydeburgensis præsens esse tenetur, nec aliquas ciuiles Burgrabius iudicare poterit ibidem causas, nisi pro hæreditatibus, proprio, & criminales actiones: vt Instit. de offic. iudic. §. ideoq;. & occasione finium ac limitum: vt Insti. eo. tit. §. si finium regundorum.

t De feriis vide Spe. Saxo. lib. 3. art. x.

In textu cùm dicitur: *t* Si verò ceciderit aliquid iudiciorum ad diem feriatum, &c. Feriæ etenim impediunt actiones iudiciarias: vt C. de feriis. l. dies. & itẽ Spe. Sax. lib. ij. art. x. Scultetus etiam si iudicium neglexerit, mulctam Burgrabio soluet: Burgrabius etenim nullum legale iudicium sine Scultero exercere potest: vt Spec. Sax. lib. j. art. lix. & libr. iij. art. lij. & C. de officio prætoris.

u Vide Spec. Saxo. libr. ii. art. viii.

Nisi legale importet impedimentum, &c. *u* Legalia autem impedimenta, vt cõmuniter quatuor inueniuntur, videlicet captiuitas: vt ff. de capti. & post limi. l. bona. *x* Secundò, est infirmitas, & signanter quando ita ægrotat, quòd ad iudicem venire non potest: vt ff. si quis cautio. l. ij. Tertiò, est peregrinatio extra fines prouinciæ, & si vult quòd sibi id proficiat, curare debet ne citatione præueniatur: vt C. quibus ex caus. manumit. non licet. l. j. Quartò, est obsequium seu expeditio bellica: vt C. de restit. mil. l. si quid. & l. ignorare. Vnde & in generali omnes legitimæ causæ excusare vnumquemque possunt, nam

x Legalia impedimenta quæ sunt.

& in

& in his quatuor alię omnes inclu duntur: ſicut ſi forſan vnus domicilium habeat vltra Albim vel Iſtulam, iudicioque ſiſti debeat, & naue careat vt fluuium transfre tet: vel ſi ventus adeò ſit turbulẽtus, quòd ſine periculo vix transmeare poſſet, aut aliæ tempeſtates; captiuitati etenim hæc aſſimilantur. Tùm etiam, ſi equus furetur mihi, nec alium habeo quo equitem, præ ægritudineque corporis venire non poſſum, etiamſi velim, hic caſus ægritudini comparatur. Præterea, ſi in negociatione & quærendo victum meum abſens ſim, excuſare illud me poterit: nam obſequio Dei ſeu peregrinationi aſſimilatur: vnde ampliorem huius paſſus declarationem Spec. Saxo. lib. ij. art. xij. in gloſ. Legale verò impedimentũ huiuſmodi eum declarare eum oportet, poſtquam reuenerit, vel iudicio durante nunciũ mittere, qui caſum denunciet illum, & iuramento confirmet, ſi aduerſarius expetat, & ſi non fecerit, ruet in cauſſa: vt ff. de re. iudic. l. contumacia.

Fideiuſſoriam etiam ſtatuẽs adparendum & non comparet, *y* fideiuſſor impedimentum probare tenetur, iuramento ſuo cauſſam exprimendo: vt Spec. Sax. lib. ij. art. vij. & in auten. de fideiuſſ. & mandat. §. j. coll. j,

y Legale impedimentum fideiuſſor declarare tenetur.

Sed ſi Caſtellanus vel Scultetus præſens non ſit, &c. Ex iſto innuitur, quòd in abſentia veri & legitimi iudicis, ſi caſus manualis facti euenerit; vt pote, ſi fur, virginum oppreſſor, prædo, aut alter qui iis maleficus detineatur in aliqua iuriſdictione, Burgrabiusq; aut Scultetus haberi non poſſit, p facto illo eligitur iudex ex arbitrio ciuium, qui & Gograuius dicitur: vt Spec. Saxo. lib. j. art. lv. & lvj. Quod ſi captiuus in manuali facto detentus non ſit, nec cõuictus, in illa die Gograuius nullam facultatem habebit iudicãndi ſuper eum, ſed ſolus Scultetus: vt Spec. Sax. lib. j. art. lvj. & libr. ij. art. xiii. & ſupra iur. munic. artic. xxxviij.

Burgrabij pœna eſt tres libræ, ſeu tria talenta, *z* quæ conſtituũt ſexaginta ſolidos nũmorum cõmuniter in illa iuriſdictione currentium, *a* quibus potus & panis emitur: Scultero verò octo ſolidi ſimilium nummorum: vt ſupra eod. li. ar. xvj. & C. de modo mulctarum. l. iudici.

z Libra quantum valet.

a Vide Spec. Saxo. libr. ij. ar. xl. & art. xlij.

Si etiam denarij vel oboli in vſu ſunt in iudicio, vbi mulcta lucratur, Scultero non plus ſoluitur, niſi octo ſolidi *b* denariorum illorum communiter currentium, ſiue ſint viles, ſiue in gradu aut valore graues: dominus enim prouinciæ iudicium & monetam in manu habet ſua; & ita iudices ab eo conſtituti cõtenti eſſe debent in moneta domini, ſiue ſint nummi, ſiue denarij, aut oboli: nec iudici ſub banno regio iudicãti maior mulcta exſoluitur, niſi ſexaginta ſolidi; & ſic ſolidus vnum groſſum valet, vnam ſexagenam faciet.

b Quibus nũmis exſoluenda ſit mulcta emenda &c.

Si verò in aliquo iudicio triplex vel quadruplex habeatur moneta, *c* quam dominus prouincię ſub ſuo ſigno cudere procurat, vna vilior alia, non eſt ſuper eo diſputandum: illa etenim quæ eſt cõmunior, & quaut plurimùm panis & potus emitur, mulcta etiam abſoluitur, tùm & verigeldus: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xlv. Emenda etiam ſi ante mulctã lucratur, primũ etiã expetitur: ſed ſi ſilẽtio omittitur emenda, & iudex mulctam expetit, ſibi iurè primùm decernitur.

c De ſolutione mulctarũ, vide lib v. ar. v. Spe. Saxo.

Iudex præterea nullam maiorem pœnam aut debitum *d* lucrari poterit, niſi tres mulctas & vnum verigeldum: vt Spe Sax. lib. ij. art. xlj. & C. de modo mulctarum, quæ à iudi. l. eos qui.

d Vide Spec. Saxo. libr. ij. art. xli.

Burgrabio aut Scultéto Scabinus nō tenetur inuenire sententiam, &c. Scabini etenim ad communem vtilitatem ordinati sunt, quare non alias sententias inueniant, nisi in iudicijs legitimis: idque statutum est, ne iudex homines illius iurisdictionis subiectos quotidianis mulctis aggrauet, id enim fieri minimè debet. Vnde & determinata iudicia legalia habētur, tàm Burgrabij quā etiam Sculteti, vt hic in textu. & Spec. Sax. lib: iij. art. lxj.

Ad omniaque huiusmodi iudicia, tùm & quæ posthac continuè Scultetus celebrabit, Scabini frequentare tenentur. Si verò querela sit occasione debiti, Burgrabius seu Scultetus omni die iudicabit ex eo; quia non indiget per sententias causam decernere, sed ad recognitionem solutio demādabitur ad solis occasum vel ad crastinum, nisi forsan hospes sit, vt textus habet, quod & duobus digitis probare tenebitur, quòd vno die iudicium attingere non possit. Quòd autem Scultetus ex statuto tria habet iudicia sua, tùm & posthac in quindena, se super eadem celebrat ad communem vtilitatem; id aduentum est, ne homines in eorum negligantur iustitia.

Notandum, quòd quicumque ex consuetudine ciuitatis Maydeburgensis alium citare voluerit, *e* modum infrascriptum vt obseuet necesse est: iudicem enim primū adire tenebitur eundem rogando, vt citationem admittat per se, vel per præconem: eundem tādem iudex interroget, pro quo eum citare velit, declarabit, quòd pro debito; vel alia quauis re. Quærat tandem iudex vlteriùs, an contra eum iudicialiter agere seu procedere velit? Respondet actor, quòd sic, ex eo; quia id quod meum est non restituit, nec componere p. o his mecum vult. Cōsignabiturque periudicem vterq; tàm actor quàm reus, & necessariò actio prosequenda erit. Si interim concordauerint, venire debent, & iudici regratiari, declarando, quòd in debito satisfecit vel secum composuit. Quodsi vnus venerit siue sit actor siue reus, alium non comparentem in mulctam inducet: vt Spec. Saxo. lib. j. artic. liij. *f* Si verò vterque non cōparuerit, & eos iudex per sententias aduocare facit, incidunt pœnam seu mulctam, ex eo; quia ad iudicium pertinentes sunt, & non veniunt. per id enim quòd vnus alium ad iudicium citat, iudicio pertinere dicitur. Quòdsi ad acta iudicis annotatum nō sit, nec aliquam actionem intentare Sculteto aut præconi actor promisit, & exinde etiam coram iudicio vterque non comparuit, iudex nullam pœnam aut mulctam ab illis extorquere poterit, & hoc si actio sit ciuilis: si verò actio criminalis sit, & cum clamore inchoetur, *g* eandem continuare apud iudicem compellitur: vt Specu. Sax. lib. j. art. lxj.

Notādum circa id, quòd cùm vnus alium ad iudicium citauerit, (excepta tamen mutilatione) sicut pro vulneribus liuidis, tumidis, sanguinolēnis, eductione gladij, & pro alijs quæ necessariò in iudicio examinanda sunt, iudici mulctam demeretur: sed si causę non sunt insinuatæ nec inceptæ, iudex nullum ad actionem cogere poterit: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxij. Citet verò vnus alium in actionibus ciuilibus, sicut pro fideiussoria, debito; & posthac eundem liberum dimittat, vel inuicē concordent, iudex nullam acquirit mulctam: si etenim mulctam propter id expeteret ab actore, qa citauerat alium, videretur eundē cogere ad querelam; & ita iudiciū exerceret nō zelo iustitiæ, sed ex auaritia, ac propter mulcta[illegible]

extor[illegible]

e Citationis formam de cō suetudine Maydeburgē. vide.

f Vide Spec. Sax. lib. 1. ar. liij. & lib. 3. art. vi.

g Vide Spec. Saxo. libr. 1. art. lxv.

extorquendas, nomenque officij perderet, & auaritia sibi aſcriberetur, quod fieri minimè debet: vt in auten. & iudi. ſine quo. ſuffr. §. cogitatio. coll. ij. nec iudex iudicare debet, vbi nullus actor exiſtit: vt C. vt nemo inuitus agere vel accuſa. l. inuitus.

Vt ea quæ ſuperiùs declarata ſunt melius intelligantur, & ad quam actionem quis, cogi poteſt nec ne? *h* notandum venit, quòd querelę triplices ſunt: *i* Quædam enim querela eſt, quæ duntaxat ipſi actori eſt nociua, & quæ iudicialiter incœpta non eſt, & ad illā nullus cogi poteſt: vt C. de muner. & hono. Alia eſt querela, quæ apportat pœnam, nulli tamen eſt nociua, niſi ipſi ſoli qui querulatur; ſicut ſi quis querelam incipiens aufugerit, deliſtere enim actionem non poteſt ſine conſenſu iudicis. Tertia quædam querela ſeu actio ita nociua eſt, quod niſi iudicetur, cōmunitati obeſſet plurimum, & ad illam nedum iudex cogere poteſt vt queruletur, ſed etiam iudicare factum debet, nullo actore exiſtente, ſignāter ſi notorium ſit: vt luxuria contra naturam: vt in auten. de manda. prin. §. neque. coll. iij.

h Querelæ triplices.

i Spec. Saxo. lib. 1. art. lxij.

Actionem etiam coram iudice intentari ſe offerens, ac eandem inchoans, idq; indixerit iudici vel præconi, obligans ſeſe ad proſequendum, & interim ſine conſenſu iudicis concordiam inierit, mulctam demerebitur: vt Spec. Sax. lib. j. art. liij & hoc intelligendo, ſi citationē à Sculteto experebat iudiciariam, eandemque Sculletus, vel loco eius præco dederat: vt in autent. vt litigantes iurent in exordio litis. §. omnem. coll. jx. & hanc certæ quædam ciuitates ſeruant conſuetudinē, quòd poſtquam vnus alium citare procurauerit, iudici vel præconi promittere cogitur quòd proſequi actionem vult: ſi verò actio cum clamore inchoata ſit, eandem de iure proſequi tenetur.

Gladius præterea euaginatus in damnum alterius ſi ſit, *k* iudici cedit: vt Spe. Sax. libr. j. artic. lxij & ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. diuus Adrianus. Plebiſcitum ſeu ſtatutum ſi ſit ciuitatis de conniuentia iudicis & cōſenſu cōmunitatis, pro commodo & vtilitate omnium ciuium, quòd nullus gladium ſeu arma deferat, idque iuxta inris ordinem publicè denuncietur, interimque iudex vel ſuus nuncius interd ēta apud aliquem præueniat arma, præſentari in pignore ciuitati debēt, ex eo; quia ſtatutum tranſgreſſus eſt ciuitatis: *l* ex his iudex tertium habet denarium. Si verò guera in ciuitate oriatur, & iudex ad ſopiendum eandem venire negligat, vel auxilium & defenſam præſtare nolit, famuluſque ciuitatis adueniendo guerram ſopiat, arma ibidē nacta ciuitati cedunt, gladij verò iudici præſentabuntur.

k Vide Spec. Sax. lib. 1. art. lxij.

l Gladius portatus contra ſtatutū ciuitatis cui cedit.

Contra ſtatutum & plebiſcitū ciuitatis ſi tranſgreſſus ſit, pro eoque ad proximum conſulum cōuentum citatus ſi fuerit, reſpondere cogitur: ſi recognoſcit, emēdabit iuxta ſtatutum ciuitatis: ſi emendam ſoluere non prœualuerit, iudiciaria poteſtas eundem detinebit, vel ad tempus à ciuitate relegabitur.

Articulus XLVIII.

De officio Scabinorum.

NVllus Scabinorum vltra tres inceſſanter horas ſententias inuenire ſeu pronunciare in iudicio bannito tenetur.

Nullus etiam iudex infeudatus [a] qui ſuos attigit

a Vide Spec. Saxo. libr. iij. art. xxi.

annos tutorem habere poterit in suo iudicio siue ibidem præsens sit, siue non sit.

Poterit tamen tutorem habere in sua querela si eo indiguerit.

GLOSSA.

Declarata superiùs habetur iudicum differentia, hic tandem breuibus Scabinorum exprimitur officium: exindeque elici potest, si iudex longiori tempore Scabinos fatigare vellet: sententias eidem inuenire vltra tres horas successiuè minimè tenetur, idque de iure obseruatur: vt ff. ad munic l. j.

Nullus etiam iudex infeudatus, &c. Per id non aliud intelligi vult, nisi quod vnus sui iuris esse non potest, nisi ad annos peruenerit perfectos, hoc est, quoad vigesimũ primum attingat annum. Sed & iudex nullus esse potest, nisi vigesimum primum habuerit annum. Idq; & hìc innuitur in textu articuli præsentis cùm dicitur quòd iudex feudalis tutorem habere non potest, ita videlicet intelligendo, quòd hoc faciat propter commodum suum sicut si iudicium euitare velit in respondendo. Nihilominus tamen ille solus iudicio præsideat: & de isto hìc loquitur, quòd videlicet iudici feudali qui sufficientes attigit annos, & qui iudicandi habet facultatem, siue iudicio præsideat solus siue non, minimè admittitur vt se pro uocet ad tutorem cùm contra eum agatur, ipse enim solus respondere cogitur.

b Tutorem habere contingit dupliciter.

Vnde circa id notandũ *b* quòd tutorem habere contingit dupliciter. Vno modo procuratorem in querela, & isto modo iudex tutorem habere potest, cùm actio sibi præfigitur. Alio modo tutorẽ habere in tantum valet sicut patronum, & vt sic tutorem habere non potest. neq; enim cum tutore neq; sine tutore agere potest: *c* vt Spec. Saxo. lib. iij. art. xci. §. Iudex non potest &c.

c Vide Spec. Saxo. libr. ij. art. xci.

Attendendum etiam, si vnus alium per nuncium iudicis ad iudicium citet, promitatq; actionem prosequi, interimq; cõponant partes ac iudex ab actore multam expetat, ille verò neget factum propior erit innocentiam excusare suam quam iudex eundem occasione multæ conuincere.

Notandum præterea, quòd iudex in ciuitate possessionatus si fuerit *d* cum ciuibus ius ciuile habere debet, sicut alter ciuis, & si excesserit contra laudum ciuitatis, meliorare eum oportet vt alter conciuis: omnibus etiam libertatibus vtitur, quæ cõmunitati pertinent, in propinando, brasea faciendo, cereuisiã braxando. Quiuis etenim ciuis propinare, *e* braseum facere, & mercari potest.

d Iudex ius ciuile habere debet, omnibusque libertatibus ciuitatis vti & item oneribus subici

e Ciuium libertas.

Contributionem etiam vel exactionem omnium bonorum sub iuramẽto suo quiuis expedite cogitur, *f* & quicquid denominauerit, expresserit, & ab illo exactionem soluerit, illud sibi manet. Si quid autem apud se habeat, quòd probari & ostendi possit, á quo exactionem non soluit, conuictusq; in eo sit, ciuitati cedit. Si verò mobilia sua ad pecunias taxauerit, siue eum iurare admittãt siue non, ciuitas altiùs taxam exactionis bonorũ statuere poterit: qui si renuerit: excusaueritque ciuitas bonis illis intromittet se, illeq; ea iure perdit, & in quãtum taxauerat iurareq; voluerat, hoc suum manet, residuum cedit fisco, quia negata bona sunt.

f De exactionibus & contributionibus ciuilibus, vide hìc & ĩtẽ Spec. Saxo. libr. ij. art. lv. glo.

g Habeat etiam vnus, paraphernam, arma bellica, domestica cibaria, ab his exactionem soluere non oportet. Alii verò textus habent,

g Exactio seu contributio ciuilis potissimũ colligi debet iuxta laudũ & plebiscitum vniuscuiusq; ciuitatis, vt communiter enim quauis ciuitas habet suos constitutiones in colligendis exactionibus.

bent, quòd soluitur exactio ab his iuxta laudum ciuitatis.

Si verò habeat quis census super bonis alicuius, id est bona cē sualia seu super domo, siue alibi in iurisdictione ciuili soluet exactionem, prout census ille valet. Quòdsi extra municipium bona illa sita sint, medium exactionis ciuitati soluitur, istudq; ex laudo obseruatur communi, denunciariq; debet postquam exactio statuitur in ecclesia & ante iudicia cùm celebrantur.

Habeat etiam vnus alienam pecuniam, à qua censum soluit, ille qui pecuniam ad censum locauit exactionem soluet.

Eaque omnia secundùm quòd laudum vniuscuiusq; ciuitatis sit obseruantur.

Articulus XLIX.

De tutoribus.

MOriatur si vir, relinquēs pueros annos non habentes [a] eorū proximior in generatione similis agnatus, tutor illorū erit, quoad annos attigerint.

a Vide suprà eodem lib. ar. xxvi. glos. & Spe Sax. li. i. art. xxij.

Si is proximior agnatus itidem annos non habuerit, nec sufficiens ad tutoriam sit, auxilio sibi esse debet illius proximior agnatus generatione similis, tamdiuq; tutor illorū erit, quoad annos attigerint, vel eorum verus ac proximior tutor illos prouidere poterit.

Ex bonis etiam puerorum de anno in annum rationem facere tenebitur, [b] tamdiu quoad verus tutor prouisioni intendere valebit, vel illi suos attingant annos.

b Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxij. & supra iure municip art. xxvi. glo.

GLOSSA.

Hæc quæ in præsenti articulo habētur, superioribus declarata sunt, [c] quare & breuibus ea perstringere visum est. Tutela etenim omnis à iudice vel ab officio auctoritatem habet suam. Vnde si tutela alicui incumbit per mortē agnati, vel alterius amici, consules ciuitatis adire debet, [d] defectumq; pupillorum exponere, & quòd tutela eum concernat declarare, offerendo sese, si & inquantum mater puerorum admittere tutoriā vellet, curaret facere in tutoria id quod verum decet tutorem: si verò mater recusauerit, ad ius relegabuntur, ibidemque per veras sententias tutoriam obtinebit, pupillos per manum ad iudicem adducendo, & causas exponendo, vt dictum est.

c Vide suprà circa artic. xxvi.

d Practica tutelæ acquirenda.

Articulus L.

De pœnis & emendis originarium.

ORiginarius si pœnā aut emēdam demeruerit, hæc est triginta solidi, [a] mulcta verò q̄tuor solidi.

a Spec. Saxo. oppositū istius vide libr. ij. art. xiv.

Quicquid originarius iniuriarum fecerit, domino suo, in cuius bonis residet, vel eius aduocato p̄ his respondebit.

Moria-

Moriatur si originarius domino suo cedit melior equus & quotidiana vestis. Hoc idē etiam fit Archipresbytero cum presbyter moritur sub suo feudo vel iurisdictione.

GLOSSA.

Articulus præsens non aliud intēdit, nisi quòd declarat quæ potissimum emenda sit iure municipali statuta, & dicit: quòd nullius hominis emenda altius se extendere potest quàm ad triginta solidos denariorum illorum, quibus panis & potus emitur: exemplūq; ponit, intentionem declarando suam de originarijs, qui & in legibus latini dicuntur.

Vnde originarij seu latini dicebantur, illi qui processerunt ex his, quos *b* Saxones prouinciam subiugātes, in agris consedere permiserunt, sub censu & tributo, & hi vt communiter serui erant.

b Vide Spec. Saxo. libr. iij. art. xliij. lib i. art. ij. & art. vi. l. ij. ar. iiij.

Vnde pro intellectu textus amplius notandum, quòd seruis triplex iuris beneficium concessum est. *c* Quidam etiam dimittebantur & manumittebātur in toto liberi, de quibus Specu. Saxo. libr. iij. art. lxxx. & Instit. de liberti. §. libertinorum. Quidā manent serui diebus vitæ suæ, postquam verò moriuntur, libertatem consequuntur ex eo; quia dominus intromittere se non potest bonis eorum: imò bona sua hæreditant in successores: & isti in legibus vocantur dediticij; ista tamen libertas per leges exposa est: vt C. de deditic. libert. tollē. l. j. *d* Tertiò, quidam fuerunt liberi dùm viuebant, serui tamen efficiebātur post mortem suam: bona enim eorum domini possidebant, vocabanturque latini seu originarij: vnde & textus articuli præsentis habet, quòd mortuo latino, domino cedit eius melior equus, & quotidiana vestis: vt Instit. de libert. §. libertinorum. ponituŕq; exemplum in textu de originariis, acsi diceret: omnes in municipio consistentes sunt æquè liberi. Et quia latinorum seu originariorum libertas est infima inter omnes: serui enim antehac fuerunt, sed liberi facti: ex quo ergo liberi sunt, liberi etiam hominis emendam habent: vt Spec. Sax. libr. j. art. xvj. iure verò prouinciali eorum emenda est viginti solidi, sex nummi cum quadrante: vt Spec. Sax. lib. iij. art. xlv. Quod verò omnes in municipio existētes æqualem emendā habeant, est ratione priuilegij omnibus per æquū dati & concessi.

c Seruorū triplex iuris beneficium.

d Vide hoc idem Spe. Sa. li. ij. ar. xliij.

Articulus LI.

De causis ex consensu venientibus.

SI duorum querela in iudicio proposita suspensa sit cum iudicis & principalis cōsensu, quòd que omisso iudiciario stre pitu relegetur, *a* vel ad eorum dominos, aut cognitioni amicorū detur iuxtaq; consilium amicorum compositū sit negocium, vt per amplius innouari nō debeat, si postmodum vnus causam innouare velit coram iudicio, alter sibi respondere nō tenetur, si testes habuerit iudicem & Scabinos, quòd hæc actio

a Spec. Saxo. lib. i. art. viij.

ctio prius iudicialiter erat mota, & de consensu vtrorumq; ad concordandum accepta.

GLOSSA.

Si contingat, quòd aliqui actione habita in arbitros consenserint, eligantur q; arbitri, & compositū sit negocium, siue sit coram iudicio siue extra, ille qui impetitur propior erit per arbitros defendere sese de damno, quā alter eum damnificare posset.

Accidat etiam quòd principes, *b Arbitrorū cautela.* b domini, ac aliæ certæ personæ, inter se actionem habeant, siue sit occasione bonorum siue aliarum rerum, negocium q; illud ad discernendum delatum sit consulibus alicuius ciuitatis, extunc consultatus antequam negocio se intromittat, fideiussores vel literas expetere debent. Quòd quicquid sub fide & honore eorum dixerint, vt ab vtraq; partium indemnes, & sine periculo maneant, ac sine suspicione: vt ff. de recepti. arbi.

Articulus LII.

De transactionibus.

TRansactio & pax stipulata seu facta, *a Spec Saxo. lib.3. art.viij.* a si coram iudicio facta sit, testificari potest vnus iudice & Scabinis. Quòd si Scabini mortui sint, testificabitur hominibus fide dignis, qui eiusmodi iudicio affuerunt. Quicquid Scabini protestātur & confirmant, *b Spec. Saxo. lib.3. ar.xxv. & supra iure municip. art. xxxij.* b hoc & iudex cum ipsis protestari debet & confirmare.

Vbi verò transactio extra iudicium facta sit, hoc vir testimonio metseptimus c facilius probabit. *c Possunt tamen & tres concordiā testificari, si fuerint probatæ fidei ex communi praxi.*

Articulus LIII.

De transgressoribus transactionum.

TRansactio vel stipulatio si facta sit, & eam principalis violet, d conuictus, vt iuris est, per iudicem & Scabinos, pro homicidio, collū demeretur. *d Spec. Saxo. lib.1. art. viij.*

Si verò alter transactionem violet, emendare eum oportet statuto veri geldo, pro vulnere nouē talenta, pro homicidio verò decemocto, nisi se, vt iuris est, excusauerit.

GLOSSA.

Articuli præsens disponunt de actionibus quæ per concordiam & transactionem compositæ sunt, in huiusmodi q; casibus, ius facilius admittit reo probationem, quòd negocium compositum sit, quam quòd actor eundē impetere posset. vt C. de acci. & obli. l. Negātes. c Ius etenim fauorabilius est accusatum absoluere quam condemnare: vt ff. de acti. & obliga. l. Arianus. & ff. de re. iudi. l. Inter pares. & extra de probati, ex literis. *c Vide suprà eod libr. art. xxxv. & xxxvij.*

Notandum circa id si transa-

ctio vel cõcordia subsequuta sit, vel compromissum, factum illud seruare necesse est.

f Spec. Saxo. lib. 1. art. vij. glos.

g Transactionis virtus triplex.

f Vnde & transactionis virtus triplex est. *g* Primò, quia destruit naturalem querelam: vt ff. de solu. & libera. l. Stichum. Secundò, destruit & impedit etiam iudiciũ: vt Insti. de excep. §. Præterea. Tertiò, quia ligat eum qui promittit seu iurat ad seruandum illud, & exinde, vt iam habitum est, accusato cedit probatio, ad declarandum negocium esse compositum, & hoc innuere textus articuli vult, cùm dicit. Querela si iudicialiter proposita sit, & eam iudex de consensu partiũ ad concordandum dederit: sed & post in arbitros compromittant, negociumq; discussum ac terminatum sit, vnusque tandem caussam innouare vellet, accusato probatio facilius cedit negocium esse transactum, quàm quid impetitionis pari debeat.

Transactionis insuper magna est virtus, plurimumq; homines ligat, qui in arbitros compromittunt, nec in contrarium agere licet si cõcordia probabitur: vt C. de transacti. l. caussas. & l. non minorem. & C. de probati. l. j. & ij. Vnde & præcauere sibi homines debent, cùm negocia in arbitros statuunt compromittunque, reuocare etenim post sentẽtiam latam, sed nec appellare poterint: vt ff. de recept. arbitr. l. diem proferre. §. stari. *h* imò si quid contrarij ex sententia arbitrorum sibi euenerit, sibiipsi imputabit, qui eum in arbitrũ accepit: & hoc intellige, vt textus habet, si transactionem illam testimonio probare poterit.

h Spec. Saxo. lib. 1. art. xi.

i Transactio sub pœna vallata fieri debet.

k Vide Spec. Saxo. libr. 1. art xi. abundãtius de hac materia.

Transactio etiam per arbitros extra iudicium facta, *i* sub pœna vallata fieri debet, & qui transgressus sit, illam soluere cogitur, secundùm quod arbitri decreuerãt. vt C. de arbitris. in multis legibus Arbi-

l Arbitrorum cautela & auctoritas.

l Arbitri etiã nihil plus decernere debent, nisi illud quod in eos compromissum est: vt ff. de recept. arbitr. l. diem proferre.

Transactio etiam si facta sit ad aliquam summam, essentque tres arbitri, vbi duo inuicem concordauerint, tertius sequi & annuere cogitur. vt extra. de arbi. c. si ex tribus. li. vj.

In transactiõibus præterea, pœna vallata per arbitros statui potest, secundùm quod eis videbitur, propter id, ne metu pœnæ transactioni contradicatur, & prout pœna statuta sit, transgressor eandem rependere tenebitur: vt in auten. de iudi. vt nullare. iudi. §. quia verò multæ. coll. v.

m Transactio violatur bifariam.

Transactio etiam dupliciter violatur seu infringitur. *m* Vno modo, si per querelam impetitur ille cum quo iam compositum est. Aliomodo perv olentum actum vt C. de transactionibus per totũ. Vnde, vt textus habet, si alter præter principalem transactionem fregerit iuxta causæ exigentiam, verigeldo emendabit. Si verò principalis violenter illud fecerit, iudicabitur contra eum sicut cõtra pacis violatorem: vt C. ad senatus consul. Turpili. l. si femina. Si verò transgrediatur transactionem quam promiserat querelam innouando succumbet, pœnæ vallatæ.

Articulus LIIII.

De bonis per iudicem consignatis seu arrestatis.

SI proprium alicuius consignatum iudicialiter sit, *a* quotiens extra vel intra vadit aut ingreditur, totiens iudici mulctam demeretur, nisi cõsignatio illa iudicialiter amota sit.

a Spec. Saxo. lib. 1. art. xlv.

GLOSSA.

Sciendum, quòd cũ iudex mulctam suam in proprio alicuius cõ sequi non potest, *b* per sententiam iuris possessionem seu proprium consignare poterit illius, cum cruce insculpta, ad declarandum mulctã illic Dei esse: mulcta etenim iudici loco Dei soluitur.

b Spec. Saxo. lib. 3. art. xli.

Sensus articuli præsentis est, ex quoquidem iudices in loco Dei residẽt, iudicãtes homines, quos Deus precioso redemit sanguine, & quia contingit, quòd vnus cõtra alium excedit, vnde ratione istius, quia creaturã læsit Dei, mulctam Deo vel iudici in loco Dei soluet, ad placandum iram creatoris nostri: & *c* exinde sequitur, quòd dimitti mulcta non debet: *d* vt xxiiij. q. iiij. c. duo sta nomina. & Spe. Sax. li. ij. ar. xlj. quia aliàs si dimitteretur mulcta, cessaret ordo & destrueretur iudiciũ: per mulctas enim coguntur homines quòd iustè agant, & à malo præcaueãt: vt C. de mod. mulcta. per tot. & in auten. de mand. princip. §. quod si delinquentes. coll. iij.

c Spec. Saxo. lib. 3. art. xli.

d Mulcta dimitti non debet.

e Hæc & alia de mulctis plura vide lib. ij. art. xli glos. Spec. Saxo.

Sciendũ etiam, *e* quòd iudex ex bonis immobilibus mulctam repetere nõ debet, nisi forsan deficiant mobilia: vt in autent. vt nullus mutu. §. propter auantiã. coll. iiij.

Articulus LV.

De Donationibus.

SI iudex & Scabini in municipio moriãtur, extunc in causa donationis alicuius sedes Scabinalis, si necessitas vrgeat, suppleri & locari debet, ad maximũ duobus Scabinis & quatuor viris ad iudicium pertinentibus, &, vt sic, ille suam obtinebit donationem.

GLOSSA.

Articulus præsens, est constitutio Ottonis Imperatoris. Sensus eius: Quòd quicquid dari debet in proprietate seu hæreditate, id faciendum est corã iudicio, quòd si iudex mortuus sit, alter eligatur in defectu etiam Scabinorum sedes Scabinalis locari debet: vt textus habet, &, vt sic, donatio illa robur habebit, idq; ex eo ordinatum est, ne officium aliquẽ in suo negligat negocio, tum etiam vt donatio iuris ordine fiat, & probari *a* sufficienter posset.

a Hoc intellige vbi acta nõ habentur iudicialia, aliàs inscriptione probare oportet.

Articulus LVI.

De donationibus iudicialiter factis.

DOnatũ siue abscessum si quid sit corã iudicio bannito viro vel mulieri, in eo mulier cum sua parte siue dono accepto, pro suo arbitrio, facere potest sine cuiusuis cõtradictione.

Hoc idem etiam vir facere poterit cum parte sui doni, q̃ acceptauit, quicquid voluerit.

GLOSSA.

Sensus articuli est. Quidquid viro vel mulieri donatum sit, &c. id est,

quidquid iustribuit vni, a & per sententiam adiudicatum sit in bonis mobilibus, quamprimùm ea in suam acceperit potestatem, bona illa eius sunt, cum eisque facere & dimittere poterit, hoc est, si ea iure acquisiuit, vel etiam ad eum hæreditata sunt, nec enim, vt sic, inscriptione indiget.

a Spec. Saxo. lib. iij. ar. iij. & lxxxiij & supra iure mun. art. xxx.

Donata verò ex mera liberalitate, extra iudicium possidere illa oportet tribus diebus, & hoc propterid; b si forsan bona illa furata sint, & ea quis impetere vellet, si etenim, vt sic, tribus diebus possideantur, accusari super furto vel manuali facto non poterit possessor.

b Vide supra art. xxx.

Aduertendum circa id, si equũ quis donet mihi, illumque publicè equitare faciam in campũ, vel etiam adaquando eum, furtum mihi nullus impingere poterit, nec enim occultè illum seruaui: hoc itidem annotandum erit de vacca, quæ publicè in commune impellitur stabulum, cum aliisq; seruatur pecoribus. Præterea hoc idem intelligendum erit de pecuniis. c Si enim pecuniã mihi oblatam publicè acceptem, & illam non occultando in cistam reponã meam, d pecuniam, vt sic, publicè & absque vitio occultationis inscrinio seruatur, sicut & vacca in campo, ac equus in stabulo.

c Pecunia publicè oblata, dato quòd inscrinio occultatur equi publicè seruari dicitur ac si equum capo.

Donet verò si quis alteri furtiuam rem, ea forsan intentione, vt liberiùs videret, e vt ex officio detineatur, & grauitas subsequeretur eidem: si id probetur, quòd non vt furtiuam, & non occultando rem illam teneat: tùm etiam si antehac iuris sui detrimentum passus non est, manet sine damno & pœna, dato, quòd varendatorem non statuat.

d Vide Spec. Saxo. lib. iij. art. v. glo.

e Spec. Saxo. lib iij. art. v. §. hoc.

Varendator verò ad quem me traho si aufugerit, vel eundem habere non possum, f rem illam dimittere me oportet, cum mulcta & emenda: vt Inst. t. de oblig. quę ex delict. nascunt. in multis paragraphis.

f Spec Saxo. lib iij. ar. xxxvi.

Articulus LVII.

De dotalatio & vitæ prouisione mulierum.

MVlier iure municipali non potest dotalitium a nec vitæ prouisionem in bonis mariti reformata loco proprij obtinere, sed si moritur illa cedit ad proximiores & hæredes mariti.

a Spec. Saxo. li. i. ar xxxv. & lib. ij. art. xxi.

Quando autem maritus nihil dederit mulieri in bonis suis, in possessione bonorũ sui mariti permanebit mulier, pueriq; sibi necessaria ministrabunt donec alium superduxerit virum.

Si vir oues habuerit b illas mulier ad supellectilem recipiet.

b Spec. Saxo. li. i. ar. xxxiij. & supra iure munici. artic. xxiii.

Quòdsi dotalitium mulier infringere velit in mobilibus, quæ sibi data sunt coram iudicio, c illud obtinebit cũ viris & mulieribus, qui tunc præsentes fuerunt metseptima.

c Hic mulier in testem admittitur.

Si vir pueros habeat aut mulier & ex his nonnulli emancipati sint, moriatur vir, d pueri qui in hæreditate patris tempore mortis fuerint, recipiũt

d Spec Saxo. lib. 2. art. xiiij.

bona

bona, & non hi qui emancipati sunt, hæreditatem tamen vendere non possunt, e absq; cohæredum consensu.

e Spec. Saxo. lib. 1. art. lij.

Pueri qui in hæreditate mortui sint, vel sic, pueri q in potestate patris mortis tempore fuerint, si ex his vnus moritur, istius partem diuidunt inter se æqualiter tam emancipati quam hi qui domi manent.

In possessione etiã domus si maneat filius, qui clericus vel presbyter sit, paraphernã seu geradam tollit, f si virgo non super sit. g Si verò & puella ibidem fuerit, paraphernam per æquum inter se diuidunt.

f Spec. Saxo. lib. 1. art. v.

g Intelligo de clerico non beneficiato, quia beneficiatus non diuidit cũ sorore: vt Spec. Saxo. libr. 1. art. v.

GLOSSA.

Dictum est superioribus in artic. xxiij. tùm & Spec Sax. lib. j. art. xx. quid maritus vxori in bonis suis loco dotis donare poterit, hic declaratur: an mulier seu vxor post mortem viri bona huiusmodi in dotalitium donata alienare posset nec ne? h textus in se planus est, & seipsum declarat. Mulier etenim bona huiusmodi sibi ad vitam donata, non ad hæredes suos, sed ad hæredes mariti hæreditat, sic scilicet intelligẽdo: si maritus vxori vitæ prouisionem in bonis suis ad vitam suam dederit, bona huiusmodi post mortẽ mariti, maiori iure cedunt in hæredes mariti quàm mulieris. Ratio istius est: proprium etenim sine hæredum consensu minimè alienari potest: vt Spec. Sax. lib. j. ar. lij. Tùm etiam quia dotalitium illud ad vitam vxori donatum est, & non hæreditariè, vtetur ergo bonis illis quoad vixerit. Exindeque sequitur, quòd dotalitium huiusmodi seu vitæ prouisionem, mulieribus nullus infringere potest: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxj. nec aliquod damnũ tollerare cogitur: vt in auten. de æquali. dot. §. his consequens. coll. vij.

h Vide Spec. Sax. lib. 1 art. xx. & xxi.

Quæritur. i Si vir vxori donationem in hæreditate sua sine cõsensu hæredum fecerit, pueroso; tandem ex ea procreauerit: & signanter, si hæreditas illa inscribatur vxori in dotalitio, nulla tamen certa pecunia esset denominata, nec conditio apposita, quod cũ bonis illis facere & dimittere possit, k post mortemq; mariti in possessione maneat, nec aliquid aliud bonorum restat nisi hæreditas illa: an mulier bona illa alienare posset nec ne? R. si maritus vxori, vt sic, vitæ prouisionem dederit in proprio vel in hæreditate, nullaque specificatio sit cum bonis illis faciendum & dimittendũ, mulier bona huiusmodi alienare non potest: si enim ex possessione illa dimittat, perdit possessionem: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxj. & artic. xxxij. Nec illa diuendere poterit sine consensu hæredum: vt Spec. Sax. libr. j. art. lj. Si etenim vltra voluntatem hæredum dimiserit vendideritque, hæredes intromittent se iustò in bona illa, ac si mulier mortua sit: is etenim qui bona ex possessione dimittit sua, nullam perãplius in illis possessionem habet, & ita nec alteri potius ius in illis tribuere potest: vt ff. de reg. iur. l. nemo. Et id nedũ iure obseruatur nostro, quòd videlicet bona dotalitia alienari minimè possunt, sed & legibus cautum habetur: vt Instit. qui alie-

i Hæreditas in dotalitio mulieri inscripta an alienari per eam possit.

k Vide Spec. Saxo. libr. 1. art. xxi. & art. xxxij.

ena. §. nam dotal. Nec mulier bona huiusmodi impignorare, vendere poterit, etiam si cum damno illa teneat suo. Pro declaratione tamen horum ampliori, euenientе casu huiusmodi in negotio occasione dotalitij, ne mulieres relictæ opprimantur plurimùm, bonaque desolentur, & ne ipsæ aliquam sufferre cogãtur grauitatẽ.

Notandum venit, si mulieri donatum sit dotalitium vel vitæ prouisio, propter verò imbecillitatẽ & paupertatẽ prouidere illud non possit, iudicem adire debet cùm iudiciũ bannitũ habeatur, vbi hæreditas sita sit, exponereq; caussã negotij tenebitur sui in hęc verba: *l* Domine iudex, ego propter imbecillitatẽ & paupertatẽ nõ valeo nec sufficio prouidere bona, quæ ad vitæ prouisionem mihi donata sunt, exindeq; bona desolari possunt, allegationem probare volo meam prout ius decreuit, peto informari, quid cum bonis illis facere debeam, vt à periculo & sollicitudine mihi præcaueatur: decernetur, quòd hæredes bona huiusmodi eliberare & eximere ab ea debeut. Si hæres recusauerit, exponet illa sub censu. hæres tandem si censum illũ prout alij conduxerunt soluere voluerit, propior erit bona illa sub censu tenere. Quodsi recusauerint hæredes, vt bona illa ad censum taxari deberent, præsentesque sint: (nam & insinuari negotium illud eis oportet de scientia iudicis & Scabinorum) Petat tandem mulier per sententiam decerni, quid cum bonis illis facere debeat, vt iuri proficiat suo, exponendo caussas quæ eam ad id cogunt, vt pote paupertas, & aliæ legitimæ caussæ. Decernetur, quod impignorare seu cõducere illa poterit sub censu ad vitam, & necessitati prouidere suæ, ex quo est pauper. *m* Si conducere non poterit, vẽdat illa prout potest: exquo hæredes illis, vt dictum est, & ad taxam pe sitis, se intromittere noluerunt, &, vt sic, manebit sine damno: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxij.

l Dotalitium quo pacto mulier oppignorare possit practicam vide.

Spec. Saxo. lib. 1. art. xxi. glos.

m Vide hoc idem infra art. xcv.

Sciendum circa id, moriatur si vir mulieri, facta sibi iudicialiter certa donatione in bonis suis, si donatio illa sit in mobilibus, mulier disponit cum eis iuxta suam voluntatem. Si verò donatio sit in hæreditate vel propno, probariq; possit, ad vitã mulieris duntaxat factam esse donationem, post mortem eius ad hæredes viri cedunt bona. Quòdsi donatio facta sit de consensu hæredum in loco iudicij, vbi de iure id facere debuit, cum apposita clausula, cum bonis illis vt facere & dimittere possit iuxta eius voluntatem *n* bona huiusmodi deuoluuntur ad proximiorem mulieris agnatum. Pueri etiam eius si decedant, bonaq; per mortem *o* puerorum ad eam deuoluantur, post mortem vxoris bona illa admortua in proximiores eiusdem mulieris agnatos cedent.

Domum mulieri per virũ eius factum cui cedit mortua mulier.

n Spec. Saxo. l. 1. ar. xxxij.

o Aliqui codices habent, quòd bona ad matrem per mortem puerorum deuoluta ipsa decedente in proximiores puerorum agnatos cedere deberent. Glosa tamen articuli præsentis magis quadrat, & ita vt communiter practicatur, nam successio non in latus sed semper deorsum cedit, in defectu verò ascendit & præfertur collateralibus: vt Spec. Sax. li. 1. art. xvij. & infrà iure municip. artt. sequenti & art. lxij. glos.

Sciendum præterea, si mulieri domus per maritum donata sit, obtinet iure quidquid in ea donatum fuit: post mortem verò eius, ad hæredes viri redit. Nec obest hæredibus, quòd donationi non contradixerunt, tacuerũtque anno & die: contradicere enim possunt quando volunt: sed nec taciturnitas illa nocere potest iuri illorum.

Notandum insuper, moriatur vir facta priùs vxori iudicialiter donatione in bonis suis, *p* donatiõem huiusmodi mulier obtinet iudice & Scabinis vt Spec. Saxo. libr. j. art. vij. *q* Si verò donatio extra iudicium facta sit, nec iudicialiter confirmata, donationem huiusmodi propior est obtinere manu vnica, quàm aliquis eam à donatione alienare deberet: possessionem verò bonorum propior est testibus meis septima cũ viris &

p Quomodo mulier donationẽ probare debet in bonis viri.

q Vide Spec. Sax. lib. 1 ar. xv. & supra iure munici. art. xxj.

ris & mulieribus probare, post ma num mortuam, qui præsentes fuerunt, quando donatio facta sit.

r Paragraphus iste quo ad veramque eius declarationem sicus obseruatur in communi praxi, cum bonis etenim ex donatione denoluitur, si non renouatur donatio disponere poterit iuxta beneplacitum mulier, sicdē & vir si eam superuixerit, nulla vero ordinatione facta, bona huiusmodi mobilia & immobilia propinquiores illius qui superuixerit tollent.

Si vir etiam vxori omnia bona sua quæ habet, de consensu hæredum donauerit, donatioque huiusmodi corā iudicio confirmata sit, reseruata tamen potestate cum bonis illis aliter disponendū faciendumque & dimittendum: ipso mortuo, nulla alia facta ordinatione, ita, quòd bona in integro maneāt, mulier post mortem viri obtinet bona ex donatiōe ad vitam eiusdem, & quidquid mobilium sit, deuoluitur ad eiusdē vxoris proximos; proprium verò ad proximiores viri. Si verò bonis renunciauerint, extunc ad vxoris hæredes cedunt. *r* Alij codices habēt. Si verò virum superduxerit, & pueros procreauerit, pueri, vt sic, hæreditant bona illa.

f Emancipatio q. s.

Si vir & mulier habeāt pueros emancipatos, &c. Pro intellectu istius considerandum, *f* quòd emancipatio filij à patre dicitur esse, cùm filius à patris & matris potestate dimittitur, à paneque illorum separatur, *t* proprijs viuens expensis cum separatione bonorum, quæ acceprat pro sorte paterna & materna: vt Spec. Saxo. lib. ij. art. xjx. & Instit. quib. mo. ius patri. potest. per totum. &, vt sic, si vnus emancipatus sit, bonisque renunciauerit, bona per mortem patris derelicta, cedunt illi qui in domo mansit patris, tempore mortis: vt Spec. Sax. lib. j. art. xiij. Bona tamen illa alienari non possunt sine hæredum consensu: vt Spec. Sax. lib. j. art. lij.

t Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxx. glos.

u De hac materia vide Sp Sax. li. i. art. xiij. & lib. ii. art. xix.

Emancipati verò si diuisionem habere vellent in bonis paternis & maternis, cum non emancipatis, *u* omnia importare sub iuramento tenebuntur, *x* quæ ad sortem receperant suam: vt Spe. Sa. lib. j. art. xiij. Nec prohibere nō emancipati poterint, nec iure eos repellere, nisi forsan testibus, probauerint illos esse emancipatos, & quòd bonis renunciauerint paternis aut maternis: sub iuramēto itaque emancipati importare viceuersa tenentur, si & in quantum diuisionem accipere volunt: quidquid verò probari possit bonorum quæ acceperant, negatiua minimè absolui poterint: vt Spe. Sax. lib. j. art. xiij.

x Emancipati si diuisionē habere volunt cum non emācipatis, omnia quæ ceperant importare tenentur.

Sunt tamen certæ res, quas emancipati importare non tenentur: *y* vt, si pater vel mater filio dederit vestimenta, *z* equos, arma, tempore quo donationem facere potuit, & filius illis vti valebat. Filiabus itidem si quid donatum sit in vestimentis, ornatu, supellectili; tùm etiam filius arma bellica importare minimè tenetur, cùm diuisio bonorū fieri debet. Sed nec filiæ emancipatæ participāt geradam cum non emancipatis, iam etenim sortem cœperunt suam: istæ verò quæ in domo matris sunt minimæ, *a* imò sustinuerunt casum fortuitum: si forsan nihil superfuisset geradæ, nihil cepissent: iustò etenim est, vt is qui sensit damnum, sentiat etiam & commodum.

y Vide Spec. Sax. li. i. ar. x.

z Emancipati certas res importare nō tenentur.

a Spec. Saxo. li. i. ar. v. glos.

In textu cùm dicitur Pueri qui in hæreditate mortui sunt, si moritur vnus, cæteri diuidunt hæreditatem, &c. Intellige, quòd hoc verum est, si nō supersit mater ad quam bona illa admortua sunt.

Qui etiam domi manet, & sit clericus, &c. Clericis enim geradam accipere admissum est, ex fauore ecclesiæ, *b* propter orationes, quas pro tota fundunt christianitate: vt in auten. de sanctiss. epis: §. i. coll. jx. Clericus tamen ille qui geradā accipere vult, necessariò est vt ordinatus sit *c* ad gradus sacerdotij: quòd si post modum in alium statum sese trāsmutet, nec sacerdotium nanciscatur, restituere tenetur cognatis mulieris. Sed & antequam geradam tollere admittitur, necessario

b Clerici quare geradam tollunt.

c Spec. Saxo. lib. 1. art. v.

lite-

literas ostendere tenetur, quòd ordinatus sit ad clericatum, antequā gerada illa sibi admortua fuerat: quòd si virginem superduxerit promiseritque presbyterari, si eam superuiuat, manebit circa geradam, si antehac fuerat acolytus. vt lxix. dist. non oportet.

Notandum, si vir vxori dotalitium denominauerit *d* iuxta proui*d Dotalitium morinavxore cui cedit.* nciæ consuetudinē sine aliqua distinctione, moriaturque mulier, dotalitium illud cedit patri vxoris in vita mariti: *e* sed si vir specificauerit faciendi & dimittendi cum bonis illis re inquendo potestatem, quodque dotalitiū post mortem suam consequatur, & vir superuixerit vxorem, dotalitium manet apud virum.

e Vide hoc idem supra art. xxii. glos.

Notandum præterea, si vir dederit vxori dotalitium, illudque tollat mulier post mortem mariti, & habeat vir pueros qui nondum emancipati sint, *f* moriantur tandem pueri, bona eorum in sinum deuoluuntur matris, & hoc intelligendo, si puer mortuus nullū vlterius relinquat puerum, etiam si fœmella sit, & relinquat filium, *g* extūc mortuæ fœmellæ mater geradā tollit. Si verò fœmella sit, moriturque post mortem matris, mortuæ matris mater maiori iure accipit geradam, quàm mater viri: vt Spec. Sax. lib. j. art. xx.

f Spec. Saxo. lib. ar. xxxiii.

g Cracouien. Hunc passum ex laudo & plebiscito ciuitatis secus obseruant: vt supra circa art. xxiii.

Articulus LVIII.

De successione hæreditatis.

a Spec. Saxo. lib. i. ar. xxvii.

MOriatur si mulier absq; hærede [a] ita quòd nullum hæredem à marito susceperit, illa hæreditat sortem suam adpximiores agnatos, siue sint masculi siue femellæ, & hoc si similes generatione sibi fuerint, hoc itidē facit vir cum sorte sua.

Ad hæreditatem itaq; pertinet [b] omne aurū & argentū non formatum pecunia item, frumenta, panis, cereuisia, vinum, pannum, carnes quæ post tricesimum supersunt, & hæc omnia ad hæredes viri pertinent & non mulieris.

b Spec. Saxo. li. i. ar. xxiiii. & supra iure munici. arti. xxvi. vide de his copiosius.

Sed domesticorum cibariorum mulier accipit medium, & hæredes mariti aliam medietatem.

Vxoris proximiores cognatæ, geradam tollut.

GLOSSA.

In textu cùm dicitur: Ad proximiores agnatos. Intellige si in bonis illis vxor relicta reformatum non habuit dotalitium, aliàs coguntur eam contentare. Idem etiam quod de viris dicitur, de mulieribus, quibus æquè tollēda hæreditas interdicta non est, intelligendum erit, mulier namque post mortem bona relinquens aliqua, siue illa ex admortuo, siue aliunde sibi cesserunt, eius hæredibus cedunt, gerada verò ad proximiorem cognatam: vir etiam si moriatur, arma bellica agnatis veniunt, hæreditas verò ad hæredem quisquis sit, siue masculus, siue fœmella, deuoluitur: vt Spe. Saxo. lib. j. art. xxvij.

In textu cúm dicitur: Ad hæreditatem autē pertinet, &c. [c] Quid si fuerint pro vsu & ornatu mulieris cōparata; vt vestimenta, cinguli argētei, zonæ argēto adaptatæ,

c Spec. Saxo. li. i. ar. xxiiii. & supra iure munici. arti. xxiii.

tæ, cultelli itidem argẽto formati, quæ mulier deferre solet, pectoralia, coronæ, annuli, quas vir donauerat in sponsalibus, illa omnia circa vxorem manent: scyphi vero, crateres, & alia potagiorum vascula, vel etiam cibariorum vasa, quæ in vsu fuerunt, siue sint aurea, argentea, cuprea, ex aurichalco, ac alterius cuiuscunq; metalli, omnia ad hęreditatem viri pertinent, vnum tamẽ vel duo ex his mulieri pro expeditiõe dabuntur.

Cùm dicitur in textu: Cibaria domestica, &c. *d* Ad id pertinẽt pultes, piæ, sal, butyrum, aruina, mel, carnes, pro quotidiano vsu adaptatæ, millium itidem, & horũ mulieris hæres accipit medium, hæres verò viri aliam medietatẽ.

d Spec. Saxo. lib. 1. ar. xxij. & supra iure municip. artic. xxviii. & xxvi.

Articulus LIX.

De hæreditate relicta nullo hærede extante.

SI hæreditas relinquatur vacua a hoc est, nõ extante hærede, & ad quã se nullus trahit in anno & die, illa ad regalem pertinet maiestatem.

a Vide abundantius Spec. Saxo. libr. iii. art. lxxx.

GLOSSA.

Pro intellectu articuli notandum, quòd cum quibuscumque bonis homo moritur, hæreditas appellatur: vt Spec. Sax. lib. j. art v. & ff. de verbo. signific. Si itaque vnus moriatur nullo extante hærede, hæreditas ad regiã cedit dignitatẽ, vt textus habet. Hæreditas autem in proposito vniuersaliter accipi debet, extendens se tàm ad proprium, paraphernam, & arma bellica; omnia enim prætacta, si hæredes agnati ex parte gladij, vel agnatæ ex parte fusi desunt, regiæ cedunt auctoritati.

Nomine etiam regis in proposito intelligi debet potestas quælibet à rege constituta, quibus cõmissa administratio & gladius est iustitiam defendendi, vt sunt Comites, Burgrabij, iudices, ac alij omnes potestatem à rege vel imperatore habentes.

Ius autem istud à Romanis ortum habet: vt Instit. de hære. quę ab intestat. defer. per totum. Ratio autem cur paraphema & arma bellica iudici cedunt est, vt viduas & orphanos tueatur & protegat, tanquam verus tutor. Rationeque potestatis quam iudices à rege habent statutum est, vt bona huiusmodi hærede carẽtia tollant, locum enim regis obtinent. Exinde etiam prouidere debent *b* carceres, patibula, statuas, vbi virgis cedunrur & alia ad puniendos malefactores necessaria sub ministrare. Ratione etiam istius iudiciariam potestatem habere dicitur iudex puniendi malefactores, locoq; sui subdelegatum habet, qui exequitur sententiam illius iuxta iuris formam: vt xxv. q. v. de occiden. homini. *c* Iudex præterea ex gerada & armis bellicis quæ tollit post tricesimũ diem pauperes homines enutrire, communem vtilitatem defendere, & item phreneticos, fatuos, qui nullum ex aliunde auxilium habent fouere tenetur: idq; intelligendũ est de gerada & armis bellicis. Si verò proprietas relinquatur seu alia mobilia bona, ad quæ hæres non existat, & donata seu impignorata non sint, Scultero tribuũtur si tres mansos non excedant, sed si ad triginta mansos se extenderint Comitatui applicẽtur. *d* Si verò nunc numerum transcendãt, ad regalem pertinebunt maiestatem: vt Spe. Sax. lib. iii. art. lxxx.

b Judex prouidere debet carceres, patibula.

c Judicis officium in enutriendis pauperibus.

d Vide Spec. Sax. li. iij. ar. lxxx.

Bona autem huiusmodi vt sunt, gerada, arma bellica, per caducũ ad iudicẽ deuoluta, iudici vel suo præconi præsentari debent, si post

tricesimũ diẽ obitus ea expectarit, illaq; iudex illæse anno & die seruare tenebitur: si forsan aliquis venerit,& se ad ea,vt iuris est, met tertius traxerit. e Quòdsi nullus appareat per id tẽpus iudex ea in vsus cõuertet suos: vt Spec.Saxo. lib. i articulo xxviij.

e Vide Spec. Sax. li. 1. art. xxviii.

f Bona dicuntur hæredecarere multifariam.

Circa id notandum pro intellectu textus ampliori, f quòd bona dicuntur hærede carere multis modis. Primò, si mortuus nullũ reliquit legitimum hæredem: vt sunt illegitimi, quamuis enim legitimus sit quis, illegitimo tamen non succedit :g vt Spe. Sax.lib.i. art. ij. Ita videlicet intelligendo si moriantur & bona relinquant nõ donata, sicut si presbyteri filius vxorem superducat, bonaq; acquirat, procreando pueros cum vxore: pueri illi legitimi erunt, non tamen bona paterna hæreditare possunt: h pater enim secundùm leges indignus est, quòd hæreditatem eius pueri tollant, sed si vir ille bona sua, hæreditatem, proprium pueris dederit in iudicio bannito: corã iudice & Scabinis, extunc tollẽs illa iure. Si quid etiam coram iudicio vxori dederit, obtinebit illud. Moriatur autem relinquẽdo bona non donata, in regiam cedunt potestatem: vt in auten. de inces. & nefa. nup. per totum. coll. ij. Secundò, bona hærede carere dicuntur, vt quamuis vnus legitimos relinquat hæredes, bona tamen tollere non possunt, propter excessum patris, vt si fuerit contra imperium machinatus, hæreticus, ex timore pœnæ mortis seipsum interficiens: vt Instit. de hæredi. quæ. ab intesta. deferunt. §. per contrarium &c. ff. ad le. Iuli. maiesta. l. vlti. Tertio, Quamuis hæres sit & accipere possit, sed accipere non vult, euitãdo forsan importunitatem creditorum. Quartò, si hæres sit, & accipere possit & vult, dummodo sciuerit de morte illius qui hæreditatem relinquit,& his in anno & die hæreditatem recuperabit, & hoc intelige sub distinctione, quia vel ignorauit mortem illius cuius successor esse debuit, vel nesciuit quis aliquid succedendi ad bona illa habuisset: si ignorauit de morte amici non impedit eum, imò infra annum & diem postquam resciuerit de morte, recuperare illa poterit: vt C. de iur. & fact. igno. l. error. Si verò ignorauerit se habere ius succedendi, elapso anno & die post mortem illius ignorantiam frustra allegabit. Ius enim suum vnusquisq; scire tenetur: vt C. de iur. & fact. ignoran. l. constitutiones principum, id tamen intelligi debet, nisi forsan legale impedimentum importauerit: vt Sp. Sax. lib. ij. art. vij.

g Vide hoc idem Spe Sax. libr. 1. artic. xxvij & li.

h Paudest extra consuetudinem moderatum.

Articulus LX.

De dono pueris per patrem facto.

SI vir in municipio pueris suis in iudicio bannito coram iudice & Scabinis aut suæ vxori ad vitam cum consensu hæredum bona dederit, paxq; desuper decreta sit, posthac verò in eisdem bonis alicui dare quid vellet,a is cui prima donatio facta sit prohibere iure poterit, si illud, vt iuris est, probare valeat.

a Spec. Saxo. libr. iii. artic. lxxxiii. & sequitur iure municip. art. xxxiv.

Articulus LXI.

De dono in bonis censualibus.

IN municipio si quis pueris suis aut vxori, ædificia

tem

ficia super bonis censualibus dederit, corã domino villæ seu curiæ, vel coram vicinis. Post mortem verò suam quis ędificia illa alloqui, vel impeterevel let, mulier obtinet ædificia huiusmodi, si probaue rit, vt dictum est, sibi esse donata. Cùm verò vtrũque tàm fundus quàm ædificia proprium viri sit, alloqui seu vindicare b suus generatione æqualis agnatus iure potest.

b Spec. Saxo. lib. 1. art. xxi. & art. lij.

Nulli enim proprium in municipio alienare licet, nisi in iudicio coram iudice cum hæredum cõsensu. Si verò bona hæreditario censualia fuerint, & mulieri non sunt infeudata, extunc dare sibi minimè potest nisi id faciat cum consensu domini à quo bona illa susceperat.

Habeat verò si quis mobilia seu merces, quas ex bonis illis quæ admortua sibi sunt, vel ex vera successione cesserunt comparauerit emeritq;, hęc suæ vxori c minimè dare potest, nisi in iudicio bannito corã iudice & Scabinis.

c Alii textus habent, vt puto.

Si verò bona huiusmodi mobilia aut merces labore proprio acquisita habet, illa tempore perfectę sanitatis cuicunq; voluerit dare poterit, sine cuiusuis contradictione.

GLOSSA.

Dictum est superius de bonis hæreditarijs mobilibus, hîc in his duobus articulis innuere vult, quo pacto donario fieri debeat vt firma sit & robur habeat, duoque in articulis tanguntur. Primò, si quid vxori quis dare vult, ad vitæ prouisionem illud facere tenetur cum hæredum consensu: vt Spe. Sax. lib. i. arti. xxi. Idq; coram iudice & Scabinis fieri oportet, vt textus habet. Quòdsi alteri forsan in eisdem bonis facere velit donationẽ, ille primus contradicere iure potest. Secundum est quòd in articulo tangitur, si vir vxòri aut alteri cuiquam, coram domino villæ in bonis censualibus ædificia dederit, etiam si hoc sit coram villanis factum, mulier aut eius pueri faciliùs illa obtinebũt, quam quis eos repellere posset. Si autem locus seu fundus in quo ædificia extructa sunt proprium viri sit, sine consensu hæredum alienare minimè poterit: vt Spe. Sax. li. i. ar. lij.

Articulus LXII.

De bonis censualibus ab ecclesia possessis.

SI homo habuerit bona censualia ab ecclesia, monasterio, aut alio domino. Et Abbas monasterium aut dominus nõ fateatur sibi esse concessa, hîc vir met septimus cum suis similibus protestari pote-

poterit, illud esse suum prædium censuale. Quòd si dominus aut Abbas horum testimonio stare noluerit, aut etiam illis, bona quæ in censum habere dicunt, negare voluerit, extunc quiuis corũ metseptimus bona obtinebit.

Articulus LXIII.

De pueris emancipatis.

MOriatur vir in municipio, qui pueros habeat emancipatos à bonis suis, & vnũ relinquat non emancipatum, filiũ vel filiam in bonis post mortem, iste vel etiam si plures sint alij ædificia sua cum consensu matris diuendere poterint, sine cõtradictione puerorũ qui emanicpati sunt.

GLOSSA.

Articulus lxij dependet ex articulo immediatè præcedenti lxi. Sensus eius est, si homo bona habuerit cẽsualia &c. dominusq; neget illum esse suum censitum, is metseptimus probabit huiusmodi bona sua esse censualia. Si verò dominus etiam huiusmodi testes, esse censuales negauerit, vnusquiuis metseptimus probabit: vt C. de agri. & cens. per totum. De iure etiam censitorum: vide Spec. Sax. lib. 1. art. liij. & lib. ij. art. liij.

Articuli lxiij. sensus est, si vir moriens relinquat pueros emancipatos, hoc est, qui sortis paternę renunciarunt, aliqs in bonis remaneant pueri, siue sint filij siue filiæ, ædificia quæ in bonis censualibus constructa sunt, vendere possunt cum consensu matris, & hoc ex eo fit, quia mater in expectando successionis est puerorum non emancipatorum, & hoc etiã verum est, si bona illa ex admortuo non cesserunt: si etenim ex deuolutione aduenerunt bona huiusmodi, pueri, vt sic, sine consensu hæredum alienare non possunt.

Notandum circa id, *a* si moritur aliqua successio mulieri, vel si bona aliqua ex successione admulierem veniunt, illa mortua, bona cedunt ad pueros eius. Si verò pueri moriantur, patri aduenĩut bona illa, & puerorum cognati ex parte matris nullum ius ad id habebunt. Iridem etiam de patre intelligendum est: successionem enim confratrum vel sororum nullus tollit quamdiu pater vel mater viuat, *b* vt Spec. Sax. lib i. art. xvij. in auten. de hæredi. quæ ad intesta, de eran. col. ix.

a Bona ex admorteno aduenientia post mortem illius, cui cedunt.

b Spec. Saxo. lib. 1. art. xvij.

Notandum præterea, si moritur quis, qui nec fratrem nec sororem habet vterinos ex vtroque parente vel ex vno, *c* omnes qui in æquali linea inueniuntur, siue ex patre, siue ex matre, æqualiter hæreditatem tollunt: sicut fratres patris & sorores, æqualiter sortẽ accipiunt.

c Spec. Saxo. lib. 1. ar. xvij.

Sciendum insuper, quòd ascendens proximior accipit successionem totã vnus solus, descendẽtes autem quotquot sunt accipiunt id quòd eorum progenitor accipere debuit. Quando verò à fratribus & sororibus discceditur, succedunt secũdum lineam: vt Insti. de hæredi. quæ ab intesta. de fer. per totum.

Arti-

Articulus LXIIII.

De possessione bonorum mobilium seu mercium.

POssideat si quis merces, aut bona mobilia, in municipio ex parte iudicij, & pronunciet illa, vt iuris est, tribus iudicijs, quartoq; iudicio per veram sentẽtiam desuper acquirit dominiũ, & proprietatem, reposueritque ac soluerit signum decreti dominij, seu memoriale coram iudice & Scabinis paxq;, sibi denunciata sit à iudicio, posthac verò alter venerit bona sua prouidere seu euincere, primus iste propior est desuper possessionem retinere cũ iudice & Scabinis, quam ille recuperare ex quo ex possessione cesserat.

GLOSSA.

Articulus præsens docet nos, quo pacto obseruandum sit, cùm aliquis ex parte iudicij, possessionẽ aliquorum bonorum nãciscatur: vt si forsan vir ad bona aliqua intromissus sit: per iudicẽ & Scabinos: vel vadium acquisiuerit, aut bona aliqua allocutus vel arrestatus fuerit, aut sibi data, aut impignorata fuerant, denunciare illa coram iudicio bannito, tenetur, petereq; per sententiam sibi dari, quòd cum bonis illis facere debeat, & post quãlibet denunciationem ãlbum soluet nummum. Si verò posthac alter venerit, & bona sua seu merces, vel alia mobilia vindicare voluerit, negociumque ad controuersiam veniat, decernetur quòd qui bona in possessione habet in debito vel alio modo, is propior est per testes, hoc est iudicẽ & Scabinos ea obtinere in debito suo quam alter ea occupare. vt ff. ne vis fiat ei qui in posses. l. ait prætor.

Sciendum etiam pro intellectu articuli ampliori, si quis bona mobilia, vel merces possederit ex parte iudicij, & ille cuius bona fuerant præsens non sit, verum absentabatur ex legitima causa, nec citatus erat, actor qui ius suum super bonis acquisiuerat, possessionemq; per sententiam nactus est, propior est circa id permanere. Intellige, si eum de furto aut rapina, desuper accusare vellet. Si verò dicat, sibi ignotum fore quòd aliquando inculpatus sit, sed nec domi fuit, nec ipsi [illegible] citacia, nec de citatione se scire quicquam, offerretq; se iure bona euincere sua, ac iuridice respondere, si quis eum pro aliquo inculpet, in hoc casu, is qui bona habebit in possessione, ostendereq; poterit possessionem, propior erit debitum suum in bonis illis obtinere quã alter ea eripere. Et hoc intellige, si ille respondens sibi de nouo debitum recognoscat, quia alias sententia prior non valebit. Nulla enim sententia ligat contra non citatum: [a] vt Spe. Sax. li iii. art. v. Citari enim semper ad quẽlibet actum vnus debet: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxiiij.

[a] *Vide Spec. libr. ij. artic. xxiiij. & lib. iij. artic. glos. finali.*

Articulus LXV.

De dono in lecto ægritudinis.

NEmo masculus neque vlla fæmina,

possunt in lecto ægritudinis de bonis suis alicui quicquam dare, vltra tres solidos a absq; hæredum consensu.

a Spec. Saxo. lib. 1. art. lii.

Nec mulier b quicquã dare potest, sine consensu mariti.

b Spec. Saxo. lib. 1. art. xx.

GLOSSA.

Dictum est superius de multiplici donatione, & signanter de donationibus quæ fiunt inter virum & vxorem, quæ magis propter dignitatem matrimonij quam alia causa constitutæ sunt.

Vnde circa id sciendum, quòd donatio duplex est c causa mortis, alia est inter viuos. De donatione causa mortis, articulus præsens disponit. Contigit enim tũc quando aliquis ægritudine correptus, nec sui iuris est, d nec tantarum virium quòd bona alienare de iure posset, in fraudem tamen hæredum, quos post se relinquit, & quibus bona illa iure cedere debent alienare conatur, ꝙ fieri minimè debet, nec est naturale. Dare etenim si quis aliquid velit, tempore quo illis solus vti non potest, nõ donat quòd suum est, sed donat illorũ qui post eum expectantes sunt: vt in auten. de manda. princi. §. oportet autem coll. iij.

c Donatio duplex.

d Donatio causa mortis quo modo valet.

Contra tamen articulum formari possunt aliquæ rationes, e textum impugnantes. Primò, si textus stare debeat, extunc nullus testamenta condere posset, ꝙ tamen falsum est: cuilibet enim testamenta facere admissum est: vt extra de testamẽtis & vlti. volun. Si hæredes, vbi habetur quòdsi hæres iussa testatoris non impleuerit tota substantia ab episcopo loci illius interdicatur fructusq; & emolumenta quoad voluntatem defuncti adimpleat percipiantur. Si itaq; hæres voluntatem implere tenetur mortui, ergo illi legare licitum fuit. Secundò, quia si sic, extunc voluntas vltima infringi posset, quòd falsum est. Voluntates etenim vltimæ maximè custodiẽdæ sunt: vt xiij. q. ij. vltima voluntas. tum etiam si quis in opera misericordiæ in extremis quid legauerit nec illud immutauerit exequi debet, quòd si per hæredes non exaquatur, episcopo exequutio cedit: vt extra de testa. & vlti. c. nos quidem. Tertiò, vnus quiuis enim id quòd suum est donare iure cui vult poterit: vt Insti. de dona. per totum. vbi habetur de multiplici donationum genere. Tum & Insti. de lega. §. nostra autem constitutio.

e Argumẽta pro & contra occasione donationis in lecto ægritudinis.

In oppositum tamen est textus articuli vbi & cõcluditur iure nostro, quòd nullus vir aut mulier in lecto ægritudinis bona sua alienare potest, nec vltra asserem lecti porrigere, vltra tres solidos, vel in tantum, quòd ipse manu, apprehendere potest, in pecunijs paratis, in lecto decumbens, & hoc intellige, sine inuamine alicuius, ita quòd solus vel sola apprehendat manu sua.

Pro intellectu ampliori. Notãdum quòd donatio trifariam inutilis redditur, f signanter personis, quæ donationem faciunt. Primò, donatio iure interdicitur, quæ fit inter virum & mulierem, & hoc intelligendo, si mulier proprium, hæreditatem, vitæ prouisionem, seu geradam habeat, ista etenim omnia, viro donare minimè potest, neq; in lecto ægritudinis, nec tẽpore sanitatis, ita quòd donationem illam hæredes sustinere cogantur: vt ff. de donatio. inter virum & vxorem in multis legibus. & hoc ex eo fit, quia vir & vxor bona indiuisa possident ad mortem suam: vt Spe. Sax. lib. i. art.

f Donatio trifariam inutilis redditur.

art. xxxj. De bonis autem in cõmuni possessis, vnus sine consensu alterius nihil dare poterit: vt ff. pro socio. in multis legibus. Si itaque vnus sociorum absque volũtate alterius nihil dare poterit, itidem est de viro respectu vxoris; sed vel potissimum exquo vir est caput mulieris, quare mulier cõtra voluntatem vi.i nihil dare poterit: vt xxxiij. q. v. c. mulierem const.t. Secundò, donatio redditur inutilis, cùm pupillus sine cõsensu tutoris quid donat: pupilli enim sine consensu tutoris nihil dare aut promittere possunt: vt Instit. de auctor. tutor. §. vnde in his caussis. Tertiò, cùm per seruũ quid alienatur. nullus enim seruus sine cõsensu domini quidquã alienare potest: sui enim iuris nõ sunt serui, sed sub potestate aliorum constituti. vt Instit. quib.non est permiss. facer. testa. §. j. Si autem superueniat consensus illorũ, qui in expectando sunt successionis, dare vnus poterit cui voluerit, dummodo hæredibus tertia pars bonorum relinquatur: vt Instit. de lege Falcidia. §. & sequentibus.

Ad rationes itaque in oppositum adductas respondendum est. Ad primam, quòd non omnia testamenta admittuntur, signanter in lecto ægritudinis, & hoc, si cõsensus hęredum non superueniat: ratio istius est, si debita forsan impersoluta essent, & hæres consentiret ad legata testamenti: extũc, vt sic, hæres cogeretur ad explẽdum legatum, & cum hoc astringi posset ad soluenda debita: vt Instit. de fide. commiss. §. in primis igitur. & hoc volunt decretales illæ, in primo argumento adductæ, & ita perimitur præsuppositum argumenti vbi dicebatur: quòd quilibet testamenta facere possit.

Ad secundam rationem, vbi dicebatur: quòd vltima voluntas impleri debet, intelligitur de illis, qui liberi sunt in bonis suis, & nemini obligati. Ad tertiam, vbi allegatum est: quòd vnusquisque id quòd suũ est alienare poterit, intelligendum est, dùm id fiat tempore perfectæ sanitatis, perfectæque discretionis, quodque probari possit septem testibus: huiusmodi enim ordinationem vt legitime factam, hæres implere tenebitur, & hoc vult §. nostra autem. Instit. de legat.

Notãdum circa id, *g* cùm quis bona sua legare voluerit, id facere eum oportet tempore perfectę sanitatis, in præsentia septem testium; *h* quibus intentionem suam committet vnà & vero heredi: ordinatioque huiusmodi robur & vigorem habebit, testesq; prætacti testimonium præstabunt super voluntate testatoris, sub sigillo, si necessario sit, coram iudicio vel aliquo officiali.

Testis autem ad ordinationem testamentalem esse non debet: mulier, puer annos non habens, surdus, mutus, proscriptus, excõmunicatus, aut iure priuatus: vt Instit. de testam. ordin. § possunt autem. & sequentibus. Postquam autem confirmati fuerint iudicis auctoritate, sic scilicet intelligendo: si testator committat executoribus dicendo. Ego cõmito bona mea, & volo, vt istud illic & illic tribuatis, inquantum bona extendant se post mortem meam: illi verò executores facere promittant, exequi tenentur voluntatem testatoris, si executoriæ consenserunt.

Articulus ergo præsens intelligi debet, quòd in lecto ægritudinis vnus alienare nõ potest, si nullam ordinationem fecerit de consensu hæredum, vt patet ex declaratis & Instit. quib. mod. testam. infirm. §. j.

g Jus municipale præsentium & prouinciale Saxonicum parum admodum de testamẽtis differt: intentio enim Saxonũ semper erat vt bona magis per successionẽ agnatorum cognatorumque quam exlegatarios hæreditarent. In tamẽ de testamentis vide Instit. de testamẽ. ordi. & item ff. & C. eodem titu. per totum.

h Cracouien. in condendis testamentis aliam obseruat cõsuetudinem coram etenim iudicio bannito aut officio consulari testamentum facere oportet si valituri esse debeat.

i Spec. Saxo. lib. 1. ar. xvij.

Arti-

Articulus LXVI.

Quod nullus in extraneo iudicio iudicialiter impeti debet.

SI peregrinatum aut mercatum quis ierit extra prouinciam aut extra limites, a & impeditur ab aliquo pro debito, hoc cùm iniuria fit, nec ille iure id facere potest.

Verum ius suũ coram iudice cõmpetenti quærere eum oportet.

a Spec. Saxo. lib. iij. ar. xxv. & lxxxvij & supra iure municip. art. xxvij.

Articulus LXVII.

De fideiussoria occasione debiti.

QVeruletur vnus super alterum pro debito, quod pro suo patre promittendo teneatur, id probare & declarare cum testibus, vt iuris est, eum oportet: si verò ille negauerit absoluitur cum sua innocentia.

b Queruletur autem cum testibus, c ille verò dicat debitũ esse persolutum, metseptimus post mortuam manum probare tenebitur, & si negocium ita & in eum punctum venerit, ille iure suo perfectus erit.

b Spec. Saxo. lib. iij. ar. xxx.

c Debitũ post manum mortuam quomodo probari debet.

Articulus LXVIII.

De querela hospitis contra hospitem pro debito.

QVeruletur si hospes cõtra alium coram iudicio pro debito, ille liberabitur ab eo vt iuris est, nisi apportet testimonium contra eum.

GLOSSA.

Declaratio articuli lxvj. sufficiẽs habetur supra circa articulum vigesimum octauum. & item Spec. Sax. li. iij. art. lxxxij. Nullus est inuitus in extraneo iudicio, cum vterque vnius iurisdictionis, respõdere tenetur, & hoc intelligendũ, si in sua iurisdictione sufficienter possessionatus sit, prout inculpatur pro debito; nec enim esset occasio, quòd eum alibi pro debito impedire debeat.

Quæritur. Si debitor ex ciuitate discedens in negotijs suis, alibi equitet, creditoresque præueniant eum in itinere, à domo sua sex milliaribus vel propiùs, nec domi fuerunt protunc cum discedebat, imo & longè antehac, d detineantque eum in debito, ille verò alleget illos esse ex vna iurisdictione, nec aliquando euitabat iudicem propriam. Creditor viceuersa dicat: quòd ego nõ fui præsens domi, aut in prouinciam cũ tu discedebas, quare volo, vt respondeas iudicialiter; vnde & de isto loquitur articulus lxvi.

d Ciuis mercatum equitans, an pro debito in alia iurisdictione impeti poterit.

Pro solutione istius sciendum, quòd si respondens iustis sententijs se tuetur, vt ad proprium remittatur iudicem, remitti debet. Si verò eum remittere nollet, iste tandem si conqueratur super actorem coram iudice competenti, di-

Arti-

ti, damnum sibi resarcire tenebitur. Et quia forsan negare veller, quòd videlicet cum non impetisset, quare ad obuiãdum huic difficultati, iudicem illum extraneum sollicitare debet ꝓ recognitione, quòd apud eum in iudicio extraneo iure arrestatus sit iudexque id facere tenebitur literis patentibus, quas tandem ipse iudici offeret suo, exindeque actor damna resarcire tenebitur: vt C. ne filius pro patre. constitutione noua. l. habita. nec sententia illa ligabit si probari possit, quòd coactè responderit: vt ff. de iudicijs. l. ij.

Si vir queruletur super alterũ pro debito &c. Lex ista multum necessaria est in expetendo debito post manum mortuam, ponitur que primum modus querulandi, tandem & respondendi.

Et quia cùm vnus alium impetit pro debito post manum mortuam, declarare seu docere actor debitum illud tenetur cum testibus. Vnde declaratio in proposito seu probatio debiti non est aliud nisi postquã mortui hæres impetitur, pro debito patris sui post manum mortuam, & hæres debitum illud non promiserit, actor debitum huiusmodi declarabit, probabitq; hæredi cum testibus: vt Spec. Sax. lib. j. art. vj. Declaratio verò & probatio huiusmodi, quæ antehac per testimonia septuaginta duorum bãnitorum erat, hodie venit ad septem viros in iure benè conseruatos: vt extra. de testibus in multis capitulis. & hoc ex eo statutum est, quia hæredes cum periculo & conscientioſe iurarent pro debito paterno: qui enim ex opinione & dubietatiuè iurat, communiter periurus efficitur: vt xxij. q ij. c. homines falsum.

Specu. Saxo. lib. 1. ar. vi. & feud. c. xlv.

Alia itidem declaratio solutionis debiti fit, quam quis facit pro huiusmodi debito, quod solus ꝓmiserat: vt Specũ. Saxo. libr. i.j. art. xlj.

Sciendum etiam, si pecunia alicui debetur, expetiturque post mortuam manũ, respondens admittit illi probationem, & hoc ex eo fit, quia super negocio ignotũ sibi est, quare nec iurare præsumit: vt ff. de iurciuran. in multis legibus. & C. de iur. & fact. ignoran. l. cum quis.

Notandum præterea, quòd responsio ac declaratio super impetitione *e* quandoque cedit accusato: & quemadmodum fit declaratio per actorem respondenti ꝓ debito metseptimus. Ita persimile intelligendum est, si respondẽs dixerit debitum esse persolutum, metseptimus enim euadet. Si autẽ dicat, quòd ille solus querulatori soluit mettertius probabit. vt Sp. Saxo. lib. ij. art. vj. Quod si dixerit se eidẽ nihil tenere, vel quòd sibi nihil promiserit, sua absoluitur manu, & hoc si contra eum cũ testibus non agat. Vnde pro generali sciendum, cùm vnus impetit alium pro debito cũ testibus, respondens propior est cum testibus expurgare sese, quàm quòd conuincatur. Si verò absolutè dixerit se nihil teneri, offerratq; innocentiam declarare suam, decernetur sibi ꝓbatio vnica manu.

e Accusatus pro debito post mortuam manum quomodo absoluitur.

Articulus LXIX.

De querela occasione honorum hæreditariorum.

COnqueratur si quis super alium in municipio pro bonis hæreditarijs, quòd bona illa sua vera hæreditas sit, ex parente ad eum deuoluta, quodque ille bona huiusmodi cum iniuria sibi detinet

tinet & vsurpat. Is verò contra quemquerela proposita sit comparet & dicat iusto esse suum prædium censuale, habereq; defensorem bonorum illorum, quæ & possedit anno & die sine cõtradictione & iusta allocutione, ipsũ oportet suum nominare euictorem eundemq; statuere ad iudicium determinatum proximum, &, vt sic, obtinebit bona illa censualia possessa, si, vt iuris est, per euictorẽ id probauerit. Sed si in euictore defectum patiatur actor conseruat suam proprietatem in eisdem bonis vt iuris est.

a Spec. Saxo. lib. 3. ar. xliij.

a Quiuis enim homo suam innatam hæreditatem facilius conseruat, quam alter emptam aut obligatam, aut prædium censuale cõseruari posset, cùm & impossibile est aliquem naturali defraudari portione.

GLOSSA.

Sensus articuli est: si quis bona anno & die possederit, possessionemque probare posset, propior est quã ille, qui possessione caret.

In textu cum dicitur: Quiuis enim innatam hæreditatem facilius conseruat, quàm alter emptã, &c. Ratio istius est, quia ille qui ex successiõe bona habet, & ex mortuo tuo sibi cedunt, possessionem & defensam habet ex illo mortuo: vt ff. de reg. iur. l. hæredem. & C. vnde liberi. l. si auus. Venditor verò non plus in bonis defensæ habet, nisi quòd se ad euictorem trahat, idque dificilimè fit: vt C. de empti. in mult. legib. & Spec. Sax. libr. 3 artic. lvj. Sine etenim consensu hæredum bona illa alienari non poterant.

Articulus LXX.

De actione vulnerum clamore protestatorum.

HOmo si vulneratus fuerit, clamoremq; excitet a & si hunc ceperit qui eum vulnerauit, iudicioq: præsentet, adsintque illi qui clamorem audierint ad testificandum, propior erit metseptimus cõuincere eundem quam ille sese expurgare valeat. Si vulnus profunditatẽ vnguis longitudinemq; articuli seu membri habuerit b manum soluet, pro homicidio vero collum, nisi se, vt iuris est, excuset.

a Spec. Saxo. lib. 1. ar. lxvi. de fact. manu alis vide.

b Spec. Saxo. lib. 3. art. xvi.

Articulus LXXI.

De guerra nocturna quomodo vnus super facto accusatus euadere debet.

COntingat criminale nefas nocte vel de die, & probus, antehacq; iure nunquam accusatus homo

homo, ſuper facto impetatur, propior eſt euadere metſeptimus, quam alter eum conuincere.

Articulus LXXII.

De querela vulneratorum.

VIr ſi vulneratus fuerit, & eodem die iudicium non quæſierit, negociumq; pernoctatum ſit, & qui inculpatur tũc comparuit, euadet cum metſeptimus.

Sed ſi quærimoniã ceperit, & ille non comparet, proſcribitur quarto iudicio. Vulnerãt⁹ ſi quis ſit in municipio, negociumque ſit pernoctatum, præfigi ſeu indici debet terminus ad proximũ iudicium. Si etiam vulneratus ſit, & vulnus nõ eſt duellare, denunciandus nihilominus erit ad iudicium proximum.

GLOSSA.

Declaratum eſt ſuperiùs de actionibus ciuilibus, hîc in his tribus articulis tangitur actio criminalis, *e* quæ dicitur ex eo criminalis, quia expoſcit pœnam ex illo qui deliquit, ſi conuincitur, in quantum vulnus in profunditate ſit vnguis, & longitudine articuli ſeu membri.

Vnde in propoſito vnguis intelligi & accipi debet pro vngue cum articulo ſuperiori medij digiti, *d* & hæc profunditas vulneris duellaris eſſe debet. Eiuſdem verò medij digiti tota longitudo pro membro ſeu articulo accipitur, & huiuſmodi vulnus duellare dicitur, deprehenſuſque manum perdit: vt Spec. Sax. libr. ij. art. xvj.

d Vulnus duellare quid ſit.

Cùm dicitur in textu: Et qui inculpatur, tunc comparuerit. intellige, quòd ille qui patrauit, veniat liberè non detentus, nec vinctus, propior eſt euadere metſeptimus, niſi forſan iudex pro tempore illo domi præſens non fuerit: vt Spec Sax. lib. j. art. lxx. & C. de cuſto. reo. l. in quacunq;.

Articulus LXXIII.

Cum quis Scabinum in ſede iudiciali improperauerit.

QVicumq; Scabinũ in municipio, in ſcamno, a ſeu ſede iudiciali improperauerit ſeu increpauerit, Scabinus lucratur ſuam emendam in ipſo, hoc eſt triginta ſolidos & cum hoc iudex ſuam mulctam.

a Spec. Saxo. lib. ij art. xij.

Improperet verò quis Scabinum poſtquam ſententia definita ſit & conſenſus aliorum Scabinorum ſubſecutus, extunc Scabini omnes emendas acquirunt, ac iudex pœnas ſeu mulctas, & quot emendæ fuerint, totidem pœnæ iudici acquirũtur.

Si quid vnus coram iudice & Scabinis agere habeat

e Spec. Saxo. lib. i. ar. lxvij. & lxxi. & in re municipali ſupra ar. xvi. & xvij.

beat in donando vel resignando, solidum soluet, quem Scabini pro memoriali accipiunt.

Articulus LXXIIII.

De reprobatione sententiæ.

QVi sententiam Scabini increpare in iudicio bannito voluerit, hisce vtatur verbis. b

b *Vide Spec. Sax. li. j. art. xii. abundantius de hac materia.*

Domine iudex, sententia, quam Scabinus inuenit, iniusta est domino meo, & mihi in loco eius, secūdum omne ius, super quo fundati sumus, & id probare volo, vt iuris est, trahoq; me ad locum vbi ius nostrum quærere seu reportare iusto debemus. Tandem iudicē petat pronuncio, quem iudex ex medio Scabinorum dare tenetur.

Cautionemq; iudex ab vtroq; accipiat, pro impēsis desuper factis, ac alijs ad id necessarijs, & qui in causa defecerit, expensas soluet.

GLOSSA.

Sciendum, quòd sententiæ vituperatio apud Saxones in iure spirituali & imperiali, appellatio nūcupatur. Quo pacto autem increpatio sententię fieri debeat: abunde habetur in processu iuris: tum & Spec. & Spec. Sax. lib. ij. art. xij. & ff. de appel. & rela. in multis legib. tùm & hic in articulo præsenti satis clarè apparet. Appellans autē si in sententiæ increpatione defecerit, c Scabino emēdam soluet, & iudici mulctam, ac expensas resarciet. Sed si sit sequela subsecuta, & ille abscesserit ad colloquēdum, id est consensus aliorum Scabinorum sit, vnicuique soluet emendam, & iudici totidem mulctas: vt Spec. Sax. libr. ij. art. xij. & in auten. de his qui ingrediun. appellat. §. quia enim. coll. v.

c *Spec. Saxo. lib. ij. art. xij.*

Scabinus etiam testimonio iure Maydeburgensi vinci non potest: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij. Sciendum insuper, quando vnus se ad Scabinos trahit, id est, ad eorum recognitionem vel testimonium, & Scabini offerunt se facturos, si credere Scabinis quis non vult, quòd pro illo tempore affuerunt, probare eos oportet cum iuramento.

Articulus LXXV.

De testimonii probatione.

DEcernatur vni testimonium iudicialiter, a ille tempus habebit ter quindenas quemcunque eligere ex his vult ad iudicium proximum.

a *Spec. Saxo. lib. i. art. lxij.*

GLOSSA.

Dicere vnus forsan posset, præsētem constitutionem superfluam fore, quandoquidem in multis iuris Saxonici locis habetur, quòd Saxo vinci testimonio nō potest, nisi testimonio Scabinorum: vt Spec. Sax. lib. j. ar. xviij. R⁹. quòd non est contra priùs dicta & articulum allegatum, imò magis est pro intentione dictorum: quilibet e-

bet enim propior est, honorem, vitã, bona defendere, quàm quis eum conuincere posset; vt Instit. de action. in multis locis. Sed & Saxonibus specialiter hoc concessum est. Vnde cùm contra vitam, bona, honorem, Saxoni proponitur, cum testibus accusatus propior erit testimonio defendere sese. ff. de iureiurã. l. non erit. & hoc ex eo fit, quia ius fauorabilius est respondenti, quàm actori: vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores. Quare & textus præsens habet, si vi.o decernatur testimoniũ, &c. Hoc est, si innocentiam suam testimonio declarare vult, obtinet inducias hîc in textu expressas: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxij.

Sciendum circa id, quòd in huiusmodi casibus vbi iuramentum interuenit, principalis primùm iurabit, tandem alij factum confirmabunt.

Articulus LXXVI.

De intercessione patris pro filio.

QVilibet homo in municipio non inculpatus, nec iuris detrimentum passus, a filium quem in potestate habet nõ emanicipatum, & qui panem eius comedit, excipere in iudicio potest, pro quolibet crimine capitali tacto sacramento solus. Si autem vterq; pater cum filio simul coram iudicio inculpati fuerint, extũc oportet prius patrẽ in his se expurgare.

a Spec Saxo. lib. y. ar. xvij.

GLOSSA.

Articulus præsens tangit actiones noxiales, cùm quid damni per filium vel seruum committatur nostrum. *b* Vnde pro intellectu textus ampliori notandum, quatuor specialiter attendẽda fore, quando pater excipere filium pro iniuria accusatum vult. *c* Primò, si puer iniuriam vel aliquid noxiale fecerit, pater poterit eum semel excipere, hoc est, per sententiam & iure eum intercedere: impossibile enim est & contra naturam, quòd pater filiũ pro delicto dimittat, quẽ intercedere iure potest: vt Instit de noxa. actio. §. sed veteres quidem. Secundò, quòd filius ille à patre nõ sit diuisus à pane eius, nec emancipatus; quia aliàs factum filij sibi esset ignotum: vt C. ne filius pro patre. l. j. Tertiò, pater iurare debet innocentiam filij, ita, quòd filius iniuriæ & contumeliæ innocens sit. Hoc tamen totum intelligendum erit, si excessus talis est, negociumque ita agitatur, quòd innocentiam declarare ad iuramentumque iustò deuenire posset. Si autem secus sit, solus respondebit filius, & pœnam tollerare cogitur: vt Instit. de noxa. actio. §. sed veteres. Quartò, quòd pater innocens facti sit illius: nullus enim alium excipere potest, nisi seipsum primũ excusauerit: vt ff. si fœmi. fur. fecis. per totum.

b Quatuor specialiter attendẽda quando pater filiũ iudicialiter accusatũ excipere vult.

c Spec. Saxo. lib. y. ar. xvij.

Articul. LXXVII.

De accusato pro potu.

QVi aliũ accusat pro pecunia contracta vino ac alio potagio, euadet eum, vt pro alio debito, vbi nullum dominum

aut poſſeſſionem proteſtari poterit.

Articulus LXXVIII.

De mercede famulorum.

a *Vide hoc idem ſupra eo. lib. art. xxvi. gloſ.*

FAmulus a liber in municipio, mercedem quam promeruit obtinere ad ſacra poteſt, occaſione quinq; ſolidorum. b Sed ſi dominus ſolutionē debiti probare velit, propior eſt hoc facere mettertius ad ſacra, quam famulus obtinere poſſit.

b *Vide oppoſitum Spe. Sa. lib. i. ar. xxij. interpretationem tamen verius inuenies in fine glo. hic.*

Articulus LXXIX.

De mercede famuli.

FAmulus ſi mercedem deſeruitam cōtra dominum ſuum iudicialiter obtinuerit, pro eo dominus iudici nullam demeretur pœnā: ſed famulo mercedem eadem die indilatè ſoluere tenebitur.

Articulus LXXX.

De mercenarii precio.

c *Spec. Saxo. li. y. ar. xxxij.*

EXpellat ſi dominus mercenarium, c ei plenam mercedē præſtare tenebitur. Relinquet autem mercenarius importunè dominum, in tātum domino, quantum eius precij precij conſtat ſumma, obligatur: & ſi aliqua pars precij ei perſoluta ſit, in duplo reddere compellitur.

GLOSSA.

Accuſatus pro expenſis vel potagio, ſi negat, abſoluitur vt pro alio debito: ſi verò recognoſcit, ſed non habet vnde ſoluat, nō poteſt magis pignorari niſi in eo, ꝙ ſuper ſe indumenti habet, quæ cingulo præcincta non ſunt: vt eſt pileus, palium, &c.

Cùm dicitur in textu: Famulus liber, &c. d Notandum circa id, quòd quantocumque etiā longo tempore famulus ſeruiat nobis, non propter hoc ſeruus efficitur: nec dominus maiora pro famulo reſpondebit, niſi quantū precij eius conſtat: vt Spe. Saxo. lib. ij. art. xxxij. Famuli præterea ſi quid deliquerint, ipſi ſoli reſpōdebunt, & hoc intelligendum, ſi abſq; voluntate & mandato domini id fecerint: ſi verò mandatum domini præceſſit, domini æquè inculpandi veniunt.

d *Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. xxxij. clarius tamē habetur lib. iij. ar. xlv. glo. Spe. Sax.*

Famulum etiā alicuius percutiens, iniuria afficiens, e domino pro eo nulla actio erit, niſi forſan in contumeliam eius actum ſit: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxxiiij. Inſtit. de iniur. §. ſed ſi libero homini. Secus eſt, ſi ſeruus percutiatur, domino actio erit: vt Inſtit. eod. tit. §. ſeruus autē. Accuſatus verò, vt dictum eſt, dominus reſpōdere non tenetur pro facto ſerui, ſed ſi inculpetur, quòd conſilio eidem & auxilio affuerit, reſpondebit: ff. ſi famili. fur. feciſſ. in multis legibus.

e *Spec. Saxo. libr. ij. artic. xxxiij.*

Famulus cōductus ad certum tempus ſi expellatur, vt textus habet, integrum precium eidem ſolui debet, tanquam illud promeruerit,

ruerit, & hoc ex eo, quia seruitium alibi neglexit, nisi probet iuramento, declaretque legitimas causas cur id fecerit. *f* Si famulus etiam propria voluntate dominum relinquerit, illud precium quod sibi promissum est: domino soluet: nisi forsan matrimonium contraxerit, vel tutela sibi incumbat.

f Vide Spec. Sax. lib. ij. ar. xxxij. & xxxiij.

Famulo mortuo, merces cedit hæredibus eius: si verò ante tempus moriatur, eius successor vel hæres seruitium conductum ex integro perficiet, si accipere vult precium promissum; aliàs nō plus accipiet mercedis, nisi illud quòd promeruit ad tempus mortis.

Moriatur insuper famulo dominus, hæredes domini familiam vsque in tricesimum diem seruare tenentur, vt eis de seruitio prouideant, mercesque soluenda vsq; ad tempus mortis domini. Si autem plus mercedis acceperint, quam conduxerant, reddere non compellentur: *g* recusetur verò precium eis, anni vt ius vel medij, iuramento citiùs obtinebit, quàm sibi negari possit: vt Spec. Sax. lib. j. art. xxij.

g Spec. Saxo. lib. i. ar. xxij.

Et hæc glossæ declaratio intelligenda est: *h* Si merces ab hæredibus mortui expetatur, secus enim est, si apud dominum expetatur quid, vt textus habet, vt sic, etenim dominus facilius solutionē mettertius probabit, & ex his liquet interpretatio art. xxij. lib. i. Spec. Saxo. §. & si hæres mercenario mercedem anni vel dimidij negauerit, hoc sacramento contra hæredem obtinebit: ibi enim intelligitur de actione contra hæredem mortui mota, hic verò de actione quę ipsi domino viuo pro seruitio intentatur.

h Nota diligenter.

Articulus LXXXI.

De vulneribus duellaribus.

Vulneratus si quis sit in municipio, clamoremq; excitauerit, & ad iudicium venerit querulando contra præsentem, ac illos qui clamorē suum audierint, habuerit, quot vulnera habet, tot homines inculpare potest. Si autem homines comparuerint duellum in ipsis acquiret, si vulnera duellaria sint. Quòd si plures iudicialiter impetierit, vel accusauerit, pro adiutorio, quam vulnera habeat, alij omnes euadent iure suo, quilibet metsepti-

mus.

Articulus LXXXII.

De duello occasione vulnerum.

Quando vnus duellum [a] per sententiā iuris acquirit pro vulnere, cedatq; bello vel vincatur, subibit pœnam manus. Si verò pro homicidio sit in vitam sibi trāsit. Quomodocumque se virtuetur duello, eodem etiā modo alloqui debet duellariter. Duellum si promittatur, vel potiùs decernatur, in municipio pro homicidio, vel pro huiusmodi causa, pro qua hominem

a Vide Spec. Sax. li. i. art. xlviij.

minem in iure suo nō suspectum argui nō potest, lucrabiturq; homo pugilem contra eum quem allocutus est. Si ille contra quem duellum transit ostendere & testificare vt iuris est poterit, quòd duellator pugil, vel pro pecunia decertans est, duellum per sententiam iuridicam recusare poterit.

Articul. LXXXIII.

De duobus mutuo vulneratis.

VVlnerant se duo inuicem, & vterq; ad iudicium veniat, ac querelā proponat per æquū, qui primam protestari poterit querimoniam contra aduersarium, duellum acquirit, dato quòd vtriusque vulnera duellaria sint, & hoc si ipsum, vt iuris est, alloquatur.

GLOSSA.

b Vide Spec. Sax li. 1 art. xlii. & supra in remuni art. xiii. & xxv.

Duellum, de quo in articulis præsentibus mentio habetur, *b* Saxonibus admissum erat, propter eorum dexteritatem, & ex eo, quia militares erant.

c Vulnerum differentia.

Pro declaratione articulorum clariori notādum est, *c* quòd vulnera inter se differentiam habent. Quædam sunt carnalia, quæ secta vel confosa sunt in huiusmodi locis, quæ nec multum nocere possunt, nec occasione illorum alloqui qui duellariter vnum quis poterit, & dicūtur carnalia vulnera ex eo, quia nihil aliud nisi caro vulneratur confoditurque. Alia vulnera sunt patentia & aperta, intellige tamen in illis locis, vbi non adeò notorium vel damnosum sit, & habent latitudinem nō autem profunditatem, & per id differūt à vulnere carnali. Carnale enim vulnus profunditatem habet, non latitudinem. Tertiò dicuntur vulnera duellaria, quæ vtrumq; tam longitudinem quam profunditatem comprehendantur, & dicuntur ex eo duellaria, quia manifestè cognoscibilia sunt quòd occasionē illorum duello agi potest. Istudq; venit ex lege duodecim tabularum, vbi expressum fuit, quòd qui mutilauerit alteri membrum, læserit ue, is vicissim ab illo eandē sustinere cogebatur insecuritatē, pœnaq; talionis erat, & si fodere it aliquem sustinere ictum viceuersa cōpellebatur, signanter si vulnus duellare fuit, propter os fractum, vel sanguinolentum pecunia soluebatur.

Sequitur textus legis xij. tabu. Si membrum rupit meum, èpacto talio esto, propter os verò fractū nummaniæ pœnæ constitutę sunto. Idq; potissimum propter paupertatem statutum erat: vt Insti. de iniur. §. pœna autem. Vnde & lex huiusmodi à Romanis, Saxonibus admissa erat, qui & dexteritati eorum confidebant plurimū, statutumq; fuit, quòd quicunq; alium ex iniuria vulnerauerit, occiderit, idque iudice & Scabinis comprobatum sit, qui & conspicere vulnera cogebantur huiusmodi, vel ad id deputatus iuratusque medicus; & quemadmodum recognouerit, si vulnera duello digna sint, duellariter incusabatur.

Notandum præterea, accusetur si vnus de auxilio homicidij vel vulneris, metseptimus excusarę

sare eum oportet, si accusetur cũ clamore, vt iuris est.

Sciendum insuper, & siquidẽ Saxonibus duellum admissum erat, vt supra tactum est, propter eorũ dexteritatem. Postquam autem ad fidem conuersi sunt Christianam, edocti duellum esse cum peccato, vnanimiter concluserũt & statuerunt, quòd qui vulneratus sit, pacisq; violatorem cõprehensum & vinctum, cum clamore iudicio apportauerit, eundem conuincere sese offerens, metseptimus id facere cogitur cum testibus, qui clamorem audierunt: quod cùm expletum sit, accusatus manum demerebatur. Si verò vnus liberè veniat non vinctus, & offerat innocentiã declarare suam, metseptimus hoc faciet, ipseque primus esse debet in declaratione huiusmodi: & si probauerit innocentiam suam, vt iuris est, euadet accusatorem: si defecerit, pro vulnere duellari manum, pro homicidio, collum perdet.

Ibi cùm dicitur: Alij omnes euadent iure suo, quilibet metseptimus, &c. Alij textus hoc quod sequitur vltra id habent: Vel quiuis sola sua manu pro adiutorio ratione homicidij, vel vulneris duellaris, aut mettertius; & hoc, si pro eo cum testibus fuerit impulsatus: sic scilicet intelligendo, quòd iudex eum perquirat, quos principaliter inculpare proponit: & dùm tot inculpauerit, quot vulnera habeat, alij euadunt vnica manu, vel cum tot testibus, quot fuerunt inducti per actorem.

Articul. LXXXIIII.

De duobus mutuo vulneratis.

VVlnerent se duo æqualiter ac mutuò, & vnus ex his ad iudicem vadat in domum suam, querimoniamq; faciat facti, alter verò veniat ad quatuor bancos seu ad sedem iudicij Scabinorum, & queruleturpręconi, Scabinisq:, si illic sũt, ac hominibus iudicio pertinentibus, declarauerit q; vulnera sua, cum clamore, vt iuris est, & mittet pro iudice ex sententia Scabinorum, ipse primam querimoniam obtinebit.

Articul. LXXXV.

De vulneratis mutuo, quorum vnus gladio alter vero cultello vulneretur.

SI duo vulnerauerint se mutuò, vnus gladio & alter cultello, & ad iudicium veniant, vterq; conformiter, ac in recenti actione duellum comprobatum sit per veram sententiã, pro vulnere ex cultello, iudicatur in collum illius. Cultellus etenim furtiuam & occultam infert mortem, ille verò qui gladio vulnus intulit super manũ ipsius iudicabitur.

GLOSSA.

Constitutio præsens Ottonis imperatoris fuit: motiuum autem eius erat: quidam enim iuuisperiti dice-

dicebant, quòd qui primùm iudici querelā publicauerit, huic prima cedit querimonia: propositū fundantes suū super articulo lxj. §. proponāt etiam duo. lib. j. Spe. Sax. Alij verò contrariùm sentiebant, dicentes: quòd is qui primùm in loco iudiciali cum clamore comparuerit, in recenti facto, vulneraque declarauerit, protestatusq; præcone, & iudice pertinentibus. Ad topiendum itaque hanc controuersiam ponitur constitutio articu. lxxxiiij. quæ & media est inter opiniones prætactas. textus in se planus est vtriusque articuli.

Articul. LXXXVI.

De fideiussoria occasione vulnerum.

VVlneret vni salium, fideiussoriamq; statuat cautionem ad proximum iudicium se statuendi, eundem si posthac occiderit, in huiusmodi fideiussoria, fideiussoresq; statuat pro eadem causa seu inculpatione, propior est euadere metseptimus de homicidio, quam contra eum quis probare possit.

Articul. LXXXVII.

De stipulata pace occasione vulnerum.

SI verò in iudicio banito pro vulnere coram iudice & Scabinis manu pax promissa fuerit, vt prius dictū est, citiùs contra ipsum probari potest, quam ille cum testibus euincere se poterit. Debeturq; iudici ex sententia maxima mulcta [a] hoc est medius verigeldus. Si etiā aliquis interfecti [b] agnatus occisum defendere per duellum voluerit, ille repellit omne testimoniū, respondereque accusatus tenetur pro suo collo.

[a] *Spec. Saxo. lib. 1. ar. lxvij.*

[b] *Spec. Saxo. lib. 1. ar. lxvij.*

Articul. LXXXVIII.

De vulneribus pernoctatis.

VVlnerent se duo inuicem, ac vterq; veniat in iudicium, & querulentur æqualiter, querelaq; transposita sit ex sententia ad proximum iudicium, si vnus moriatur in tēpore illo, alter verò veniat ad iudicium indicendo se iudicio, vt dictū est, euadet ad sacra iurando metseptimus. Quòdsi testes in instāti habere non possit, obtinet tres quindenas, & ex his eligat sibi vnam quindenā quamcunque voluerit. Quòdsi proximior interfecti agnatus [c] velit defendere interfectum duello, abijcit omne testimonium, vt suprà dictum est.

[c] *Vide Spec. Saxo. libr. 1. art. lxvij.*

GLOSSA.

Auctor priuilegij, per articulum lxxxvj excludit opinionem quorundam, qui dicebāt: quòd is qui fideiussoriam statuit pro vulnere, comparendi coram iudicio, & interim occidatur, vulneratus, faciliùs conuinci testimonio deberet pro homicidio, si per agnatos accusetur: secus enim textus disponit; quia quamuis pro vulnere fideiussoriam statuerat, in illaque fideiussoria istum occidat, propior est euadere mei septimus, & hoc intellige, si in manuali facto detentus non sit. Si verò pacem promissam fregerit, citiùs conuincitur: vt C. de legi. & consti. l. non dubium. & ad Sepatuscōsul. Turpili. l. si pro eo.

Quòdsi aliquis interfecti agnatus &c. Vnde circa id sciendum quòd vbi sufficiens probatio est alicuius facti, duello non indigetur: duellum etenim pro homicidio non nisi ex consuetudine venit. Consuetudo autem non vltra durat nisi quoad iure scripto fulciatur: vt C. de vete. iur. enucle. l. i. §. Nulla

Articul. LXXXIX.

De vulneribus liuidis seu flaueis, baculo illatis.

SI vir [a] fustibus aut baculo percussus sit in dorso, ventre, & verbera illa fuerint flaua aut fusca, si desuper iudicē pro teste habuerit, & homines iudicio pertinentes qui hoc viderunt & audierūt propior est duellū acquirere quam ille eum euadere iurè suo possit. Si verò super caput aut brachio percussus à pluribus fuerit, probariq; non poterit, citiùs euadere possunt iure suo, quam quis eos conuincere valeat. Si fatentur quilibet soluet emendam, & iudici mulctam. Si verbera mortalia sunt, respondere tenentur cum duello qui pro his iudicialiter inculpati fuerint. Si verò mortalia non sint, vnus respōdebit cum duello, alij verò euadunt suo iuramento.

[a] *Vide Spec Saxo. libr. 1. art. lxxvij.*

Articulus XC.

De probatione stupri & violentiarum.

INsidias seu obsidia, stupra, [b] domorum irruptiones, iudicat Burgrabius & non Scultetus. Si domorum irruptio probari possit, vulneribus, ędificijs sectis, & protestatus est iudice, Scabinis, ac alijs hominibus, qui id audierunt, propior est eum alloqui duellariter quam ille euadere possit.

[b] *Vide supra eod. libr. art. xxxvij. & alu.*

Articulus XCI.

De occiso habente plures pueros.

OCcidatur si vnus quum tres vel plures haberet pueros, postmodum verò accusatus de homicidio factaq; sibi varenda se vt iuris est expurget àcrimine obiecto, ab alijs pueris nullā posthac patietur grauitatem.

GLOSSA.

Habita est superiùs declarata differentia vulnerum, & quæ vulnera duellaria sint, quæ verò non, & quomodo instituitur àctio p vulneribus duellaribus: hîc verò in articulo lxxxix. habetur de actionibus mixtis, quæ nec ciuiles, nec criminales sunt, possunt tamen sic vel sic institui; *e* nam & ciuiliter formari poterint: vt ff. de iniur. l. iniuria. & vocatur actio huiusmodi actio iniuriarum.

e Spec. Saxo. li. i. ar. lxviij. glos.

d Iniuria quid sit.

d Iniuria autem dicitur omne illud, quod contra ius fit, seu illud quod in contumeliam alterius factum fuerit: vt ff. de iniur. & famo. libel. l. iniuria. & Instit. eo. tit. §. generaliter.

e Vide Spec. Saxo. libr. i. art. lxviij.

f Iniuria triplex.

Notandum circa id, *e* quòd iniuria triplex est. *f* Quædam est dehonestans & damnosa: vt si quis alium tanquam debitorem accusat vel pignorat, cùm tamen sibi nihil tenetur: vt Instit. de iniur. §. iniuria. Secunda, est dehonestans & pœnalis: vt cũ quis percutitur & iniuria afficitur: vt Spec Sax. lib. j. art. lxviij. & lib. ij. art. xvi. Tertia est dehonestans tantum: sicut cùm quis verbis inhonestis impetitur: vt ff. de iniur. l. j. & Instit. eod. tit. §. j. Spec. Sax. lib. ij. art. xvj. Huiusmodique iniuriæ tùm & actiones earum miscentur adinuicem; quia illud q̃ est damnosum & dehonestans, etiam fit pœnale, & hoc tangitur in textu hîc cùm dicitur: Si vir fustibus aut baculo percussus sit. Cũ enim percutitur quis, damnosum sibi est & contra honestatem eiusdem fit, quare & pœnale: idque totum dependet in actore, qualiter querelam instituere vult, siue ciuiliter siue criminaliter. Si etenim testimonio Scabinorum instituit querelam, qui & recognoscere tenentur, quòd viderunt & conspexerunt vulnus sectum vel confossum, vel ex iactu, vel ex percussione, duelloque dignum sit, formare actionem poterit, prout ei placuerit: vt Instit. de iniur. §. in summa sciẽdum: ampliorem-que huius passus declarationem vide Spec. Sax. lib. j. art. lxviij.

Iniuria præterea *g* seu contumelia diuersimodè adaugetur *h* ex facto, vt cùm quis aliquẽ vulnerauit, magis deliquit, quã quis simplicibus & leuibus verberibus percusserit. Secundò, locus facit atrociorem iniuriam; vt si quis percussus fuerit in foro publico, vel in ecclesia, magis puniendus venit. Tertio ex parte personæ illatæ: sicut si filius deliquerit in patrem: seruus, erga dominum: ciuis, erga proconsulem. Quartò, ex parte membri læsi: vt si in oculum vel caput, maior quàm in dorsum; imò in oculo & capite duellare vulnus fit, quod alibi pro simplici reputatur.

g Spec. Saxo. li. i. ar. lxviij. glos.

h Iniuriam adaugentia.

Notandum circa id, *i* quòd iniuriarum querela habet quædam specialia. *k* Primò, iniuriam mulieri mihi desponsatę illatam possum ego querulari, eius pater, & ipsa sola: quia infertur iniuria nedum sibi, sed & patri ac viro: vt Instit. de iniur. §. patitur. Secundò, iniuriam seu contumeliam mihi illatam, nec vxor, nec pueri intẽtare possunt, quia ego tutor illorum sum, & non è contra: vt Instit. de iniur. §. patitur. & ff. eod. tit. l. quod si viro. Tertió, quia cõtumelia seu iniuria secũdùm personam

i Spec. Saxo. li. i. ar. lxviij.

k Iniuriarum specialia.

sonam nobiliorem vel viliorē rependi debet: vt Spec. Sax. lib. iij. articulo xlv. & Instit. de iniu. §. pœna.

l Nota quædā de homicidio & vulneribus specialia.

Sciendum præterea *l* pro intellectu textus ampliori, ꝙ querelæ omnes, quæ ad iudicium bannitum deuoluuntur, siue pro mutilatione, vulneribus, verberibus, homicidio, nullus prolongationem termini in his habere poterit sine consensu iudicis. Vnde si ad id voluntas iudicis non subsequatur, cadit à querela, & de nouo eum querulari oportet, nisi probare possit mettertius, quòd iudex sibi id admiserit. Secūdò sciendū, *m* accusetur vnus aliū pro homicidio, & vulnera in mortuo nō demonstrat, ut iuris est, respondēsq; denunciet innocentiam suam secundùm formam iuris, decretumque sit, quòd respondens propior est solus innocentiam declarare suam, ex quo querela simpliciter proposita sit sine clamore, defeceritque in iuramento; actori mortui verigeldum demeretur, & iudici mulctam. Tertiò item considerandum, si homicidium contingat, & alloquatur quis, quòd sit conscius facti, in iuramentoq; defecerit, actori demeretur verigeldum, & iudici mulctam: quòd si non paruerit in vero iudicio, actor nihil plus in eo lucrabitur nisi verigeldum; sed nec proscribi debet. Quartò attendendum, vulneratus si quis sit, vel confossus in caput, inter craneum cerebri, vulnusq; inflatum sit, si vulnus illud suam profunditatem habet, duellare est, & aliud tangit iudicium. Quintò aduertendum, *n* vulneratus si quis sit in vno loco pluribus vulneribus, vel confossus ab vno homine, non potest specialiter & singulariter inculpari pro quolibet vulnere, sed omnia illa vulnera excusare potest ad sacra mettertius, si audet. Si quis etiam pro homicidio accusatus, legalem excusationem ex decreto importare teneatur, idque facere negligat, nō potest sine culpa manere.

m Homicidio accusatus simpliciter querelam euadet suo iuramento.

n Spec. Saxo. lib. 3. ar. xvi. glos.

Homicidium si committatur, & ad iudicium delatum fuerit negocium, concordiaque inter ipsū subsequatur cum actore, ibi iudex mulctam habet desuper.

Mulier si in homicidio detenta, in facto manuali vel vulnere duellari sit; actor cum hominibus clamorem audiēntibus, *o* propior est eam conuincere, quàm ipsa se excusare, & pœnam statutam sustinebit.

o Hic mulier vincitur testimonio. vide etiam supra ar. xxij.

Mulier honesta si accusetur p homicidio vel vulnere, illo ne patrato, *p* dataque sit ad fideiussoriam, propior erit cum septem testibus euadere, quàm quis eam conuincere poterit.

p Mulier expurgare se se cogitur testibus.

Mulier si accusetur pro facto pernoctato, propior est suo iuramento euadere, quàm quòd eam quis conuincat.

Iuuramentum si alicui decretumsit pro iniurijs contumeliisq;, sicuti percussione, capillorū tractione, & his similibus, actor illud dimittere non potest, sine iudicis voluntate.

Articulus XCII.

De bonis alteri ablatis.

BOna si alicui ablata sint in municipio, & delata seu apportata in domum seu possessionem alterius inscio illo, & qui antehac inculpatus nō sit, postea verò furtum illud a inquiritur cum voluntate eius, ex parte iudicij, inueniturq; furtū, vt sic, ablatū in possessione vel

a Spec. Saxo. lij ar. xxxvi. & lib. 3. ar. v.

domo eius, hospes ille indemnis manebit, si iurare ad sacra audeat, quòd de facto nesciuit. Quòdsi furtū inueniatur in conclaui suo,& occlusa habitatione ille habendus est pro fure, nisi furtū adeò sit paruum quòd fenestra proijci possit, inueniatur verò in celario vel camera, excusabit se hospes, vt prius dictum est.

Si verò sit antehac suspectus non poterit se iuramento excusare, b nisi ferrū ignitum portet, vel duellariter se defendat.

b Spec. Saxo. lib.1.ar.xxxix.& iure mun. ar.xxxij.

GLOSSA.

c Spec. Saxo. l.j ar.xxxvij

d Furtum quid sit.

Pro intellectu textus c notandum, d quòd furtum non est aliud, nisi dolosa contrectatio rei alienæ contra voluntatem domini illius cuius res illa est: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. furtum.

Cautella autem datur huic,cui furto bona ablata fuerint, si vult quòd iudicium sibi auxilio sit: iudicem enim primum adire debet, e factum publicando; quodque furtum in eum commissum est,postulando ab eo auxiliū, vt in domibus res suas quærere possit, & fieri iudex annuere debet. Ibidemque in instanti iudex ciuitatē occludat tàm diu, quoad inquisitio per domos ciuium exequatur. Si quis verò in domum intromittere nolit, pro fure inculpari potest: vt Insti. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. est etiam prohibiti furti. Quod si intromittat liberè, qui antehac inculpatus iure non sit, furtumque in possessione seu domo eius præueniatur, iurareq; audeat ad sacra, quòd furtum illud præter eius voluntatem illic deuenit, manet sine damno: vt Instit. eod tit. §. conceptum furtum. Inueniatur autem in conclaui seu habitatiõe, aut cista occlusa, resque huiusmodi tantæ quantitatis & magnitudinis sit, quòd sine clauc illic imponi minimè potuit, extunc clauiger,& is qui clauem ad habitationem vel cistam illam portat,pro fure reputabitur: vt C. de his qui latro. vel ali. crimin. res occul. l. j. & ij.

e Practicam vide quomodo proceditur occasione rei furtiue.

Sciendum etiam, si vnus bona alicuius furatus sit in domo sua, & ea exportet in plateam, f ille verò insequitur illum, ita quòd ea dere faciat res huiusmodi, homo ille, cui damnum illatum est, res tollet liberè suas, sine iudicis consensu, si nullus clamor suscitatus sit. Sed si clamorē excitauerit, res huiusmodi tollere aut seruare sine consensu iudicis minime poterit.

f In inuestigādo fure quæ considerāda.

Fur si detentus sit, & cum principalis præter voluntatem dimittat,vel vi se eripiat de manibus eius, & iudex propter id cū inculpare vellet, is iuramento absoluitur, quòd absque voluntate eius cuaserat: vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores.

Notandum insuper,si actor venerit ad iudicium bannitum, declaretque, quia furem ad carceres dedit publicos, rogare eundē debet,quatenus duos illic ad carcerē mittat Scabinos, ad conspiciendū furem illū.post factā verò Scabinorum recognitionem, offerat se querelam contra captiuū facere: id iudex facere ex officio tenetur, Scabiniq; illic proficiscentur ad conspiciendum inquirendumque, quo pacto ad carcerem venit ille, recognitionem tādem apud iudicē faciētes, quod cùm factum sit, ille querelam faciat, qualiter detentus sit in facto

manu

manuali, & alia, vt supra declarata habentur: tum etiam Spec. Sax. libr. ij. art. lxi.ij.

Articulus XCIII.

De debito iure acquisito.

a *Spec. Saxo. lib.ij. art. v.*

QVicumque a alium corā iudice pro debito impulsaluerit, & debitum illud coacto iure consecutus sit, oportet b eodē die soluere, iudexq; in eo mulctam acquirit. Si querimonia sit pro debito de quo fatetur, c ad quindenam soluere tenebitur: quòdsi statuto tempore non exoluerit, iudex in eo mulctam obtinet, nihilominus solutionem demādabit ad octo dies, deinde ad tres dies, deinde ad duos dies, tandem ad crastinum. Quotiens verò mandatum debitor neglexerit adimplere, totiēs mulctam iudex in eo acquirit. Si autem iudici mulctam, & creditori debitum soluere contempserit, possessio eius cōfiscatur vel cōsignetur, d per idq; cōpellitur quòd debitū creditori & mulctā iudici soluat. Si autē possessione careat, banno cōpellitur, e potestq; cōprehendi vbicunq; præueniatur pro debito & mulcta, quincumq; verò eum vltra id tenuerit, pœnam iudici demeretur.

b *Vt pote per testimonium, obligationem, decretum antehac latum.*

c *Vide supra arti. xxxiij. & Spec. Sax. art. v.*

d *Et hoc ad interrogationē actoris, quærere enim actor debet an pignora rari nō debeat*

e *Id est proclamatione seu publicatione: actor enim quæret an deuneri non debeat cùm possessionatus non sit.*

GLOSSA.

Textus articuli intelligi debet de debitis coram iudicio recognitis, quòd videlicet ad quindenam soluendi decernuntur: vt Spec. Sax. lib. ij. art. v. Si verò debitum sit magnum, sicut est verigeldus, vlteriorem habet *f* dilationem. Vnde & textus articuli sanè intelligi debet, vbi dicitur, quòd eodem die soluere oportet. Quamuis etenim solutio vni decernitur, non tamē in instanti cum sacco pro pecunia venire debet, sed adminus ad quindenam dilatio datur: ff. de solution. i. multis legibus.

f *Spec. Saxo. lib.ij. art. v.*

Notādum circa id, *g* quòd debitor vnus existit alteri multis modis. Primò, cùm quis accommodat, fideiubet, vel vendit: naturale etenim est & honestum, quòd illud expleat quod promisit, vel accommodauit: vt Instit. quib. mo. re. contrah. §. mutui autem. Secundò, debitor existit vnus ex promisso; vt cùm vnus pro altero promittit quid: vt Instit. de duo. re. stipula. §. j. Tertiò, efficitur debitor per literas desuper datas: vt Institu. de obligat. literarum. §. j. Quartò, efficitur debitor ex consensu tacito: vt C. quib. mod. pignus tacitè contrahitur. l. j. & Instit. de oblig. quæ ex consensu. §. j. Si itaque vnus ratiōe debiti vel promissi accusatus sit, recognoscatque debitum, vel promissum; decernitur solutio ad quindenā; tandem ad octauam: & si per sententias iuridicas terminos expetierit, pro quolibet termino decreto mulctam demerebitur. Quodsi debitum & mulcta ex pignoratione ab eo haberi non possit, ita q̄ proprium, hæreditatem, nec fideiusso-

g *Debitor efficitur vnus multis modis.*

iussores habeat, sed nec ipse solus haberi potest: extunc ipse idem in pignus decernitur, hoc est, in bannum seu proscriptionem ponitur.

b Bannus & proscriptio differunt.

Sciendum tamen circa id, *b* qp bannus & proscriptio inter se differunt, *i* quia bannus non aliud importat, nisi quòd vnus detineri potest in omnibus iudicijs, vita tamen sibi adimi non potest, sicut contingit illi, qui proscriptus est: & secundùm alios bannus dicitur proscriptio minor. Proscriptio verò, illegalitas maior nuncupatur. Vnde & qui seruat huiusmodi proscriptum, mulctam iudici soluit: vt Spec. Saxo. lib. iii. & hoc ex eo; quia iudici non denũciauit, cùm illũ sciat esse bannitũ.

i Vide Spec. Saxo. libr. iij. ar xxvij. abundantius.

k Feu c.xlvi.

k Debitor præterea efficitur qs tripliciter, vel quia promittit aliquid, aut consen it per suum nuncium in sui absentia. Secundò, efficitur debitor ex consensu, dato, quòd non sit coram iudicio actũ, sicut ille, qui in domo vel in castro fouet prædones aut promouet. Tertiò, cùm quid personaliter coram iudicio promittitur.

Articulus XCIIII.

Mulier filium intercedere non potest.

NVlla mulier intercedere filiũ potest, aut eum excipere in iudicio p debito aut excessu.

Articulus XCV.

De dotalitio mulieris inuadiando.

QVãdo vir vxori dotalicium dat, & proprium seu hæreditatem in pignus sibi ponit in municipio, moriatur vir, a mulier pignus illud inuadiare poterit, quadocũq; voluerit in summa sua.

a Vide supr art. xvij. glos.

Articulus XCVI.

De muliere imprægnata.

MVlier prægnans seu quæ puerum in vtero gestat propelli b seu alienari non debet a bonis viri post mortẽ eiusdem, antequam enixa proleni fuerit. c Nec iudicari contra eam poterit, nisi ad cutem & crines.

b Spec. Saxo. libr. iij. artic. xxxvij.

c Spec. Saxo. lib. iij. art. ij.

GLOSSA.

Textus articuli xciiij. in se planus est, quòd mulier filium pro debito, aut accusatum pro iniuria excipere minimè potest. Ratio istius faciè ad duci poterit: mulier enim tutor fore à lege prohibetur.

Pro intel ectu item articu. xcv. sciendum, quòdsi mulieri in dotalitio bona oppignorata sunt, probationemque istius habeat, illa diuendere poterit in dotalitio, denunciando priùs vt iuris est. Si verò bona illa sunt fructifera, iuxta probationes suas, ea possidebit quoad expedita sit.

Notandum circa id, *d* superducat si vir viduam pueros habẽtem, & vir prætactus nulla habeat bona, habueritque etiam filium ex priori vxore progenitum, lucrẽtur tandem bona labore proprio, & conuertant illa in hæreditatem seu proprium, aut mercãtias, aut alia bona mobilia. Moriatur tandem vir, nihil in vita vxori donãs, filius mortui mariti propior

d Nota passumist.

pior est circa talia bona permanere, quàm pueri vxoris, vel pueri filiæ eius, aut pueri sororis eiusdē; & hoc, si filius sit similis generatione patri.

Filius si superducat vxorem, danturque sibi bona cum vxore, *e* illud totum quod cum prima & secunda vxore ceperit, apud se retinet, potestatemque habebit cū his faciendi quidquid voluerit.

e Spec. Saxo. lib. i. art. x.

Relinquat si vir filium & filiam generatione similes, non emancipatos, relinquatque post mortem suam bona hæreditaria, & feudū, *f* extunc post mortem eius proprium & suppellectilem diuidūt inter se, feudū verò filij accipiunt.

f Spec. Saxo. lib. y. ar. xxi.

Notandum insuper, si vir duplices habuerit pueros, & primos coram iudicio expediuerit emancipaueritque, tùm & alijs pueris in bonis suis tribuerit quidquam, ac tandem morte decedat *g* illud quod collatum est, pueri retinebunt, residuum quidquid sit, diuident inter se æqualiter; & hoc si simles *h* generatione fuerint.

g Spec. Saxo. lib. i. art. xiij.

h Generatione similis quo pacto vnus alteri dicatur. Vide Spe. Sax. li. i. arti. xvij. & xlv. & li. & item libr. iij. art. xlv.

Mulier prægnans propelli non debet, &c. Hoc fit propter fœtum quem gestat, quia & siquidem mulier alienari possit à bonis, fœtus tamen quem portat minimè propelli poterit: *i* & quemadmodū fœtus quem gestat, nutrimentum à matre habet, ita illa vicissim nutriri ex bonis viri debet: vt C. de diuortio facto. l. licet. & C. de alend. libe. l. si competenti.

i Spec. Saxo. lib. iii. artic. xxxviii.

k Vnde & naturalis proximior agnatus pueri nondum geniti eiusdem & matris tutor esse debet: vt Spec. Sax. libr. j. art xxiij. non tamen propriè est mulieris tutor, sed potiùs administrator bonorū, vel etiam eius quoad matrimonium contraxerit.

k Spec. Saxo. lib. i. ar. xxiii. & lib. iii. art. xxxviii.

Moriatur etiam vir vxori. & illa imprægnatam se sentiat, publicare seu ostendere se debet iudici infra triceſimum; & si id ita fore probatum sit, bona illæsè seruari debēt quoad procreauerit. Quòd si puer vi.us naticatur, testesq; super id habuerit, qui eam inuabāt circa partum, vocemque *l* suam emiserit puer infra quatuor angulos domus, omnes qui vocem audierunt testificari possunt. Præterea, postquam portatus sit puer ad ecclesiam, omnes erunt testes qui viderunt: vt de conſecr. dist. iij. pāruuli. Si moritur puer, bona cedunt matri: vt in auten. de restit. & ea quæ parit in vndecimo mense. col. iiij.

l Spec. Saxo. l. i. ar. xxxiii.

A tempore etiā natiuitatis pueri, computari possunt hæredes, si puer tardius natus sit, à die quo pater mortuus est: & si excesserit determinatum tempus natiuitas pueri, hoc est, vltra nouem menses, duobus vel tribus diebus; bona illa diuidūntur inter veros hæredes: vt in auten. de restituti. & ea quæ parit. §. v. Veriùs tamen secundùm prudentium intentionem sciendum est, *m* quòd mulier fœtum portare in vtero potest decem mensibus, & duobus diebus ad maximum: quare & hæc probatio longior admittenda puero est, incipiendo computum octo diebus á tempore mortis mariti; *n* & ita consequenter vsque ad decem mēses & duos dies, nec interim hæreditas diuidatur, verum in puerum cedet si viuus nascatur, vel post mortem suam in eius matrem. Hoc itidem intelligi debet de puero qui citius vltra præscriptum à iure tempus nascatur, vt si mulier superducat virum monaturq;, & vxor imprægnata maneat, pariatq; citiùs quā quòd à tempore cōnubij, iuxta cursum cōmunem parere debuerat, computabitur, vt iam expressum est.

m Spec. Saxo. l. i. ar. xxxvi.

n Vide Spec. Sax. lib i art. xxxiii. & in auten de restitu. & ea quæ parit in vndecimo mense in glo. potissimū.

Nec iudicari debet super eam &c. Quæritur si mulier in manuali facto homicidij, furti, incendij, ac alterius cuiusuis maleficij deprehensa sit, *o* imprægnataq; incedat, quo pacto iudicanda est. &

o Mulier prægnans in maleficio deprehensa quo pacto iudicatur super ea.

Ex quoquidem maleficium patra uit, quod nec impunitum manere debet: sed quia puer quem gestat nihil demeruit, quare nec occidi pro ûc mulier debet iudiciali ter: quia a is fœtus in viero occidere tur, cõtra iustitiam, excessus enim parentis, pue o nihil obesse potest: vt ff. de pœnis. l prægnantis & in alijs multis legibus. Quare non nisi in cute & carne punitur, & hoc intellige iuxta quantitatem excessus. Si enim excessus sit in tãtum quod vitam demeruit, prolongari sententia debet, quoad exixa sit prolem, postmodum verò ten e ntiabitur iuxta demeritũ: vt ff. de pœnis. l. prægnan.

Articulus XCVII.

De iuramento iudicialiter facto.

SI vir iuramentum co ram iudicio præstare de beat, licitè & sine pœna supra apponere a & de ponere poterit, absq; licẽ tia iudicis, & per id nihil ammittit, nec iudici quic quam dare cogitur.

a Facultas deponendi super articulo.

Articulus XCVIII.

De mulcta ratione iuramenti soluenda.

IVramenti denarium, hoc est iudicis mulctã, ex iuramento prouenientem nullus dare tenetur, si iuramentum cum iudi cis consensu dimissum sit. Iuramentum etiam fieri debet secundũ quòd querulatum sit, si ille in iure suo perfectus esse vult.

GLOSSA.

Declaratum etenim superioribus est, quomodo vnus contra accusatorem iuramento liber esse debeat. Hic in ar iculo præsenti pr ę uenitur auari ię nonullorum iudicum, qui mulctas ex o quere velint, abi i is qui iuramenta iudicialiter faciunt, & fortan sine consensu iudicis digitos cruci ap. ponãt, vel deponant: nullam etenim mulctam occasione isti us expetere debẽt: vt textus habet articuli xcvij. Sed nec aliquid expendere mulctæ tenentur, si iuramentum de consensu iudicis dimissum sit.

Notandum circa id, b postquã iuramentum coram iudicio promissum vel decretum sit, illudq; contra actorem non expleuerit, iudici mulcta exoluitur. Iudex etenim cum alijs ad iudicium pertinentibus superintendere debẽt, an recte iuramentum expleuerit, quodsi nõ recte fecerit, mulctam iudici dabit: si verò expleuerit nihil patietur, & hoc in textu tangitur articul.

b De iuramentis vide per totum a fine vsq; articulo

Iuramentum si vnus alteri facere debeat, sit pro quacunq; re sit, promissumq; iuramentum fuerit, & pen o tandem subsequatur, vt iuramentum dimittat, qui & respon deat faci e se facturum velle, dummodo consensus iudicis sit, iudex ve o dicat saluo iure meo, & nullus illorum iudicem cõtentare vellet, accusatusq; iurare cogitur, in quem cedit iuramentum illud. an actorem, accusatum vel iudicem. ℣. quòd qui culpabilis manet, super illum iuramentum deriuatur, idq; sine culpa iudicis fit. Iudex enim nullum iurare cogit aut querulari, nec male agere nec

nec iniuriam facere, & ita non cadit iuramentum super iudicem quamuis mulctam exerit. Mulctam etenim iudex accipit ex officio suo, ratione istius, quia ille deliquit erga Deum: in proximo suo delinquendo, & quia iudex loco Dei residet iudicialiter, quare & mulctam Deo peruenientem pro excessu iusto recipit: vt C. de modo. mulctarum per totum.

c Iuramentum iuxta q̃relam fieri debet.

Notandum præterea, quòd iuramentum fieri debet iuxta querelam, *c* si perfectus iure esse vult: vt textus habet: vt si pro hæreditate inculpatur quis, iurabit, quòd hæreditatem pro qua accusatus sum habeo ab isto vel isto, nomen exprimẽdo venditoris, emptam vel donatam, vel ex successione patris legi imè nactam: vel iudicialiter corã iudicio & Scabinis, qui post donationem factam iam mortui sunt acquisitam: sic me Deus adiuuet & omnes sancti.

d Iuramentum testium quo pacto fieri debet.

Iuramentum etiam testium qui alterius iuramentum confirmare volunt, *d* hoc pacto fieri debet. Iuramẽtum quod. P. peregit ratione donationis est iustum & sincerum, ita me Deus adiuuet & omnes sancti. Vel sic, donatio quã P. iuramento confirmauit suo, est iustè & legi imè facta: ita me Deus adiuuet & eius sancti.

Iuramentum autem occasione obiecti homicidij hoc pacto fit. Quemadmodum mihi obijcitur per P. quòd amicum, vel fratrem eius occidissem vel vulnerassem istius facti innocens sum: sic me Deus adiuuet & omnes sancti.

Illi verò qui iuramentum eius confirmabunt, sic dicent. Iuramentum quòd N. fecit pro homicidio sibi obiecto est iustum & sincerũ: ita me Deus adiuuet &c.

Iuramentum præterea illorum quibus obijcitur, quòd conscij sint facti, aut mortis hoc modo erit. Secundum quòd mihi obijcitur quòd consilio, auxilioue adesse

esse cõsciusq; sim, homicidij istius innocens sum. sic me Deus adiuuet &c. Illi verò qui cum eo iurã, sic pronunciabunt. Iuramentum quòd N. fecit, quòd cõscius non sit facti, est iustum & sincerũ &c. & eo modo contra omnes querelas mutatis mutandis, iuramẽtum exequi debet.

Circa id notandum specialiter, quòd prout Scabini iuramentum decreuerint, ita consignari debet, & postquam terminus iuramenti præfixus aduenerit, iuramentum pronunciabitur, & exequitur, vt proficiat iuri tuo. Si iuramentum nõ consumauerit pro primo, admitteretur sibi reiteratio pro secundo, & item pro tertio iuramentum meliorare poterit, vbi si non expleuerit, per amplius meliorare dicta sua minimè potest, sed & pro singulis iuramenti reiterationibus iudici mulctã soluet, si coram Burgrabio actum sit, sexaginta solidos: coram aduocato verò octo solidos.

Articulus XCIX.

De arrestatione & arendatione equi.

VEndat si vnus equũ alteri, vbi & guarẽdam promiserit, guarendare in eo tenetur, *a* quòd non sit statiuus, ita quòd à loco tẽpore se offerente ire, & trasire nollet. Item quòd apparens videre nõ sit cæcus. Item quòd non sit arrestatus aut subtractus, sed sit liber.

a In prouincia regni Polonia, circa equi venditionem, vt communiter hæc promittẽtur: vt nõ sit atrox. Item vt non sit nauseaticus seu vicium habens. Item quòd nõ sit arrestatus, vel subtractus. Alij addunt, vt textus habet, quòd apparẽs videre non sit cæcus.

GLOSSA.

Articulus præsens declarat nobis,

quo pacto varendatio rei venditæ fieri debeat. Exemplum ponens de equo vendito, vbi venditorē varendare oportet ea, quæ textus habet, & per id intelligi debent mercantiæ omnes & res vendibiles, in quibus variatio & defectus fieri potest *b* venditor etenim emptorem varendare oportet, iuxta iura venditionis mercatorumque consuetudinem & leges, & signanter pro defectu qui conspici vel dinosci de facili non possunt, post hac verò in re vendita dinoscuntur, *c* præterea, si merces ille venditæ inueniãtur & appareant post hac falsę, accusari venditor potest super falso: si negat forū seu venditionem, propior est euadere: si verò recognoscit forum, sed dicat quod sibi non promisisset pro falso, appareatq; expressè falsitas rei illius, respondere oportet emptorē pro falso: & si contra eum probare possit mettertius, vt iuris est, *d* lucratur super eo pœnam varendæ, hoc est manum, qua varendam præstitit vel medium veri geldum. vt Spe. Saxo. li ij. ar. xv.

b Spec. Sax. lib. 1. art. ix

c Verres falsum vendens, quia demeretur.

d Spec. Sax. lib. 2. ar. xv.

Si argentum vel pecunia fuerit, pari eum oportet in quantum solus facti noxius sit, *e* sed si pro bonis sibi datæ sunt pecuniæ & habere potest varendatorem recognoscatq;, fit liber: si negat hisce damnū tollerare oportet: quòd si fuerit suspectus, manum perdit: si verò alterius negocium vertatur, vitam demeretur: vt Spec. Saxo. lib. ij. art. xxvi.

e Vide Spec. Sax. libr. 2. art. xxvi.

Articulus C.

De autoritate consulatus in accusando.

CONsules ex parte ciuitatis inculpare vnum non possunt pro debito seu excessu, nisi illud coram eis in consulatu agatur in loco vbi præsident.

Quem autem inculpauerint, defendere se iure suo poterit.

Articulus CI.

Maydeburgen. ad extraneum ius trahi non debent.

QVousq; & quamdiu ciues Maydeburgē. veram actionem aut responsiuam tenuerint, *a* & se coram Episcopo & Burgrabio iustificari exhibuerint, tamdiu nemo eos extra ciuitatem ad extraneum ius trahere potest.

a Spec. Sax. libr. iij. artic. xxv. & lxxxvij. Iure municipali supra ar. xxvij.

Articulus CII.

De pœna Scabinorum, si sententiam, pecunia corrupti, pro voto alicui decernant.

SCabinus si pecuniam accipiat ab vno, & sibi pro eo sententiam singillatim pronunciat, sine consensu & scientia aliorum consodaliū suorum, sententia illa nullius vigoris erit, & si conuictus sit, socij eius eum à sede alienare possunt Scabinali: ita quòd peramplius Scabinus non erit.

GLOSSA.

Artic.

Articuli præsentes specialem sensum habent, & declarant ea quæ antehac quodāmodo tacta sunt, daturq; doctrina in articulo centesimo, quo pacto & sub quibus conditionibus consules ciuitatis vnum inculpare possunt. Secudo declaratur, quòd Maydeburgen. ad nullum extraneum iudiciū trahi possunt. Tertiò, ostendatur pro qua causa Scabini deponi seu exautorisari poterint. Primum extēditur ad conuentum ciuium generale: & hoc intelligendo pro mandato seu statuto, quòd consules ciuitatis vnanimiter statuunt, sub pœna nummaria seu pecuniaria: mandatumq; illud si quis transgrediatur, ac pro eo inculpetur, in cōuentu ciuium publico, ille verò exponat innocentiam suam, propior erit defendere sese, quā quis eum testibus conuincere possit: nisi forsan coram eis in loco vbi præsident tactum sit vel recognitum, potestatem enim habebunt, conuincendi eum in consulatu, pœnamq; ciuitatis tollerare cogitur.

Notandum circa id, contingat seu eueniat aliquid coram consulatu, sicut pro impetitione, allocutione, & alia causa, sit quæcumq; sit, negotiumq; illud deuoluatur in iudicium, ac vnus eorum trahat se ad cōsules, cum causa sua: *b* alter verò contradicat dicendo, quòd recognitio consulum nec prodesse nec obesse alicui potest, recognitionem illam consules in iudicio facere debent omnes in simul, coram iudice & Scabinis, nec tenebitur vnusquisque singillatim recognitionem facere, sed Proconsul recognoscat, & alij tandē consensum præstent.

b Recognitio consularis quo pacto coram iudicio peragi debet.

Notandum insuper, si constitutio ciuitatis sit, vt præcaueatur vel euitetur aliquod malum, vel constituatur quicquam pro cōmodo & honore ciuitatis, sub certa pœna etiā pecuniaria: sicut in exemplo, si homicidium commitatur, vt transgressor careat introitu ciuitatis, præfigiturq; tempus viginti annorū, & cum hoc pœna quinquaginta marcarum, cōmitaturque homicidium, & accusatus, seu malefactor aufugiat, ac adeat dominum ciuitatis, ab eoq; gratiam obtineat, dominus ciuitatis vt sic, mandare non potest malefactorem suscipere, nisi idem suffi cies apportet documentum ab amicis interfecti, quòd composuerit cum eis, ne ciuitas in damnū veniat. *c* Saluum etiam conductū dominus dare non debet sine ciuitate, nec ciuitas sine consensu iudicis & Scabinorum. In textu cùm dicitur. Quamdiu ciues Maydeburgen. veram actionem tenuerint &c. id est quamdiu ius nemini denegant, vel non cuitāti ius comparere, & querulanti de se iustitiam ministrare coram iudice suo, sicut coram Scultheto respondere, in extraneo iudicio minime tenentur: & si illic grauaretur, extunc appellationis locum habebunt illic, vbi de iure appellare debent.

c Transgressoribus ciuitatis saluus conductus dari non debet sine consensu ciuitatis.

Scabinus si pecuniam accipiat &c. hoc ex eo fit, quia cōtra officium facit suum, & ita indignus officio reputari debet. Scabinis etenim interest, quòd vnanimiter omnes simul sententiam edicere debeant, cum deliberatione bona: si itaque vnus pecuniam accipiat, & sententiam edicat, sine consensu aliorum consodalium, illa sententia non ligat, si probari possit ac conuinci, quòd illam vendiderat: vt ij. q. vi. c. & qui appellat. §. venales.

Articulus CIII.

De probatione debitorum post mortuam manum.

QVilibet persoluta debita a declarare debet

a Spec. Sax. lib. 1. art. 11. li. iij. ar. xxxi. supra iure mu nic. art. xxvij.

bet ad sacra post manum mortuam metseptimus. Accusetsi quis alium pro pecunijs causam debiti[b] & pro quo sibi id tenetur coram iudice nominare eum oportet. Si debitum sit[c] ex alea vel ludo contractum, respondere sibi nō tenetur, nec iudex pro eo iudicare.

b Spec. Saxo. lib. iij. art. xii. & supra iure municip art xxvi. & xxxiij.

c Spec Saxo lib. i. art. vi

Articulus CIIII.

De aleæ ludo.

d Articulus præsens fundatur super art. xi. lib. iij. Spec. Sax & signāter in glosa ibidem.

NVllus hospitū[d] puerum aut seruum alicuius hominis supportare, nec eidem subuenire, nec intercedere eundem in ludo debet: nec pignorari ad maius poterit, nisi in eo quòd circa se habuerit, & si aufugerit liberatur.

GLOSSA.

Communis respondentium regula est, si pro debito inculpatus sit, siue post mortuam manum debitum expetatur, siue quocumque alio modo debitū expetatur, causam debiti perquirere ab actore debet: vt sciat pro quo debitum illud contractū sit, quòd & actor facere cogitur: vt Spe. Sax. lib. iij. art xii. & hoc ex eo fit: vt respondens præmeditetur an debitor sit nec ne? vt C. de edendo. l. iustū. & C. de iureiuran. l. generaliter.

e Debitum ex ludo contractum soluere non oportet & alia de ludo vide.

e Quòdsi forsan debitum illud ex ludo contractum sit, soluere non tenetur: vt Spe. Sax. lib. i. art. vi. §. Furta, spolia, nec lusoriè perdita.

Vnde & circa id notandū quòd nullus iudici im udicare debet *f* super lusoriè perdita, aut pacta manualia: vt C. de aleæ lusu. l. alearum vsus. & ff. eod. tit. per totum.

f Spec. Saxo. lib. i. art. vi.

Articuli ciiij. sensus est, quòd nullus alteri, & signanter hospes actiuus in tabernis vel diuertorijs ad ludum seu pro ludo quidquā accōmodare debet, nec enim accommodatum illud iure repetere poterit, sed nec ex rebus domini accommodatum resarcire: *g* dominus etenim illud repetere iure poterit: vt Speculum Saxon. libr. iij. artic. vj. nisi forsan accommodatum repetat suum in rebus proprijs serui, quas protunc circa se habuerit. Vnde & clarè habetur lex Spec. Sax. lib. iij. artic. vj. quòd seruus existens in obsequio domini, si equum suum perluserit, dominus resarcire non tenetur: si verò equum domini ludo amittat, illum dominus ab eo qui lucratus erat repetere potest: seruo etenim facultas non est data equum ludo amittendi. De aleæ lusu & aleatoribus vide abunde ff. de aleæ lusu. per totum. vbi & lex ibidem solēnis ponitur, per quam lusus aleæ prohibetur, pœnam condignam statuens nedum his qui ludum exercent, verùm & illis, vt pote hospitibus actoribus, potissimum qui illud admittunt. Sequitur textus legis.

g Spec. Saxo. lib. iij. art. vi.

h Prætor ait, si quis eum, apud quem in alea lusum esse dicatur, verberauerit, damnumue ei dederit, siue quid eo tempore dolo eius subtractum est, iudicium non dabo. In eū, qui aleæ ludēdæ causa vim intulerit, vtiq; quæ res erit, animaduertā. Si rapinā fecerint, inter se collusores, vi bonorū raptorum nō denegabitur actio: susceptorem enim dūtaxat prohibuit vindicari, non etiam collusores,

h De prohibendo aleæ lusu vide.

res, quamuis & hi indigni videãtur. Vide alia quæ in eadem lege de hac materia ibidem habentur: vide etiam de lusu aleæ C. eod. tit. abundè. & item in c. clerici. super verbo. ad aleas. extra de vita & honest. cleric. & xxxv. dist. c. j. & Abba. in dict. c. clerici. vbi determinat quinque quæstiones, quarum prima est: an repeti potest quod in ludo perditum sit? Secunda, an valeat consuetudo in contrarium? Tertiò, an ex mutuo facto in ludo, oriatur acti? Quarta, an valeat transactio in facta? Quinta, an vendens rem in ludo, teneatur de euictione: vide etiam Spec. Saxo. lib. j. art. vj. & lib. ij. art. vj.

Articulus CV.

De solido in iudicio soluti consueto.

QVando vnus alteri in iudicio, sub banno regio, in debito hæreditatem locat, is qui eam accipit, iudicio vnum solidum soluit pro memoriali, & in signum pacis.

Articulus CVI.

De testimonio occasione hæreditatis.

TEstimoniũ producere postqua vnus vult, super proprio alicuius, met septimum vel met tertium id facere eum oportet, cũ hominibus possessionatis, ad illud iudicium pertinentibus.

Articulus CVII.

De testimonio debitorum.

SI persoluta debita testificari debeãt, super proprio alicuius, id facere tenentur homines possessionati, si coram iudicio debitum illud cõtractum non sit.

Articulus CVIII.

De probatione solutionis debitorum.

PErsoluta debita si vnus probare intendit purè & simpliciter, ad id accersiri poterint omnes homines, qui in iure suo non redarguuntur.

Articulus CIX.

De testimonio occasione falsi.

MAnum alterius si vnus testimonio lucrari vellet, occasione falsi, id facere cogitur met tertius cũ hominibus inde dignis.

Articulus CX.

De testimonio occasione vulnerum.

SI vnus cum testibus agere vellet pro vulneri-

neribus in manuali facto, istud facere oportet metseptimum, secundum formam iuris ciuilis.

Articulus CXI.

De testimonio occasione iniuriarum.

TEstimonium omne occasione iniuriarum, in caussa, quæ cum clamore ad iudicium delata est, vbi ad vitam vel sanitatem cedit, fieri debet cum septem testibus.

GLOSSA.

Articuli præsentes sunt recapitulatiui priùs dictorum: omnia etenim quæ hic breuiter tacta sunt, antehac declarata habentur. Vnde articulus cv. non aliud intendit, nisi cùm quid in iudicio bannito alicui tribuitur, is qui donũ acceptat, vnum solidum dare tenetur, in signũ pacis, vel pro memoriali Scabinis.

Articulus tandem sequens cvj. non aliud itidem disponit, nisi cum quis testimonio proprium lucrari vel conuincere vult, & hoc intellige, si proprium huiusmodi coram iudicio sibi donatum vel abscessum non sit: trahere enim, vt sic, se poterit ad testes, homines possessionatos, qui recognoscant donum vel venditionem; propiorque, erit probationem testibus, quàm alter sua vnica manu sibi euincere: si verò negociũ sit in caussa manualis facti, apportatusque iudicio sit malefactor, extunc actor propior erit eum euincere metseptimus.

Articulus CXII.

De querela occasione prædæ vel furti.

ACcusatus si quis sit pro furto aut spolio, [a] vbi vel in quo manuale factu probare possit. Vel sic: Conqueratur vnus contra aliquem, ꝙ rem ex spolio vel præda possideat, manifestumq; appareat spolium, si ad id iudex cum violentiarum clamore citatus fuerit, persequi eundem iudex incõtinenti tenetur, & actori super facto aut præda, & similiter prædonẽ ac iniuriæ complices iudicare: posthac verò debet actori super illa re dare possessionem, si accusatus se iure excusare non poterit. Si verò quis [b] iudicialiter accusetur in sui præsentia, & à iudicio aufugerit, est in querela superatus.

[a] *Spec. Saxo. lib. ij. art. xxv.*

[b] *Spec. Saxo. lib. ij. art. xiv.*

GLOSSA.

EX textu articuli præsentis doctrina elicitur, [c] quod nullus sui iudex esse debet: vnde si alicui violenter quid accipiatur, [d] non violenter viceuersa illud expetat: quia qui sic facit, de iure nostro, pœna capitis punitur, nisi forsan in fuga fiat, idque probari possit vt Spec. Sax. libr. ij. art. lxix. Inuitur

[c] *Vide supra art. xxvij.*

[d] *Nullus violenter res sibi ablatas recuperare debet*

Arti-

nuitur ex textu præsenti, ꝙ sen-
e Spec. Saxo. lib. j. ar. xxv. tentia nulla dari debet, *e* nisi pro-
bationes præcedant sufficientes:
vt C. de edend. l. qui accusare.
Postquam verò probatum sit sufficienter ex facto manuali, sentẽtiabitur tandem contra furem vel prædonem: vt ff. ad leg. Iuli. de vi publica. in multis legibus. hoc idem etiam intelligitur de complicibus & conscijs facti eorum: vt Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. §. interdum. Tùm etiam qui prædones occultant, eandem sustinebunt pœnam: vt C. de his qui latrones vel alijs criminibus l. eos. Posthac verò mittitur ille in possessionem, cui res ablata fuit: vt Spec. Sax. lib. ij. art xxv.

Si verò quis iudicialiter accusetur, &c. Notandum circa id, ꝙ vnus quandoꝙue innocens facti est, declararecꝙue posset innocen
f Spec. Saxo. liq. ij. ar. xlv. tiam suam, *f* dummodo se iudicio præsentet: sed quia non cõparet, reum sese declarat, & hoc
g Innocens quandoq; reus facti efficitur quadrifariã. cõtingit quadrifariam. *g* Primò, si vnus accuset alium cùm præsẽs sit, accusatus verò non confidẽs iudici, discedit à iudicio. Secundò, qui nõ admittunt quærere res furtiuas aut spoliatas, illi pro fure & prædone reputantur. Tertiò, si vindicatur apud vnum res furtiua, ille verò aufugit dimittendo rem huiusmodi allocutam. Quartò, si vnus alteri injuriatus sit, ex decretoꝙue demandatum sibi fuerit, vt emendet sibi, ille verò facere recusat friuolè, actioꝙ; criminaliter instauretur, reus efficitur proscribiturꝙ; tandem: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxjx.

Articulus CXIII.

Quo pacto vnus à proscriptione sese liberare debeat.

A Proscriptione qui se exuere vel eliberare volu-
a Vide hoc idem in forma Spec. Sax. lib. j. art ii. ij. voluerit, a iudex si requisitus fuerit, eidem pacem in municipio ad comparendum pronunciare debet, vt tuto iudicio comparere possit, postquam verò iuramento se expurgauerit, iudex cum verbis & digitis eundem absoluet, quemadmodũ eum proscriptioni incluserat: conetur autem eum quis indebitè impedire, & ipse sese iureiurando à proscri ptione liberauerit, vlterius proscriptus non est reputandus, verum pax sibi indicetur, & ipse fideiusso res ponat vt in tribus sequentibus iudicijs se præbeat responsurum, si quis eundem impetere vellet: si verò in his tribus terminis eum nemo inculpa uerit ab actione sententialiter absoluetur.

Exuat autem quis se à proscriptione in absentia actoris, ille verò promittat ac fideiussores statuat ad comparendum, & non comparet, illam procrasti nationem seu pœnam ex stipulatione proueniente iudex lucrabitur & non actor, dummodo eũdem secundariò proscribat, sicut de iure facere tenetur.

GLOSSA.

Articulus præsens plurimum vtilis est & ad multa valet. Vnde si vnus iniustè proscriptus sit, habita notitia articuli præsentis, facile se e iberare poterit: *b* euenit etenim sæpiùs, ꝙ actor iniustè quandoque accusat, testesque minus juste testificantur, exinde tandem proscribitur vnus minùs iustè; vt cùm quis pro violentia vel vulneribus accusatur, in instanti proscribitur, antequam negocium pernoctetur: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxx. *c* Qui itaque se iniustè proscriptum fore nouerit, procedere debet, vt textus habet, & se à proscriptione expurget.

b Spec. Saxo. lib. ij. art. iij.

c De proscriptis vide.

Nec obstat si quis dicat: proscriptus per sentẽtiam proscribitur, sententia autem rescindi nõ debet: vt C. sentent. rescin. non posse. l. j. & l. vlt. Respõde. quòd ibi loquitur de sentẽtijs legitimè latis: sed quia iste iniustè proscriptus fuit, quare sentẽtia huiusmodi nulla: nec habuit vim legis, nec sententiæ interlocutiuæ; sed fuit iniustum quid: & ita illud iniustũ hic reuocabitur, & non sententia: vt in auten. hæc constitutio innouat cõstitutionem. §. j. coll. viij. & C. de re. iudic. in multis legibus.

Notandum vlteriùs circa id, *d* si quis à proscriptione se dolosè liberet, fideiussoriamque ponat sistendi se, & non comparet, debet alibi proscribi, ac iudex mulctam accipit, hoc est verigeldum: hoc tamen intellige, si ex proterua responsens non venit: si verò fideiussor iudicio se ostendat, & non posse habere illum, quem fideiussit, declaret, parti cedet actoreæ verigeldus: vt Spec. Sax. lib. ij. art. ix.

d Spec. Saxo. lib. ij. art. iij.

Cùm etiam in textu dicitur, Exuat autem quis se à proscriptione in absentia actoris, &c. Intelligе de his qui sunt proscripti, & antehac nõ citati, vel quibus terminus non fuit assignatus; quia aliàs sine voluntate actoris se exuere non posset. vide plura de hac materia Spec. Sax. lib. ij art. iiij.

Sciendum præterea, si ciuis vel prouincialis homo in municipio possessionem habeat, violentiãq; vel ini iriã in ciuitate, vel alibi in extraneo iudicio faciat, ac tandẽ euadat; debet in illo iudicio proscribi, vbi demeruit, vel ibidem sententiari, si detinetur: quòdsi noxa vel iniuria illa commissa sit in ciue nostro, in aliena ciuitate, vel iudicio extraneo, ibidem in illo iudicio, vbi noxa eidem facta sit, querelam inchoare, & eandẽ continuare, malefactoremque ad proscribẽdum ex officio ordinare, & hoc si corpore validus sit, ꝙ id facere queat, vel si ius consequi poterit: *e* quòdsi corporis valetudine præpediatur, vel ius consequi non possit, & veneri it in ciuitatem vbi ille possessionatus est, declarauerit̃que ius suum coram iudice, poterit factum manuale ibidem declarare, & contra violatorem pacis agere si factum nõ est pernoctatum: sed si factũ pernoctatum fuerit, querulari debet tribus iudicijs, & ius suum, vt iuris est, perducere.

e Nota passim istum.

Articulus CXIIII.

In facto manuali cum quis comprehenditur.

CAptus in manuali facto *a* cũ furto aut spolio, harum rerum nullum nominare poterit vadatorẽ, nec se ad eundem trahere, & hoc si in instanti duellariter allocutus sit. Arti-

a Spec. Saxo. l. ij. ar. xxxvi.

Articulus CXV.

De facto manuali.

MAnuale factum [b] tunc dicitur quando vir apprehenditur, in facto illo, seu in fuga facti.

[c] Item manuale factū dicitur, quando quis furtum vel spolium in sua habuerit possessione, vbi solus clauem ad habitationem vel cistam portat: nisi forsan res adeò sit parua, quòd fenestra ibidem proijci possit. Manuale etiam factum est, cùm gladius, sica, aut aliud simile in manibus vnius deprehenditur, cum quibus pacem fregerit, & detentus cum clamore ad iudiciū ducatur. [d] Illudque actor metseptimus probare tenebitur.

b Manuale factum q. s.

c Spec. Saxo. lib. ij. ar. xxxv. & supra iure municip. art. xxvij.

d Spec Saxo. lib. i. art. lxvi.

GLOSSA.

PRO intellectu textus notandum est, quòd querela duplex est, vbi necessariò varendator habetur, [e] vel vbi quis varendatorem habere potest. [f] Vna est ciuilis, sicut si actionem intento pro bonis immobilibus, & ille qui illa vendidit te varendare seu tueri non potest, bona illa tollit viceuersa pecuniam restituendo, & vterque manet sine damno: vt Spec. Saxo. libr j. art. j. Alia est querela criminalis, cùm vnus alium accusat pro re iuste possessa; sicut si quis me accuset pro præda, vel quòd sibi domum aut castrū deprædatus sim, egoque dico, quòd mihi id facere mandatum est, [g] quod & dupliciter intelligi debet; quia vel ille qui mihi mandauit, tantæ potestatis erat, quòd eidem obedire me oportuit, sicut si forsan meus pater fuit, vel meus dominus feudalis, idque coram iudicio recognouerit mihi mandasse, vel si simum mancipium sim, liberatur iste, si ille respondere cœperit: vt ff. si famil. furt. feciss. dica. l. j. & sequentibus. secus verò, si negauerit, quòd ex mandato eius factū sit. Si quis verò excesserit ex mandato alicuius, vel noxam fecerit in furto, præda, & ille qui mandauit, potestatem super eo non habuerat, varendare eum non potest, dato, quòd recognoscat factum, quòd videlicet ex mandato eius factum sit: sed magis erit socius illius malefacti, & similem subibit pœnam, nec huic pœna minorabitur: vt Instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. §. interdū. ff. vi bon. rapto. l. prætor ait. §. dolō. C. de rapt. virgin. & vidua. l. j. Spec. Sax. lib. ij. ar. xiij & xxv.

e Querela aut. plex vbi necessario varēdator habetur

f Spec. Saxo. libr. ij. artic. xxxv. glo.

g Malefactū committens ex mandato alicuius, an eum excusare illud possit.

Nullum etiā poterit nominare varendatorem, &c. [h] Et hoc fit ex duplici causſa. Primò, quia opinatur forsan quòd per hanc ad varendatorem exceptionem, dilationem faciat, vt sibi pœna prolongaretur: vt ff. de pœnis. l. si quis. Tum etiā ratione istius, quia factum est manuale: vt spec. Sax. lib. ij. art. xxxv. glosſ. Secundò, non potest se trahere ad aliquem varendatorem, hoc est, nullū hominem accusare potest, quòd illam rem ab ipso habeat, & hoc intelligo, si negare velit: sed si recognoscat ille factū huiusmodi, extūc reus idē manebit, & ille dimittetur: vt C. de quæsti. l. sicutſ. & C. de accusa. & inscript. l. accusationes. & Instit. de obliga. quæ ex delict nascun. §. oblatum.

h Spec. Saxo. libr. ij. artic. xxxv.

Aduertendum etiam, [i] quòd manuale

i Spec. Saxo. l. ij ar. xxxvi

nuale factum probare non potest, qui post alterum diem furtum aut spolium sibi illatum apud aliquē inuenerit, & illæ res huiusmodi apertè & manifestè emit, nec postea occultè seruauit, nec pro furtiua re illam habuit, ad eiectorem tamen trahere se debet, si duellariter pro ea alloquatur, vel criminaliter accusetur.

k Spec. Saxo. libr. ij. artic. xxxv. glo.

l Manualis facti triplex iudicium.

Notandum præterea, *k* quòd manifesti facti triplex est iudiciū, sed & in facto illo tria veniunt cōsideranda. *l* Primò, quòd captus in manuali facto, ad fideiussoriam dari non debet, nec eidem alter terminus præfigi: vt Spec. Saxo. libr. j. art. lv. & lxvj. & C. de custod. reo. l. in quacumque. Secūdò, quia sic deprehensi, negare factum non possunt: actor etenim propior est eos conuincere metsepimus: vt Spec. Sax. lib. j. art. lxvj. & C. de accusat. & inscrip. l. singuli. Tertiò, quæcumque sententia contra eum feratur, eam increpare non potest: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xij. in fin. & C. quorum appellat. non recip. l. obseruari.

m Spe. Saxo. libr. ij artic. xxxv.

n Manualis facti ius periculosum ex tribus.

Manualis etiam facti *m* ius periculosum est ex tribus. *n* Primò, quia negari non potest factum illud: qui enim in facto comprehēditur, ac si ad manū eius res affixa sit, iudicatur: vt ff. de furtis. l. Fur Secundò, manuale factum etiam fit, si in facti fuga deprehenditur: vt ff. eod. tit. l. siue igitur. Tertiò, manuale factum etiam probatur, si furtum vel spolium in loco occulto vel scrinijs occlusis, ad quæ claues ipse solus portat inuenitur, & hoc notanter superadditur: Si solus claues portet Si etenim clauem alibi seruare solitus est, vel etiam alicubi appendere, vel alteri tribuere, estque vir perfecti iuris & boni nominis, defendere se contra manuale factum & furtum poterit iure suo.

o Spec. Saxo. li ij. ar xxxv.

p Actio manualis facti triplex.

Notandum præterea *o* quòd actio manualis facti triplex est. *p* Primò, cùm expetitur ab his, cōtra quos agitur, duntaxat pœna, sicut cùm agitur contra proscriptos, ibi actori nihil sequitur ex pœna rei. Secundò, actio fit tantummodo pro bonis ablatis per reum, vt videlicet si mobilia sint, quòd agat contra eum ex possessione illa accepisse sua, expetens, vt ablata restituātur: vt Spec Sax. lib. j. ar. lxx. in princ. & Instit. de actio. §. omniū. Tertio, cùm expetitur vtrumque, tàm pœna quā bona ablata; vt cùm quis prædonem cum præda iudicio præsentat, vel furem cum furto, & petit res restitui, ac malefactorem puniri: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxv. & xxxj. & Instit. de acti. §. ex maleficijs. §. vi autem. & §. sed & legis Aquilianæ.

Articulus CXVI.

De pœna illius qui varendam promisit, varendare tamen non potest.

QVi iudicium venerit, [a] & causam huiusmodi proponat, pro qua varendam promittere cogitur, eandemq; cùm præstiterit, alter postmodum superueniēs, causam eandem in iudicio propo nat, & is qui varendā promiserat eum varēdare seu defendere nō poterit, nec istum ab actione propellere, valet, actionem suam liberare oportet cum varendæ emenda, hoc est, dextera eius cum qua varendam promisit, vel medio verigeldo. Pro-

a Spec. Saxo. lib. ii. art. xv.

Promittatur verò varenda pro armis bellicis, hæreditate, rebus expeditorijs, seu parapherna vel alijs bonis mobilibus, in varendaq; defecerit, hoc est quia sibi per sententiã infringitur, promissor iudici dabit mulctam, res verò huiusmodi cùm emẽda dimittere cogitur. Varendam necessariò vnus præstare debet, b in causa homicidij, mutilationis, vulnerum, pro suis agnatis & propinquis.

b Spec. Saxo. lib. ii. ar. xvi.

GLOSSA.

Dictum etenim superioribus est, quòd in causa homicidij, armorum bellicorum, geradæ, &c. guarenda necessariò præstatur, quare iustò hîc pœna contra illum, qui varendare non potest cùm promiserit, exprimitur. Textus in se planus est, nec multa indiget declaratione.

Ibi cùm dicitur: Et alter tandem veniat, qui causam eandem in iudicio proponat, &c. Intellige, qui ad eandem causam ius habeat. Vnde si vnus præsens sit, & viderit pro illa causa negociũ agi, pecuniamque tolli, vel etiam in prouincia si sit præsens, obticetq; anno & die, posthac agendi non habebit locum. Vnde vt textus habet, is qui varendam promiserit, euincere illum cui promisit tenetur, quod si facere non valeat, actionem liberabit cum varendæ emenda, vel medio verigeldo, & hoc intellige, si sit actio criminalis, vt pote pro homicidio, mutilatione, vulneribus, nec ad altiora cogi potest, nisi vt præsens ius disponit, & per id liberatur: huiusmodi verò medium verigeldũ dare tenebitur illi, cui varendam promiserat, & cum hoc restituere cogitur sibi recompensam seu verigeldum tempore actionis motæ sibi datum.

Varendam autem si quis promiserit in actionibus ciuilibus, vbi nec membri amissio, nec corporis pœna expetitur, non aliud perdit, nisi quod pro re vendita acceperat.

Articulus CXVII.

De fideiussoria pro aliquo præstita.

FIdeiussor si quis existat pro vno a eundem sistendi in iudicio, illumq; habere non potest, vt illũ constituat, emẽdare eum oportet secundum quòd inculpatus fuit si in querela victus sit. Si verò querela extendat se ad vitam, verigeldum præstare cogitur, qui ad actorem & non iudicem dinoscitur pertinere, sed iudex in eo mulctam obtinebit.

a Spec. Saxo. lib. iij. art. xx.

GLOSSA.

PRo declaratione textus notandũ, quod fideiussoria duplex est. b Extraiudicialis, & coram iudicio. Fideiussoria quæ extra iudicium fit, negari potest: Saxonibus enim admissum est, quòd vnus alteri iuramentum deferre potest, vbi manuale factum nõ apparet: vt Spe. Saxo. lib. j. art. vij. xv. &

b Fideiussoria duplex.

e Vide hoc idem in forma Spe. Saxo. lib. ij. art. ix. glo.

xviij. *e* Hoc idem etiam legibus obseruatur, quòd vnus iuramento absoluitur, vbi nulla ꝓbatio sufficiens appareat. vt Instit. de act. §. item si quis. & C. de iureiuran. l. causſa. & l. in bonæ fidei.

Fideiussores verò qui in iudicio promittunt, liberari iuramento nō possunt: vt in articulis præallegatis. l. j. Spec. Saxon. & ff. de prætor. stipu. l. j.

d Fideiussores tripliciter efficiuntur.

Fideiussores coram iudicio facti, tripliciter efficiuntur. *d* Primò, quia vel ibi ꝓsentes nō sunt, denunciare tamen faciunt, vt eis creditur, & isti fideiussores fiunt ex voluntate: voluntatem etenim habent, quòd id facere volunt: vt Instit. de oblig. quæ ex consen. §. item ex his.

Alij fideiussores sunt facto, sicut qui furta vel spolia in suam possessionem apportare sinunt, ꝙ si accusantur, spoliatores extradere tenentur: vt Spe. Sax. lib. ij. art. lxxij. Tertiò, fideiussores fiunt verbo: sicut illi, qui personaliter soli stipulantur: vt Spec. Sax. lib. iij. art. jx. & Instit. de verb. obliga. §. verbis. Huiusmodi autem fideiussores vel fideiubent pro responsione seu ratione querelæ: & hoc dupliciter, vel in actionibus ciuilibus, vel criminalibus. Fideiussor si quis existat in actione ciuili, *e* & ille qui respondere debeat non comparuerit, necessariò fideiussor in se accipit accusati responsionem & eius omne ius: vt in auten. de fideiuss. & manda. §. Si quis. coll. i. & hoc intellige, si principalis haberi non potest, vt pro debito moneatur, & signanter si in illa iurisdictione non resideat: vt in auten. de restitu. §. penulti.

e Nota specialia quædam fideiussoria.

Fideiussorem præterea si quis se ponat pro aliquo in actione ciuili, & non comparuerit fideiussorem eliberaturus, bona debitoris principalis non prius impeti vel alloqui possunt, nisi contra fideiussorem prius agatur: vt in auẽ. de fideiuss. & manda. §. Sed neq; has res.

Item si principalis pecuniam promiserit, fideiussorq; id spoponderit, pecuniaq; haberi non potest, extunc alijs bonis solutionẽ faciet: vt in auten. eo. tit. §. quid autem de cætero. coll. i.

Itẽ, fideiussores si plures fuerint manu coniuncta, quicunq; ex his solutionem fecerit, reliquos omnes liberabit, actionemq; habebit contra alios, sortes ipsorum expetendi: vt ff. de solu. l. Stichum. §. vlti. & C. de duo. reis stipula. l. j. Præterea, qui pignus & fideiussores simul accipit, non potest fideiussores impetere, nisi prius restituat pignus fideiussoribus, ratione cuius fideiussoriã fecerant.

Insuper, si fideiussoria inter creditorem & illum qui promittit immutatur verbo vel promisso, aut alia obligatione, fideiussores verò qui antehac fideiusserant ad id nō consenserunt, liberantur à priori fideiussoria: vt insti. qui. mo. tolli. obligati. §. Præterea nouationẽ.

f Spec. Saxo. lib. ij. art. i.

f Promittat etiam si quis rem inhonestam, importabilem, explere non tenetur: vt Insti. de inuti. stipula. §. quòd turpi. & ff. de verbo. obliga. l. generaliter.

Si verò querela extendatur ad vitam &c. Hic tangitur alia fideiussoria in actionibus criminalibus, quæ itidem coram iudicio fit: huiusmodique fideiussor pœnam illius pro quo fideiusserat sustinere non tenetur, sed verigeldo absoluitur: vt Spec. Sax. lib. i. ar. lxv. & lib. iij. art. ix. & hoc ex eo fit, quia iure Saxonico omnium rerũ est determinatus verigeldus.

Notãdum etiam circa id, quòd detentus in manuali facto & iudicio aportatus, ad fideiussoriã dari non debet. Et item ex quo nullus datur ad cautionem, nisi ille qui propositum habet defendendi se: si ergo in defensa succumbit, fideiussor suus soluit verigeldum,

dum, & respondens proscribitur, g ac pro mortuo iure reputatur: vt Insti. de capi. diminu. § .maxima. & cùm hoc iudici mulcta cedit.

g De hac materia vide abūde Sp. Sax. lib. iij. art. ix.

Articulus CXVIII.

De fideiussoria occasione iniuriarum.

FIdeiusserit si quis aliū iudicio præsentare, a si is qui præsentari debuerat se sine stipulatore præsentabit, denunciauerit q; iuri ac protestatus sit, suu liberabit fideiussorem.

a Spec. Saxo. lib. iij. art. ix.

Qui verò hominem captiuum fideiubet, viceuersa statuendi vel respōdendi, fideiussor istud exequi tenetur, pro tempore statuto, & non captiuus. Si quis accusatum pro iniurijs in iudicio b violenter exinde abduxerit, comprehēsus, simili pœna plectetur: si aufugerit, illico proscribendus est, & hoc si in facto cum violentiæ clamore insecutus fuerit.

b Spec. Saxo. lib. iij. art. ix.

GLOSSA.

Hæc quæ hîc habentur, antehac declarata sunt, nec multa interpretatione indigent.

In textu cum dicitur: Istud exequi fideiussor tenetur, &c. Ratio huius est, quia fideiussori creditur & non captiuo.

Qui accusatum pro iniurijs à iudicio abduxerit, &c. De his vide ff. ad leg. Iuli. de vi publica l. qui dolo fecerit.

Articulus CXIX.

De fideiussoria facta vbi interim principalis moritur.

FIdeiubeat vn⁹ aliquē, a pro iniuria accusatū, tempore determinato iudicio præsentare: & is quē præsētare debeat interim moriatur, stipulator si defunctum præsentauerit, liberatur: quòd si pro debito accusatus fuit, debitumq; illud nondum perlucratum erat, interimq; moritur principalis, præsentare eum iudicio non oportet, sed si mortem eius mettertius probabit liberabitur à fideiussoria: hæredes tamē mortui pro debito respondebunt. Si moritur equus, b vel aliud pecus quòd statui debuit, fideiussorque apportabit cutim illius, absoluitur per id.

a Spec. Saxo. lib. iij. art. x.

b Spec. Saxo. lib. iij. art. x.

GLOSSA.

In contrarium istius articuli videtur militare leges quædam vbi innuitur, quòd mortuo illo super quem querela fit cessat omnis actio: vt ff. Si penden. appella. mors interue. l. 1. §. quamuis. & C. Si reus vel actor mor. l. si is quem. R. Quòd leges allegatæ locum habent, si vnus pro iniurijs deten-

detentus interim moriatur antequam causa terminetur: c & querela duntaxat tangit in vitã suam, quia, vt sic, mortuo illo actio etiã finitur. Sed si negocium tangat vitam & bona, respondere ille cogitur ad querelam, qui bona habere expetit: vt C. ad le. Iul. maiesta. l. meminisse.

c *Vide abundantius Spec. Saxo. libr. ij. art. x.*

Fideiussoria si sit occasione debiti, & principalis mortuus sit, fideiussor liberatur, dũmodo mortem declarauerit. d Et hoc intellige, si pro pecunia vel debito nõ fideiusserit, hæredibus tamẽ posthac actio intentari potest.

d *Nota.*

Si moritur equus vel animal &c. Hîc tertia tangitur fideiussoria, vide de hac materia Insti. de inuti. stipula. in multis locis. Insti. de empti. & vend. ff. de rei vendicatione in multis legibus. Is autem qui vt sic cutim animalis mortui apportauerit, iurare cogitur ad sacra, quòd absq; eius culpa animal illud mortuum sit.

Articulus CXX.

De volatilibus.

COlumbæ, corui, picæ, pauones, & alię a aues, quæ non sunt vnguibus stringentes, b si in campum euolant, in commune veniunt, secus est de auibus vnguibus stringentibus.

a *Intellige de auibus immãsuetis & non domesticis.*

b *Spec. Saxo. lib. ij. art. lxi. & lib. iij. art. xlvij.*

Articulus CXXI.

De apibus.

AGmen apum, si ex alueario vnius, aut ex domo vel curia euolauerit rit ad vicinum suum, vicinus maiori iure apes retinebit quã ille insequi debeat. Apis etenim non est vermis domesticus, sed feræ naturæ.

Articulus CXXII.

De gallis.

GAlli si euolant in domum alterius, & damna faciãt, capere illos poterit, & alas abscindere, domumque transmittere illius cuius erant.

GLOSSA.

AD aues hîc in textu expressas, annumerantur etiam aues quę ad voluptatem seruantur. si enim ex possessione illius euadunt, communes sũt, & qui eas primùm occupauerit, illius erunt: vt sunt aues cantantes, &c. vt Instit. de re. diuis. §. pauonum quoque & columbarũ. Qui ergo huiusmodi aues habere vult, in conclaui eas seruet necesse est: interim enim quod eas seruet, suæ sunt: vt Instit. de re. diuis. §. feræ igitur & bestiæ. Is etiam annumerantur asperioli, mardures, & aliæ bestiæ quæ ad voluptatem seruantur: vt Instit. eod. tit. §. quidquid autem horum.

Notandum circa id, c quamuis bestiæ & aues supra memoratæ feræ naturæ sint, furtum tamẽ in eis committi potest: vt Instit. eod. tit. §. allegaro. & si in manuali facto comprehensus sit, cum clamoreque iudicium adductus, ad cutim & carnem sententiatur, si pro furto accusetur: vt Spe. Sa. libr. ij. art. xiij. Consilium tamen est, vt

c *In bestiis furtum committi potest.*

est, vt nullus in hoc casu per clamorem violentiæ accusetur: sed si desistere nō vult à querela, simplicem & ciuilem instituat actionem: vt Instit. de iniuri.

Quicumque etiam animal huiusmodi vel aues in domo occiderit vel conculcauerit sua, declarare oportet, quòd præter voluntatem id factum est, & illum contētare cum sibi simili: *d* & si fidem sibi dare noluerit, confirmare eū oportet duobus digitis: si vero ex contemptu & in opprobrium fecerit, idque recognoscat, dare oportet similem pro simili; vt pauonē pro pauone, cignum, ibim, vel aliud simile cum mulcta & emenda.

d Vide Spec. Saxo. libr. iij. art. xlvij.

e Aues vngu bus stringentes, sicut falcones, accipitres, & aliæ similes: sunt etiam feræ naturæ, antequam capiuntur & aligantur; postquam verò capiuntur, & assuescant volare & reuolare, per ampliùs feræ naturę non sunt, sed illius qui assuefecit: dūmodo propria voluntate illas non dimiserit: quamuis enim quandoque eas dimittit, voluntatem tamen habet eas rehabendi, & hoc, si assuefactæ sunt reuolare, & esca viceuersa reuocantur: aliàs, si reuocari se non permittunt, feræ intelligentur naturæ; & ita illius fiunt qui eas occupat. Quod si auis huiusmodi cum ligatura, quam in pedibus habet euolauerit, capta sit, ille qui detinet, bene dinoscere potest ex ligatura, quia auis sua non est: vt Instit. de re. diuis. §. in his autē animalibus. & ita fur fit, quāuis non furtiuè illam ex domo cepit sua: *f* furtum etenim non est aliud, nisi iniusta contrectatio rei alienæ *g* inuito domino: vt Instit. de obliga. quæ ex delict. nascunt. §. furtum est cōtrectatio. *h* nullus tamen pro huiusmodi furto suspē di debet.

e Vide de falconibus & aliis auibus.

f Furtum q. s.

g Spec. Saxo. lij. ar. xxxvij

h Falcō alterius occupās non suspēditur

i Apis si euolat ex alucario, &c. hic etiam ostenditur modus, quo animpacto obseruari se vnus debet in alienis nanbus fer s: quiuis etenim q huiusmodi animalia fera seu apes in alucario seruat, aut aues in caueis, tamdiu illius sunt, quàmdiu per platea vel sepem alterius non euolauerint, illas etenim inuestigare non potest, nam vicinus eum prohibere poterit, ne domum intret suam: vt Instit. de re. diuis. §. plane qui alienum fundum. Apis etenim est vere is feræ naturæ: vnde si euolauerint apes, illius sunt qui eas occupat, siue ex alucario domus, siue è syluis aut nemoribus euolauerint, is qui eas primū in alucario occludet suo, illius erunt.

i De apibus vide.

Apes autem si quis furatus fuerit, vt fur iudicabitur. Præterea, apes euolantes vestigio insequi possunt, dummodo illas apprehēdere possit, insequi tamen in alterius possessionem illas, nō admittitur.

Circa id etiam considerādum est de auibus: aues etenim in tua arbore nidificantes, tuæ sunt, sed si erelcant & euolauerint, occupantis fiunt.

Mel etiam apum non insequitur apes ipsas, sed illius erit qui illud possederit: vide amplius de hac materia Instit. de re. diuis. §. apum quoque fera natura est.

Galli si euolant, &c. *k* Vnde galli si in domum alterius vel curiam euolauerint, non tamen per id illius sunt; & si quis gallum vel gallinam occupat, contra ius facit: galli etenim non adeò facilè, vt cetera volatilia, custodiri possunt. vnde si ad vicinum venerint, damnumque fecerint, & ille interficiat eosdem, exsoluere cogitur *l* statuto verigeldo, si pro eo accusetur: vt Spec. Sax. lib. iij. ar. lj. Quare hic in textu ad euitandum damnum doctrina datur: vt si forsan gallus vicino damnum fecerit, apprehendi debet, & alæ abscecentur, domumque remittatur.

k De gallis cō sidera.

l De verigeldo gallorum. vide Spe. Sax. li. iij. ar. xlvij. & li.

Articulus CXXIII.

De animalibus feris & nociuis.

QVi a verrem tenuerit, canem, lupum, vrsum, b ceruum, aut simiam, quicquid damni fecerint resarcire tenetur qui illa seruat. Quòdsi post damnum illatum eis renunciare voluerit, animalia huiusmodi excludēdo, aut eis victualia denegando, indemnis esse nō potest, si is qui damnū accepit comprobare met tertius poterit, quod ille animalia huiusmodi vsq; in diē illati dāni tenebat.

Interficiat si quis canē, c vrsum, vel aliud simile animal, sibi nocere volēs, manet indemnis si iuramento probare audet, q̄ causa necessitatis id fecerit. Qui bestias, quorum natura fera est d tenere voluerit, eas intra sua septa, aut occlusas seruare debet possessiones.

a Verres q. s. vide Sp. Sax. lib. ij. art. lxij. glos.

b Spec. Saxo. lib. ij. artic. xl. & lxij.

c Spec. Saxo. lib. ij. art. lxij.

d Spec. Saxo. lib. ij. art. lxij

GLOSSA.

Superioribus declaratū est de volatilibus, d sti ctionem corundē porrens, quòd videlicet quædam sunt feræ naturæ, quædam verò domesticæ. In præsenti articulo determinat de quadrupedibus, signanter quorum natura fera est, e & quæ ante pastorem in campū pelli non possunt, enumeratque nonnullas bestias sub nomine illorum, alias itidem eis similes intelligere volens: per canem etenim intelligi vult omnes bestias, quæ communiter circa homines commorantur, ex natura tamen nociua sunt. Vnde si canis damnū faciat alicui, is qui eum seruat, pbatetenetur de ignorantia, quia videlicet nescit, quòd canis ille mordax sit.

e Instit. de rer. diuisi. §. fera igitur.

Quod si canis alligatus sit catena, f in domo vel curia alicuius, damnumq; inferat, ille sibi in culpa erit, quem læsit. Præterea, si canem emiserit in pecora alterius & vulneretur, is qui vulnerat indemnis manet. Insequatur etiam canis pecora extra domum vnius in plateam, damnumque faciat, hospes vel dominus illius canis damna resarciet. Insuper, si canis in platea virum vel mulierem impetieret, mordereque vellet, nec aliter violentia canis prohiberi potest, g declaretq; necessitatis causam, & interficiat vel vulneret canem, manet sine damno, si probabit, vt iuris est, necessitatis defensam: & signanter, si vulneret in pedem anteriorem, vel in latus, probaeque duobus digitis audeat ad sacra, quod coactè & in defensa id fecerit. si verò in partem posteriorem vulneratus sit canis, non potest sine damno manere, & hoc si in manuali, facto inculpetur. Exoluere enim canem oportet cum statuto verigeldo: vt Spec. Sax. lib. ij. art. lx. Hoc itidem intelligendum erit de aliis animalibus mansuetis, quæ tamē ex natura nociua sunt: vt abundè declaratur lib. ij. art. xl. Spec. Sax. & Instit. si quadrupes pauperem fecit. §. animalium. & ff. eod. tit. in princ.

f De canibus vide.

g Spec. Saxo. lib. ij. ar. xlviij

h Bestiæ feræ damnum facientes arrestare is qui eas fouet tenetur.

Notandum circa id, h quòd animalia fera si quis tenuerit, vt

sunt

sunt lupi, vrsi, vulpes, pantheri, leopardi, leones, damnumq; per eas inferatur, resarcire cogitur, nec excusari potest, *i* dato, quòd post illatum damnū bestiam expellat. Si is qui damnum accepit, mertertius probabit, quòd best ā illam vsq; ad tempus illati dam ni seruauit, ratio iitius est, q ia bestiæ huiusmodi ad seruandum interdictæ sunt; quare damnum per eas illatum, is qui eas fouet, iuxta taxatum verigeldum, resarcire tenetur: vt Instit. si quadru. pauper. fecis. dica. §. etenim. dum tamen is qui damnum accepit, mettertius probabit: vt extra. de testi. c. vniuersis. & ff. de iniuris. l. hac lege. Et de huiusmodi bestiis feris intelligitur articulus præsens. tum & lxij. lib. ij. Spec. Sax. Si verò animalia domestica, vt est aper, taurus, & alia similia, *k* damnum vel noxam fecerint, is cuius est pecus damnū resarciet, iuxta verigeldum seu valorem, & hoc intellige: si animal illud post noxam factam in suam accepit possessionem. Si verò noxium animal ab eo omnino expellitur, nec seruat illud, neq; pascit aut potat, innocēs est à damno: damnificatus verò accipit illud in recōpensam damni si vult, & de huiusmodi animalibus intelligitur, art. xl. lib. ij. Spec. Sax.

c. Saxo. art lxii.

Animalia estica dam- tem faciē- an pro eo facere do nsecgitur.

Sciendum etiam, *l* & siquidem animalia fera communia sint, venari tamen non possunt in syluis alienis: ex constitutione etenim statui potest, *m* ne vnus in alterius fundum ingrediatur, & ita per indirectum venatio prohibetur, sine licentia illius cuius sylua est, quæ alias iure naturali admittitur: vt Instit. de re diuis. §. plane. & C. de re. vendic. l. si fundum.

estia quam fera sunt nari tamen poterint. Spec. Sax. n. ar. lxii.

Bestia etiam quæ per venationem insequitur, vel quæ in occluso iam detenta seruatur, intantum illius est, in quantum intra munitiones eam habet: si euaserit, occupantis erit: vt Instit. de re. diuis. § quod enim.

Feram etiam & bestiam, *n* si insequendo quis vulnerauerit, eam in nemus alterius insequi potest dummodo cornu non sufflet, & canes non instiget ad insequendum, & si eam ceperit, non deliquit: si effugerit, illius erit qui posthac occupabit: vt Instit. de re. diuis. §. quidquid autem.

n Spec. Saxo. lib. ii. art. lxi.

Articul. CXXIIII.

De fornacibus & caminis.

QVilibet prouidere fornacem & caminum *a* debet, ne scintillę in alterius curiam euolent. Fornaces, cloacæ, & stabula porcorum, tribus pedibus à sæpe construi debent.

a Spec. Saxo. lib. ii. art. lx.

GLOSSA.

Constitutio præsens ad communem omnium vtilitatem sancita est, teneriqúe inuiolabiliter debet, sub priuatione vitæ & bonis. Ratio stius est: si etenim ignis eruperit ex mala prouisione, dammū subsequi posset in vita & bonis: vt ff. de dam. infect in multis legibus. Huicqu constitutioni subiacent omnes ciues, signanter verò artifices igne laborantes: vt sunt pistores, cereuisiarum braxatores, fabri, & alij similes.

Vicinus verò vel alter quiuis cognoscens, quòd damnum exinde euenire posset, Scabinis vel officio illud indicare debet, immi nensq; damnū declarare. Quodsi damnum aliquod subsequatur ex sua negligentia, illud rependere tenebitur: vt Insti. de interdic. l. vidamus.

Articulus CXXV

De fabris & eorum officina.

EMat sibi faber domū in ciuitate, illic ædificare potest cōflatorium seu officinam pro artificio suo, aut aliud quicquid voluerit: prouidere tamen debet, ne damnum exinde aliquod eueniat.

a Nota de fabris. Nullus faber [a] construere potest in platea angarium: seu equicinium, hoc est officinam, vbi equi sufferrantur, [b] si antehac ibi nulla erat, sine ciuium consensu.

b De pistoribus considera.

GLOSSA.

Quamuis quilibet homo vti potest domo sua quam emit, secundùm eius beneplacitum; id tamē facere debet citra damnum alterius. Vnde & pistor si domum emerit, fornacem construere nō potest, nisi superueniat consensus ciuitatis.

Notandum circa id, quòd omnes constitutiones prætactæ, pro bono ciuitatis sanctæ sunt: vt ff. de interdict. l videamus.

c Constitutiones omnes triplices sunt. [c] Vnde & constitutiones omnes, signanter interdictoriæ, triplices sunt, vel in tribus continentur. Quædam sunt prohibitoriæ: vbi continetur & prohibetur ne quidquam fiat contra communē vtilitatem: vt quòd vnus alteri violenter non accipiat, nec alium occidat, nec in locis publicis aut sacris ædificet. Aliæ sunt restitutoriæ, quæ suadent restituere id, quod quis iniuste occupat. Aliæ sunt exhibitoriæ; vt est interdictū de tabulis exhibendis, seu extraordinarijs actionibus, & similia: vide de hac materia abundantiùs ff. de interdictis per totum.

Articulus CXXVI.

De stillicidiis & aliis vrbanorū seruitutibus.

NVlli stillicidium [a] in curiam alterius immittere licet. *a Spec. Saxo. lib. ii. ar. xlix.*

Vnusquisque etiam partem curiæ suæ sæpire debet, alioquin damna per hoc vicino suo illata resarcire tenetur.

Si verò ipsi soli damnū eueniat, vicinum soluere non oportet.

Cloacæ præterea, [b] versus curiam vicini constructæ, prouideantur & muniantur. *b Spec. Saxo. lib. ii. art. liii.*

GLOSSA.

Lex præsens statuta est, vt præcaueatur de futuro damno: vnde si quid huiusmodi vicinus à vicino fieri præsenserit, iudici indicere debet, qui & demandabit eidē, vt præcaueat de damno vicini: qui si non fecerit, mulctam iudici soluet: & cum hoc ædificiū destruere cogitur, & damnum rependere; nisi forsan probare posset iustò ædificasse: vt ff. de ope. noui. nunci. in multis legibus

Sciendum circa id, si duo vicini habeant domos in vno pariete, domusque vnius sit ruinosa, [c] alter verò vicinus id iudici denūciet, [d] iudicē demādare sibi oportet, vt

c Spec. Saxo. lib. ii ar. xlix. glos.

d De ædificio ruinoso vide.

tet, vt puideat de damno ad quindenam; tandem ad octauã, posthac ad triduum, exinde verò ad duas noctes: si nõ fecerit, iudex emendabit eum & puniet; vicino verò de damno cauebit: vt ff. qui. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. l. j. & ſj. & ff. de damn. infect. l. dies.

Si verò vicinus non querulatur, nec petit caueri de damno, interimq; ædificium corruat ſuper domum vicini, extunc damnum reſarcire tenebitur, vel ligna ſeu robora, quæ in curiam ceciderunt vicini, vicinus tollit: vt ff. de damn. infect. l. venit. & C. de liberali cauſſa. in multis legibus.

Articulus CXXVII.

De limitibus & graniciebus.

QVi arbores aut lapides finium regundorum,[a] id eſt diſtinguendorum limitum ponere velit, vicinum qui ex altera parte fundum habet ad id vocare debet.

a Spec Saxo. lib. ii. art. i.

Qui curiam virgis ſepit, verſus fundum ſuum arbuſta debet vertere virgarum.

GLOSSA.

Notandum, ſi & in quantum controuerſia exorta ſit occaſione finium regundorum, *b* negociũ illud ad ſuperiorem dominũ pertinet, qui & mittere debet ad cõſpiciendum differentias illas: vt C. finium regundorum. l. j. & Inſtit. de offic. iudic. §. ſi finium regundorum. Item, nulli admittitur actio ſuper diuidundo, vel occaſione finium limitandorum, niſi actor oſtendat bonorum illorũ poſſeſſionem, occaſione quorum limitatio fieri debet: vt C. eod. ti. l. ſi quis. Item, cùm poſſeſſio probetur, diuiſio ſubſequi debet, non obſtante contumacia partis aduerſæ: vt C. eod. tit. l. iij. §. quod ſi aliter. *c* Item, qui conatur alterius fundi partem occupare, vtcunque ſit, tantum ammittit de ſuo, quantum vicino ipſo occupare voluit: vt C. eod. tit. l. ſi cõſtiterit. Item, actio finium regundorum non longi temporis, ſed triginta annis præſcribitur: vt C. eod. tit. l. vltima.

b Nota de limitibus ſeu graniciebus.

c Vide hoc idem Sp. Sax. lib. ii. ar. l. & C. finium regundorum per totum.

Articul. CXXVIII.

De humulo & ramis arborum.

TRãſcreſcat ſi humulus ſæpem,[t] qui radices habet infra ſæpẽ, vel cuius fundo radices fixerit, quantum de humulo attrahere poteſt per ſæpẽ, humulum tollet, quod verò extra manet vicini eſt.

a Spec. Saxo. lib. ii. art. iii.

Rami arborum ſæpem non tranſcendant in damnum vicini.

Cloacæ præterea[b] verſus vicini curiã extructæ, vſq; ad terram muniatur.

b Spec. Saxo. lib. ii. art. iv.

GLOSSA.

Notandum pro declaratione textus, quòd qui radicem arboris vel aliarum herbarũ in fundo habet ſuo, ad eundẽ iure naturali arbor vel herba pertinet: *c* planta etenim vitam ſuam ex illius fundo habet; & ita radicẽ ſequitur:

c Spec. Saxo. lib. ij. art. i.

v. Instit. de re. diuis. §. si Titius, & ff. de aquiren. re. domi. l. adeo. §. si alienam. Vnde quamuis radices arborum seu herbarum tuæ sint, in colligendis tamen fructibus damnum vicino inferre non debes propter commodum tuum.

Rami præterea arborum in curiam vicini tendere non debent, intellige, si noceant vicino: vt ff. de arbor. ceden. l ait prætor.

Fructus etiam arboris postquā carpuntur, si quid ceciderit in fundum seu curiam vicini, illius manet: nulli etenim violentia inferēda est: vt ff. de reg iur. l. nullus.

Cloacæ præterea, vt textus habet, prouideri debent, & hoc statutum est propter communem vtilitatem: vt ff. de cloacis. l. prætor ait.

Articulus CXXIX.

De verigeldo & emendis.

PErcutiat si quis hominem infamē [a] hoc est lusorem vel pugilem, aut mulierem publicam, absq; vulnere, accusatus coram iudice & recognoscat, demeribitur iudici mulctam, & parti mediū emendæ, [b] hoc est quindecim solidos. Sub banno regio [c] mulctæ præstatur tres libræ. Sculteto verò octo solidi.

a Spec. Saxo. lib. 2. art. 1.

b Integra etenim emenda ad maximum extenditur ad xxx. solidos Spe. Sax. l. iij. artt. xliij. & xlv.

c Vide supra iure municip. ar. xvi xlvi. & item xlvij Spe. Sax. l. iij. ar. xl. & lxiij.

Articulus CXXX.

De verigeldo, vbi solui debeat.

VErigeldū nemo soluere debet, nisi coram iudice & Scabinis, quos testes habebit, si necesse fuerit.

GLOSSA.

PRo maiori intelligentia articuli præsentis, tum & præcedentium nota *d* differentiam, inter verigeldum, emendam, & mulctā. Cum emenda etenim melioratur vel purgatur noxa, quam quis in hominem cōmisit. *e* Cum verigeldo purgatur factum in homine ex negligentia patratum: vt si quis iniuriatus alteri quid fir, vel interficiat alium ex improuisione, aut in defensa, expurgauerit-que se, vt iuris est, verigeldo absoluitur Mulcta autē datur Deo, vel iudici, in sede Dei residentis, propter id quòd patrauit noxam in homine contra mādatum Dei: vt C. de modo mulctarum:

d Verigeldi & emenda & mulcta differētia

e Hoc idē vide de fen. e. lit.

Pœna etiam *f* seu emenda duplex est Quædam est corporalis, vbi excessus in corpore punitur: vt Spec. Sax. libr. j. art. xiij. Alia pœna est pecuniaria, quæ pecunia extoluitur. & quia non omnes homines sunt generatiōe similes, *g* quare nec omnes similes emēdas habent. vnde & textus hic meminit, quòd emenda pugilum seu lusorū, est quindecim solidi.

f Pœna duplex.

g De emend. & verigeldo vnusquisq; status hominū vide Sp. Sax. lib. iij. ar. xlv

Articulus CXXXI.

De viarum & semitum latitudine.

VIA publica habere debet [a] de iure latitudinis octo pedes, semita verò tres pedes.

a Spec. Saxo. li. 1. ar. xxvii. glo. & ibi art. lux. in textu

GLOSSA.

VIA huiusmodi intelligi debet, tàm in syluis, campis, aquis, ciuitatibus,

tatibus, & vt communiter tantæ latitudinis esse debet, quòd vnus currus alteri cedere possit. vt Spe. Sax. lib. ij. art. lix. & Instit. de seruitu. rustic. prædi. §. Via.

Articulus CXXXII.

De arrestatione equi.

ARrestet si quis equũ, & ille se ad suum trahat euictorem, ille qui equum arrestauit [a] istum insequi cogitur, per tantam distãtiam, prout sibi designauerit, iurare tamẽ cogitur ad sacra, quòd ad verum varendatorẽ eundem trahat, & item fideiussores statuat pro omnibus impensis.

[a] Spec. Saxo. li.ij. ar. xxxvi.

Articulus CXXXIII.

Pro quibus rebus se ad varendatorem vnus trahere non cogitur.

AVrum, argentum nõ formatũ, [b] cum his nullius cogitur se ad euictorem trahere, dummodo is apud quem aurum vel argentum vindicatur, vel alloquatur, præsumitur esse tantarum facultatum, quòd illud emẽre vel exoluere præualuerit.

[b] Spec. Saxo. li.ij. ar. xxxvi

Articul. CXXXIIII.

Pecunia & merces citius obtinentur quam quod euincãtur.

QVilibet pecuniã suã obtinere potest, [c] & iustas merces, metter-tius.

[c] Spec. Saxo. lib. i. art. xx. & libr. ij. art. xxxvi.

Articulus CXXXV.

De vindicatione rei furtiuæ.

ALloquatur si vir [d] bona aliqua, siue sint panni, siue aliæ res huic similes, quæ sibi subtractæ, vel præda ablatæ sint, ad id se vnica trahere debet manu, & iurare ad sacra quòd res huiusmodi sua fuit, & nunc adhuc est, sibiq; furto vel præda ablata fuerat.

[d] Spec. Saxo. li.ij. ar. xxxvi.

Si autem equus fuerit, quem alloquitur, ad eum se trahat vt iuris est, [e] debetq; cum dextro pede super sinistrum equi pedem calcare, & manu sinistra apprehendere equi auriculam, offerendo probationem, ac iurabit super caput equi, quòd equus suus fuit, & adhuc est, sibiq; furto ablatus vel præda acceptus sit. Posthac ille ad suum se trahet euictorem, & iste eum insequi cogitur, non autem vltra mare magnum. Si verò dicat equum emisse in foro libero, varendatoremq;

[e] Hec consuetudo de calcando super pedem equi abrogata est: et liberatur in gra[illegible] ar. xxxvi. li. ij. Spec. Saxo.

remq; habere non potest, equū perdit, & cum hoc iudici mulctam soluit.

Articul. CXXXVI.

Ab inchoatione causæ, nullus soluere iudici aliquid tenetur.

PRo inchoatione causæ, f nullus quicquā soluere debet iudici & Scabinis.

f Alij textus habent: à vendicatione seu arrestatione rei & hoc intelligo si observet conditiones, quæ infra in glosa habētur. signanter quod res illa qua re alloquita sua sit.

GLOSSA,

Dictum est superioribus & sufficienter declaratum de facto manuali, & quo pacto in eo procedēdum. Vnde pro intellectu tā præcedentium quàm textus præsentis g sciendum, quòd non omnes manuali facto accusari possunt, nec vt fures iudicandi, apud quos furtum reperitur: & vt id locum habeat, ꝙ videlicet vt fures non iudicentur, tria in se habere debēt. Primò, quòd res illa pernoctata sit: h vt Spe. Sax. lib. ij. art. xxxvj. & ff. de furt. l. quò destinauit. Secundò, quòd res illa non occulteretur: vt C. de his qui latro. vel aliis crimin. reos occult. l. j. & ij. & Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. Tertiò, quod ille apud quē res huiusmodi reperitur, sit pleni iuris. vt Spe. Sax. lib. j. art. xxxjx. C. de exhibend. l. j. & C. ex qui. cauſſ. infam. irrog. l. si furtum.

g Non omnes furto accusari debent apud quos furtum inuenitur.

h Vide hoc idem Spe. Sax. l.ij. ar. xxxvj glos.

Sciendum præterea, i quòd is qui equum vel aliam rem mobilem alloqui vel arrestare vult, cū consensu iudicis vt faciat necesse est: vt C. vt lic. nemin. sine iudic. l. cius. k Item, vt certò sciat rem huiusmodi suam fore; dato etenim quòd iudicis consensus sit, res tamen sua non fuerit, damnū patietur: vt Spec. Sax. lib. ij. art. xxxvj. & ff. quæ sentent. sine appel. rescind. l. illud.

i Alloqui vel arrestare rem volens quid ob seruare debet.

k Spec. Saxo. l.ij. ar. xxxvj

Nec consensus iudicis cum iuuabit. Iudex etenim non plus admittit, nisi quod ius ipsum admittere debet. Sed si quid contra iuris ordinem admittit, non admittit illud vt iudex, quare admissio illa inualida. Item, quòd ille q vindicat, facere debet iuxta iuris cursum; quia alias cadet a caussa: vt C. de ordi. cogni. l. si res. in autent. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. eas. coll. ij.

Notandum vlteriùs, quòd ille qui rem possidet, l duplicem defensam contra vendicatorem habet. Vna est extra iudicium, alia verò coram iudicio. Extra iudicium contingit, cùm defendendo meum. si quis mihi illud violenter accipere vel auferre contra iustitiam vellet: m violētia etenim vi propelli potest: vt ff. de vi. & vi. arma. l. idem est. §. si autem. & Spec. Sax. lib. ij. art. xiij. Item, extrà iudicium defensa fit, si alienū apud me habeā, & impedio, quo minus ille cuius res est rehabere posset, pro prædone vel fure reputabor, vt lic: pro vno etenim & eodem reputatur, qui bona alterius rapit, & qui aliquem in vsufructu propriæ rei impedit: vt Instit. de vi bono. rapt. §. qui res. Secundus modus defensæ contra vēdicatorem fit coram iudicio, & iste tangitur in textu, & Spe. Sax. lib. ij. art. xxxvj. defensaque huiusmodi fit per contradictionem.

l Rem possidens duplicem defensam habet contra vendicatorem.

m Vim vi repellere decet.

Sciendum insuper, si quis bona sua vindicare voluerit, id facere iure & per sententiam debet, hi ce verbis. n Dominus iudex, peto mihi de iure admitti vt rem vēdicem meam, quod & iudex admittere debet.

n Vide modum in vendicatione rei perdite.

Vnde & contra huiusmodi vēdicatorem respondens triplicem habet defensæ responsionē: quia vel dicit esse rem emptam, vel donatam,

natam, aut si pecus est educatum, aut per hæreditatem deuolutam. Si dicat rem emptam vel donatã fuisse, statuere varendatorem tenetur. Quòdsi varendator habere non potest, & dicit rem in communi foro emptã, nummos perdit: si verò solus educauit vel elaborauit, mettertius probare tenetur: si ex deuolutione, declarabit, vt iuris est.

o Spec. Saxo. l.ii. ar.xxxvi

p Res vindicari non possunt nisi ex natura differentiam inter se habeant.

o Considerãdum vlterius p pro ampliori textus declaratione, q res vindicari non possunt, p nisi ex natura differentiam inter se habeant; vt sunt pecora, vestimenta, & alia huiusmodi.

Moneta autem seu pecuniæ in prouincia communiter currẽtes, siue sint aureæ, siue argenteæ, & item aurum & argentum non elaboratum, vinum, triticum non cõsignatum, alloqui seu vindicari non possunt, si ille tantæ facultatis sit, quòd huiusmodi res habere prævaleat: quia aliàs pro fure reputabitur: vt C. de re. vindica. l. si ex ea.

q Res efficitur furtiua multis modis.

r Vide Spec. Saxo. li.ii art. xcvi. & artt. xxxv. & item li.iii ar.xxii.

q Norãdum insuper est, q quòd res efficitur furtiua multis modis. r vt pote res quæ à furibus ablata sit. Item, res quæ inuenta sit & denegatur, postquam occasione illius interrogatio fit, ille tamẽ furto accusari non potest, & sic de singulis.

Articulus CXXXVII.

Vbi contra Iudæum querulari oportet.

IVdęum Christianus accusare non potest, nisi coram iudice suo competenti.

Iudæus si promittat ius seu iuramentum alicui, id in congregatione seu schola scholaeorum, facere eum oportet.

Articul. CXXXVIII.

De Iudæis an varẽdare quem possunt.

TRahat se vnus in emptione rei ad iudæũ, a eundem pro euictore expetendo, iudæus illum varendare non potest, nisi in quantum ius immutet suum, hoc est, nisi vt Christianus respondere vellet.

a Spec. Saxo. lib. iii. ar. vii.

Agat Christianus cõtra iudæũ pro debito cum testibus, cum conuincere mettertius debet, cum iudæo & Christiano.

b Iudæi etiam conuincunt Christianum iudæo & Chrristiano.

b Iudæi etiam conuincunt Christianum iudæo & Chrristiano.

b Spec. Saxo. lib. iii. art. ii. glos.

GLOSSA.

ET quia superioribus dictum est, quòd pro qualibet re impetita & vindicata trahere se vnum oportet ad euictorẽ. Ponitur ergo lex præsens: si Christianus iudæum, p aliquo impetat, eundem coram competenti iudice quærere oportet: actor enim forum rei sequitur: vt extra. de foro competen. c. si diligenti.

Notandum circa id, quòd ille qui vẽditionem recognoscit, emptorem varendare oportet, excepto iudæo, & hoc fit c ex certis caussis. Primò, quia nullus se ad iudæum pro varendatore trahere potest, ita, quòd actor eum illic inse qui cogeretur, nisi iudæus va-

c Judæus Christiani varendator esse non potest ex certis caussis.

rendare vellet vt alter Christianus, ita videlicet, quòd iudæus super re vindicata vlterius varendatorem indicere vellet, quod quidem iure facere non tenetur, & hoc ex certis & legitimis eisdem admissum est caussis, & signanter ex eo, vt res furtiuæ cò facilius inueniri & restaurari possint: *d* quare conceditur eis, vt res furtiuas emere possint, nec super eo varēdare coguntur, cùm alicui quid vendiderint: imò quidquid à iudæo emitur reputari debet, quòd illud varendari non poterit: qui enim deliquit in vno, hoc est, in empriene rei furtiuæ, cuius emptio sibi admittitur, etiam opinari potest de alio malo; videlicet, quòd rem vendidit furtiuam: vnum enim malum sequitur aliud: vt ff. de re. vindic. l. ex diuerso. & in auten. vt iudic. sine quoquo suffragi. C. cogitatio. coll. ij.

d Iudeis admittitur rescindere furtiua

e Spec. Saxo. lib. iij. art. vij. *f Christianus interficiens Iudæum quæ pœna*

Considerandum etiam, *e* quòd si Christianus interficiat iudæū, vel eundem iniuriā affecerit, *f* iudicatur super eo secundùm excessum: & è contra, si iudæus interficiat Christianum. vt C. de iudæis & cœlicolis. l. nullus. & Spe. Sax. lib. iij. art. vii.

g Vide plura de hac materia Spe. Saxo. lib. iij. art. vij.

Insuper, si apud iudæum inuenitur res Ecclesiæ, *g* vt pote calices, missalia, ornatus ecclesiastici, & aliæ res sacræ, pro furibus reputabuntur. Sed si non fuerint consecratæ res illæ, eu ctorem statuet: quòdsi consecratæ sint, nullum eu ctorem statuere potest, res etenim illæ nullius sunt. vt Instit. de re. diui. §. nullus.

Articulus CXXXIX.

De iuramento Iudæorum.

IVdæi iuramentum facere debent, secundùm aliquos modos infrascripto

ptos, prout mihi. N. culpam dat quòd sibi iniuriatus sim, huiusmodi accusationis innocēs sum, ita me Deus adiuuet, qui cœlum, terram, gramina, & omnes res creauit, meāq; iudaicam legē statuit, & vt sic, proficit in iure suo.

Alij verò in iuramentis iudæorum obseruant modum qui sequitur, & dicunt quòd iuramentum iudæi facere debent ante Sinagogam, tenendo catenam qua Sinagogæ hostium attrahitur, ad occludēdum, & quod nudipes stet, pronunciabiturque sibi iuramētum hisce verbis. Prout tibi culpam N. dat, quòd tu innocens facti es, sic te Deus adiuuet, & si iniuste iuras, quòd te Deus confundat qui cœlum & terram creauit, aerem & gramina, & si iniustus es, quòd te Deus perdat, qui in archa octo homines tempore diluuij enutriuit, quòdsi falsus in iuramento sis, vt te Deus perdat, qui ciuitates quinque, Sodomam, Gomoram, &c. igne infernali cōbussit, quodq; te Deus cōfundat, qui cum Moyse ex rubo igneo locutus

est.

est. Et si iniustus sis, quòd te Deus perdat, qui Moysi legem tradidit, ac digitis proprijs in tabulis lapideis eandem conscripsit. Et si iniuste iuras, quòd te Deus perdat, qui Pharaonem in mari rubro cõtriuit, & iudęos liberè ad terram fluentem melle & lacte transduxit. Et si iniuste iuramentum profers, quòd te Deus confundat qui iudæos. xl. annis in deserto manna pauit, a quodq; Deus te perdat ad infernumque transmittat cum corpore & anima. Iuramẽtum istud iudæus facere debet super libro Moysi. iudæus etiam extra Sinagogam exire non debet sine mitra iudaica.

a Sciendum, quod quodlibet membrum iuramẽti, accipi poterit pro totali iuramento, cum expressione tamen causæ pro qua iuratur.

CONCLVSIO Priuilegij.

IVs istud & cõstitutiones præsentes, Nos Cæsar Otto ciuibus nostris & incolis Maydeburgi, cum consensu principum & seniorum pronunciæ dedimus, & de voluntate eorũdem ciuium pro plebiscito seu iure municipali vna cum omnibus iuribus quæ à Constantino & Carolo diuis Imperatoribus sancita habent. Tum & omnes eorũ bonas consuetudines, dum modo fidei Christianæ non contraueniant, eisdem cõfirmamus. In robur & maius testimoniũ ac perpetuæ rei firmitatẽ præsens priuilegium communiuimus cum aureo sigillo, appensoque secreto nostro. Datum in Anno Domini, Noningentesimo quadragesimo octauo. Imperij nostri anno tertio. Dominica Pentecostes, in præsentia principum imperij electorum, qui sigilla itidem sua appensa adid applicuerunt, de voluntate etiam assensu, & autoritate Sanctissimi Patris Papæ Benedicti.

GLOSSA.

Superiùs articulo xxix. habitum est, quòd nullus ex possessione ejici debet, nisi pro ea accusatus iudicialiter veris sententijs abiudicatus sit.

b Vnde pro intellectu illius ampliori notanda hîc quædam veniunt, quo pacto se vnus in vindicanda re aliqua apud alium inuẽta habere debeat, danturque nonnullæ regulæ, quo pacto in his procedendum. Primò, quòd iudex aut Scabini neminem ex possessione ejicere debent, nisi iure victus sit. Secũdò, prohibetur illis quorum bona sunt, siue sint propriũ, siue alia bona mobilia aut immobilia, quòd propria auctoritate ad ea se nõ intromittant. Et quia duplicia bona sunt, quæ vindicari possunt, mobilia videlicet & immobilia. Ponitur primùm modus de mobilibus bonis: *c* si quis ea prævenerit apud aliquẽ, qui forsan ea vel emit, vel sibi impignorata sunt, vel ea inuenit, aut ex alluuione sibi applicata, aut à furibus vel prædonibus ablata, seu quouis alio modo sibi aduenere:

b Glosa ista extraordinaria articuli præsentis. sed magis est declaratiua supra eo. lib. art. xxi c. & item Spec. Saxo. libr 3. ar. lex. ac lib. 3. art. xxviii. & lex & uẽ libr iii. artic. lxxxiii.

c Practicam vide quomodo in vindicatis ne res proceluuione sibi applicata, aut à furibus vel prædonibus ablata, seu quouis alio modo sibi aduenere: datur.

alter verò aduenìat, bonaque apud eum præuenta expetat, dicēdo hoc vel hoc: vt pote, equus, vel aliud mobile meum fuit, & vltimatè ad me pertinebat, cùm mihi ablatum est, volo mihi reddi, accipiatque, vt sic, equum violēter: alter verò, vt pote ille, cui equus violenter acceptus est, ad iudicem veniat, querulando, quòd P. violenter, contra Deum & iustitiam, sibi equum accepit, vel rem aliam, quam ipse in possessione habuit sua, publiceque tenuit, & nemini ius denegauit, dummodo quis eum iure impetijsset, petens iure decerni.

Tandem P. respondeat, equum vel rem aliam mobilem, quæ mihi furto ablata est vel ex inundatione, aut quouis alio modo alienata apud istum inueni, & illam vindicaui eādem intercedere volens, sicut ius & Scabini decreuerunt, petoque decerni, an iure ad illam me trahere debeā? Postmodum M. dicat: Protestor vobiscū domine iudex & honorati Scabini recognitionem eius; quia sine licentia iudicis id fecerit, cùm ego ius sibi nunquā denegauerim: pero per sententiam decerni, an iustò meum accepit? R. quòd iniustè se intromisit bonis illis, ex quo violenter & non auctoritate officii id fecerit. Quærat tandem, an id rectè egit? Respondetur, q̄ qui aliquid sibi vindicat cōtra iustitiam, & contra consensum iudicis, non rectè facit.

Quæratur vlterius, quid exinde demeruit? *d* R. q̄ qui iniustè se bonis intromittit, restituere illud vicissim tenetur cū multa & emenda. vt Instit. vi. bon. rapt. §. sed ne dum. Quod cùm factum sit, huicque bona vicissim restituuntur, & in possessionem mittatur, tandem P. querulari poterit super M. occasione bonorum huiusmodi, quæ M. per responsionem defendere tenebitur: vt Instit. eod. tit. & §. allegato.

d Vide ad hāc materiam Sp. Saxo. libr. ij. art. xxv.

Persimile etiā querela formanda erit, si quis violenter propriū vel hæreditatem occupauerit. *e* Tertio, proh dolor etiā iure Scabinis & iudici, quòd neminē sententiari debent, qualiter hæreditatem aut possessionem quis probare debeat, nisi priùs probatio sibi adiudicata sit: vt Spec. Saxo. lib. ij. art. xviij. & C. de probationibus. l. siue. Quartò docetur, quòd nullus expelli à possessione debet, *f* nisi veris sententijs vincatur: vt C. de edendo. l. edita. & l. finali.

e Spec. Saxo. lib. ij. ar. xviij.

f Spec. Saxo. lib. ij. ar. xxiij.

Quæritur, si iudex & Scabini *g* certo sciant aliquē mala fide occupare bona alicuius, an iudex ei demādare debet, quòd ceda. bona sine strepitu iuris? R. quòd nullus alienari debet à possessione, quamuis iniustò possideat, dato, quòd iudex certò sciat: iudex etenim actori querelam, & accusato responsionem admittere tenetur.

g Iudex etiā si certo sciat quod aliquis rem male possiderit demandare nō potest vt ea cedat, nisi per sententiā vincatur.

Si quis etiam dicat: res ista vel possessio est mea, & traho me ad iudicem & Scabinos, quibus notū est illam meam fore, petoque decerni, an iure mihi cedere ex possessione non debeat? R. quòd alienari non potest, nisi iusta querela formetur, & tamdiu, quoad per sententiam ex querela sibi abiudicetur: vt Instit. de interdict. §. commodum autem.

Quinimò in præsentia istius qui rem possidet, intentari debet actio, aliàs non valebit, nisi forte cōtumax sit: vt iij. q. jx. c. cauēant iudices. & C. de procuratoribus. quia absēte. sed & tribus terminis legitimis citari debet, antequam contra eum decernetur: vt Spec. Sax. libr. ij art. xxiiij. & C. quomodo & quando iud. sentent. profer. l. ij. Cùm verò, vt sic, citatus non comparuerit, iste in possessionem mittetur: vt C. eo. tit. §. cum non.

Spec. Sax. lib. ij. art. xxiij.

Considerādum insuper, quod aliquis

aliquis bona sua iustò possessa iure amittere seu alienare poterit, per venditionem, obligationem, liberam dimissionem, ex negligẽtia præscriptionis, vel alijs multis modis: & de istis quatuor modis, vt pote, quo pacto per venditionem, obligationem, resignationẽ, vel ex negligentia res dimittitur, in sequenti articulo singillatim declarabitur.

Articulus CXL.

Declarat modos, quo pacto res vnius esse desinit.

Articulus præsens nõ est à priuilegio à magis est declaratiuus supra art. xxxv. item Spec. Sax. lib. i. art. xxxiii. & lxx. lib. ii. art. xxxiii. & lxx. libr. iii. arti. cxxxii.

PRo intellectu tàm præcedentium, *a* quã quæ hîc in glossa præsenti declarãtur, notandum, quòd qui vendere vult aliquid, debet esse rei dominus; varendare enim oportet venditor emptorem in re vendita. vt Spec. Sax. libr. j. arti. jx. & lib. ij. art. xxxvj. aliàs pro fure reputaretur: vt Spec. Sax. lib. iij. artic. iiij.

a Venditor quamdiu emptorem varendare tenetur re vendita.

Quæritur, si vnus vendit proprium seu hæreditatem suam, quã & probet literis vel alijs documẽtis suam fore, *b* eandemque propijs ac benè acquisitis pecunijs emit, tùm & per sententias iuridicas obtinuit, quòd proprium illud vendere possit ac resignare: ille verò qui emit, possessionem desuper accepit, quamdiu venditor eum varendare debeat ab impetitione? R. quòd qui bona sua vendit quæ habuit, in possessione varendare emptorem tenetur anno & die contra præsentes: contra absentes verò triginta annis & anno ac die; & signanter, quamdiu vixerit, de forma iuris: vt Spec. Sax. li. j. art. xxjx. & lib. iij ar. iiij.

Sciendum quòd ille qui vendit aliquid varendam præstare tenetur: vbi etenim venditio vel emptio interuenit rei alicuius, signanter proprij, coram iudicio, vt sic necesse est vt ibidem confirmetur venditio, ac resignatio illa denuncietur, vt iuris est: & hoc ex eo si forsan posthac bona quis impetere vellet: quòd iudicialiter seu coram iudicio vbi resignata sunt id faciat.

c Resignatio bonorum non fit nisi in iudicio cui subsunt.

Resignatio etiam bonorum *c* fieri non debet nisi in iudicio cui subsunt bonailla.

d Venditio vt valeat quæ requiruntur.

Venditio præterea si perfecta esse debeat, cum determinatione rerum, expressioneq; verborum vt sit necesse est: *d* quodq; confirmetur hominibus vel alijs obligationibus, iuxta prouinciæ consuetudinem ita quòd retrocedere nõ posset sine cõsensu vtrorumq;.

Venditio nomq; inualida est nisi subsequatur voluntas vtrorumque, & is qui emit intromittat se rei emptæ: vt abũde habetur. Inst. de empti. & vendi. §. in his autem quæ scriptura conficiuntur.

Quæritur, si duo insimul agant super venditione vel emptione ꝑ aliqua re, & vnus non concludat finaliter, nec precium nominet, an venditio sit completa nec ne? R. quòd in casu isto, si non concluserint super cõtractũ, nec precium nominatum sit, vẽditio nulla; precium enim nominare oportet: vt Instit de empti. & vendit. §. precium autem.

e Venditionis & emptionis vide cautelas.

Quæritur, *e* si duo super emptione contractum faciant, & cõcludant insimul sub conditione, in quantum emptor pecuniã venditori assecuret, vel per fideiussoriam eandem pro re empta promittat, & interim emptor intromittat se bonis, venditorque partem precij rei vẽditæ accipiat, emptor etiam in possessionem veniat, & bona possideat, nec est determinatũ tempus solutionis precij residui, emptor in possessione sedeat, nulla precij facta assecuratione, tãdem & emptor insinuet, quòd contractum emptionis tenere nec assecurare potest, venditorque

torq; experat bonorum suorum possessionem euacuandi, emptor autem defendat, probando possessionem metertias, quam nec euacuare vult, nisi pecunia sibi restituatur, an, vt sic, possessio euacuanda sit & an venditor pecuniã apud se seruare non debeat, ex quo emptor possessionem occupauit & contractum emptionis seruare non valuit: vel an pecunia emptori restituenda venit. ℟. si quis bona vendiderit sua, siue sit proprium siue hæreditas, conditioq; expressa sit *f* dummodo solutioni satisfaceret, vel eam cautione assecurare posset, emptorq; partem pecuniæ desuper dederit, contractumq; emptionis postmodum reiecit, etiamsi possideat anno & die, plus vel minus, emptor bona huiusmodi possidere iure non potest, verum illa euacuare: quòd si venditor pecuniarũ quid desuper ceperit, emptori eandem restituere non tenetur eo quia emptor eundem in sua impediuit possessione, nisi contractum inter eos aliter sit. Quòdsi vẽditor emptori quid promiserit, iure contra eum ager, non tamen antehac, nisi prius possessionẽ euacuet, & hoc ex eo quia contractus venditionis annullatus est, & distractus nõ ex parte venditoris, sed ex parte emptoris: vt Insti. de empti. & venditi. §. in his autem.

f De emptionibus vide Sp. Sax lib. 1. ar. 20 libro iii. art. iii.

Queritur, *g* vendat si quis bona alicui quæ emptor in veram accepit possessionem. vt supra habitum est, interimq; damnum obuenerit bonis, per ignem vel aquã, venditor experat bonorum seu domus solutionem, emptor verò respondeat domum quidem esse emptam, nondum tamen resignatam sibi fore, sed & damnũ illud absque eius culpa superuenit, resignatione nondum subsequuta, licet solutionem stipulatus sit, an in eo damnum pati cogatur, domumq; sibi exsoluere, quæ nondum resignata est, vel an ipse maiori iure domum dimittere non debeat: aut quid sit iuris. Actor verò replicando instet. Ex quo quidẽ emptionem recognoscit, domumq; vt hospes inhabitauit, nec ego pro aliquo damno sibi stipulatus sum vel promiseram, paratusq; semper fui domum resignare liberamq; dimittere, dummodo pecunia superestãs, iuxta contractum, exsoluta fuisset, peto per sententiam decerni, an emptor pecuniam, quam sine aliqua conditione promiserat, exsolui debeat: ex quo quidem possessionem domus nactus est, & an damnum, quòd citra negligentiã subsequutum est meum, mihi obesse & sibi prodesse poterit. ℟. Ex quo sufficienti facto emptionis contractu, pro bonis seu domo, vbi & emptor certam pecuniarum summã desuper accepit, emptor bonis illis se intromisit, & ea possederit sine cõtradictione, nec venditor resignationi contradixit, sed & emptor emptionem confirmauit per pecuniam datam, & cum hoc possessionẽ accepit, ante damnum illatum, extunc pecuniam exsoluere cõpletè tenetur, damnumq; emptori, & non venditori computabitur: vt Insti. de empti. & vendi. §. Cùm autem venditio.

g Domũ vendens, quam & in possessionem accepit emptor nondum q; facta iuridica resignatione, cõburatur, cui cedet damnũ.

Sciendum circa id, q̃ sentẽtia ista extendit se & vtilis est ad id quòd emptor periculum tollerare cogitur rei emptæ ipso facto: & hoc ex eo fit, quia possessionem rei acceperit, quamuis resignatio non subsequatur, dummodo ex vtroq; emptio & venditio recognoscatur: vt ff. de pericu. & cõmo. rei. vendi. l. iij. & alijs sequentibus.

Considerandum præterea, si se bonis non intromiserit emptor, dato, quòd pecunia desuper data sit, etiamsi probare posset emptionem, & quòd emerat, propior negatiua absoluitur: ex quo resigna

tio

tio non est subsequuta, quam ille eum conuincere posset, pecuniā tamē desuper datam perdit, quòd si pecuniam posthac expetteret, declarare cogitur vnde eueniat debitum illud. Si dicat pecuniam sibi datam tūc, cùm ab eo domus empta sit, & exinde venditionem recognoscat, extunc contractus vendi ionis cōtra eum ci ius probari possit, quàm ille negare valeat, &, vt sic, emptor vindicabit aream domus venditæ, & illi pecuniam exsoluet: vt Instit. de empti & vendit. § quod si fugerit.

h Equus emptus, & apud venditorem lo catus, interim moritur, cui damnū cedit.

Quæritur, equum si quis emat *h* vel pecus, & emptor mercipotum bibat cum venditore, & alijs hominibus, contractumque fori concludant, ac vnus alteri arram seu certam pecuniam desuper tribuat, emptorque equum superequitet ac illum probet, nec denominatur tempus solutionis, nec promissum aliquid super periculo aut damno equi, emptor equum suscipiat, ac tandem venditorem petat, quòd in suo stabulo equum ad certū tempus stare permittat, interimq; in stabulo damnum eueniat, ille reuersus, equum expetat, quem innenit vel mortuum vel claudicantem, aut alio defectu superueniente peioratum, renuat equum accipere: venditor tandem pecuniam ab eo expetat, iuxta contractum emptionis: emptor cōtradicat, allegans, equum benè sanum emptum ab actore, qui nec dum in possessionem venit eius: quinimò in stabulo venditoris mortuus vel defectuosus factus, quòd & probaturum se offert, siue id ex negligentia aut scientia sua effectum est, cum nihil refert, petatq; per sententiā decerni an equum quem in possessiōe semper habuit vēditor sua, exsoluere teneatur, vel quid sit iuris. Actor tandem replicet: exquoquidem hic astat, & recognoscit equum à me emptum, vbi & exsuperabundanti danti me traho ad illos, qui emptioni affuerunt, sed & is equum acceptauit, & illi se intromisit, me duntaxat expetendo, vt equum in stabulo permitterem stare meo suis expensis, & in suum periculum; interimque defectuosus vel mortuus factus absq; culpa & occasione mea: eiusque damni ex animo doleo, circa id innocentiam declarare offerens meam, prout Scabini decreuerint, petens id per sententiam decerni, an cum huiusmodi cōtradictoria pecuniam retinere possit meam, vel quid sit iuris? ℟. si venditor probare potest, vt iuris est, quòd emptor equum susceperat, iuxta fori contractum: tandemque petijt equū in stabulo venditoris ad certum tempus sisti interimque damnum seu periculum equo obuenerit, ac venditor ad sacra duobus dietis probare audebit, quòd damnū absque eius culpa euenit, emptor iusto equum soluit, exquo forum iuxta recognitionem emptio i legitime factum sit: vt ff. de pericu. re. vendit. l. illud. & Insti. de emptio. & vendit. per totum.

Regula venditionis & emptionis.

In caussa emptionis & venditionis notanda est generalis regula, quòd exquacumque caussa inter emptorem & venditorem conditio superuenerit, ita potissimum obseruanda est: sicut si forsan cōtractum vnus faciat cum alio occasione vini, frumenti, equi, pecoris, vel alterius quidquid sit: & inter emptorem vel venditorem eueniat conditio aliqua, sicut dūmodo solutionem cautione stipulatus sit, vel solutionem fecerit, vel res illa libera fit, vel vtendari poterit, aut pecus illud sanum sit, aut ad probam datum, aut aliquid simile, in contractu expressum, interimque aliquid eueniat incommodi rei venditæ, vbi & emptor sub illa conditione rem apud venditorem reliquerit, probariq; potest per venditorem cōdicio illa,

per

per homines, qui contractui emptionis affuerunt, & cum hoc iuramento, vt iuris est, maximè custodienda erit conditio superuenientis. Sed si res empta, nulla reseruata conditione, in possessionēq; accepta, apud venditorem pro custodia relinquitur, damnumque interim eueniat, iuramētoq; probare audebit venditor, quòd damnum illud in re vendita absque eius culpa subsecutum est, i manet sine damno: & quidquid pecuniarum desuper datum est, amittitur, nisi forsan contractus inter eos aliter fiat: vt ff. de peri. & commo. re vendi. l. j. Sed & cōdicio inter venditorem & emptorem facta, magis pertinet ad emptorem, postquam rem in suam accipit possessionem: is verò cui committitur, vel apud eum relinquitur res illa, est custos rei illius: sed qui custodiri rem, tanquam suam propriam, idque probauerit, vt iuris est, manet sine damno: contractus etenim mutuus inter eos factus, dūmodo probari poterit, ius limitat omne. Hoc idem intelligendum erit de panno, vino, oleo, zinzibere, & alijs rebus, quæ per gustum, tactum, visum, dinosci possunt, quæ vnus hodie emit, & illa non accipit, interimq; ea destrui contigit, emptor suscipere cogitur, si venditor eum à contractu liberum dimittere non vult: vt ff. de peri & commo. rei vindic. l. quod si. & sequentibus legibus. potest tamen intentari actio doli contra venditorem.

i Vide alla hac materiam ff. de peri. & cōmo. rei vendite per totum.

Notandum præterea, *k* quòd ex oppignoratione bona desinūt alterius fore: sicut si T. bona M. impignorauerit, *l* nihilominus proprietas bonorum manet apud T. vt si forsan vineam vel domū inscripserit, & ille hæreditatem huiusmodi in decem auri marcis acceperit, cum conditione eam redimendi, ad tēpus festi sancti Martini, hæreditatemque hanc si non exemerit ad tempus præfixum, vt cum illa disposita secundum eius voluntatem; quæritur per sententiam decerni, quis veram possessionem in huiusmodi bonis habere debeat? R. si quis bona obliget sua in certa summa, ad tēpus determinatum illa eximendi creditorque illa in possessione habuerit sua, is qui obligauit, nec vendere, nec obligare viterius ea potest, sine voluntate illius cui obligauerat: & quamuis creditor in possessione illa habuerit sua, nihilominus si quid damni interim in bonis euenerit, absque negligentia possessoris, damnum circa bona manet obligata. Quodsi ille q obligauit eliberare bona non potest, damnum sufferre non tenebitur erga illum, cui bona impignorata sunt: vt Inst. de locat. & conduct. §. conductor autem.

k Quo pacto ex oppignoratione rerum bona desinunt esse.

l Oppignoratorum bonorū proprietas cui cedat.

Quæritur, ex quo quidem oppignoratio *m* æquè ligat vnū, sicut & venditio, in quo hæc duo differant? R. quòd obligatio seu impignoratio nō alio diferunt nisi per id *n* quòd res vendita exemi vicè versa non potest, impignorata verò libere exemi poterit. Exindeq; sequitur, quod is, cui res impignorata sit, eandem diuendere non potest sine voluntate illius qui impignorauerit, vt C. de pignori. & hypote. l. creditores.

m Vide feud. c. lv. glo.

n Venditio & oppignoratio quibus differunt.

Quæritur, *o* si vnus inscriptionem faciat alteri, bonaq; obliget sua, assecurationem faciendo debiti, cum promissione ad certum tempus illud soluendi, nec solutionem facere potest, nec bona eliberare, creditor verò cui bona obligata sunt, id quod iuris ordo exposcit, eū bonis huiusmodi oppignoratis faciat ea denunciādo, & iuridice indicendo, illi qui ea sibi obligauit, posthac verò bona huiusmodi vendidit, *p* an huismodi bona sibi obligata, & per eum vendita varendare possit nec ne? R. quòd quamuis vnus obligatio nem leuat.

o Regula obligationum.

p Bona obligata diuendita si sint an varendare venditor illa valeat.

nem faciat bona oppignorando sua cum conditione adiecta, quòd is cui obligata sunt diuēdere posset, si ad præfixum tempus non exemerentur: posito etiam quòd per sententiam sibi decernatur, vt diuendere valeat, diuendatq; de facto: varendare tamē illa non poterit, quia duntaxat loco pignoris illa habuit, imò ille qui inuadiauerat, vel cui ipse fauerit, exemere potest: dato etiam quòd anno fuerit, & die præscribat: q nulla etenim præscriptio fieri potest, quādiu probare poterit rem illam oppignoratam fuisse: r vt C. de pigno. l. creditores.

p Res oppignorata nullā patitur præscriptionem.

q Spec. Saxo. lib. i. art. xxiij.

r Fund. c. lv & alle municip supra art. xx.

Varenda namq; venditoris rei oppignoratæ maior esse non potest, nisi quòd probet rem sibi fore inuadiatam, in ista vel ista summa, & ad illud tempus quodque processit cum pignore, vt iuris est, & quòd vēdidit pignus: ex eo quia ille secundùm contractum non eliberauit.

s Edificia in bonis obligatis facta an repetantur.

Quæritur, si aliquid in bonis oppignoratis, ædificatum sit s an expensas rependere debeat is qui eliberare vult, antequam euacuētur bona illa. R. si ædificia sint necessaria, restituere cogitur is qui bona exemit de forma iuris: vt C. titu. & l. allega.

t Prouentus & vtilitates bonis obligatis percepta an ad summā capitalem defalcari debeant.

Quæritur, oppignoret si quis bona, quæ fructum & vtilitatem afferunt, t vtpotè agros, vineas, humuleta, hortos, pomœria, prouentus, telonea, aquaia, institas seu bancos panum, calciariorū, cerdonum, laniorum, tum & domos, cum conditione ea redimendi ad certum tempus, ex bonisq; vt sic oppignoratis, vtilitas in dies prouenit, nec sit expressum circa oppignorationem, quòd bonis illis cum singulis vtilitatibus vti debeat vsq; ad exemptionē, prouentus illi an ad summam capitalem defalcari debeant nec ne. R. quòdsi quid bonorum, in quibus vtilitas aliqua sit, oppignoratum fuerit, fuerit, vtilitas illa ad summam capitalem defalcetur, nisi forsan ex pressum fuerit circa contractum, quòd bonis illis in summa huiusmodi liberè vti debeat: quia alias si acciperet & expressum in contractu non esset vsura foret: vt Spec. Saxo. lib. i. art. liiij.

Quæritur, si quis oppignoret bona alicui in certo debito, & idem principalis hæc eadem bona alteri vēdat, u an is cui bona oppignorata fuerant, debitum suum in illo, qui bona illa sibi oppignorauerat, vel potùs in bonis sibi oppignoratis, & posthac alteri vēditis, quærere debeat? R. si quis oppignoret bona alicui, diuēdatque hæc eadem bona alteri, sine voluntate istius, cui prius oppignorauerat bona huiusmodi: is qui in possessione bona prætacta habet, optionem habebit debitū suum quærere, vel in persona illius qui rē vēdidit, vel in bonis oppignoratis, de forma iuris.

u Bona oppignorata vni, & postmodum diuendita alteri, ille primus an in persona principalis vel potùs in bonis debitū quærere debeat suum.

Quæritur, si bona quis impetat, pignus suum esse dicendo, literasque habuerit desuper prædecessori duntaxat suo pertinentes: respondens verò expetat probationem à vendicatore, ille tandē ad literas prædecessoris sui se trahat. x Respondens iterum dicat: Exquo quidem bona alloquitur mea, pignus suum esse dicendo, probareque literis intendit, quæ cum non concernunt: peto per sententiam dari, an ipse bona alloqui possit mea? Actor iterum instet: Quandoquidem propinquior illius sum hæres, bonaq; omnia cum omni iure ad me deuoluta sunt, siue sit propriū, siue hereditas, debita, mobiliaq; ac immobilia bona, peto prius decerni, an bona sua, quæ in vadio steterunt, vindicare possim, vel quid sit iuris? R. ad has controuersias, quòd & siquidem nullus ex directo lucrari pignus potest, nisi is, cui oppignoratum est, nihilominus

x Bona oppignorata certo instrumento ad id confecto, an hæres eius illa recuperare poterit.

nus tamen si debitor remãsit qui, & bona sua in debito oppignorauit, hæres pro eo istum accusab : & si recognoscat respondens, vel comprobatum contra eum sit, bona esse oppignorata, hæres ad vadium venire potest cum omni iure in his pecunijs, prout prædecessori debebat, de forma iuris.

Quæritur, si bona oppignorata sint, siue illa sint mobilia, siue immobilia, contingatque damnũ in bonis, oppignorans tandem ea exemere vellet, y experens, vt ea melioraret & reformaret: ille verò dicat, bona sibi esse oppignorata, custodiamque quanto maiorem potuit in custodiendis illis habuit, tanquam circa sua propria, quòd si sibi fidem dare non vult, ad obligere paratum se offert, put ius decreuerit: petens per sententiam decerni, an super eo damnum sufferre cogatur. R. si vadium oppignoratum sit, illudque diligenter ac fideliter custoditur, euenjatq; tandem vadio damnũ: sicut si comburatur, vel furto ablatum sit, cum aliis eius bonis, si ad sacra probare ausus fuerit, q̃ absque eius culpa & negligentia damnum subsecutum est, nullam impetitionẽ habere debet, de forma iuris.

y In bonis obligatis damnum seuenit at quis illud tollere cogitur.

Quæritur, si aliquis cum consensu & voluntate mea domum inhabitet meam, siue promitt. t cẽsum siue non: vel etiam si bona censualia, aut mihi inuadiata apud me cõduxerit, z posthac verò ex bonis illis abire voluer t, censum soluere recusans, detineamque eum suppellectilem occludendo eiusdem: posthac tandem negocium ad iudicem deferatur querelaque proponatur cõtra me, quòd supellectilem occluserim: ego defendam dicendo, suppellectilem seruari in possessione vel in bonis meis censualibus loco census, qui postquam exsoluetur, suppellectilis libera erit: ille verò contraueniat dicendo, mihi penitus nihil teneri, cùm nec aliquid etiam promiserit: ego tandem contradicam, Exquo quidem substantiam & suppellectilẽ eius in possessione bonorum meorum habeo, an propior non sim circa censum conseruari meum, quàm ipse negare valeat, vel quid sit iuris? R. cum bona conducũtur, quidquid bonorum ad bona illa conducta, vel ad pactum data apportauerit, bonisque resederit vno anno, medio, siue quartali; si dominus bonorũ censualium cẽsu carere noluerit, censualis soluere cogitur, occludereq; potest in habitatiõibus suppellectilem eius, siue cẽsum promittat siue nõ: & si confirmare iuramento audebit, quòd in censu id fecerit suo, citiùs, & maiori iure censum obtinebit, quàm ille negatiua absolui potest: vt Spec. Sax. lib. 3. art. liij.

z Conductor seu dominus domus audiendus citius censum obtinebit ad sacra quam inquilinus negare valeat.

Sciendũ circa id, a quòd quædam bona efficiũtur ex sciplo pignus seu vadium, quamuis nõ spe cificentur loco vadij esse data: b sicut quidquid homo censualis, vel inquilinus, in domũ importat hospitis sui, illud totũ pignus hospitis erit, occludereque illud in censu poterit, & conseruare fideliter, si aliàs sine allocutione manere vult: vt C. de locat. & conduct. l. certi iuris est.

a Quædam res ex se pessficiuntur signus.

b Spec Saxo. lib. 3. ar. lxx.

Quæritur, si tutor intromittat se in bonis pupilli, c vel ea in prouisionem acceperit, tutorque bona itidem habuerit sua, an bona huiusmodi tutoris sint pignus pupilli de iure? d R. Si tutor bonis pupilli se intromiserit, & tutoriã acceptauerit, bona sua sunt pignus pupillo, ita, quòd tutor facultatem non habebit bona sua alienandi, oppignorandi, aut vendendi.

c Bona tutoris pignus pupilli.

d Spec. Saxo. lib. 3. ar. xxxij.

Quæritur, si vnus bona sua alteri obliget, impignoret, e cũ clausula apposita, ac verbali compromisso, in defectu exemptionis bona hu-

e Bona obligata in summa debitis cẽpuisse præsignatur illa exemendi conditionem.

iecta, si ad prafixum tempus non exemerit, vt cum illis faciat pro libitu, an illico tempore ad manicre diuendi poterint.

na huiusmodi vendēdum aut vlterius impignorandum, vel si alter quicumque contractus inter eos sit, an dominus pignoris in instanti cùm dies exemptionis transierit, bona huiusmodi alienare posset? signāter si in literis expressum sit, quòd id facere ei liceat sine iuris adminiculo, vel tanquam omnia iura transacta fuissent? R. Si bona alicui oppignorata sint, ille verò ad certū tempus nō exemerit, citari debet tribus iudicijs ad impugnandū: quòd si p tertio iudicio non comparuerit, pignoris dominus inuestiri seu instituī debet in bona iure illo, prout literis docuerit, nec aliquis eum ex inde eijcere valebit, nisi per querelam iudicialem, si comparuerit citatus, & est præsens actor, literas vel acta iudicij legi postulet, vel aliquo quouis modo p̄bet, quo pacto iste vel iste sese obligauit, quærēs ex eo, si cōtradicere quid huic vellet: si nihil contradicat, dimittetur pignus liberè creditori coram iudicio, iudexque demādabit, vt vadiū eliberetur ad quindenam: si non exemerit, interrogabit posthac creditor, quid cum bonis illis, siue sit proprium, siue hæreditas, facere debeat, & iterū per quindenam similiter interrogabit, sententiabiturque eidem p̄ denunciare bona illa debet per tres quindenas: quod cùm factū sit, decernetur, quòd insinuare debitori debet in domo vel in curia eius cum Scabinis, & habebit iterū inducias quatuordecim dies, & quærat posthac creditor: quemadmodū omnia iura & gradus iuridicos in vadio perduxi, prout iudex & Scabini mihi decreuerant, ad quos me traho: peto per sententiam decerni, ex quo secundùm iuris ordinem ad bona introductus sum, & in ea institutus, an bona huiusmodi euacuare mihi non debeat. R. quòd ex quo quidem iuris ordine in bona institutus est, extunc bona euacuari debent. Tandem dominus pignoris post decretam euacuationem, accipere debet possessionem bonorum illorum, vel alium illic loco sui mittere vel domum occludere, eandem in possessionem accipiendo, quæratq; tandem vlteriùs quid cum vadio huiusmodi signāter cum domo facere debeat. R. q̄ illam tenere debet illæsē anno & die, & interim exemi & eliberari potest. Anno verò & die trāsacto domum vendere poterit & alienare, varendamq; promittere quantam solus habuit & non maiorem de forma iuris: vt Spe. Sax. lib. i. art. lxx.

Quæritur, Mulier habens reformationem dotalitij *f* in bonis seu domo, vendaturq; posthac domus illa, etiam cum consensu eius, dummodo ei ea venditionem præcustodiat, vt iuri suo non noceat an dotalitium in bonis illis reperere potest. R. quòd mulier iure dotalitiū repetet, dato, quòd venditioni cōsentiat, dummodo præcustodiat ne iuri sui dotalitionali noceat; imò nec oberit iuri suo, obtinet enim dotalitiū suum, in quantum illud probauerit, ante omnia debita: *g* & hoc si bona illa in dotalitio oppignorata sunt antequam creditoribus obligata fuerant: vt Instit. qui aliena. licet. §. accidit.

f R. nad tuitionem si diuendita sint, etiam de consensu vxoris, conditione tamen reseruata, ne iuri noceat suo, an dotalitiū repetere possit.

g Vide hoc idem supra in remunic. art. xxv. glo.

Quæritur, an tutor bona pupillorum alienare, *h* vendere, oppignorare, vel censum desuper inscribere posset. R. Tutor bona pupilloruū nec diuēdere, nec oppignorare, nec quouismodo obligare poterit, ita quòd illud patī cogitur, *i* cùm ad annos peruenerint, nisi ostendat & declaret, cum commodo pupillorum id factum fuisse, quodq; pecuniam illam in vtilitatem pupillorum conuertat, alias non de forma iuris.

h Tutor an bona pupillorum diuendere aut oppignorare valeat.

i Vide supra iure municip. art. xxvi.

Quæritur, an ecclesiarum prouisores, Plebani, Abbates, Guardiani,

diani, defectu superueniente, Ecclesiarum *k* res sacras vt sunt ornatus & alia apparamenta, caliceſq; impignorare possent necne? Rn. quòd nullus siue sit spiritualis siue secularis, monachus, vel ecclesiæ patronus, alienare vel oppignorare quicquam rerum ecclesiæ poterit, *l* ex quacunq; etiam necessitate, nisi duntaxat pro redemptione captiuorū: de forma iuris: vt Insti. de re. diui. §. Sacræ res.

k Res ecclesiæ sine oppignoratæ esse possunt.

l Spec. Saxo. lib. iij. art. xij.

Sciendum etiam circa id *m* quòd homines liberi, & pueri, in pignus ac in vadium dari non debent: vt in auten. de non alienan. aut permutan. §. Si autem creditor. coll. ij.

m Homines liberi in pignus dari non possunt, nec pueri ipsi.

Quæritur, si res aliquæ apportatæ sint in bona mea cēsualia vel in domum quam cōduxi: vt prius dictum est, *n* ille verò qui domū conduxit oppiguoret res vel suppellectilem, antequam censum soluat meum, interimq; ego aduenian ac ille cui oppignoratæ res sunt dicat esse eius vadium, an sibi vel maiori iure mihi, cedent res illæ. Rn. quòd res omnes & suppellectilis tota, quæcunq; per inquilinum vel censitum in bona censualia vel domum importantur sunt pignus illius cuius domus est in censu suo, nec inquilinus res huiusmodi obligare alteri poterit, quòdsi faciat dominus domus, iure illa vindicabit dummodo resciuerit, si negauerit ille qui oppignorauerat, procedatur in negocio vt iuris est: si recognoscat, restituere cogitur, & iste mulctam & emendam exsoluet: quòd si vadium perditum esset in domo hospitis, exoluere illud cogeretur dominus domus, vel iuramento defendere, quòd absq; eius culpa aut negligētia id factum sit: vt C. quę res pignori obligari possūt in multis legi. & signāter. l. fælicis.

n Res per inquilinum in meo loco pro apportan oppignorari valeant.

Notandum insuper *o* quòd bona etiam ex resignatione alterius desinunt forè, dummodo id fecerit in loco, vbi de iure id facere debeat: *p* vt Insti. de re. diuisi. §. per traditionē. Nihil etenim conuenit tius est naturali æquitati, quam voluntatē domini volētis rem suam in alium transferre ratam haberi: vt C. de vsuca. trāsforma. l. vnica.

o Spec. Saxo. li. ij. ar. xxiij.

p Videquomodo ex resignatione rei vnius desinūt esse.

Considerandū præterea, quòd bona desinunt esse alterius *q* ex negligentia præscriptionis: vt inter præsentes anno & die, inter absentes triginta vno anno & sex septimanis: vt Spec. Sāxo. libr. i. ar. xix. nisi legale impedimentum eū defendat. vt Spe. Sa. li. ij. ar. vij.

q Ex negligētia præscriptionis quomodo res amittūtur consideranda.

Iure etiam feudali, bona desinūt esse: vt si feudi inuestitura per annū circulum à domino non petatur, domino cedit feudum, vt in autē. de vsu. feu. §. constitutio nup. §. præterea. coll. x. Iure etiam prouinciali *r* bona vnius desinunt esse, cum tribus iudiciis contra vnū conqueritur & ille non comparet: vt sic enim tertio iudicio actor mittetur in possessionem: vt Spec. Sax. lib. i. art. lxx. & C. quomo. & quan. iudex sententiam l. cessantē.

r Spec. Saxo. lib. i. art. lxx. & supra tertio municip. artic. xxiij. præsentem huius tit. de in ius vocā.

Quæritur, si quis iniustè bona allocutus sit, *s* nullumq; ius habēs mittatur in possessionem, & iste cuius bona sunt negligat se in iure suo, an istud nocere sibi debet necne? Dicunt aliqui quòd minimè officere potest respondenti, ex eo quia ille iniustè egit & iniuriatus est huic. Ius autem suadet vt nemini noceamus: vt Insti. de iure. natu. §. iuris præcepta. Rn. tamen, & melius, si respondens se neglexerit in iure suo. & defensa, *t* exindeq; bona sibi abiudicantur, alter verò in ea intromissus sit, ille cuius bona erant negligit se ex contumacia, de forma iuris.

s Impetat quis bona & nullum ius habens, ex negligentia partis aduersæ mittatur in possessionem, an vero domino nocere quid possit.

t Spec. Saxo. li. ij. ar. xxiiij. glo. vide ad propositum.

Sciendum in circa id *u* quòd *p* & siquidem iudicium humanum decipere homines potest, iudicium tamen Dei minimè, vnde ille cuius bona alloquuntur neglexit: Iure [illegible] pera. bona

u Ex iuris stylo aliquis ad [illegible] quę [illegible] in foro [illegible] rētia non [illegible] ent. Consentia [illegible] ve testes.

FINIS.

91504

Zeszyt 18 64

